PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOR EM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,
Bibliothecæ Cleri universæ,
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXIV.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA ;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS SEXTUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXIV CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ

ΑΠΟ ΡΙΘʹ ΕΩΣ ΡΝʹ.

EUSEBII PAMPHILI

COMMENTARIORUM IN PSALMOS

A CXIX AD CL

RELIQUIÆ SUPERSTITES IN CODICIBUS VATICANIS.

(Ex *Bibliotheca nova Patrum* cardinalis Angelo Mai, t. IV, p. 67. Ejus præfationem superiori tomo præmisimus.)

ΨΑΛΜΟΣ ΡΙΘʹ.

A

Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

Οἱ καταπεσόντες ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ καλῶν, ἀναβαίνουσιν ἐπὶ ταῦτα, παρασκευάσαντες εἰς τὴν ἀνάβασιν ἑαυτούς· τὴν οὖν παρασκευὴν ἱκανῶς ἐπιδείξας ὁ Ψαλμῳδὸς διὰ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ εἰσάγει τὴν ἀνάβασιν τὴν διὰ τῶν θλίψεων.

Ἀπὸ γλώσσης δολίας.

Τουτέστιν ἀπὸ πάσης ψευδοδοξίας καὶ ἀπάτης· δεῖται γὰρ ὁ ἐν ἀρχῇ προκοπῆς τυγχάνων ὅπως μηδεὶς αὐτὸν παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ.

Τί δοθείη σοι; κ. τ. λ.

Ἐπακούσας ὁ Λόγος τοῦ προσευξαμένου, κατὰ τὸ, *Ἔτι λαλοῦντός σου, ἰδοὺ πάρειμι*, ἀποκρίνεται B αὐτῷ καί φησι· Θάρσει, ὦ οὗτος, εἰδὼς ὅτι προστάτην καὶ ὑπέρμαχον ἔχεις δυνατὸν, ὅπλοις χρώμενον ὑπὲρ σοῦ κατὰ τῶν σῶν πολεμίων· βέλη τε γὰρ ἠκόνησεν κατ' αὐτῶν, καὶ ἄνθρακας ἡτοίμασεν ἐρημοποιοὺς εἰς αὐτοὺς, μετελεύσεται ἐν ταῖς κατ' αὐτῶν τιμωρίαις· τί οὖν πλέον αἰτεῖς δοθῆναί σοι; ἢ τί θέλῃς προστιθέναι σοι μετὰ τὴν τοσαύτην τοῦ Δυνατοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρασκευήν;

Μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ (1).

Κηδὰρ πάγος γενεᾶς δύναται καὶ σκοτασμός· Κατεσκήνωσα οὖν, φησὶ, μετὰ τῶν σκηνωμάτων τοῦ σκοτασμοῦ, ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου· καὶ ἡ ψυχή μου αὐτὴ, φησὶ, πολλὰ πλεονάκις παρῴκησεν.

PSALMUS CXIX.

Vers. 1. *Canticum graduum.*

Qui a Dei bonis exciderunt, ad hæc denuo assurgunt, si ad hujusmodi ascensionem semet comparaverint. Hanc ergo præparationem præ se ferens Psalmista, primo hoc graduum psalmo ascensionem, quæ per tribulationem fit, exponit.

Vers. 2. *A lingua dolosa.*

Id est ab omni fallaci sententia et deceptione. Oportet enim eum qui initium proficiendi facit, a nemine falsis persuasionibus in errorem abduci.

Vers. 3. *Quid detur tibi?* etc.

Audito orante Deus, veluti illud, *Adhuc te loquente, ecce adsum* [1], respondet ei, dicitque : Macte animo, o homo; nosti enim validum te protectorem defensoremque habere, armis pro te adversus hostes decertantem : nam sagittas contra ipsos acuit, desolatorios carbones adversus eos paravit, et instructus suppliciis venturus est. Quid ergo insuper tibi dari postulas? vel quidnam tibi addi velis, post tantum potentis Dei contra impios apparatum?

Vers. 5. *Cum tabernaculis Cedar.*

Cedar gelu generationis et obscuritatis significat. Habitavi itaque, ait, in tabernaculis obscuritatis, id est in mortali corpore : et anima mea ipsa sæpe, inquit, diuque incola fuit.

[1] Isa. LVIII, 9

(1) Recte cod. C. tantummodo sic : Ὁ Εὐσέβιος Κηδὰρ ἑρμηνεύεται *σκοτασμόν* (a קדר).

PSALMUS CXX.

VERS. 1. *Levavi oculos meos in montes.*

Ab hostili servitute expeditus, atque in ipsa jam via constitutus, quæ ad Dei civitatem ducit, oculos ad montes hac illac attollit, observans atque vestigans, undenam sibi auxilium sit adfuturum. Porro cunctis mundi partibus ac summitatibus exploratis, nulla in re sensibili rem quæsitam comperit. Mente igitur animæque oculis ad auctorem creatoremque rerum omnium confugiens, ibi sistit, alterumque hoc canticum concinit dicens : *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum et terram.*

VERS. 5. *Dominus custodiet te.*

Eum qui semper ad Deum spectat, ipse vigil custodit Deus, ejusque dexteram protegit manum, quia et ille dexteris actibus utitur, et inimicos sua dextera repellit. Certe Deo dilectorum dexteræ insidiantur potissimum hostes. Sic itaque dictum fuit : *Et Jesus indutus erat vestibus sordidis, stabatque diabolus a dextris ejus* [1]. — Præcipue vero Deus a nequitia tuetur, etiamsi forte exteriora nostra seu corpus affligat. Quamobrem et de Jobo mandavit : *Animam ejus tantum serva* [2]. Porro anima indiget tutela, cum vitæ exitus tempus instat, et cum ad Dei civitatem iter carpit. Quid enim proderit, si quispiam in medio itinere cadens pereat? Itaque neminem ante mortem beatum dicas.

VERS. 6. *Per diem sol non uret te.*

Splendida nubes haud eos sinit uri sole, qui ad Deum pergunt. Parique ratione opem fert, quominus ne a nocturno quidem luminari detrimentum patiantur.

PSALMUS CXXI.

VERS. 1. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi*, etc.

Dum via proficiscitur ad Deum ducente, cognito ejus termino, gaudio repletur, futurarum rerum nuntio audito. Quare et prædicat, se bonos egregiosque magistros nactum esse, qui sibi aiunt : *In domum Domini ibimus.* Ideoque magis festinat, viam cum gaudio carpens.— Illorum qui Babylone redibant pars major, populus novellus erat in ipsa genitus Babylone. Pauci vero quidam inter eos erant prisci viri, senes admodum, qui Hierosolymis illuc descenderant, et, septuaginta ibi annis transactis, postea cum novo populo revertebantur. Ii autem a novo populo interrogati, quonam iter tenderent, respondent quodammodo aientes : *In domum Domini ibimus.* Rursus, hoc audito, novus ille populus exhilaratus, denuo sciscitari videtur, undenam illis hæc notitia esset? Hi porro respondent : *Stantes erant pedes nostri in atriis Jerusalem* ; hi nimirum ipsi pedes qui vobiscum nunc gradiuntur, in atriis olim stetere Jerusalem. Quamobrem rei probe conscii, eam vobis nuntiamus : nam et ædificiorum urbis rationem, ejusque typum ac propemodum delineationem, memoria accurate tenemus. Non

[1] Zach. III, 3. [2] Job II, 6.

A

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚ'.

Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη.

Ὁ τῆς δουλείας ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἀπαλλαγεὶς, καὶ κατ' αὐτὴν ἤδη γεγονὼς τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἄνω τοὺς ὀφθαλμοὺς ὧδε κἀκεῖσε εἰς τὰ ὄρη ἐπαίρει, κατανοῶν καὶ πολυπραγμονῶν πόθεν αὐτῷ ἥξει βοήθεια· τὰ μέρη δὲ πάντα τοῦ κόσμου καὶ τὰ ὕψη περιαθρήσας, ἐν οὐδενὶ τῶν αἰσθητῶν εὑρίσκει τὸ ζητούμενον· νῷ δὲ καὶ ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τὸν ποιητὴν (2) καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀναδραμὼν, ἐνταῦθα ἵσταται, καὶ τὴν δευτέραν ᾠδὴν ᾄδει λέγων· *Ἡ βοήθειά μου παρὰ Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.*

Κύριος φυλάξει σε.

Τὸν διαπαντὸς εἰς τὸν Θεὸν ἀφορῶντα αὐτὸς ὁ
B ἄϋπνος φυλάττει Θεὸς, καὶ τούτου τὴν δεξιὰν χεῖρα σκέπει, ἅτε δεξιαῖς πράξεσι χρωμένου, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐλαύνοντος τῇ ἑαυτοῦ δεξιᾷ· μάλιστα γὰρ τῇ δεξιᾷ τῶν θεοφιλῶν ἐπιβουλεύειν πειρῶνται οἱ ἐχθροί· οὕτω γοῦν εἴρηται· *Καὶ Ἰησοῦς ἦν ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρὰ, καὶ ὁ διάβολος ἑστήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ.* — Μάλιστα δὲ Θεὸς ἀπὸ κακίας φυλάττει, κἂν τὰ ἐκτὸς ἢ τὸ σῶμα λυπῇ· περὶ γοῦν Ἰὼβ παρήγγειλε· *Μόνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον·* δεῖται δὲ φυλακῆς ἡ ψυχὴ κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου τοῦ βίου καιρὸν, καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ πόλιν· τί γὰρ ὄφελος εἰ ἐν μέσῳ τῆς ὁδοῦ πεσών τις ἀπώλετο; διὸ μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον πρὸ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.

Ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε.

C Νεφέλη φωτεινὴ οὐκ ἐᾷ συγκαίεσθαι ὑπὸ ἡλίου τοὺς κατὰ Θεὸν ὁδεύοντας· καὶ ἀναλογοῦντι ταύτης βοηθεῖ εἰς τὸ μηδὲ ὑπὸ νυκτερινοῦ φωστῆρος παθεῖν αὐτούς.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΑ'.

Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, κ. τ. λ.

Τὴν ὁδὸν βαδίζων τὴν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἄγουσαν, παιδευόμενος περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς, εὐφροσύνης ἐπ' αὐτῇ τῇ τῶν μελλόντων ἀκοῇ πληροῦται· διὸ καὶ ὁμολογεῖ καλῶν καὶ ἀγαθῶν διδασκάλων τυχὼν τῶν εἰρηκότων αὐτῷ· *Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσώμεθα·* καὶ μᾶλλον ἐπείγεται, τὴν πορείαν μετ' εὐφροσύνης ποιούμενος. — Τῶν ἐπανιόντων ἀπὸ Βαβυλῶνος, ὁ μὲν πολὺς νέος ἦν λαὸς ἐν αὐτῇ γεννηθεὶς Βαβυλῶνι· βραχεῖς δέ τινες ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχον παλαιοὶ ἄνδρες καὶ σφόδρα πρεσβύτεροι, οἱ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ
D καταβεβηκότες ἐκεῖ, καὶ παραμείναντες τὸν ἑβδομήκοντα ἔτι (2*) χρόνον, μεθ' ὃν ὑπέστρεφον ἅμα τῷ νέῳ λαῷ· τούτων τοίνυν ἐρωτωμένων παρὰ τοῦ νέου λαοῦ ὅπου τὴν πορείαν ποιοῖντο, ἀποκρινομένους οἱονεὶ καὶ λέγοντας· *Εἰς οἶκον Κυρίου πορευσώμεθα.* Ἐπὶ δὲ τοιαύτῃ ἀκοῇ τὸν νέον λαὸν εὐφρανθέντα, δεύτερον ἐξετάσαι πόθεν τοῖς λέγουσιν ἡ γνῶσις; Τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἰπεῖν· *Ἑστῶτες ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλήμ·* καὶ οἱ πόδες οὗτοι οἱ νῦν ἐνταῦθα ἅμα ὑμῖν βαδίζοντες, ἑστῶτές ποτε ἐτύγχανον ἐν ταῖς αὐλαῖς Ἱερουσαλήμ· ὅθεν ἀκριβῶς εἰδότες,

(2) Duo codd. Σωτῆρα.
(2*) *Ἑβδομήκοντα ἔτι.* Sic editi : ut forte legendum sit ἑβδομηκονταετῆ. EDIT.

ταῦτα ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα, καὶ τὸν τρόπον δὲ τῆς οἰκοδομῆς τῆς πόλεως, καὶ τὸν τύπον αὐτὸν, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ τὸ σχῆμα, ἀκριβῶς φέρομεν διὰ μνήμης· ἦν γὰρ ὡς πόλις οὐ διεσπαρμένη ὧδε κἀκεῖσε, οὐδὲ ἀπεσχισμένη καὶ διεστῶσα εἰς μέρη πολλὰ, ἀλλ' οὕτως ἦν ᾠκοδομημένη ὡς δοκεῖν ἕνα εἶναι οἶκον, διὰ τὴν συνάφειαν καὶ ἁρμονίαν τῶν ἐν αὐτῇ οἰκοδομημάτων· διὸ λέλεκται· *Ὡς πόλις ἦν ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό*· τοιαῦται δέ εἰσι κατὰ διάνοιαν πᾶσαι αἱ παρὰ Θεῷ ψυχαὶ, καὶ οἱ ζῶντες λίθοι δι' ὧν ᾠκοδόμηται ὁ ἀληθινὸς νεὼς τοῦ Θεοῦ, τῷ αὐτῷ [καὶ] τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατηρτισμένος.

Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ, φυλαὶ Κυρίου, μαρτύριον τῷ Ἰσραὴλ, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου.

Ἐκεῖ γὰρ θύειν, εὔχεσθαι, πανηγυρίζειν, ἐκέλευσεν· ὡς ἂν μὴ πανταχοῦ πλανώμενοι, πρόφασιν ἔχωσιν ἐξόδους ποιεῖσθαι πρὸς εἴδωλα· Θεοῦ γὰρ τοῦτο *μαρτυρίαν* ἐκάλεσεν· τῆς γὰρ αὐτοῦ προνοίας τοῦτο μέγιστον τεκμήριον ἦν· καὶ γὰρ ἐκεῖ ὁ νόμος ἀνεγινώσκετο, διηγήματά τε κατορθωμάτων ἀρχαίων, καὶ σύνοδον ἐποιοῦντο τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην συσφίγγουσαν.

Ἐρωτήσατε δὴ τὰ εἰς εἰρήνην τὴν Ἰερουσαλήμ.

Ἀεὶ γὰρ, φησὶ, καὶ πάντοτε μνημονεύοντές σου, ὦ Ἰερουσαλὴμ, τὰ περὶ τῆς σῆς εἰρήνης διαλεγόμεθα τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς πλησίον ἡμῶν, τουτέστι τῷ νέῳ λαῷ, εἰς πόθον αὐτοὺς ἄγοντες τὸν περὶ σὲ διὰ τῆς περὶ σοῦ διδασκαλίας· ἀλλὰ καὶ ἡ πᾶσα ἡμῶν εὐχὴ ἕνεκα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐγίνετο, ζητούντων ἀγαθά σοι τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΒ'.

Πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ.

Ἐπείπερ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦτο κατοικεῖν λέγεται ἐν τῷ οὐρανῷ· οὐδεὶς δὲ θησαυρίζων ἐπὶ γῆς, εἴποι ἂν τῷ Θεῷ· *Πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ*· ὅπου γὰρ *ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου*· οἱ μὲν οὖν ὀφθαλμοὶ τοῦ ἄφρονος, ἐπ' ἄκρα γῆς, ἢ ἐφ' ὁτιδήποτε οὗ ἐπιθυμεῖ· ἐμβλέπει γάρ ποτε γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· οἱ δὲ τοῦ δικαίου, διαπαντὸς πρὸς τὸν Θεόν.

Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν.

Εὐαγγελισθεὶς ὁ νέος παρὰ τῶν πρεσβυτέρων λαὸς διὰ τῆς πρὸ ταύτης ᾠδῆς, Οὐκ ἐπ' ἄλλο τι, φησὶν, ἐλπίζω, ἢ ἐπὶ σὲ τὸν οὐκ ἐν τῇ κάτω Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ κατοικοῦντα· μόνοις δὲ τοῦτο λέγειν ἁρμόττει τοῖς ἀπηλλαγμένοις αἰχμαλωσίας, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς διορατικὸν ἐῤῥωμένοις· ψυχῆς δὲ ὀφθαλμὸς ἄνω μὲν ὁρῶν, ὠφελεῖται· κάτω δὲ, βλάπτεται.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΓ'.

Ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς.

Οἱ φήσαντες, *Ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς*, νῦν ὡς ἐπακουσθέντες εὐχαριστοῦσι Θεῷ· τὰ δὲ παρόντα διδάσκεται λέγειν ὁ διορατικὸς, τὸν Θεὸν ἔχων πρὸ ὀφθαλμῶν· οὕτως γὰρ Ἰσραὴλ ἐπινίκιον ᾠδὴν τῷ νικοποιῷ προσάγων Θεῷ· διδάσκουσι δὲ τοὺς

A enim erat urbs hac illac sparsa, et scissa, atque in multas partes secta, sed ita ædificata, ut una videretur domus, propter ædificiorum ejus cohærentiam atque harmoniam. Ideo dictum est : *Ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum.* Hujusmodi sunt, ad sententiam quod attinet, cunctæ apud Deum diversantes animæ, vivi lapides, quibus verum Dei templum ædificatur, una mente unaque concordi sententia compactum.

VERS. 4. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.*

Illic enim sacrificare, orare, sacros conventus agere jussit Deus; ne late dispersi, occasionem pergendi ad idola nanciscerentur. B Dei vero *testimonium* locum illum appellavit, quippe quod erat maximum providentiæ illius indicium : namque ibi lex legebatur, et egregia prisca facinora narrabantur, gentisque conventus fiebat quo charitas mutua constringebatur.

VERS. 6. *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem.*

Semper enim et omni tempore tui memores, o Jerusalem, de pace tua cum fratribus nostris proximisque loquimur, id est cum populo novo, ut tui desiderium hæc narrantes eis excitemus. Sed et preces nostræ omnes ob Dei domum fiebant, quia huic bona omnia a Deo imprecabamur.

PSALMUS CXXII.

C VERS. 1. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo.*

Quia cœlum thronus Dei est, idcirco hic in cœlo habitare dicitur. Nemo autem qui in terra opes congerit, Deo dicet : *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo :* namque, *ubi thesaurus tuus, ibi et cor tuum erit* [a]. Ergo insipientis hominis oculi terræ superficiem spectant, vel aliud quidvis concupitum : nam et mulierem quandoque aspicit, ut eam concupiscat. Justi tamen hominis oculi Deum semper spectant.

VERS. 2. *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.*

Eruditus a senioribus novus populus in superiore psalmo, In nulla, inquit, re spem colloco, nisi in te, D qui non inferiorem Jerusalem, sed cœlestem incolis. Ab iis autem tantummodo hæc dici decet qui servitute sunt expediti, validaque animæ visuali vi sunt præditi. Porro animæ oculus si sursum spectet, bene illi est; sin deorsum, detrimentum patitur.

PSALMUS CXXIII.

VERS. 2. *Cum exsurgerent homines adversum nos.*

Qui dixerant, *Miserere nostri, Domine, miserere nostri* [b]; nunc ceu precibus suis auditis, gratias Deo agunt. Hæc autem dicere docetur homo perspicax, qui Deum scilicet præ oculis habet. Sic enim se habet Israel triumphalem hymnum Deo victoriæ datori

[a] Matth. vi, 21. [b] Psal. cxxii, 3.

concinens. Porro ita seniores docent adolescentulos, qui discipulorum instar auscultant. Israeli autem, Deum intra se possidenti, dicere congruit : *Nisi Dominus fuisset in nobis*. Hujusmodi erat sub Moyse Israel, cui dicebatur : *Sile, et audi, Israel. Dominus pro vobis pugnabit, et vos silebitis* *.

VERS. 3. *Fortasse vivos deglutissent nos.*

Calamitatis tempus, quamvis sit vehemens, nihilominus torrentis instar breve est.

VERS. 6. *Benedictus Dominus*, etc.

Quem vero laudare hymnisque celebrare oportebat, propterea quod prædæ non fuerimus hominibus qui deglutire nos volebant, nisi Dominum qui apud nos est? Utique illi ad capturam nostram ruentes, ut nos devorarent, consilia sua exsequi haud potuerunt. Exasperati enim crudeli animo leones, dentibus suis nos capere avebant; sed tamen scopo suo potiri nequiverunt, haud nos illis tradente Domino : cui etiam benedicimus, qui nos a furentibus hostibus liberavit.

PSALMUS CXXIV.

VERS. 2. *Montes in circuitu ejus.*

Hæc aiunt qui longa emensa via ad materialem Jerusalem reversi sunt, ceu jam in tuto constituti, nec tam loco quam fiducia erga Dominum alacres; quod sane melius est quam urbis Hierusalem incolatus. Præterea ubinam melius se haberet populus? Nam locum quidem circumstare montes hic dicuntur; populi autem, cujus causa etiam locus honoratur, vere Deus est custos, simulque loci, si modo populus dignus fuerit.

VERS. 5. *Abducet Dominus cum operantibus iniquitatem.*

Verbum *abducet* hic significat *tradet*; nempe abducet in immunditiam quam sibi elegerunt, in passiones ignominiæ reprobamque mentem, ut agant quæ minime oportet.

PSALMUS CXXV.

VERS. 1. *Cum converteret Dominus captivitatem Sion.*

Apostoli vaticinantur hæc de se dictum iri et de gentibus; deinde res eventuras semini et messi. Certe Davidis tempore nulla captivitas fuit; quamobrem de spiritali fortasse sermo est. Alius dicet hæc prophetice significari futura. Nempe aliquanta captivorum pars Babylone redux, recuperata Jerusalem, de iis qui Babylone remanserant, canticum hoc non sine bona exspectatione Deo extollit. Aiunt ergo nondum suum gaudium esse completum; fore autem, cum universa natio ex hostili regione ad propriam redierit. Hanc nimirum loci sententiam reliqui interpretes sistunt : nam pro, *facti sumus sicut consolati*, concorditer omnes aiunt : *facti sumus quasi somniantes*; non autem vera libertatem nostram visione spectantes. Porro instar veræ perspicuæque visionis erit lætitia nostra, post-

A νέους οἱ γεγηρακότες, καὶ οἱ μαθηταὶ ὑπακούουσιν· Ἰσραὴλ δὲ τοῦ ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν, τὸ δύνασθαι λέγειν· *Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν*. Τοιοῦτος ἦν ὁ ὑπὸ Μωϋσέως γενόμενος Ἰσραὴλ, ᾧ ἐλέγετο· *Σιώπα, καὶ ἄκουε, Ἰσραήλ· καὶ Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς σιγήσεσθε.*

Ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς.

Καὶ ὁ περιστατικὸς δὲ καιρὸς, εἰ καὶ σφοδρὸς, ἀλλὰ χειμάῤῥου δίκην ὀλιγοχρόνιος.

Εὐλογητὸς Κύριος, κ. τ. λ.

Καὶ τίνα εὐλογεῖν καὶ ὑμνεῖν ἔδει ἐπὶ τῷ μὴ ἁλῶναι τοῖς βουλομένοις ζῶντας καταπιεῖν ἡμᾶς ἀνθρώποις, ἢ τὸν Κύριον τὸν ὄντα ἐν ἡμῖν; Οἱ ἐπὶ τὸ
B θηρεῦσαι ἡμᾶς ὁρμήσαντες, ἵνα καταφάγωσιν ἡμᾶς, οὐ δεδύνηνται ὡς ἔσπευδον διαθεῖναι· ἐξηγριωμένοι γὰρ οἱ ὠμόθυμοι λέοντες τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν θηρεῦσαι ἡμᾶς ἐγλίχοντο· ἀλλ' οὐχ ἐπέτυχον τοῦ σπουδαζομένου, μὴ δόντος ἡμᾶς τοῦ Κυρίου· ὃν καὶ εὐλογοῦμεν ῥυσάμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῶν φονικῶν καθ' ἡμῶν διατεθέντων.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΔ'.

Ὄρη κύκλῳ αὐτῆς.

Ταῦτά φασιν οἱ μετὰ τὴν μακρὰν ἐπανελθόντες ὁδοιπορίαν ἐπὶ τὴν αἰσθητὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἤδη λοιπὸν ἐν ἀσφαλείᾳ γενόμενοι, οὐ τῷ τόπῳ, τῇ δὲ πεποιθήσει τοῦ Κυρίου θαῤῥοῦντες· ὃ δὴ κρεῖττον τοῦ κατοικεῖν Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐπεὶ τοῦτο (3) ποῦ κρείττων ἦν ὁ λαός; τοῦ μὲν τόπου ὄρη λέγεται
C κύκλῳ· τοῦ δὲ λαοῦ, δι' ὃν καὶ ὁ τόπος τετίμηται, ὄντως ὁ Θεὸς, ὁ καὶ τὸν τόπον φυλάττων, ὅτε ἄξιος ὁ λαός.

Ἀπάξει Κύριος μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν.

Τὸ ἀπάξει, τὸ παραδώσει δηλοῖ· εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν ἣν εἵλοντο, εἰς πάθη τε ἀτιμίας καὶ ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΕ'.

Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών.

Οἱ ἀπόστολοι ταῦτα προφητεύονται λέξειν περὶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀποφανεῖσθαι περὶ σπόρου καὶ θερισμοῦ· κατὰ τοὺς τοῦ Δαβὶδ χρόνους οὐκ ἦν ἡ αἰχμαλωσία· τάχα οὖν περὶ
D τῆς νοητῆς ταῦτά φησιν· ἐρεῖ δὲ ἄλλος, ὅτι προφητικῶς τὸ μέλλον δηλοῦται (3*). — Μέρος τι τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανελθὸν ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἀπολαβὸν τὴν Ἱερουσαλὴμ, περὶ τῶν ἀπομεινάντων ἐν Βαβυλῶνι τὴν προκειμένην ᾠδὴν ἐπ' ἀγαθαῖς προσδοκίαις ἀναπέμπει· φασὶ δὲ, ὅτι οὔπω μὲν τελείως τὰ τῆς ἡμετέρας χαρᾶς πεπλήρωται· ἔσται δὲ τοῦτο ὅτε τὸ πᾶν ἔθνος ἀπὸ τῆς πολεμίας ἐπὶ τὴν οἰκείαν γῆν ἐπανέλθῃ· ταύτην δὲ τὴν διάνοιαν παρίστησιν ἡ τῶν λοιπῶν ἑρμηνεία· ἀντὶ γὰρ τοῦ, *ἐγενήθημεν ὡς παρακεκλημένοι*, συμφώνως οἱ πάντες φασὶν, *ἐγενήθημεν ὡς ἐνυπνιαζόμενοι*, ἀλλ' οὐχ ὕπαρ τὴν ἐλευθε-

* Exod. XIV, 14.

(3) Ἐπεὶ τοῦτο. Interpres legisse videtur ἐπὶ τούτῳ, vel ἐπὶ τούτοις, ut et sententia postulat EDIT.

(3*) Nonnullis Patribus, qui gradualium quoque psalmorum auctorem Davidem existimaverunt, nunc addatur Eusebius.

ρίαν ἡμῶν φανταζόμενοι· ἔσται δὲ ὕπαρ καὶ ἐναργὴς ἡμῶν ἡ χαρὰ, ἐπειδὰν καὶ οἱ λοιποὶ ἡμῶν ἀδελφοὶ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανέλθωσιν· ἐφ' ᾧ καὶ τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν ἡμᾶς, ὡς ἴδια μέλη κομισαμένους· ἓν γὰρ τὸ σῶμα τῶν σωζομένων.

Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν.

Τοὺς λέγοντας (4) τὰ θεῖα ἐφ' οἷς καρπὸς πνεύματος, χαρὰ τοῖς ἀκούουσιν τὸ μὲν στόμα γίνεται καὶ ἐπληρώθη χαρᾶς, ἡ δὲ γλῶσσα ἀγαλλιάσεως, ἀφ' ὧν ῥεῖ χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις· τούτων δὲ γινομένων, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διδασκόμενοι λέγουσιν· Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν· καὶ περὶ ἑαυτῶν δέ φασιν εὐχαριστοῦντες· *Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν*· ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι. *Ἐπὶ μὲν τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν*· ἐν δὲ τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν, *ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν* (5)· *Ἐὰν ποιήσωμεν τῷ στόματι φυλακήν*· καὶ τὸ, *Στόμα δικαίου μελετᾷ σοφίαν*· καὶ τὸ, *Ἄνοιγε σὸν στόμα, λέγει Θεός*· καὶ ὅμοια· *Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι*· τότε ἀληθεύοντες φήσομεν· *Τότε ἐπλήσθη χαρᾶς τὸ στόμα ἡμῶν*. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐπὰν δὲ φυλάξωμεν τὰς ὁδοὺς τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν, τότε πληρωθήσεται ἡ γλῶσσα ἡμῶν ἀγαλλιάσεως· ἐπλήσθη δὲ χαρᾶς καὶ τὸ Φιλίππου στόμα, ὅτε ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ, *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη*, εὐηγγελίσατο τὸν Ἰησοῦν τῷ εὐνούχῳ Αἰθίοπι.

Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν.

Ἀνωτέρω μὲν ὡς ἤδη ἐπιστροφῆς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας γινομένης, εἴρηνται οἱ δύο στίχοι· νῦν δὲ ὡς ἔτι ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὤν, ταῦτά φησιν ὁ Προφήτης, τὸ μὲν πρότερον προφητεύων, οἶμαι, περὶ τῶν ἀποστόλων, τὸ δὲ δεύτερον ἐκ προσώπου λέγων τῶν ἐθνῶν· τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσίν ἐστιν τὰ ἀπὸ τοῦ, *Ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν*, ἕως τοῦ, *ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ*.

Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν.

Ἀκολούθως καὶ ταῦτα προσέθηκαν τοῖς πρώτοις· οὐ γὰρ ἀναισθητοῦντες, φησὶ, τῆς εἰς ἡμᾶς ἤδη γενομένης εὐεργεσίας, ταῦτά φαμεν, ἀλλ' ὁμολογοῦντες, ὅτι μεγάλα μὲν ἐποίησε μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ἤδη γεγόναμεν ἐν εὐφροσύνῃ· οὕτω δὲ ἔχοντες, ὅμως ὑπὲρ τῶν καταλοίπων μελῶν ἡμῶν δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν λέγοντες· *Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ*· ἄτοπον γὰρ τοὺς μὲν τῆς θείας γνώσεως ἐστερημένους, τὴν εἰς ἡμᾶς γεγενημένην φιλανθρωπίαν θαυμάζειν, ἡμᾶς δὲ τοὺς τῆς εὐσεβείας τετυχηκότας, ἀχαριστίαν νοσεῖν.

Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, κ. τ. λ.

Ὁ σπείρων ἐν δάκρυσι, εἰς τὸ πνεῦμα σπείρει τῶν ἐπὶ τοῖς δάκρυσι μακαριζομένων· ἐν ἀγαλλιάσει δὲ θερίζει ζωὴν αἰώνιον, ὁ τυγχάνων ἤδη τοῦ γελᾶν τῷ πνεύματι. — Τοῖς περὶ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων αἰτήσασι τὸ θεῖον ἀποκρίνεται τὸ, *Μακάριοι οἱ κλαίοντες*

A quam reliqui quoque fratres nostri a captivitate fuerint reversi. Quam rem gentes quoque nobis gratulabuntur, ceu qui membra nostra recuperaverimus. Unum quippe salvatorum hominum corpus est.

VERS. 2. *Tunc repletum est gaudio os nostrum.*

Eorum, qui divina eloquuntur, in quibus spiritus fructus est, gaudium audientibus creat os jucunditatè redundans, et lingua diffluit exsultatione. Quæ cum fieri gentes cognoscunt, aiunt: Magnificavit Dominus facere cum eis. Imo et de se ipsis cum gratiarum actione dicunt: *Magnificavit Dominus facere nobiscum;* ideoque lætati sumus. *Et super flumina* quidem *Babylonis* (Judæi inquiunt) *sedimus ac flevimus* [7]; cum autem Deus captivos revocavit,
B *repletum est gaudio os nostrum* [8]. Similes porro locutiones sunt: *Cum ponemus ori custodiam* [9]; et, *Os justi meditatur sapientiam* [10]: et, *Aperi os tuum, dicit Dominus* [11]; aliaque hujusmodi: veluti, *Os nostrum patet ad vos, Corinthii* [12]. Tum vere dicemus: *Tunc repletum est gaudio os nostrum.* Et paucis interjectis: Cum custodierimus vias nostras, ne forte peccemus, tunc lingua nostra replebitur exsultatione. Gaudio quoque Philippi os redundavit, cum illud aperiens, incipiensque a verbis illis, *Tanquam ovis ad occisionem ductus est* [13], Jesum eunucho Æthiopi evangelizavit [13*].

VERS. 3. *Magnificavit Dominus facere nobiscum.*

Superius ceu post reditum a captivitate, dicti fuere duo versiculi. Nunc tanquam adhuc in ca-
C ptivitate detentus, hæc ait Propheta; antea quidem de apostolis, ut puto, vaticinans, deinde vero ex ethnicorum persona loquens. Namque ethnicorum sunt verba, a *Magnificavit Dominus facere nobiscum,* usque ad, *sicut torrens in austro.*

VERS. 4. *Converte, Domine, captivitatem nostram.*

Consentanea præcedentibus hæc subjungunt. Haud equidem collati nobis beneficii immemores hæc dicimus, sed grandia nobiscum fecisse Deum fatentes, gaudio efferimur. Nihilo tamen minus pro reliquis membris nostris oramus, supplicesque dicimus: *Converte, Domine, captivitatem nostram, sic-*
D *ut torrens in austro.* Absurdum enim foret, si dum ethnici divinæ notitiæ ignari, clementiam in nos collatam admirantur, nos veram religionem sortiti, ingrati animi morbo laboraremus.

VERS. 5. *Qui seminant in lacrymis*, etc.

Qui seminat in lacrymis, secundum spiritum seminat illorum qui ob lacrymas beati dicuntur; cum exsultatione autem vitam æternam metit; quippe qui, ut spiritu rideat, jam consecutus est. — Iis qui pro reliquis captivis orarunt, Deus respondet effato

[7] Psal. CXXXVI, 1. [8] Psal. CXXV, 2. [9] Psal. XXXVIII, 2. [10] Psal. XXXVI, 30. [11] Psal. LXXX, 11. [12] II Cor. VI, 11. [13] Isa. LIII, 7. [13*] Act. VIII, 35.

(4) Ita codd.

(5) Deest aliquid.

illo: *Beati qui lugent, quia ridebunt* [14]. Quod si ii facient qui Babylone adhuc sunt, bonam spem lugendo serentes, gaudium metent; lacrymis quas fuderunt amorem indepti, et reditus gaudium recepturi. Et si quidem germen aliquod veræ pietatis servaverint, animas suas veluti excolentes, multum in reditu fructum percipient. Usque ad hoc septimum canticum, de captivis Judæis vaticinia fuerunt.

A ὅτι αὐτοὶ γελάσονται· ὅπερ εἰ ποιήσουσιν οἱ ἐν Βαβυλῶνι, ἀγαθὰς ἐλπίδας δι' ὧν κλαίουσι σπείροντες, θεριοῦσιν ἀγαλλίασιν· ἀντὶ δακρύων ἅπερ ἔσχον ἀγαπώμενοι, δεξόμενοι τὴν τῆς ἐπανόδου χαράν· καὶ εἰ τότε βραχύ τι σπέρμα θεοσεβείας ἐφύλαττον, ἀλλὰ τὰς ἑαυτῶν ἐκεῖ ψυχὰς γεωργήσαντες, πολλοὺς ἐπανιόντες οἴσουσι τοὺς καρπούς. Μέχρι τῆς ζ' ᾠδῆς τὰ περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς αἰχμαλώτων προεθεσπίσθη.

PSALMUS CXXVI.

Secundum Hebraicam editionem omnesque interpretes, præsens canticum Salomonis est (sicuti alii aliis inscribuntur auctoribus psalmi), quod dictum fuit eo tempore quo templum ædificavit. Nam cum Judæi ob ejus ædificii molem valde superbirent, ipse divino Spiritu prævidens supremam illius desolationem, necnon futuram Ecclesiam quæ a Domino toto orbe terrarum ædificanda erat, facta cum exstructo templo comparatione, illam præfert magisque admiratur, rem præsentem vituperans ceu temporalem, neque vel paulisper absque Dei custodia duraturam. Quæ nunc opportune cecinit Judæis Babylone regressis, et restituendi templi studiosis, atque ob eam rem fastu elatis. Ait ergo: *Si tamen Dominus custodierit*; nam custode recedente, desertum fiet, et quævis hominum sedulitas vana erit. Et templi quidem structorem dicit Dominum; urbis autem ædificatores homines, sed Deum custodem. Utile hoc dictum adversus superbiæ cogitationes.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚϚ'.

Κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν καὶ τοὺς ἑρμηνεύσαντας ἅπαντας, ἡ παροῦσα νῦν ᾠδὴ Σολομῶντός ἐστιν (ὥσπερ ἄλλοι ἄλλων εἰσὶν ἐπιγεγραμμένοι ψαλμοὶ) προφητικῶς ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσα ὁπηνίκα τὸν ναὸν κατεσκεύαζε· τῶν γὰρ Ἰουδαίων μεγαλοφρονούντων ἐπὶ τῷ τῆς
B κατασκευῆς ὀχυρῷ, θείῳ Πνεύματι συνορῶν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου μέλλουσαν Ἐκκλησίαν καθ' ὅλης οἰκοδομεῖσθαι τῆς οἰκουμένης, ἀντιπαρατιθεὶς τῇ παρ' αὐτοῦ κατασκευῇ τοῦ ναοῦ, ἐκείνην τε προκρίνει καὶ ὑπεράγαται, τὴν τότε παρουσίαν ἐλέγχων ὡς πρόσκαιρον καὶ μηδὲ πρὸς βραχὺ συνισταμένην ἄνευ Θεοῦ φυλακῆς· ἅπερ νῦν εἰς καιρὸν ᾖσε τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανιόντων, ἐσπουδακότων περὶ τὴν ἀνάκτισιν τοῦ ναοῦ, καὶ φρονούντων ἐπὶ τούτῳ μεγάλα μέν. Εἰ γάρ φησιν, *Ἐστ' ἂν ὁ Κύριος φυλάττῃ*, τοῦ δὲ φύλακος ἀναχωρήσαντος, ἔρημος ἔσται, ματαίας ἐσομένης τῆς ἐξ ἀνθρώπων σπουδῆς· ἐπὶ μὲν τοῦ ναοῦ, οἰκοδόμον εἰσάγει τὸν Κύριον· ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως, ἀνθρώπους μὲν οἰκοδόμους, φύλακα δὲ τὸν Θεόν· χρήσιμον τὸ ῥητὸν
C πρὸς τοὺς τῆς ὑπερηφανίας λογισμούς.

VERS. 2. *Qui manducatis panem doloris.*

Οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης.

Theodotio et quinta editio, *panem idolorum*, scripserunt. Et merito, namque Hebraicus textus habet, *irreligiose agere*, quomodo aliis etiam in locis *idolum* interpretatum videmus. Prævidet autem in spiritu Salomon fore ut qui templum a se conditum incolent, idolis studeant, dæmonas intra illud colentes. Ait ergo se post abscessum, illuc denuo rediturum, atque id ex intervallo semper facturum. Quid enim prodest locum honorari ab iis, qui ob idololatriam procul se Deo removent? Unde Symmachus dixit: *Vanum est vobis matutinos surgere ad habitandum, vel ad hymnos dicendos.*

Θεοδοτίων, καὶ ἡ ε' *ἄρτον εἰδώλων* ἐξέδωκαν εἰκότως· τὸ γὰρ Ἑβραϊκὸν τὸ *ἀσεβεῖν* ἔχει, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις *εἴδωλον* ἑρμηνεύεται· προορᾷ δὲ τῷ πνεύματι Σολομῶν, ὡς οἱ μέλλοντες οἰκεῖν τὸν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον οἶκον, εἰδώλοις προσκείσονται, δαίμοσι λατρεύοντες ἐν αὐτῷ· λέγει τοίνυν, μετὰ τὴν ἀναχώρησιν αὖθις ἐπὶ τοῦτον ἐλθεῖν, καὶ τοῦτο συνεχῶς ἐκ διαλειμμάτων ποιεῖν· τί γὰρ ὄφελος τὸν τόπον τιμᾷν, τοῖς διὰ τῆς εἰδωλολατρείας μακρύνουσιν ἑαυτοὺς τοῦ Θεοῦ; Ὅθεν ὁ Σύμμαχος ἔφη· *Μάταιον ὑμῖν ἐξ ὄρθρου ἀνίστασθαι εἰς τὸ οἰκῆσαι, ἢ εἰς τὸ ὑμνῆσαι.*

D

PSALMUS CXXVII.

Consentanee superiori cantico vocatio gentium in præsenti prædicatur. Qui ergo timent Dominum, diversi esse dicuntur ab Israele, et a nobiliore apud Israelem ordine, id est sacerdotali. Demonstrant id verba illa: *Israelis domus speravit in Domino* [15]. Et postea: *Timentes Dominum speraverunt in eo* [16]. Et rursus: *Dominus nostri memor, benedixit nobis. Benedixit domui Israelis, benedixit domui Aaronis* [17]. Et mox: *Benedixit timentibus Dominum* [18]. Ex norma igitur prædictarum dictio-

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΖ'.

Ἀκολούθως τῇ πρὸ ταύτης ᾠδῇ ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν διὰ ταύτης κηρύσσεται (6)· οἱ γοῦν φοβούμενοι τὸν Κύριον, ἕτεροι λέγονται εἶναι παρὰ τὸν Ἰσραήλ, καὶ παρὰ τὸ κρεῖττον ἐν τῷ Ἰσραὴλ τάγμα, λέγω δὲ τὸ ἱερατικόν· δηλοῖ δὲ τοῦτο ὁ φάσκων λόγος· *Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον*· καὶ μετὰ ταῦτα· *Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον ἤλπισαν ἐπὶ Κύριον*· καὶ πάλιν· *Κύριος μνησθεὶς ἡμῶν εὐλόγησεν ἡμᾶς· εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰσραήλ· εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών*· καὶ μετὰ ταῦτα· *Εὐλόγησε*

[14] Luc. VI, 21. [15] Psal. CXIII, 9. [16] ibid. 11. [17] ibid. 12. [18] ibid. 13.

(6) Al. προθεσπίζεται.

τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον. Ἀκολούθως οὖν τούτοις νοήσεις τοὺς ἐπὶ τῆς παρούσης ᾠδῆς μακαριζομένους· οὗτοι δὲ ἦσαν πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον· κρείττων δέ ἐστιν, καὶ ἐπαναβεβηκὼς τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, ὁ ἐν τελείᾳ γεγενημένος ἀγάπῃ· *Ἔξω γὰρ ἐκβάλλει ἡ τελεία ἀγάπη τὸν φόβον*· καὶ οἱ μὲν φοβούμενοι, ἐν πολλαῖς ὁδοῖς πορεύσονται· τάχα δὲ ὁ ἀγαπῶν ἐν μιᾷ, τῷ εἰρηκότι, *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*, ἐφ' ἣν καὶ αἱ πολλαὶ ὥσπερ εἰς λιμένα καταντῶσιν· καὶ καλῶς εἶπεν· *Μακάριοι πάντες*· κἂν δοῦλος, κἂν δεσπότης, κἂν τὸ σῶμα ἀνάπηρος, κἂν ὁτιοῦν, οὐδὲν τούτων κωλύει τὸν μακαρισμὸν τοῦτον, ὃν αὐτός φησιν· ὁ δὲ παρὰ ἀνθρώποις μακαρισμὸς, ἐπισφαλής τε καὶ περίτρεπτος, καὶ λόγῳ μόνῳ πλαττόμενος, μυρίαις δὲ περιστάσεσι περιαντλούμενος· ἀλλ' οὐχ ὁ τὸν Θεὸν φοβούμενος τοιοῦτος, ἀλλὰ τῶν κυμάτων τούτων ἀπηλλαγμένος ἐν γαλήνῃ κάθηται καὶ λιμένι, τὴν ὄντως δρεπόμενος μακαριότητα.

Τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι.

Οἱ λοιποὶ *κόπον χειρῶν* ἐξέδωκαν· ὡς ἐπὶ γεωργοῦ δέ φασιν ἅπερ ἐγεώργησε καρπουμένου· καὶ τὸν ἐναθλοῦντα τῇ τῆς θεοσεβείας ὁδῷ, τροφὴν ἑαυτῷ θησαυρίζοντα πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν ἀναλογοῦσαν οἷς κατεβάλετο πόνοις· καὶ ἀρετὴ δὲ καὶ πόνος ὁ κατὰ Θεὸν, ἔστι τροφὴ καὶ χαρὰ τῇ ψυχῇ· τοιοῦτος μὲν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον· ὁ δὲ ἀγαπῶν, ὡς ἤδη τέλειος φάγεται τὸν οὐράνιον ἄρτον· κατὰ τὸ, *Μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ οὐρανῶν.*

Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα.

Καὶ κατὰ τὸ ῥητὸν, ὡς ἀτελεῖ δίδοται ταῦτα φοβουμένῳ τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐχὶ τῷ ἀγαπῶντι αὐτὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ τῆς δυνάμεως· *Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδεν*, καὶ τὰ ἑξῆς· τῷ δὲ φοβουμένῳ τὸν Κύριον δίδοται σύζυγος, περὶ ἧς φησι τὸ, *Γυνὴ ἀγαθὴ, μερὶς ἀγαθή*· καὶ, *Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει;* τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν ἡ τοιαύτη· οὕτως ἡ πονηρὰ σύζυγος εἴη ἂν ὀργὴ ἐκ Θεοῦ.

Οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν.

Οὕτω καὶ υἱοὶ ἐκ Θεοῦ δίδονται τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον, οὐχ ὅμοιοι τοῖς πολλοῖς υἱοῖς, ἀλλὰ οἱ ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν κυκλοῦντα καὶ στεφανοῦντα τὴν τράπεζαν αὐτοῦ· εἰ δέ τις μὴ φοβουμένους τὸν Κύριόν φησι, πολλάκις ἐν περιουσίᾳ υἱῶν ὑπάρχειν καὶ ἐν εὐθηνίᾳ γυναικὸς, ἀλλ' ἐροῦμεν ὅτι ὁ παρὼν μακαρισμὸς οὐχ ἁπλῶς γυναῖκα καὶ τέκνα ἐπαγγέλλεται, ἀλλ' ὅλον αὐτὸ τοῦτο, ἀμπέλῳ μὲν ἀπεικασμένην γυναῖκα, νεοφύτοις δὲ ἐλαιῶν τέκνα· οὐ τοιαῦτα δὲ τὰ τῶν ἀσεβῶν (7).

A num, æstimabis eos qui præsente cantico beati dicuntur. Hi erant nimirum quotquot Dominum timebant. Potior autem est, et Dei ipsos timoratos superans, qui perfecta in charitate versatur. Nam *perfecta charitas excludit timorem*[19]. Et quidem timorati, multas terunt vias; amans autem unam fortasse, illam, inquam, de qua dixit, *Ego sum via*[20], in quam tanquam in portum multæ quoque illæ desinunt. Pulchreque dixit: *Beati omnes*, sive famulus sit, sive dominus, sive etiam corpore mutilus, sive alius quivis; nihil enim hujusmodi hanc impedit beatitudinem, de qua is loquitur. Verum quam nobis attribuunt homines beatitudinem, ea fallax est, et volubilis, et verbis tantum conficta, B sexcentis vero adversis casibus obnoxia. At non ita se habet qui Deum timet, sed his fluctibus liberatus, in pace portuque sedet, vera fruens beatitate.

VERS. 2. *Labores volarum tuarum* (vel *fructuum*) *manducabis*.

Cæteri interpretes ediderunt *laborem manuum*. Nempe tanquam de agricola loquentes, qui de sua agricultura fructum percipit. Designantque laborantem in pietatis via, sibique escam cumulantem ad futuram vitam, quæ exantlatis laboribus erit consentanea. Nam virtus et propter Deum toleratus labor, cibus gaudiumque animæ est. Ita se habet qui timet Dominum. Veruntamen is qui amat, ceu jam perfectus, cœlestem panem manducat; C secundum ea verba: *Beatus qui panem edit in regno cœlorum*[21]!

VERS. 3. *Uxor tua sicut vitis abundans.*

Sicut jam diximus, dantur hæc imperfecto homini, Dominum timenti, haud ei qui illum tota anima totoque corde ac viribus amat: *Non enim oculus vidit*[22], et reliqua. Timenti autem Dominum datur uxor, de qua dictum est: *Bona uxor, pars bona*[23]. Et: *Mulierem fortem quis inveniet*[24]? æstimabilior est lapidibus pretiosis quæ est ejusmodi. Vicissim mala uxor, ira Dei est.

VERS. 3. *Filii tui sicut novellæ olearum.*

Sic etiam filii dantur timenti Dominum, haud D similes plerisque filiorum, sed veluti olearum surculi circumsistentes coronantesque mensam patris. Quod si quis dicat illos etiam qui Dominum minime timent, sæpe liberis abundare et uxoris fecunditate; respondebimus, dici hoc loco beatitudinem haud absolute de uxore et liberis, sed viti comparari uxorem, novellis vero olearum liberos. Atqui impiorum familia non est hujusmodi.

[19] I Joan. IV, 18. [20] Joan. XIV, 6. [21] Luc. XIV, 15. [22] I Cor. II, 9. [23] Eccli. XXVI, 3. [24] Prov. XXXI, 10.

(7) Paulo aliter in cod. E. f. 271: Καὶ υἱοὶ διαφέροντες τῶν ἄλλων δίδονται τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον, ἀπὸ τοῦ τελείου τοῦ λέγοντος· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος*, καὶ τὰ ἑξῆς· τῆς γὰρ τοιαύτης ἐλαίας τὰ γεννήματα ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν εἶναι λέγεται· τί οὖν; οὐκ εἰσὶν ἄδικοι ἐν εὐθηνίᾳ γυναικῶν τε καὶ παιδίων; ἀλλ' οὐκ ἀμπέλῳ μὲν ἀπεικασμένην ἔχουσι γυναῖκα, νεοφύτοις δὲ ἐλαιῶν τέκνα. *Filii quoque a cæteris diversi dantur timenti Dominum, a perfecto qui ait: « Ego quasi olea fructifera, »*

PSALMUS CXXVIII.

VERS. 4. *Dominus justus concidit cervices peccatorum.*

Cuncti enim improbi persecutores male peribunt. — Cædit cervicem justus Dominus, quam levi jugo noluerunt subjicere. Pio autem fine hoc dicit, ut illi abjecto nequitiæ studio et impetu, subjiciantur Domino, cui omnia nuda et distincta sunt. Pro *concidit* autem, Aquilas, *præcidit laqueos impiorum*; Symmachus, *præcidit laqueos prævaricatorum*; quinta demum editio, *clavos improborum* ediderunt: quibus verbis significantur subornati ab impiis ut justo insidientur homines. Prædicunt item hæ locutiones supremum finem, mortesque eorum qui per tempora Ecclesiam Dei ejusque populum persequi voluerint.

PSALMUS CXXIX.

De Christi populo dici non potest: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* [25]. Non enim est ut prior populus, sed ex intimo corde clamat, utpote illius Spiritus compos, qui, ut ait Paulus, *omnia scrutatur, etiam profunda Dei* [26]. Hic sane laudativum sensum habet de more vox *profundum*; velut illud: *O profunditas divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* [27]! Atque Ezechieli etiam dicit Deus: *Non ad populum profundi labii et gravis linguæ ego te mitto* [28]. Sed profundæ mentis populus, qui præcedentem quoque odam recitavit, ex ipso pectore gemitibus ineloquacibus orans, clamat ad Deum, non autem labiis: sicuti ne Moyses quidem, cui silenti licet dictum fuit: *Quid clamas ad me* [29]? Præsens vero oratio est postulantis ea quæ oportet, seque alacriter ad postulata comparantis. Apprime vero testatus est in præcedente quoque oda: *Sæpe oppugnaverunt me, nec tamen mihi prævaluerunt*. Isti etiam dicent: *Propter nomen tuum sustinui te, Domine. Aures intendentes* dictum est, quasi solius Dei vis sit acustica et visualis. Clamorem denique non vocis intensionem dicit, sed mentis affectum.

VERS. 3. *Si iniquitates observaveris, Domine.*

Quoniam haud omnes dicere queunt in Ecclesia: *Sæpe oppugnaverunt me, nec tamen mihi prævaluerunt* [30], de infirmioribus præsentem locutionem profert, qui persecutiones non tolerant. Nisi forte qui psalmum recitat, de peccatis suis ante vocationem hæc dicit.

VERS. 7. *Copiosa apud eum redemptio.*

Pretiosum enim sanguinem suum pro nobis redemptionem dedit, factus Dei Agnus. Hic peccata nostra gestat, et pro nobis dolet. *Operatus est autem redemptionem populo suo*, ut ait Zacharias [31]; atque ut sancta Virgo, *Israelem suscepit* [32].

A

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΗ'.

Κύριος δίκαιος συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν.

Πάντες γὰρ οἱ διώξαντες κακοὶ κακῶς ἀπολοῦνται. — Συγκόπτει τὸν αὐχένα, ὃν οὐχ ὑποβάλλουσι τῷ χρηστῷ ζυγῷ, ὁ δίκαιος Κύριος· χρηστῇ δὲ προθέσει τοῦτο ποιεῖ, ὅπως ἀποβαλόντες τὴν πρὸς τὰ φαῦλα εὐτονίαν καὶ ἰσχὺν, ὑποταγῶσι τῷ Κυρίῳ, ᾧ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα ἐστίν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν*, Ἀκύλας *κατέκοψεν βρόχους ἀσεβῶν*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *κατέκοψεν βρόχους παρανόμων*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, *κλοιοὺς ἀνόμων*, ἐκδεδώκασιν· δηλοῦντος τοῦ λόγου, τοὺς ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν εἰς ἐπιβουλὴν τοῦ δικαίου κατεσκευασμένους· θεσπίζει δὲ καὶ διὰ τούτων ὁ λόγος τὰ ἔσχατα τέλη, καὶ τὸν ὄλεθρον τῶν κατὰ καιροὺς τὴν Ἐκκλη-
B σίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ πολεμεῖν ἐπιχειρούντων.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΚΘ'.

Περὶ τοῦ λαοῦ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοῦ Χριστοῦ τὸ, *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀφέστηκεν ἀπ' ἐμοῦ.* Οὐ γὰρ ὡς ὁ πρῶτος λαὸς, ἀλλ' ἐκ βαθέων ἐκέκραξεν, ἅτε δὴ μετέχων τοῦ Πνεύματος, ὃ, κατὰ Παῦλον, *πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*· ἐν ἐπαίνῳ δὲ τὸ *βαθὺ* κἀν τῇ συνηθείᾳ· ὁποῖον καὶ τὸ, *Ὦ βάθος πλούτου σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ.* Καὶ πρὸς Ἰεζεκιὴλ δέ φησιν· *Οὐ πρὸς λαὸν βαθύχειλον καὶ βαρύγλωσσον ἐγὼ ἐξαποστελῶ σε.* Ἀλλ' ὁ βαθὺς τῇ διανοίᾳ λαὸς, ὁ καὶ τὴν ᾠδὴν τὴν πρὸ ταύτης εἰπὼν, ἐκ τῶν στέρνων αὐτῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχά-
C νων βοᾷ πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλ' οὐ χείλεσιν· ὥσπερ οὐδὲ Μωϋσῆς, πρὸς ὃν ἐῤῥέθη, καίτοι σιγῶντα, τὸ, *Τί βοᾷς πρός με;* Ἡ δὲ νῦν εὐχὴ τοῦ αἰτοῦντος ἃ δεῖ, καὶ τοῖς αἰτουμένοις ἑαυτὸν ἑτοίμως παρέχοντος· μαρτυρῶν δὲ μάλιστα καὶ διὰ τῆς προλαβούσης εἶπεν ᾠδῆς· *Πλεονάκις ἐπολέμησάν με, καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι*· οἳ καὶ λέξουσιν· *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε, Κύριε*· ὦτα δὲ *προσέχοντα* λέλεκται, ὡς τῆς μιᾶς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως οὔσης ἀκουστικῆς καὶ ὁρατικῆς· κραυγὴν δὲ οὐ τόνον λέγει φωνῆς, ἀλλὰ γνώμης διάθεσιν.

Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ, Κύριε.

Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ οὐ πάντες δύνανται λέγειν· *Πλεονάκις ἐπολέμησάν με, καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι*, περὶ τῶν ἀσθενεστέρων τὴν παρ-
D οῦσαν ἀναπέμπει φωνὴν, καὶ μὴ φερόντων τοὺς διωγμούς· εἰ μὴ ἄρα ὁ αὐτὸς περὶ τῶν πρὸ τῆς κλήσεως ἀνομιῶν αὐτοῦ ταῦτά φησιν.

Πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις.

Τὸ γὰρ τίμιον αὐτοῦ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκε λύτρον, γενόμενος Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ· οὗτος γὰρ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. *Ἐποίησε δὲ καὶ λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ*, κατὰ τὸν Ζαχαρίαν· καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν Παρθένον, *Ἀντελάβετο Ἰσραήλ.*

[25] Matth. xv, 8. [26] I Cor. ii, 10. [27] Rom. xi, 33. [28] Ezech. iii, 5. [29] Exod. xiv, 15. [30] Psal. cxxviii, 1, 2. [31] Luc. i, 68. [32] ibid. 54.

et reliqua. Nam hujus oleæ germina, tanquam surculi novelli dicuntur. Quid ergo? Non est injustis uxorum ubertas ac liberorum? Utique; sed tamen haud viti similem habent conjugem, neque ut novos olearum surculos, ; ios.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛ'.

Ἀκολούθως ἡ ᾠδὴ ἡ παροῦσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς τοῦ ἐν Κυρίῳ τετελειωμένου ταπεινοφροσύνης φωνὰς περιέχουσα, καὶ μάλιστα τοῦ δυναμένου λέγειν· *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὑπέμεινά σε, Κύριε.* Ὁ δὲ Δαυῒδ ὡς εἰκὸς μεμαθηκὼς ἀπὸ τῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος φωνῶν, ὅτι τις ἱλασμὸς παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις εἰ πιστεύσειεν, ἀναγκαίως ἑαυτὸν προσφέρει τῷ Λυτρωτῇ· διὸ καὶ ἐπιγέγραπται· *Τοῦ Δαυῒδ εἰς παραίτησιν πλημμελημάτων, τὰς ἰδίας ἐξαριθμοῦντος ἀνδραγαθίας.* Οὐ πώποτε γὰρ, φησὶν, ἐπήρθην καθὼς ἄρχων ἐπ' ἔθνος αὐτοῦ· οὔτε μὴν ἐχαυνώθην βλέψας ἔξω Θεοῦ, καὶ τῆς πρὸς τὸν αὐτοῦ φόβον συστάσεως καθυφείς· οὔτε πάλιν ἐν τρυφῇ πλουσίως διεξῆγον τὸν βίον· οὐδέ τι μεῖζον ἐφρόνησα, φησὶ, περὶ ἐμαυτοῦ, τῶν προσόντων ἐμοί· ὁποῖοί τινές εἰσιν οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες.

Ἐλπισάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον

Ὥσπερ ἐγὼ, φησὶν ὁ βασιλεὺς Δαυῒδ, τοσοῦτος ὢν καὶ τοιοῦτος ἀνὴρ, ταπεινὸν ἐμαυτὸν κατέστησα, καὶ προσήγαγον ἐμαυτὸν τῷ ἱλασμῷ καὶ τῷ Λυτρωτῇ καὶ Σωτῆρι, οὕτως καὶ τῷ λοιπῷ Ἰσραὴλ ἐπαγγέλλομαι θαρσούντως προσιέναι τῷ ἱλασμῷ· ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι αὐτὸς λυτρώσεται τὸν Ἰσραὴλ, εἰ προσδράμοι αὐτῷ, ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΑ'.

Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαυῒδ ἀλήθειαν.

Ὁμωμοκότι δὲ τῷ Δαυῒδ, ἀντώμοσεν ὁ Θεὸς ζητήσαντι τὸν τόπον μαθεῖν, δωρεὰν δοὺς τὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ προελθεῖν· *Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων*, ὥς ὁ Παῦλός φησιν, *ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν*, περὶ ὧν ηὔξατο, *λάβωμεν.*

Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.

Ἐπειδὴ σὺ, φησὶν, οὕτω πιστεύσας τοιαῦτα ηὔξω γνῶναι, βουλόμενος μαθεῖν περὶ τοῦ τόπου τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως τοῦ Σωτῆρος, δέχου δὴ καὶ αὐτὸς τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ γίνου διάκονος τῆς σωτηρίου γενέσεως. Σὸς γὰρ ἔσται καρπὸς ὁ γενησόμενος, ἐκ τῆς διαδοχῆς καὶ ἐκ σοῦ σπέρματος προελευσόμενος· διὸ καὶ αὐτῷ δοθήσεται ὡσεὶ ἐπηγγελμένος θρόνος, διὰ τὸ μηδένα ἕτερον ἢ μόνον τὸν ἐκ σοῦ προελευσόμενον, ἄξιον εἶναι τοῦ σοὶ ἐπηγγελμένου θρόνου. Τοιγαροῦν καὶ ὁ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Μαριὰμ φησι· *Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυῒδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τὸν αἰῶνα.*

Ἐὰν φυλάξωνται οἱ υἱοί σου τὴν διαθήκην μου.

Καθεσθήσονται ἐπ' αὐτὸν δηλαδὴ τὸν τοῦ Χριστοῦ θρόνον οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ διάδοχοι· πλὴν οὐδεὶς φθόνος καὶ τοῖς σοῖς υἱοῖς, ὦ Δαυῒδ, τουτέστι τοῖς ἐκ περιτομῆς, καὶ εἰ παραδέξοιντο τὸν Χριστὸν, καὶ εἰ φυλάξοιντο τὴν διαθήκην μου καὶ τὰ μαρτύριά μου, οὐ τὰ διὰ τῆς πρώτης νομοθεσίας δεδομένα, ἀλλὰ ταῦτα ἃ διδάξω αὐτοὺς, μέλλοντα αὐτοῖς ὕστερόν ποτε παραδοθήσεσθαι διὰ τῆς καινῆς διαθήκης· εἰ γὰρ

PSALMUS CXXX.

Congrue præsens oda, itemque præcedens, hominis in Deo perfecti humiles voces continet, præcipueque ejus qui possit dicere: *Propter nomen tuum sustinui te, Domine* [33]. David autem edoctus, ut credibile est, a sancti Spiritus oraculis, misericordiam apud Deum inveniri copiosamque redemptionem, si modo crederet, necessario seipsum exhibet Redemptori. Quare et inscribitur: *Davidis ad deprecationem peccatorum, res a se egregie gestas recensentis.* Nunquam enim, inquit, fastu elatus sum, ceu gentis princeps; neque ita superbia tumui ut Dei præsentiam non spectarem, et in eo timendo constantiam omitterem. Neque item in deliciis affluenter vixi; neque de me meisque rebus præter modestiam sensi: quod faciunt ii qui sibimet ipsi videntur ingeniosi ac sapientes.

VERS. 3. *Speret Israel in Domino.*

Sicut enim ego, ait rex David, talis tantusque vir humilem me feci, meque obtuli misericordiæ, Redemptorique ac Servatori; ita reliquo etiam Israeli denuntio ut confidenter ad misericordiam accedat. Nam probe scio, fore ut Deus Israelem redimat, si ad eum confugerit, ex omnibus iniquitatibus ejus.

PSALMUS CXXXI.

VERS. 11. *Juravit Dominus Davidi veritatem.*

Juranti Davidi vicissim juravit Deus, ei qui locum cognoscere avebat, gratuito donans prærogativam ut et ipsemet ejus stirpe oriretur; *Ut per duas res immobiles*, prout Paulus ait, *quibus impossibile est mentiri Deum, validum solatium* [34], circa ea quæ quisque petit, *habeamus.*

VERS. 11. *De fructu ventris tui ponam super thronum tuum.*

Quoniam tu, inquit, ita credens, cognoscere hæc optasti, nempe locum quo ad homines venturus est Salvator, accipe hanc notitiam, et esto salutaris ejus nativitatis minister. Fructus enim tuus erit qui futurus est, ex tua progenie ac semine proventurus: ideoque et ipsi dabitur thronus promissus, quia nemo est alius, præter illum ex te oriturum, qui in promisso throno sedere mereatur. Quare et Gabriel Mariæ dixit: *Et dabit illi Deus thronum Davidis patris ejus, regnabitque super domum Jacob in æternum* [35].

VERS. 12. *Si custodierint filii tui testamentum meum.*

Sedebunt super ipso videlicet Christi throno discipuli ejus ac successores. Verumtamen ne tui quidem filii, o David, ulla re fraudabuntur, id est circumcisionis asseclæ, si modo Christum receperint, et pactum meum ac testimonia servaverint, non illa ad priorem legislationem pertinentia, sed ea quæ deinde ipsos docebo, quæque novi fœderis tempore tradenda sunt. Omnino si hæc servave-

[33] Psal. CXXIX, 4. [34] Hebr. VI, 18. [35] Luc. I, 32.

rint, ipsi quoque in throno tuo, qui Christo paratus est, sedebunt.

A φυλάξοιντο ταῦτα, καὶ αὐτοὶ καθευδοῦνται ἐπὶ τὸν θρόνον σου τὸν τῷ Χριστῷ ἡτοιμασμένον.

VERS. 15. *Prædam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.*

Secundum anagogen, præda Sionis ii sunt qui piscium instar ab evangelicis apostolicisque retibus quotidie capiuntur. Pauperes autem ejus beati, quorum est regnum Dei, qui panem de cœlo delapsum edunt. Sed et ejusdem Sionis sacerdotes, postquam se justitia, ut ait, induerint, a Deo salute induuntur. Deinde de viris sanctis verba facit, virtute ac vitæ genere in Ecclesia præcellentibus. De quibus Aquilas dicit: *Laudatione laudabunt*; Symmachus autem, *Benedicentes benedicent*.

Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω, τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων.

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, θήρα Σιὼν οἱ δίκην ἰχθύων διὰ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν δικτύων ὁσημέραι ζωγρούμενοι· πτωχοὶ δὲ αὐτῆς οἱ μακάριοι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· οἳ τὸν ἄρτον σιτοῦνται τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα· ἀλλὰ καὶ οἱ ταύτης ἱερεῖς, πρῶτον ἑαυτοὺς δικαιοσύνην, ὡς εἶπεν, ἐνδύσαντες, ὑπὸ Θεοῦ περιβάλλονται σωτηρίαν· εἶτα λέγει περὶ τῶν ὁσίων, τῶν ἀρετῇ καὶ βίῳ διαπρεπόντων ἐν Ἐκκλησίᾳ· περὶ ὧν Ἀκύλας μὲν ἔφη· *Αἰνέσει αἰνέσουσιν*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Εὐφημοῦντες εὐφημήσουσιν*.

VERS. 18. *Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* B

Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου.

Hoc de Joanne dicit, juxta Domini effatum: *Ille erat lucerna ardens et relucens* [26]. Licet hoc et aliter per tempora persecutionum cognoscere. Symmachus vero *consecratio* scripsit. Consecrat reapse per universum orbem sanctificatio Servatoris nostri Ecclesiam.

Τοῦτο περὶ Ἰωάννου φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Κυρίου· *Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων*. Ἔστι δὲ ταῦτα καὶ ἄλλως ἰδεῖν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ὁ ἁγιασμὸς*, εἶπεν, *αὐτοῦ*· ἁγιάζει γὰρ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἁγίασμα.

PSALMUS CXXXII.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΒ'.

VERS. 1. *Ecce quid bonum et quid jucundum, præter quam habitare*, etc.

Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν, κ. τ. λ.

Non omne bonum, pariter et jucundum est; neque omne jucundum, simul et bonum est. Multa enim sunt dulcia, et tamen prava: et vicissim alia laboriosa sunt, sed tamen bona. Veruntamen concordia et pax animarum parem mentem sententiamque foventium, utramque rem laudabiliter, nempe et bonum et jucundum tenere dicitur. Neque id dicitur de fratribus una tantum habitantibus, sed de unitatem simul servantibus, prout ait Apostolus: *Ut id ipsum omnes dicatis, neque schismata inter vos sint; sed una eademque mente ac sententia estote coagmentati* [27]. Monet autem, ne bonum atque jucundum in corpore carnisque voluptate reponendum putemus.

Οὐ πᾶν τὸ καλὸν, ἤδη καὶ τερπνόν· οὐδὲ τὸ τερπνὸν, πάντως καὶ καλόν· πολλὰ γὰρ ἡδέα μὲν, φαῦλα δέ· ὡς καὶ ἕτερα ἐπίπονα μὲν, ἀγαθὰ δέ· ὁμόνοια δὲ καὶ εἰρήνη ψυχῶν ὁμοφρονούντων καὶ ὁμοδοξούντων, C ἄμφω κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὸ τερπνὸν καὶ τὸ καλὸν ἔχειν ἐπαινεῖται· οὐ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἁπλῶς, ἀλλ' ὅταν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὦσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα· *Ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ εἶεν ἐν ὑμῖν σχίσματα· ἦτε δὲ κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοΐ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ*· διδάσκει δὲ τὸ καλὸν καὶ τὸ τερπνὸν μὴ ἐν σώματι, μηδὲ ἐν ἡδονῇ σαρκῶν τίθεσθαι.

VERS. 3. *Sicut ros Hermonis qui descendit in montes Sionis.*

Ὡς δρόσος Ἀερμὼν ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών.

Mons est Hermon Libano adjacens, in quo nix multa congeritur, quam Scriptura roris nomine designat. Quia ergo ros ille, ex multis collectus guttis unum corpus efficitur et compingitur, recte Ecclesiæ concordiam atque consensum comparavit diverso exemplo non nivi permanenti in Hermone monte, sed ei quæ in Sionis montes descendit. Namque ut nivis copiam intelligamus, mons Hermon in exemplum sumptus est; ut autem morum secundum Deum concordiam significaret Psalmista, rorem in montes Sionis descendentem nominavit.

Ὄρος ἐστὶν Ἀερμὼν, τὸ παρακείμενον τῷ Λιβάνῳ, ἐφ' ὃ χιὼν συνάγεται πολλὴ, ἥντινα ὁ Λόγος δρόσον ὠνόμασεν· ἐπειδὴ δὲ ἡ δρόσος ἐκείνη ἡ ἐκ πολ- D λῶν συναγομένη σταγόνων, ὑφ' ἓν σωματοποιεῖται καὶ συμπήγνυται, εἰκότως τὴν τῆς Ἐκκλησίας ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν ἀπείκασε δι' ἑτέρου παραδείγματος οὐ τῇ χιόνι τῇ ἀπομενούσῃ ἐν τῷ Ἀερμὼν ὄρει, ἀλλὰ τῇ καταβαινούσῃ ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών· ἵνα μὲν γὰρ νοήσωμεν τὸ πλῆθος τῆς χιόνος, τὸ Ἀερμὼν ὄρος παρείληπται· ἵνα δὲ τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτεύματος τὴν συμφωνίαν δηλώσῃ, ἐπὶ τὰ ὄρη Σιὼν ἔφη κατιέναι τὴν δρόσον.

VERS. 3. *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.*

Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν.

Illic dicit, apud fratres concorditer habitantes. Neque hanc communem vitam, sed immortalem, intelligit.

Ἐκεῖ λέγει παρὰ τοῖς κατοικοῦσιν ἀδελφοῖς ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ ζωὴν οὐ τὴν κοινὴν, ἀλλὰ τὴν ἀθάνατον.

[26] Joan. v, 35. [27] I Cor. I, 10.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΓ'.

Εὐλογήσαι σε Κύριος ἐκ Σιών.

Ἤδη τῷ Ἀβραὰμ εἴρηται· *Οἱ εὐλογοῦντές σε, εὐλόγηνται*· δυνάμει δὲ ἑαυτὸν εὐλογεῖ ὁ τοῦτο ποιῶν· εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Κυρίου; οὐ γὰρ δεῖται τῆς παρ' ἡμῶν εὐλογίας. Ἕκαστος δὲ ἑαυτῷ χαρίζεται, καὶ ἑαυτὸν εὐλογεῖ, ἀντευλογούμενος ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ. Διὸ πρῶτον εἴρηται· *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον*· εἶθ' ἑξῆς· *Εὐλογήσαι σε Κύριος.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΔ'.

Τῇ τῶν ᾠδῶν ἐσχάτῃ τὰς αὐτὰς ἔχων λέξεις, ὁ παρὼν αἶνος εἰκότως παράκειται· διὸ τὸ *ἀλληλούϊα* προγέγραπται· τοῦ μὲν *ἀλληλοὺ* δηλοῦντος τὸ *αἰνεῖτε*, τοῦ δ' *ἴα*, *τὸν Κύριον*. Εἴποι δ' ἄν τις ὕμνον εἶναι τὰ πρῶτα, ὡς ἐν προοιμίῳ διεγείροντα τοὺς προσταττομένους αἰνεῖν τὸν Θεόν· ἀρχομένους τοῦ αἴνου ἀπὸ τοῦ, *Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα.* Κατηχεῖ δὲ ἀποστρέφων εἰδώλων, καὶ διδάσκει γνῶσιν Θεοῦ. Τοιαύτης γὰρ τοὺς νῦν (8) ἐξ ἐθνῶν προσιόντας ἔδει τυχεῖν παραινέσεως· οὓς καὶ δούλους καλεῖ, μήπω τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας ἀνειληφότας. Συμβαίνει δὲ τούτους πρὸ (8*) τῆς παλιγγενεσίας λουτροῦ, στάσιν ἔχειν ἐν οἴκῳ Θεοῦ τῶν αὐτοῦ προπύλων, ἀλλ' οὐ τῶν ἐνδοτάτω τυχόντας· εἰσαγωγὴν γὰρ ἔσχον, ἀλλ' οὐ τελείωσιν. Διάφοροι γε μὴν αὐλαὶ, ἐπεὶ καὶ διάφοροι τῶν εἰσαγομένων οἱ βίοι· προκοπῆς δὲ, τὸ μετὰ τὸ αἰνεῖν τὸ ὄνομα Κυρίου, αὐτὸν δὴ αἰνέσαι τὸν Κύριον· δεῖ γὰρ πρῶτον μαθεῖν, ὅτι ἔστι Θεοῦ Λόγος, ἐφεστηκὼς τῷ παντὶ κόσμῳ, καὶ δεσπόζων αὐτοῦ· εἶτα περί τε οὐσίας αὐτοῦ μαθεῖν καὶ δυνάμεως, Υἱόν τε γνῶναι μονογενῆ τοῦ Θεοῦ.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς Κύριος, κ. τ. λ.

Ἐπεὶ ἀγαθὸς Κύριος, αἰνεῖτε αὐτόν. Αἰτία δὲ τοῦ αἰνεῖν, τὸ ἀγαθὸν οὐ κατὰ μέθεξιν εἶναι, ὡσαύτως δὲ τῷ Πατρί (9). Αἰνοῦμεν δὲ οὐ τῇ λέξει μόνον, ἀλλὰ καὶ μεθέξει τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ, ὡς δέον δὲ τῇ θεωρίᾳ καὶ τοῖς θεολογουμένοις ἔργοις πράττειν ἁρμόδια. τὸ, *Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ*, ἐπενήνεκται· τοῦτο γὰρ ἡδὺ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν χρηστότητα· αἰνοῦμεν δὲ αὐτὸν ἐπεὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ τὸν πτερνίζοντα τὰ πάθη καὶ τὰς κακίας Ἰακὼβ, ἐκλεκτὸν αὐτὸν τιθέμενος διὰ τὸ καταλελυκέναι τὰς ἐκ κακίας καὶ παθῶν πάλας· ἀλλὰ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν τὸν Ἰακὼβ, ἐκ προκοπῆς ἀποδειχθέντα Ἰσραὴλ, εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ ἐξελέξατο· καὶ διὰ τοῦτο λαός ἐστι περιούσιος ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν περιουσίου γενομένου, πάντων περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ὕπαρξιν καταγινομένου, τῷ μετέχειν αὐτῆς ὄντος καὶ σοφοῦ καὶ Λόγου Θεοῦ.

Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις.

Πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος, καλά ἐστιν, ἅτε

PSALMUS CXXXIII.

VERS. 3. *Benedicat te Dominus ex Sion.*

* Olim Abrahamo dictum fuit: *Qui te benedicunt, benedicti sunt* [28]. Virtualiter autem semet benedicit, qui id agit. Quod si in Abrahamo valuit, quanto magis in Domino? Non enim is nostra benedictione indiget. Unusquisque autem sibi gratificatur, et sibi benedicit, quia vicissim ab omnium rerum Creatore benedicitur. Ideo primo dictum est: *Benedicite Dominum.* Deinde: *Benedicat te Dominus.*

PSALMUS CXXXIV.

Laudativus hic psalmus merito subjungitur postremo canticorum, quia iisdem locutionibus utitur; quam ob rem *alleluia* quoque ei præponitur: namque *allelu*, *laudate* significat, *ia*, *Dominum.* Dicet sane aliquis priorem psalmi partem, hymni locum tenere, excitatis in prooemio iis qui Dei laudibus dicendis addicti sunt; qui reapse laudandi initium faciunt ab illis verbis, *nomen tuum, Domine, in æternum.* Doctrina autem traditur ab idolis avertens, et Dei notitiam ingerens. Hæc illis fieri debebat adhortatio, qui nunc ex ethnicis ad fidem accedunt, quos etiam servos appellat, utpote spiritum adoptionis nondum adeptos. Solent autem hi ante regenerationis lavacrum, stationem habere in domo Dei ante fores, nondum in interiora recepti: erudiuntur enim, sed adhuc non sunt perfecti. Porro diversæ sunt aulæ, quia diversa est catechumenorum vita: gradus vero provectio est post laudatum nomen Domini, Dominum ipsum laudare. Oportet enim primum discere, Dei esse Verbum quod universo mundo præsidet ac dominatur: deinde et ejus substantiam potentiamque cognoscere, et quod Dei sit Unigenitus.

VERS. 3. *Laudate Dominum, quia bonus Dominus*, etc.

Quoniam bonus est Dominus, ipsum laudate. Causa autem laudandi est, bonitas ejus non ex quadam participatione, sed quia perinde est ac Pater. Laudamus autem non verbis solum, sed etiam participatione bonorum ejus: quia nimirum oportet theoreticæ speculationi et theologicæ regulæ actibus, reliquos mores consentire, *Psallite*, additum est, *nomini ejus*, quia dulce id est, et super omnem suavitatem. Porro eum laudamus, quia sibi delegit evertentem mala et iniquitates Jacob, electum eum constituens, quia solvit nequitiæ dolorumque certamina. Sed et illum qui post Jacobum fuit, nempe eum qui temporis progressu dictus est Israel, peculiarem sibi ceu possessionem delegit: ideoque populus est peculiaris, ex omnibus gentibus; peculiaris, inquam, possessione et substantia effectus, quatenus eam tenet sapiens Dei Verbum.

VERS. 6. *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo et in terra, in maribus et in cunctis abyssis.*

Quæcunque Dominus fecit, bona sunt, quia vo-

[28] Gen. XII, 3.

(8) Hic vides Eusebii Cæsariensis tempora, quibus præcipue ethnicorum ad Christum conversio fiebat.

(8*) Deest τοῦ. EDIT.

(9) Animadverte Eusebii doctrinam orthodoxam de Deo Verbo.

lente Deo ad exsistendum perducta. Si quid tamen est in cœlo, veluti spiritalia nequitiæ, aut in terra, veluti homines peccatores, aut in maribus, velut draconis improbitas, aut in abyssis, velut iniquitas scelestorum illorum, qui illuc abire jussi sunt; hæc, inquam, Deus non effecit voluntate sua. Namque ex ore Domini haud prodibunt mala simul et bonum.

VERS. 7. *Qui educit ventos de thesauris suis.*

Dum hic dicit thesauros, haud sane indicat quosdam esse ventorum thesauros, sed jubentis potius celeritatem, et rei possessæ paratam facilitatem. Sicut enim qui thesaurum apud se habet, expedite admodum, quotiescunque vult, cuncta inde profert; ita et omnium Creator cuncta facile effecit, et ad exsistentiam perduxit.

VERS. 8. *Qui percussit primogenita Ægypti.*

Quia nonnulli mundana tantummodo ac cœlestia dicunt providentia Dei gubernari, demonstrat humana quoque curæ esse eidem, qui et nunc impios punit, et piorum genus protegit. Sed enim olim quidem portio erat Domini, id est Dei Verbi, populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel. Postquam vero ob suam irreligiositatem ille prolapsus est, dictum fuit humanato Verbo: *Pete a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* [39].

VERS. 13. *Domine, nomen tuum in æternum.*

Nihil tantopere ad divinam Providentiam spectat, quam docere homines, ne rerum hanc universitatem sine gubernatore esse credant. Quare et continua apud nos est Dei memoria, cujus magnitudinem a majoribus servi ejus edocti, præsentia dicere discunt et audent, satis gnari fore ut recreentur, quia judicium fiet de reliquo populo, eorum causa qui Dei nomen sciunt et memoria versant. Pro eis itaque, tanquam pro servis venia egentibus, deprecatur.

VERS. 15. *Idola gentium argentum et aurum.*

Absoluto theologico circa Dominum sermone, et providentiæ ejus magnis operibus enumeratis, tanquam adhuc servos eos alloquens, qui ex errore polytheismi nuper accesserant, objicit putatorum olim ab ipsis deorum vituperationem; consentanee nimirum his quæ supra dixerat, nempe, *Ego cognovi quod magnus est Dominus. Et Dominus noster supra omnes deos* [40]. Dominus noster hæc et illa fecit, tum universim tum etiam partiatim. Gentium autem dii, quibus vos quoque decepti errore antea credebatis, nihil erant aliud quam mortua et muta simulacra. Scite autem et Symmachus pro, *similes illis fiant qui faciunt ea*, interpretatus est dicens: *velut ipsa fiant qui faciunt ea, et quicunque ipsis confidunt.* Revera enim qui inanimatis rebus tanquam diis attendunt, lapidescente anima, idem patiuntur quod abs se culta idola, nempe oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt.

[39] Psal. II, 8. [40] Psal. CXXXIV, 5.

A θελήματι Θεοῦ γεγενημένα· εἰ δέ τί ἐστιν ἐν οὐρανῷ, ὡς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἢ ἐν τῇ γῇ ὡς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἄνθρωποι, ἢ ἐν ταῖς θαλάσσαις, ὡς ἡ τοῦ δράκοντος κακία, ἢ ἐν ταῖς ἀβύσσοις ὡς ἡ πονηρία τῶν προστασσομένων ἐκεῖ ἀπελθεῖν κακῶν, τοῦτο οὐχ ὁ Θεὸς ἐποίησε τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐκ γὰρ στόματος Κυρίου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ κακὰ καὶ τὸ ἀγαθόν.

Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.

Τὸ εἰπεῖν ἐκ θησαυρῶν, οὐ τοῦτο δηλοῖ ὅτι θησαυροί τινές εἰσι τῶν ἀνέμων, ἀλλὰ τὸ ἕτοιμον τοῦ ἐπιτάττοντος, τὸ εὔκολον τῆς κτήσεως παρεσκευασμένον· ὥσπερ ἂν ὁ ἐν θησαυρῷ ἔχων μετὰ ἀδείας ἐξάγει πάντα καὶ ὅτε βούλεται, οὕτως καὶ ὁ τοῦ παντὸς Δημιουργὸς πάντα εὐκόλως ἐποίησε καὶ τῇ φύσει B παρέδωκεν.

Ὃς ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου.

Ἐπειδὴ δὲ τὰ καθόλου καὶ οὐράνιά φασί τινες προνοίᾳ διοικεῖσθαι μόνῃ Θεοῦ, δείκνυσιν ὡς μέλει καὶ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτῷ, καὶ νῦν τοὺς ἀσεβεῖς κολάζοντι, καὶ τῶν εὐσεβῶν οἰκειουμένῳ τὸ γένος. Ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦν μερὶς Κυρίου, δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ Λόγου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ· ἐπειδὴ δὲ δι' ἣν ἔδρασεν ἀσέβειαν ἐκεῖνος ἐκπέπτωκεν, ἐνανθρωπήσαντι λέλεκται· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.*

Κύριε, τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα.

Οὐδὲν οὕτω τῆς θείας Προνοίας, ὡς τὸ διδάξαι τοὺς C ἀνθρώπους μὴ ἀδέσποτον εἶναι τὸ πᾶν· ὅθεν καὶ ἡ διηνεκὴς αὐτοῦ μνήμη καθέστηκε παρ' ἡμῖν, οὗ τὸ μέγεθος διὰ τῶν προλαβόντων οἱ δοῦλοι μαθόντες αὐτοῦ, τὰ παρόντα λέγειν διδάσκονται καὶ παραθαρρύνονται, μαθόντες ὡς ἐπ' αὐτοῖς παρακληθήσονται, τῆς κρίσεως ἀκολουθούσης τοῖς λοιποῖς τοῦ λαοῦ, τοῖς ἐπεγνωκόσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὸ μνημόσυνον ἔχουσιν· ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὡς ἂν ἐπὶ δούλοις συγγνώμης ἐπιδεομένοις παρακαλεῖται.

Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον.

Συντελέσας τὴν περὶ τοῦ Κυρίου θεολογίαν, καὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ τὰς μεγαλουργίας καταλέξας, ὡς ἔτι δούλοις ὁμιλῶν τοῖς ἐκ τῆς πολυθέου πλάνης ἄρτι προσεληλυθόσιν, ἀντιπαραβάλλει τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς νενομισμένων θεῶν τὸν ἔλεγχον, ἀκολούθως D οἷς ἀνωτέρω εἰρήκει· ὅτι, *Ἐγὼ ἔγνωκα ὅτι μέγας Κύριος, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς*· ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν τάδε καὶ τάδε εἰργάσατο ἔν τε τοῖς καθόλου καὶ ἐν τοῖς ἐπὶ μέρους· οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν θεοὶ, οὓς καὶ αὐτοὶ πεπλανημένως ἐνομίζετε πρότερον, οὐδὲν ἦσαν ἕτερον ἢ εἴδωλα νεκρὰ καὶ κωφά. Χαριέντως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, *ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ*, ἡρμήνευσεν εἰπὼν, ὡς *αὐτὰ γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πᾶς ὁ πεποιθὼς αὐτοῖς.* Καὶ γὰρ ὄντως οἱ τοῖς ἀψύχοις ὡς θεοῖς προσέχοντες, ὥσπερ ἀπολιθωθέντες τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ πεπόνθασιν τοῖς προσκυνουμένοις ὑπ' αὐτῶν, ὀφθαλμοὺς ἔχοντες καὶ οὐ βλέποντες, ὦτα ἔχοντες καὶ οὐκ ἀκούοντες.

A *Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά.*

Οἱ μὲν προειρημένοι ὅμοιοι γενήσονται, ἢ καὶ γεγόνασι τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς· οἱ δὲ εἰς τὸν κλῆρον παραληφθέντες τοῦ Θεοῦ, καὶ λαὸς αὐτοῦ χρηματίσαντες, *Εὐλογήσατε*, φησὶ, *τὸν Κύριον*, τουτέστιν ἀνευφημήσατε, τὰ μεγάλα ἑαυτοὺς ὠφελοῦντες· καλεῖται δὲ πρῶτον ἐπὶ τὴν εὐλογίαν ὁ (9*) Θεοῦ λαὸς, ὁ καλούμενος οἶκος Ἰσραὴλ, τὸ ὑποδεδηκὸς τάγμα τοῦ πλήθους· δεύτερον δὲ κατὰ ἀνάβασιν καὶ ὑπεροχὴν οἶκος Ἀαρών· καὶ τρίτον ἡ φυλὴ πᾶσα ἡ ἱερατικὴ καλουμένη οἶκος Λευΐ· καὶ μετὰ πάντας ἀνωτέρω οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον· οὗτοι δὲ ἦσαν πρὸς οὓς ὁ πᾶς ὕμνος προσπεφώνηται· οἱ δὴ ἐν ἀρχῇ τοῦ παντὸς ψαλμοῦ ὠνομασμένοι δοῦλοι, δηλαδὴ οἱ ἐξ ἐθνῶν προσιόντες τῇ πίστει. Εἰ γὰρ τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος περιείληπται διὰ τῶν εἰρημένων τριῶν ταγμάτων, B τοῦ τε Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν, καὶ οἴκου Λευΐ, ἕτεροι παρὰ τούτους τίνες ἂν εἶεν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, εἰ μὴ ἐξ ἐθνῶν τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ προσεληλυθότες; οἳ καὶ διδάσκονται εὐλογεῖν· *Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ Σιὼν, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλὴμ*, ἢ τὴν ἀεὶ μένουσαν τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἐν ᾗ τὸ ἀληθὲς νοοῖτο ἂν κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ (10).

VERS. 18. *Similes illis fiant qui faciunt ea.*

Prædicti idololatræ similes fient, vel jam sunt facti, diis suis. Secus vero, qui in sortem Dei assumpti estis, et populus ejus censemini, *Benedicite*, inquit, *Domino*; id est, collaudate, non sine magna utilitate vestra. Primus autem ad laudandum vocatur Dei populus, qui dicitur domus Israelis, ordo inferior plebis. Secundo loco, uti gradus excelsior et eminens, domus Aaronis. Tertio sacerdotalis universa domus Levi. Postremo denique tanquam omnibus sublimiores qui timent Dominum. Hi sunt, quos universus hymnus alloquitur. Qui autem initio totius psalmi appellantur servi, ii sunt qui ex ethnicis ad fidem accesserunt. Nam si universa Judæorum natio prædictis tribus ordinibus comprehenditur, Israelis videlicet, et familiarum Aaronis ac Levi; reliqui præ his timentes Dominum, quinam erunt nisi qui ex ethnicis ad Dei doctrinam accesserunt? qui etiam docentur sic benedicere: *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat Jerusalem*, sive manentem semper Dei civitatem, in qua vera Dei intelligitur habitatio.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΕ'.

Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ.

Θαυμαστὸν δὲ καὶ πρὸς λέξιν, εἰ οὐρανὸς μὲν καὶ μόνῃ θέᾳ τὴν σοφίαν δηλοῦν τοῦ (10*) Θεοῦ, μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ πολυχρονίῳ μονῇ· γῆ δὲ πανταχόθεν περικλυζομένη τοῖς ὕδασι καὶ σύστασιν τὴν ἰδίαν φυλάττουσαν· πᾶσι δὲ τὸν αἰώνιον ἔλεον ὁ μελογράφος C συνέζευξεν, ἐπειδὴ οὐ διὰ χρείαν οἰκείαν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν ἐδημιούργησεν ἅπαντα.

PSALMUS CXXXV.

VERS. 4. *Ei qui facit mirabilia magna solus.*

Sane ad litteram mirabile est, quandoquidem cœlum solo intuitu sapientiam Dei magnitudine ac pulchritudine sua, et tam spatiosa ævitate demonstrat: terra autem alluentibus undique fluctibus firmitatem suam retinens. His omnibus æternam misericordiam melodus innexuit, siquidem haud ob aliquem suum usum Deus, sed ob solam erga homines benignitatem omnia creavit.

Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον.

Εἰ μὴ πέπεισαι, φησὶ, προνοίᾳ Θεοῦ καὶ δυνάμει τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ τὰ τούτου μέρη διακυβερνᾶσθαι, ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ ἔχεις μή πη τὰ κατὰ μέρος καὶ τὰ ἀνθρώπινα παροϱᾶται ὑπ' αὐτοῦ, γνῶθι, ὅτι καὶ τῶν ἐπὶ γῆς οὐχ ἧττον ἢ τῶν κατ' οὐρανὸν προνοεῖ· μετέρχεται γοῦν κατὰ χρόνους τῶν ἀνθρώπων καθ' ὑπερβολὴν ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, ὥσπερ ποτὲ τοὺς Αἰγυπτίους μετῆλθεν, καὶ αὐτὴν τὴν Αἰγυπτίαν γῆν. Προΐσταται δὲ πάλιν καὶ ὑπερμαχεῖ τῶν θεοφιλῶν, καὶ οὐ μόνων αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τούτων ἀπογόνων, ὥσπερ τῶν διὰ Μωϋσέως ἠλευθερωμένων τότε τῆς D παρ' Αἰγυπτίοις δουλείας, οὓς ἠλευθέρωσεν αὐτὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, οὐκ ἄλλως ἢ ἐκτεταμένῃ χειρὶ καὶ ἰσχυρῷ βραχίονι χρησάμενος· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ τοῦ

VERS. 10. *Qui percussit Ægyptum.*

Si forte haud credis, inquit, Dei providentia ac virtute universum mundum ejusque partes gubernari, dubitasque res singillatim humanas ab eo fortasse negligi, velim scias, ipsum res haud minus terrenas quam cœlestes curare. Ergo persequitur, temporibus idoneis, homines præsertim insigniter irreligiosos et impios; sicuti aliquando Ægyptiis eorumque regioni incubuit. Protegit vicissim atque defendit dilectos suos, neque hos tantum, verum etiam ipsorum posteros; sicuti reapse fecit ereptis tunc per Moysem ab Ægyptiorum servitute; quos ipse communis Deus liberavit haud aliter, quam manu sua extenta, brachioque forti utens. Est autem hoc ipsum Dei Verbum, per quod et

(9*) Deest τοῦ. EDIT.

(10) In codicibus D. f. 237. b, et G. f. 207, aliis partim verbis idem fere fragmentum scribitur. ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα μὲν εἴη, φασὶ, τοῖς ποιοῦσι τὰ εἴδωλα· ὁ δὲ λαὸς τοῦ Κυρίου καὶ ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἀπολαυέτω τῆς εἰς αὐτὸν εὐφημίας· πρῶτον ὁ οἶκος Ἰσραὴλ τάγμα τὸ ὑποβεβηκός· εἶτα τὸ ὑπερανέχον, οἶκος τοῦ Ἀαρών· εἶτα τῶν ἱερέων ἡ πᾶσα φυλὴ, οἶκος Λευΐ· καὶ πάντων ἀνώτερον οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, πρὸς οὓς ὁ πᾶς ὕμνος προσπεφώνηται· καὶ κατ' ἀρχὰς ἐῤῥέθησαν δοῦλοι, δι' ὧν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας ἐδήλωσεν· τίνες γὰρ οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, παρὰ τὰ τρία τάγματα τῶν Ἰουδαίων; Σιὼν δὲ λέγει καὶ Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἀεὶ μένουσαν τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἐν ᾗ τὸ ἀληθὲς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ· κατὰ δὲ νόησιν, οἱ διορατικοὶ μὲν οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ὀψόμενοι καθαρᾷ καρδίᾳ Θεόν· οἱ δὲ τελείως καὶ ἱερατικῶς αὐτὸν ἀεὶ θεραπεύοντες, οἶκος Ἀαρών· καὶ οἱ τούτων ὑποδεέστερον μὲν, ἐξυπηρετούμενοι δὲ τῷ ναῷ, οἶκος Λευΐ, οὓς ἄν τις νεωκόρους καλέσειεν· εἶτα οἱ ἐξ ἀλλογενῶν φόβῳ Θεοῦ προστιθέμενοι· πάντες μὲν οὖν εὐλογοῦσιν, ἀναλόγως δὲ ἕκαστοι· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν Ἱερουσαλὴμ, τὴν μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, τὴν εἰρήνην ὁρῶσαν, ἣν Ἰησοῦς δίδωσι λέγων· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.*

(10*) *Δηλοῦν.* Forte δηλοῖ. EDIT.

olim et nunc etiam cuncta hominibus beneficia A benignitas Dei optimi confert.

VERS. 19. *Seon regem Amorrhæorum.*

Interpretari solemus Amorrhæos quidem *loquaces exasperantes*; et horum regem Seon, *tentationem* et *exacerbationem*. Namque homines sophisticæ fraudis periti aspere sæpe loquuntur, pariterque vellent veritatis quoque amatores fraudulenter loqui et occinere, atque omnino nihil aliud spectant quam ut vexent atque exasperent. Basan vero, quod *ignominiam* significat, improborum pudendam malitiam denotat: cujus rex On cum Seon occiditur; ut Israeli terra quam male retinebant tradatur, qui callido et iniquo possessu, malignoque eam administrantes ingenio, regnare videbantur. Ve- B rumtamen dicta terra his erepta traditur in sortem Israeli, fideli servo illius qui rerum omnium auctor est.

VERS. 23. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus.*

In superioribus quoque varie demonstratum fuit, non eum qui de Judaico genere oritur, Israelem esse, sed eum qui moribus dignus hoc nomine est. *Non enim omnes qui de Israele sunt, hi sunt Israel* [41]: *neque illa quæ publice fit, circumcisio est*, ut ait Apostolus, *sed in occulto potius Judæus, et cordis circumcisio, non secundum litteram, sed in spiritu: cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo* [42]. Nos quoque igitur qui ex ethnicis venimus (nos enim reapse circumcisio sumus verusque Israel) C nos, inquam, potius ex inimicis liberavit, quam illos. Etenim illi ex Ægypto discedentes, corporeos fugerunt tyrannos. Verumtamen pravis moribus animas suas inficientes, occubuerunt in deserto idololatriæ dediti. Nos autem revera redemit de animæ nostræ hostibus, memorque nostri magis fuit in humilitate nostra quam illorum. Namque illi quidem corpore serviebant Ægyptiis, nostræ vero animæ ludibrio erant dæmonibus, et sub malis spiritibus humiliati eramus. Tanta vero est misericordia Dei, ut non solum piorum curam gerat, et sibi propinquantibus consulat, verum etiam terrestres omnes providentia sua complectatur, neque rationales solum sed etiam irrationales, cunctisque in terra D alimenta animantibus præbeat, unicuique generi idonea, et vitæ necessaria suppeditet: et nos demum in cœlos hinc transferat. Quamobrem sermo Psalmistæ postquam dixit, *Qui dat escam omni carni* nos in cœlum transmittit, rursus dicens: *Confitemini Deo, cœli, quoniam in æternum misericordia ejus.*

PSALMUS CXXXVI.

Caret hic psalmus titulo apud Hebræos; nam

Θεοῦ Λόγος (11), δι' οὗ καὶ πάλαι καὶ νῦν τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας ἡ φιλανθρωπία τοῦ παναγάθου Θεοῦ κατειργάσατο.

Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμοῤῥαίων.

Ἑρμηνεύονται δὲ Ἀμοῤῥαῖοι μὲν *λαλητοὶ παραπικραίνοντες*, καὶ ὁ τούτων βασιλεὺς Σηὼν, *πειρασμὸς* καὶ *παροργισμός*· οἱ δεινοὶ γὰρ πρὸς ἀπάτην σοφιστικὴν καταπικραίνοντές εἰσιν λαλητοὶ, τοὺς ὅσοι τῆς ἀληθείας εἰσὶν ἐρασταὶ θέλοντες ἐπὶ ἀπάτης λαλεῖσθαι καὶ ᾄδεσθαι, πειράζειν τε καὶ παροργίζειν ἔχοντες τὸν σκοπόν. Βασὰν δὲ *αἰσχύνην* μεθερμηνευομένη, τὴν τοὺς κακοὺς καταισχύνουσαν κακίαν δηλοῖ· ἧς ὁ βασιλεὺς Ὢν, σὺν τῷ Σηὼν ἀποκτίννυται· ὅπως τῷ Ἰσραὴλ ἡ γῆ, ἣν κακῶς ἐκράτουν, σοφιστικῶς καὶ μετὰ μοχθηρᾶς ἕξεως περὶ τὴν τῶν πραγμάτων διατρίβοντες φύσιν, δοκοῦντες βασιλεύειν αὐτῆς· ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα αὐτῶν ἡ ἑρμηνευομένη γῆ, εἰς κατάσχεσιν τῷ Ἰσραὴλ δίδοται ἐπὶ τῷ κληρονομεῖν αὐτὴν, δούλῳ γνησίῳ τοῦ πάντων αἰτίου τυγχάνοντι.

Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος.

Καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω διαφόρως ἐπεδείκνυτο Ἰσραὴλ, οὐ τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων ὑπάρχων, ἀλλ' ὁ τοιόσδε τῆς θεοσεβείας τρόποις (12)· *Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομὴ*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας οὐ γράμματι ἀλλὰ πνεύματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ*· καὶ ἡμᾶς οὖν τοὺς ἐξ ἐθνῶν (ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ καὶ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ), ἐλυτρώσατο ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν μᾶλλον ἢ ἐκείνους· οἱ μὲν γὰρ ἐξ Αἰγύπτου προελθόντες, τοὺς σωματικοὺς ἐξέφυγον τυράννους· ἐπαγόμενοι δὲ ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς τοὺς ἀσεβεῖς τρόπους, πεπτώκασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰδωλολατρήσαντες. Ἡμᾶς δὲ ἀληθῶς ἐλυτρώσατο ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐμνήσθη ἡμῶν ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν μᾶλλον ἢ ἐκείνων· οἱ μὲν γὰρ σώμασιν ἐδούλευον τοῖς Αἰγυπτίοις, ἡμεῖς δὲ ταῖς ψυχαῖς αὐταῖς δαιμόνων ἦμεν παίγνια, καὶ ὑπὸ τοῖς πονηροῖς πνεύμασιν ἦμεν τεταπεινωμένοι. Τοσοῦτον δέ ἐστι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ μόνον κήδεσθαι τῶν θεοσεβῶν, καὶ τῶν αὐτῷ πλησιαζόντων φροντίζειν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἅπαξ ἁπλῶς τῶν ἐπὶ γῆς τὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι, καὶ οὐ λογικῶν μόνων ἀλλὰ καὶ ἀλόγων, ὡς ἐπιχορηγεῖν τροφὰς πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς ζώοις, ἑκάστῳ τε γένει τὰ πρόσφορα, καὶ τὰ κατάλληλα πρὸς τὴν ζωὴν δωρεῖσθαι, ἐντεῦθέν τε πάλιν εἰς οὐρανὸν διήκειν. Διόπερ ὁ λόγος μετὰ τὸ φάναι, *Ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ*, ἀναπέμπει ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν, αὖθις λέγων· *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛϚ'.

Ὁ παρὼν ψαλμὸς, ἀνεπίγραφος ὑπάρχει παρ'

[41] Rom. ix, 6. [42] Rom. ii, 28, 29.

(11) Recole omnino adnotata a nobis in tractatu S. Cyrilli *De Maria deipara*, cap. 5, de Domino Jesu, pro Josue, exeuntium Ægypto Israelitarum duce. Nam et Eusebius conspirare cum Cyrilli aliorumque sententia videtur.

(12) Cod. τρόπος.

Ἑβραίοις, καὶ οὔτε τίνος ἐστὶ προγέγραπται, οὔτε ποίου τυγχάνει εἴδους· ἀλλ' ἔστι ψιλὴ προφητεία ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι γενομένων λεγομένη· καὶ τοῦτο δὲ σημειώσει ὡς ἔν τισιν τῶν ἀντιγράφων, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, ἐπιγέγραπται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου!

Ὁ μακαρισμὸς εἰς ἐκείνους περιστήσεται τοὺς ἀποδιδόντας τὰ ἀμοιβαῖα τῇ Βαβυλῶνι, καὶ τὸν τὰ νήπια αὐτῶν προσαράσσοντα τῇ πέτρᾳ καὶ ἀναιροῦντα αὐτά· καὶ γὰρ τῷ ὄντι, τὸ μὲν πρῶτον μακάριον ἦν τὸ μὴ θεάσασθαί ποτε τὴν Βαβυλῶνα, μηδὲ ἐν τῇ συγχύσει γενέσθαι τῶν ταύτης κακῶν· εἰ δὲ ἅπαξ τις γένοιτο ἐν αὐτῇ ἀποπεσὼν τῶν κρειττόνων, μακάριος ἂν εἴη εἰ ἃ πέπονθεν ποιήσειεν, καὶ ἀνταιχμαλωτήσειεν τοὺς Βαβυλωνίους, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν Βαβυλωνίων ψυχὰς μεταγάγοι ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Εἰ δὲ καὶ τὰ νήπια αὐτῶν μὴ συγχωρήσειεν αὐξῆσαι, ἀλλὰ συντρίψειεν πρὸς τῇ πέτρᾳ, πολλῶν ἂν γένοιτο μακαριώτερος. Βαβυλῶνος δὲ νήπια τὰ σπέρματα τῆς κακίας, καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν συγχυτικῶν ἁμαρτημάτων, οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπών· ἃ δὴ τῷ λόγῳ τῷ σωτηρίῳ (ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ Χριστὸς) ἀναιρεῖν πρὸς τὸ μὴ αὔξειν, μηδὲ εἰς ἔργα προέρχεσθαι σπουδάσει ὁ ἐν τούτοις μακαριζόμενος.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΖ'.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου.

Ὥσπερ ὁ τέλειος ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ δυνάμεως καὶ ἰσχύος ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὐ διασπῶν τὰς δυνάμεις τῆς ἑαυτοῦ ἀγάπης περὶ ἄλλο τι, ἀλλ' ὅλως ἀνηρτημένος μόνου τοῦ Θεοῦ, οὕτως καὶ αὐτὸς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξομολογεῖται εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. Θαρσῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ αὐτοῦ παῤῥησίᾳ, καὶ εἰδώς, ὅτι ἐν μεγάλῳ θεάτρῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, θείων ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν Θεοῦ ἐφορώντων, καὶ θεωμένων τὰς ἐν Θεῷ προκοπὰς αὐτοῦ, τὴν προσήκουσαν ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ λατρείαν, καί φησιν· *Καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι.*

Προσκυνήσω πρὸς τὸν ναὸν ἅγιόν σου.

Προσκυνεῖν ἐπαγγέλλεται πρὸς ναὸν ἅγιον, τὴν Ἐκκλησίαν δηλῶν, ἢ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ, ἧς τύπος ὁ ἐπὶ γῆς ὑπῆρχε ναός· εἶτα χάριν ὁμολογεῖ καταξιωθεὶς ἐλέου καὶ ἀληθείας Θεοῦ. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, *περὶ τοῦ ἐλέους σου καὶ τῆς ἀληθείας σου*, λέγει· τυχὼν γὰρ ἐλέου Θεοῦ, τύπων καὶ συμβόλων ἀπήλλακται, ἐν πνεύματι δὲ καὶ ἀληθείᾳ λατρεύειν Θεῷ κατηξίωται.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι, Κύριε, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.

Πολλάκις παρετηρήσαμεν, ὅτι τῶν ψαλμῶν οἱ μήτε ὕμνον, μήτε ᾠδήν, μήτε ψαλμόν, ἤ τι ἕτερον ἔχοντες προγραφήν, ἄλλου παρὰ ταῦτα τυγχάνουσι χαρακτῆρος, ὁποῖος ὁ παρὼν προφητικῆς μετέχων δυνάμεως· διὰ γὰρ τῶν προλαβόντων ἐξομολογησάμενος ὁ Δαυΐδ, Ἀλλ' οὐχ ἐγώ, φησί, ἐν βασιλεῦσι μόνος τούτου κατηξιώθην, πλεῖστοι δὲ τοιοῦτοι γενήσονται, δηλαδὴ μετὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος· καὶ μάλιστα ὅτε τὸ

A neque ejus auctor inscribitur, neque cujus generis carmen sit, dicitur. Porro est simplex prophetia, quæ recitatur ex captivorum Babylone persona. Ejus rei indicium est, quod in aliquot Septuaginta interpretum exemplaribus inscribitur Aggæo et Zachariæ.

VERS. 8. *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam!*

Beatitudo illis reputatur, qui talionem Babyloni reddent, et qui parvulos ejus petræ illisos necabunt. Revera enim in primis beatum fuisset nunquam cernere Babylonem, neque in malorum ejus colluvie versari. Sed postquam aliquis prosperitate dejectus, illic exstitisset, beatus sane reputaretur, si quæ passus esset, invicem retribueret, et Babylonios vicissim captivaret, atque ipsas Babyloniorum B animas ad Dei timorem transferret. Quod si et illorum parvulos haud siverit adolescere, sed illiserit petræ, multo erit felicior. Jam vero Babylonis parvulos, recte intelliges nequitiæ semina, et variorum scaturigines peccatorum, quæ Servatoris doctrinis (nam petra est Christus) occidere, ne adolescant atque in actum erumpant, curabit is qui hoc loco beatus prædicatur.

PSALMUS CXXXVII.

VERS. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.*

Sicuti perfectus homo, Deum tota anima, nervis, C ac viribus amat, haud equidem amoris sui facultates distrahens ad aliud quidvis, sed a solo Deo dependens; sic et Psalmista toto corde confitetur, gratias agens Deo. Tum elatus hac sua fiducia, vidensque se in magno humanæ vitæ theatro, necnon cœlestium angelorum, qui ipsius apud Deum profectum spectant, convenientem Deo tribuit cultum, aitque: *Et in conspectu angelorum psallam tibi.*

VERS. 2. *Adorabo ad templum sanctum tuum.*

Adoraturum se spondet in sancto templo, Ecclesiam denotans, vel cœlestem Jerusalem, cujus erat typus terrestre templum. Deinde gratiam profitetur, quia dignus sit habitus misericordia et veD ritate Dei. Pro quibus verbis Symmachus, *propter misericordiam tuam et veritatem tuam*, dicit. Nam Dei misericordiam adeptus, typis symbolisque sepositis, in spiritu ac veritate Deum adorare impetravit.

VERS. 4. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ.*

Sæpe observavimus psalmos illos qui neque cantici neque psalmi, neque quamlibet aliam inscriptionem habent, diversum ab his characterem gerere, cujusmodi est hic prophetica virtute imbutus. Nam, superiore confessione facta David, Atqui, ait, non ego solus inter reges his prærogativis sum decoratus, sed plurimi posthac erunt, nempe post Servatoris prædicationem; præcipue vero cum

multitudo gentium ingressa fuerit, et secundus A Christi adventus acciderit. Tunc enim magna apparebit gloria Domini. Namque imperativo modo vel optativo, futura interdum denotantur secundum peculiarem Hebræorum consuetudinem. — Vaticinatur diffusum iri per omnes gentes Dei notitiam; Cuncti enim, inquit, reges terræ confitebuntur tibi, audientque omnia verba oris Dei, et cantabunt in viis Domini. Hæc autem nonnisi post Servatoris nostri prædicationem exitum nacta sunt. Viæ autem virtutes sunt, quæ ad Dei notitiam perducunt.

VERS. 6. *Excelsus Dominus et humilia respicit.*

Quæ propheticus spiritus in ipso et per ipsum locutus fuerat, David cognoscens, lætatur quia B Deus humilia respicit, et pressuris ejus protector adest.

VERS. 7. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me*, etc.

Clarius Symmachus dixit: *Si ambulavero in medio tribulationis, conservabis me: contra anhelantes inimicos meos manum tuam extendes, servabitque me dextera tua. Dominus rem pro me conficiet.*

PSALMUS CXXXVIII.

VERS. 1. *Domine, probasti me, et cognovisti me.*

Quoniam igitur nostræ quoque vitæ tempus habet dimensa a Deo intervalla, universum vitæ meæ tempus, inquit, viamque hactenus confectam ipse C scrutatus es.

VERS. 6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me.*

Superat, inquit, vires meas, et extra meam comprehensionem est horum cognitio, ita ut ea neque excogitare neque enarrare queam. Quantumvis enim dixero, ea parva ac minima præ divina potentia fuerint, cujus comprehensio meam fugit tenuitatem, imo omnium virium defectum.

VERS. 16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.*

Quod nondum feci, inquit, tanquam jam factum intueris; et nondum natos, tanquam jam in lucem editos nosti. Potest autem dupliciter intelligi innocentia mea, et malitiæ carentia, nulla indigens inquisitione. Nam curiosa observantia dici opus potest: est autem imperfecta anima, quæ nondum D virtute et scientia informata fuerit.

VERS. 19. *Viri sanguinum, declinate a me.*
VERS. 20. *Accipient in vanitate civitates tuas.*

Cum dixisset (v. 17): *Mihi vero nimis honorati sunt amici tui, Deus;* merito inimicos Dei detestatur atque a se removet. Imo cum item dixisset fore tempus, quo peccatores Deus ipse interficiet, jam nunc illos procul se arcet, ne quid habeat cum illis commune, neque ex ipsorum propinquitate detrimentum capiat. Namque ad contentiosos sermones et controversias, incassum tuas civitates accipient, vocabulo civitatum divinas Scripturas significans, quas frustra sumunt heterodoxi, et non ut

πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ ἡ δευτέρα τοῦ Σωτῆρος γένηται παρουσία· τότε γὰρ ὀφθήσεται μεγάλη τοῦ Κυρίου ἡ δόξα· προσταχτικῶς δὲ καὶ εὐχτικῶς ἔσθ' ὅτε τὰ μέλλοντα δηλοῦται, κατά τινα τῶν Ἑβραίων συνήθειαν. — Προφητεύει περὶ τῆς μελλούσης ἐξαπλοῦσθαι εἰς πάντα ἔθνη τοῦ Θεοῦ γνώσεως· Ἔσται γὰρ, φησὶν, ὅτε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐξομολογήσονταί σοι καὶ ἀκούσονται πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματος Θεοῦ, καὶ ὅτι ᾄσονται ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου. Ταῦτα δὲ οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τέλους τετύχηκεν. Ὁδοὶ δέ εἰσιν αἱ ἀρεταὶ, αἱ φέρουσαι ἐπὶ τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ.

Ὑψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ.

Τὰ ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ λαληθέντα μαθὼν ὁ Δαυῒδ, θαῤῥεῖ ὡς ἐφορῶντος τὰ ταπεινὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν ταῖς θλίψεσιν αὐτῷ συνασπιζομένου.

Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσῃς με, κ. τ. λ.

Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος ἔφη· *Ἐὰν πορευθῶ διὰ μέσης θλίψεως, περισώσεις με· κατὰ τῆς ἀναπνοῆς τῶν ἐχθρῶν μου ἐκτενεῖς χεῖρά σου, καὶ σώσει με ἡ δεξιά σου· Κύριος ἐπιτελέσει ὑπὲρ ἐμοῦ.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΗ'.

Κύριε, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνως με.

Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ χρόνος τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἔχει τινὰ διαστήματα μεμετρημένα παρὰ Θεῷ, πάντα μου τῆς ζωῆς τὸν χρόνον, φησὶ, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν διῆλθον αὐτὸς ἐξιχνίασας.

Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ.

Ἐπιβαίνει, φησὶ, τὴν ἐμὴν δύναμιν, καὶ ἐπέκεινά ἐστιν τῆς ἐμῆς καταλήψεως ἡ τούτων γνῶσις, ὡς μὴ δύνασθαί με ἐξευρεῖν μηδὲ ἐξειπεῖν αὐτά. Ὅσα γὰρ ἂν εἴπω, μικρὰ καὶ ἐλάχιστα τυγχάνει τῆς θεϊκῆς δυνάμεως, ἧς κατάληψις τὴν ἐμὴν σμικρότητα καὶ οὐθενίαν διαφεύγει.

Ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου.

Τὸ μήπω πραχθέν μοι, φησὶν, ὡς ἤδη τελεσθὲν καθορᾷς, καὶ τοὺς τέως μὴ τεχθέντας, ὡς ἤδη τεχθέντας ἐπίστασαι. Δύναται δὲ νοεῖσθαι διχῶς τὸ ἄκακον καὶ ἀπόνηρον, καὶ ἀνεξέταστόν μου· ἔργον γὰρ ἡ περίνοια λέγεσθαι ὀφείλει· ἀκατέργαστος δέ ἐστι ψυχὴ ἡ μήπω δι' ἀρετῆς μορφωθεῖσα καὶ γνώσεως.

Ἄνδρες αἱμάτων, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. Λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου.

Εἰπὼν, *Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεὸς*, εἰκότως τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ παραιτεῖται καὶ ἀπελαύνει ἑαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ μνημονεύσας ὅτι ἔσται τις καιρὸς ἐν ᾧ τοὺς ἁμαρτωλοὺς αὐτὸς ὁ Θεὸς ἀποκτενεῖ, ἐντεῦθεν ἤδη καὶ τούτους ἑαυτοῦ μακρὰν ἐλαύνει, ὡς ἂν μὴ κοινωνὸς αὐτῶν γένοιτο, μηδὲ ἐκ τοῦ πλησιάζειν μετάσχῃ τῆς παρ' αὐτῶν βλάβης. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς ἐριστικοὺς λόγους καὶ ἔριδας, τὰς σὰς εἰς ματαιότητα λήψονται πόλεις, τὰς θείας Γραφὰς πόλεις χρηματιζούσας, ματαίως δὲ ταύτας λαμ-

δάνουσιν οἱ ἑτερόδοξοι, καὶ οὐχ ὡς δεῖ (13)· ἀποστρέφομαι καὶ ἐκκλίνω ἀπ' αὐτῶν.

Δοκίμασόν με, ὁ Θεός.

Εἰπὼν ἐν ἀρχῇ, *Κύριε, ἐδοκίμασάς με καὶ ἔγνως με*, νῦν ὡς μήπω δοκιμασθεὶς ἔφη, *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ γνῶθι τὴν καρδίαν μου.* Καὶ τότε μὲν εἴρηται, *Τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου ἐξιχνίασας, καὶ πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες*· ἄρτι δὲ, *Ἔτασόν με, καὶ γνῶθι τὰς τρίβους μου*· μήποτ' οὖν οὐκ ἐναντία λέγει. Τότε γὰρ ἁπλῶς δεδοκιμάσθαι καὶ ἐγνῶσθαι εἶπε, νῦν δὲ εὔχεται δοκιμασθῆναι, ὅπως γνωσθῇ ἡ καρδία αὐτοῦ· μεῖζον γὰρ τὸ καθαρὸν καὶ εὐθὲς τῇ καρδίᾳ τοῦ ἁπλῶς καθαρὸν καὶ εὐθῆ ὑπάρχειν· καὶ ὑπεραίρει τοῦ ἁπλῶς δοκιμασθέντα γνωσθῆναι τῷ δοκιμασθῆναι ἐπὶ τῷ γνωσθῆναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁπλῶς προορασθῆναι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, μεῖζον τὸ γνωσθῆναι τὰς τρίβους ἐτασθέντας αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Καὶ ἴδε εἰ εἶδες ἀνομίαν ἐν ἐμοί*, τουτέστιν ἐν ἕξει καὶ διαθέσει μου. Φέρεται καὶ οὕτως· *Καὶ ἴδε εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοί*· τουτέστι, κατανόησον εἰ ὥδευσέ ποτε ἐν τῇ ψυχῇ μου ἀνομία, ὡς ἴχνη τῆς ὁδοῦ αὐτῆς μεῖναι παρ' ἐμοί. Ὅμως δὲ καὶ εἰ τοσαύτη ἐκ σοῦ καὶ διὰ σὲ κατώρθωταί μοι ἀναμαρτησία, ἀλλ' οὖν σὺ ὡδήγησάς με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ, ἐπὶ ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἀγούσῃ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΘ'.

Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες πυρός.

Δίκην γὰρ ὑφέξει πρὸς αὐτοῦ, νόσον ἔχων τοιαύτην.

Ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφθοράν.

Τί δέ ἐστιν εἰς διαφθοράν; ὅτι πολλοὶ θηρεύονται εἰς σωτηρίαν, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἀποστόλων, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν· ἀλλ' οἵ γε πονηροὶ ὅταν ὑπὸ τῆς κακίας θηρεύονται καὶ φθορᾶς· πᾶς γὰρ ἄδικος, ὥσπερ ὑπὸ οἰκείας νόσου διαφθαρεὶς ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ κακίας, δίκην ὑφέξει τὴν προσήκουσαν· ἱκανὴ γάρ ἐστιν ἀντὶ πάσης τιμωρίας τὴν ἔχουσαν αὐτὴν ψυχὴν διαφθεῖραι.

Ἔγνων ὅτι ποιήσει Κύριος τὴν κρίσιν τοῦ πτωχοῦ.

Ἐντεῦθεν ὁ Σολομὼν ὠφεληθεὶς τὸν πατέρα φησὶν ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· *Τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε, ὅτι πᾶν τὸ ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν, ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐάν τε ἀγαθὸν, ἐάν τε πονηρόν*· καὶ νῦν γάρ, φησὶν, ὡς κρινεῖ ὁ Θεὸς ἐκδικῶν τὸν νῦν καταπονούμενον πένητα καὶ πτωχόν. Ἐπὶ χρηστὸν δὲ μετὰ ταῦτα τέλος κατέστρεψε τὸν ψαλμόν· διὸ καὶ *Εἰς τέλος* ἐπιγέγραπται, τὴν ἀποκειμένην τοῖς δικαίοις λέγων ἐλπίδα. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *παρὰ τῷ προσώπῳ σου*, λέγει. Τί δὲ κρεῖττον τοῦ κεκαθαρμένῃ διανοίᾳ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρᾷν τὸν Θεόν; κατὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος μακαρισμὸν εἰπόντος· *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*· οὗ τυχόντες εὐχαριστήσουσιν.

A oporteret. Hoc ego hominum genus aversor et fugio.

Proba me, Deus.

Quum initio dixisset, *Domine, probasti me et cognovisti me*, nunc ceu nondum probatus ait: *Proba me, Domine, et scito cor meum.* Et tunc quidem dictum fuit: *Et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas prævidisti*; nunc vero, *Scrutare me, et cognosce semitas meas.* Neutrubi tamen contraria loquitur. Tunc enim simpliciter exploratum se et cognitum dixit; nunc vero orat explorari se. Majus enim quid est, purum rectumque habere cor, quam simpliciter esse purum et rectum. Longeque præstat cognito per explorationem simpliciter homini, ille qui probatus est per cordis cognitionem. B Rursus majus quid est, si viæ ejus exploratæ noscantur, quam si tantummodo prævideantur. Idcirco addidit: *Et vide an via iniquitatis in me sit*, id est in habitu ac genere vitæ meæ. Fertur et alia explanatio: *Et vide num via iniquitatis in me sit*: id est, observa an aliquando iniquitas in me sit grassata, ita ut vestigia semitæ ejus in me supersint. Nihilominus etsi tanta fuit ex te et per te innocentia mea, tu tamen mihi dux es in via æterna, quæ ad immortalitem incorruptibilitatemque perducit.

PSALMUS CXXXIX.

VERS. 11. *Cadent super eos ignis carbones.*

Pœnam quippe a Deo referet, qui hujusmodi morbo laborat.

C VERS. 12. *Virum injustum mala capient ad corruptionem.*

Quid est ad corruptionem? nempe quia multi capiuntur ad salutem, ut illi qui ab apostolis sanctisque viris. Verumtamen illi improbi sunt qui a malitia capiuntur et corruptela. Quivis enim injustus tanquam intimo morbo corruptus nequitia sua, pœnam congruam perferet. Namque ad corrumpendam animam, cujusvis pœnæ loco, nequitia sufficit.

VERS. 13. *Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis.*

Hinc Salomon Patri suffragans ait in Ecclesiaste: *Finem summamque totius sermonis audi*; nempe quod *omne factum adducet Deus in judicium, de* D *omni abscondito, sive id bonum fuerit, sive malum* [42]. Et nunc enim, inquit, judicabit vindex Deus de paupere oppresso et de inope. Felici mox fine psalmum concludit (ideoque et in titulo scriptum est *In finem*) repositam justis spem recitans. Symmachus autem, *apud faciem tuam*, dicit. Quid vero præstantius quam puro corde Deum coram spectare? prout dixit Servator: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [43]! quam rem adepti, gratias agent.

[42] Eccle. XII, 13, 14. [43] Matth. V, 8.

(13) Insignis Eusebii sententia de sacris libris, nihil utilitatis apud hæreticos habentibus

PSALMUS CXL.

Psalmus hic parem ac superior titulum gerit. Est autem Davidis, eamdemque vim precis continet. Hoc tamen amplius habet, quod magis est dogmaticus, et plura atque utiliora sub initio docet. Ait igitur : *Clamavi*. Haud sane magna voce et clamore usum esse psalmistam, credere decet ; nam silentes quoque audit Deus. Sic etiam Moysi traditur dictum : *Quid ad me clamas* [44] ? Sed qui magna dogmata a Deo didicerat, eximio animi affectu fideque aliquid a Deo petens, ita ad eum clamabat. Quare et fidenter ait : Quoniam talis sum, et ita clamo, attende voci meæ dum ad te clamo. Quippe qui puram habeo non mentem tantummodo, sed et labiorum vocem a mendacio, perjurio et convicio. His etiam consequenter addit :

VERS. 2. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

Hoc intelliges ex dicto Apostoli : *Volo viros orare levantes puras manus, sine ira et murmurationibus* [45] : namque et ille tam cogitationum facit mentionem quam actuum. Verum impii nequaquam manus sustollunt. Ideo dictum est illis : *Cum manus vestras ad me extendetis, faciem meam a vobis avertam* [46]. Oportet vero in altum actus sustollere, atque eos prout Deo placuerit perficere.

VERS. 4. *Ne declines cor meum ad malitiæ sermones, ad excusandas excusationes in peccatis.*

Ne subverti sinas atque in contrarium inclinari donatam semel a te mihi mentem. Pro, *ad excusandas excusationes in peccatis*, Symmachus edidit, *ad cogitandas iniquas cogitationes*, clarius equidem dictionis mentem exprimens. Deinde Psalmista ad praxim revertitur dicens, *cum hominibus operantibus iniquitatem, et non combinabo cum electis eorum*. Pro quo rursus Symmachus clarius interpretatus est dicens : *Cum hominibus operantibus iniquitatem, ne dulcibus quidem ipsorum convescar. Non ero*, inquit, *cum istis, si tu, Domine, custodiam ori meo posueris, et præparatum mihi thesaurum conservaveris*. Electi porro eorum, credendi sunt illi qui malorum actuum suorum prætextus quærunt, qui pejores sunt illis qui sine prætextu palamque peccant.

VERS. 6. *Absorpti sunt juncti petræ judices eorum.*

Symmachus autem : *Adhuc enim oratio mea intra nequitias illorum : evellentur petræ manibus judices eorum : audient verba mea dulcissima. Sicuti agricola cum terram frangit, ita ossa vestra dissipata sunt secus inferos*. Nunc vero rationem reddit, cur cum peccatoribus non combinet : sufficit enim illorum societas ad animam meam dissipandam, atque ad ipsorum nequitiam mihi insinuandam. Jam

[44] Exod. xiv, 15. [45] I Tim. ii, 8. [46] Isa. i, 15.

A

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜ'.

Ἀκολούθως τῷ προάγοντι ψαλμῷ καὶ οὗτος ἐπιγέγραπται· ἔστι δὲ τοῦ Δαυῒδ, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει τῆς προσευχῆς δύναμιν. Ἔχει δέ τι πλέον οὗτος δογματικώτερος ὢν, καὶ πλείονα καὶ ὠφελιμώτερα διὰ τῆς ἀρχῆς παιδεύων· καὶ φησίν· *Ἐκέκραξα*· οὐ πάντως φωνῇ μεγάλῃ καὶ βοῇ κεχρῆσθαι αὐτὸν προσήκει ὑπολαμβάνειν· καὶ σιωπώντων γὰρ ἀκούει ὁ Θεός· οὕτω καὶ Μωϋσῇ λέγεται εἰρηκέναι· *Τί βοᾷς πρός μέ;* Ἀλλ' ὁ μεγάλα δόγματα περὶ Θεοῦ κεκτημένος, ὑπερβαλλούσῃ τε διαθέσει καὶ πίστει αἰτῶν τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἐκέκραξε πρὸς αὐτόν· διὸ καὶ θαρσῶν φησιν· Ἐπειδὴ τοιοῦτός εἰμι, καὶ τοιαῦτα βοῶ, πρόσχες τῇ φωνῇ μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σέ· ὡς καθαρὰν ἔχων οὐ μόνον τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ
B
τῶν χειλέων φωνὴν ἀπὸ ψεύδους, ἐπιορκίας τε καὶ λοιδορίας. Οἷς καὶ ἀκολούθως ἐπήγαγεν·

Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή.

Νοήσεις δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν Ἀπόστολον· *Βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαγογγυσμῶν*· κἀκεῖνος γὰρ ὁμοῦ καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν ἐμνημόνευσε, καὶ τῶν κατὰ πρᾶξιν· οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐδέποτε χεῖρας ἐπαίρουσι· διὸ λέλεκται πρὸς αὐτούς· *Ὅτ' ἂν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρὸς μέ, ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀφ' ὑμῶν*· ἐπαίρειν δὲ δεῖ εἰς ὕψος τὰς πράξεις, καὶ ἀρεσκόντως αὐτὰς τῷ Θεῷ ἐπιτελεῖν.

Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πο-
C
νηρίας, τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Μὴ συγχωρήσῃς παρατραπῆναι καὶ παρακλιθῆναι εἰς τὸ ἐναντίον τὴν ἅπαξ ἁπλῶς κατασκευασθεῖσάν μου διάνοιαν· ἀντὶ δὲ τοῦ, *προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις*, ὁ Σύμμαχος, *ἐννοεῖν ἐννοίας παρανόμους* ἐξέδωκε, σαφέστερον ἑρμηνεύσας τὴν θεωρίαν τοῦ λόγου. Εἶτα πάλιν μεταβαίνει ἐπὶ τὸ πρακτικὸν φάσκων, *σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν, καὶ οὐ μὴ συνδυάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν*. Ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν εἰπὼν, *Σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις ἀδικίαν, μηδὲ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν. Οὐκ ἔσομαι* γὰρ, φησὶν, *ἅμα τούτοις, ἐὰν σὺ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματι θείης, καὶ τὸν προκατα-*
D
σκευασθέντα μοι θησαυρὸν διατηρήσῃς. Ἐκλεκτοὶ δὲ τούτων εἶεν οἱ σκηπτόμενοι προφάσεις ἐφ' οἷς δρῶσι κακῶς· χειρόνων ὄντων τῶν ἄνευ προφάσεως, καὶ ἀνεπικαλύπτως ἀνομούντων.

Κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν.

Ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἔτι γὰρ καὶ ἡ προσευχή μου ἐντὸς τῶν κακιῶν αὐτῶν· ἐκτιλήσονται ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν· ἀκούσονται ῥήσεις μου ἡδίστας· ὥσπερ γεωργὸς ὅτ' ἂν ῥήσσῃ τὴν γῆν, ὡς ἐσκορπίσθη ὑμῶν τὰ ὀστᾶ παρὰ τὸν ᾅδην.* Τὴν αἰτίαν δὲ νῦν ἐπάγει τοῦ μὴ συνδυάζειν ἁμαρτωλοῖς· ἱκανὴ γὰρ αὐτῶν ἡ κοινωνία, φησὶ, διασκορπίσαι μου τὴν ψυχὴν, καὶ τῶν κακιῶν αὐτῶν ἔνδον

ἀπολαβεῖν· τὸ δὲ *ἐκτιλήσονται* δηλοῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἄρχοντας καὶ κριτὰς ἴδωσι κατασπωμένους ἐκ ῥιζῶν, ὥσπερ ἀποτιλλομένους δυνάμει τοῦ στερεοῦ λόγου.

A verbum *evellentur* demonstrat, fore ut suos principes judicesque radicitus exstirpatos cernant, evulsos veluti fortis verbi virtute.

Μὴ ἀνταvέλῃς τὴν ψυχήν μου.

Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, *οὐκ ἀνταvέλῃς*, *μὴ ἀποκενώσῃς*, τουτέστι, μὴ συγχωρήσῃς τὸν ἀποκείμενον ἐν τῇ ψυχῇ μου ἀγαθὸν θησαυρὸν ἀποκενωθῆναι· τότε γὰρ ἀφόβως ἀπελεύσομαι, φησὶν, ὅτ' ἂν ἁμαρτωλοὶ τοῖς ἑαυτῶν περιπαρῶσι δικτύοις.

VERS. 8. *Ne auferas animam meam.*

Symmachus pro *auferas* dicit, *ne evacues*, id est, ne sinas repositum in anima mea thesaurum evacuari. Tunc enim securus, inquit, abibo, cum suis ipsis peccatores implicabuntur retibus.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΑ'.

Συνέσεως τῷ Δαυΐδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσευχή.

Καὶ ὁ νϛ' ὁμοίαν ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως· *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαυΐδ εἰς στηλογραφίαν, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον.* Κεῖται δὲ ἡ ἱστορία ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν· *Καὶ ἀνέβη Δαυΐδ ἐκεῖθεν, καὶ ἐκάθισεν ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς Ἐγγαδδί· καὶ ἐγένετο ὡς ἐπέστρεψε Σαοὺλ ὄπισθεν τῶν ἀλλοφύλων· καὶ ἀνήγγειλαν αὐτῷ λέγοντες, Ἰδοὺ Δαυΐδ ἐν τῇ ἐρήμῳ Ἐγγαδδί. Καὶ παρέλαβε Σαοὺλ τρισχιλίους ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκ παντὸς Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη τοῦ ζητεῖν τὸν Δαυΐδ καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς μετ' αὐτοῦ, ἐπὶ πρόσωπον τῆς θήρας τῶν ἐλάφων· καὶ ἦλθον εἰς τὰς μάνδρας τῶν προβάτων ἐπὶ τὴν ὁδὸν καὶ ἐπὶ τὸ σπήλαιον· καὶ εἰσῆλθε Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ἀποκοινῶσαι* (14) *τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ Δαυΐδ καὶ οἱ ἄνδρες μετ' αὐτοῦ ἐν μέρεσι τοῖς ἐσωτέροις τοῦ σπηλαίου ἐκάθηντο.*

PSALMUS CXLI.

VERS. 1. *Intellectus Davidi, cum esset in spelunca; oratio.*

Similem huic quinquagesimus quoque sextus psalmus titulum habet, nempe : *In finem, ne cor-* B *rumpas, Davidi in tituli inscriptionem, cum a facie Saulis fugeret in speluncam.* Exstat autem historia in primo Regnorum libro. *Et ascendit illuc David, conseditque in locis munitis Engaddi. Contigitque, ut reverenti Sauli de alienigenarum persecutione, diceretur ei : Ecce David in deserto Engaddi est. Sumptis ergo Saul tribus hominum delectorum millibus ex universo Israele, perrexit ad investigandum Davidem ejusque comites, ad locum qui dicitur venatio cervorum : veneruntque ad caulas ovium in via quæ ad specum ducit. Ingressusque est Saul ad purgandos pedes suos in specum. Et David comitesque ejus in interioribus antri partibus latebant* [47].

Προεγράφη ἡ ἱστορία ἡ περὶ Σαοὺλ καὶ τοῦ σπηλαίου· τὸ δὲ τοῦ Δαβὶδ ὄνομα διαφόρως ἑρμηνεύεται, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, καὶ διαφόρως λαμβάνεται· ὅτε γὰρ εἰς πρόσωπον τοῦ Κυρίου εὑρήσεις, οὕτω κείμενον ἑρμηνεύεται *πεποθημένος*· ὅτε δὲ εἰς πρόσωπον τῶν ἁμαρτανόντων καὶ ἐπιστρεφόντων, ἑρμηνεύεται *ἐξουθενημένος*, διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Νῦν τοῦ Δαυΐδ ὄνομα λαβεῖν ἔστιν εἰς τὸν λαὸν τὸν ἡμαρτηκότα καὶ εἰς σύνεσιν ἐλθόντα, καὶ ἐν σπηλαίῳ αὐτὸν κατακλείσαντα, καὶ προσευχόμενον μετὰ δακρύων ἰσχυρῶς, καὶ ἐξομολογούμενον, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο δηλοῖ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς ταῦτα διδάσκει.

C Supra scripta jam fuit Saulis historia atque speluncæ. Davidis autem nomen varie interpretari licet, ut sæpe jam diximus varieque intelligitur. Nam cum de homine Dei dictum invenies, tunc sic positum, significat *desideratum*. Cum autem in persona peccantium et tamen resipiscentium usurpatur, tunc *spretum* interpretamur propter ejus peccata. Nunc Davidis nomen de populo peccatore adhibetur; resipiscente tamen, et in specu se concludente, et cum lacrymis valide orante et confitente, ut ipsa inscriptio demonstrat. Psalmus quoque ipse eadem docet.

Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου.

Σφόδρα καταλλήλως τῇ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ τόπου συνοχῇ καὶ ταῦτα λέλεκται· ὅσον γὰρ ἐπ' ἀνθρώποις ἔνδον ἐν τῷ σπηλαίῳ συνεχόμενος, παντὸς δρασμοῦ καὶ φυγῆς ἀπεκέκλειστο, οὔτε μία τε παρῆν αὐτῷ βοηθείας ἐλπίς· ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ῥυόμενος ἢ ἐπιζητῶν. Ὁρῶν δὲ τοὺς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ νοητοὺς ἐχθροὺς, ὅλον τοῦτο κατεργασαμένους, λέγω δὲ τὸ εἰσελθεῖν Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ὑπὲρ τοῦ συλληφθῆναι τὸν Δαυΐδ, εἰκότως ἔλεγεν τὸ, *Ἔκρυψαν παγίδα μοι.* Ἀλλ' οὐ προκεχωρήκει αὐτοῖς τὰ τῆς παγίδος διὰ τὴν προκειμένην προσευχήν· θαρσῶν δὲ τῇ τοῦ βίου αὐτοῦ πορείᾳ, ταῖς τε πράξεσι καὶ ταῖς

VERS. 4. *In deficiendo ex me spiritum meum.*

Convenienter admodum et temporis et loci an- D gustiis hæc quoque dicta fuere. Nam quantum res humanæ ferebant, intra specum conclusus omni evadendi facultate effugioque carebat, nullaque erat auxilii spes, nec quisquam vitam ejus liberare satagebat. Videns autem animæ suæ intellectuales hostes huic negotio intentos, Saulem, inquam, intra specum ingressum ad capiendum Davidem, recte aiebat : *Laqueum absconderunt mihi.* Sed caruerunt effectu insidiæ illorum propter hanc precem. Ipse autem confisus vitæ suæ rationi, actibusque et viis quibus institerat, injuste expulsus et oppugnatus,

[47] I Reg. XXIV, 1-4.

(14) Ita cod. Sed num pro ἀποκενῶσαι?

dicit Deo : et tu cognovisti semitas meas.

VERS. 6. *Ad te, Domine, clamavi.*

Rursus hoc etiam loco clamare se fatetur, non simpliciter, sed ad Dominum. Alioqui nec fieri poterat ut vocem attolleret, præsente hoste. Jam vero in Deo tantummodo spem suam reposuisse confitens, a scopo non aberravit; etenim spes non confundit. Nam etsi aliqua viventium terra sit, equidem, inquit, fateor meam te solum esse spem. Tu enim spes mea es in terra viventium, ita ut, nisi te haberem, haud jam viventibus terræ incolis adnumerarer. Porro viventium terra, nequaquam hæc est quæ a nobis calcatur, mortis enim ea potius terra est, sed quam mites hæreditabunt, in qua omnes viventes æterna cum vita habitant.

VERS. 5. *Non erat qui cognosceret me. — Et non est qui requirat animam meam.*

Si quis ab iis, qui ecclesiis præesse existimantur, negligitur et nullatenus requiritur, tempestive hoc dicet; et quod sequitur addet, clamorem scilicet ad Deum, et se non sperare a principibus, sed a Domino; et portionem se habere in terra viventium, non autem in terra oblivionis.

PSALMUS CXLII.

Quicunque maximis tentationibus immodicisque pressuris urgetur, commode utetur præsenti prece. Propterea psalmus sine titulo est. Audit quidem omnes Dominus, paucos tamen exaudit. Cæteroqui si iis qui nos orant aurem præberemus, nostræ pariter preces audirentur. Certe qui cum fiducia orat, auditorem provocat Deum. Alii aiunt non esse sine titulo psalmum, sed inscribi : *Psalmus Davidi, cum eum filius persequeretur* : sed non in cunctis interpretationibus hoc ponitur. Attamen quæ hic dicuntur, non repugnant. Sed nihil obstat, quominus de Saulis persecutione hæc dicta fuerint.

VERS. 4. *Tædium passus est spiritus meus.*

Spiritus hominis tædium patitur, cum cor turbatur rememorans quomodo inimicus prostraverit humi vitam ejus, eamque in tenebrosis locis constituerit ut mortuos sæculi. Turbatum, inquit, cor meum, passionem intus continuit, non adeo concidens, ut palam cunctis extraneis foret ejus turbatio.

VERS. 5. *Memor fui dierum antiquorum.*

Quia et Moyses mandat dicens : *Recordamini dierum sæculi* [48]; et David pariter ait : *Annorum æternorum memini, et consideravi* [49] ; recte sibi consulens hic, cujus cor turbatum est, recurrit animo ad antiquos dies suos, quibus ante turbationem felix erat, vel antiquas historias in mentem revocat : resumptaque rerum memoria, meditatur opera Dei, et manuum ejus facturas, non modicum ex antiquis lectionibus solamen capiens, dum ex ipsis

[48] Deut. XXXII, 7. [49] Psal. LXXVI, 6.

A ὁδοῖς αἷς ἐβάδιζεν, ἀδίκως ἐλαυνόμενος καὶ πολεμούμενος, φησὶ τῷ Θεῷ· καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἐκέκραξα.

Πάλιν καὶ ἐνταῦθα κράζειν ὁμολογεῖ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς τὸν Κύριον· ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ φωνὴν ἀφιέναι, πλησίον παρόντος τοῦ ἐχθροῦ· τὴν μόνην δὲ ἐλπίδα αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἔχειν ὁμολογήσας, οὐκ ἐξέπεσε τοῦ σκοποῦ· ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἔσται γῆ ζώντων, ὁμολογῶ, φησὶ, μηδεμίαν ἔχειν χώραν ἐν ταύτῃ ἢ σὲ μόνον τὴν ἐμὴν ἐλπίδα· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, ἡ μερίς μου ἐν γῇ ζώντων· ὡς εἰ μὴ σὲ εἶχον, οὐκ ἂν ἐξετάσθην ποτὲ ἐν γῇ ζώντων. Ζώντων δὲ γῆ, οὐχ ἡ πατουμένη νῦν πρὸς ἡμῶν, θανάτου γὰρ γῆ καὶ νεκρῶν αὕτη, ἀλλ' ἣν κληρονομήσουσιν οἱ πραεῖς· ἐφ' ᾗ ζῶντες πάντες κατὰ
B τὴν αἰώνιον ζωὴν διατρίβουσιν.

Οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με.—Οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν ψυχήν μου.

Ὁ ὑπὸ τῶν προΐστασθαι τῶν ἐκκλησιῶν νομιζομένων ἀμελούμενος καὶ μηδόλως ἐκζητούμενος εὐκαίρως τοῦτο ἐρεῖ· καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιφέρει τὸ κεκραγὸς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ ἡγουμένοις, ἀλλ' ἐπὶ Κυρίῳ, καὶ μερίδα ἔχειν ἐν γῇ ζώντων καὶ οὐκ ἐν ἐπιλελησμένῃ γῇ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΒ'.

Πᾶς ὁ ἐν μεγίστοις πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν ὑπερβαλλούσαις ἐξεταζόμενος, εὐκαίρως χρήσαιτο τῇ προκειμένῃ προσευχῇ· διὸ καὶ ἀνεπίγραφος ὁ ψαλμός. Ἀκούει μὲν οὖν πάντων ὁ Κύριος, ὀλίγων δὲ εἰσακούει·
C ἐὰν τῶν δεομένων ἡμῶν ἐπακούσωμεν, ἀκουσθησόμεθα καὶ αὐτοί· ὁ θαρσῶν δὲ τῇ ἑαυτοῦ προσευχῇ ἀκροατὴν καλεῖ τὸν Θεόν. Ἄλλοι δέ φασι μὴ εἶναι ἀνεπίγραφον τὸν ψαλμὸν, ἀλλ' ἐπιγεγράφθαι, *Ψαλμὸς τῷ Δαυῒδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς κατεδίωκεν.* Οὐ διὰ πασῶν μέντοι τῶν ἑρμηνειῶν πρόσκειται τοῦτο· τὰ δὲ λεγόμενα οὐκ ἀλλότρια· οὐδὲν δὲ κωλύει περὶ τῆς ὑπὸ Σαοὺλ διώξεως εἰρῆσθαι αὐτά.

Ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου.

Τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ ἀκηδιᾷ, ἐπειδὰν ἡ καρδία ταραχθῇ μνησθεῖσα πῶς ὁ ἐχθρὸς ἐταπείνωσεν εἰς τὴν γῆν τὴν ζωὴν αὐτῆς, καὶ ὡς ἐκάθισεν αὐτὴν ἐν σκοτεινοῖς ὡς νεκροὺς αἰῶνος· ταραχθεῖσα δὲ, φησὶν, ἡ καρδία μου ἐν αὐτῇ, ἔνδον ἐπ-
D έσχε τὸ πάθος παντελῶς μὴ ἐκπεσοῦσα, ὡς εἰς φανερὸν ἐλθεῖν τοῖς πᾶσι, καὶ τοῖς ἐκτὸς γνωσθῆναι τὴν ταραχήν.

Ἐμνήσθην ἡμερῶν ἀρχαίων.

Ἐπεὶ καὶ ὁ Μωϋσῆς προστάττει λέγων, *Μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος*· καὶ ὁ Δαυῒδ πάλιν φησὶ, *Καὶ ἔτη αἰώνια ἐμνήσθην, καὶ ἐμελέτησα*· εἰκότως θεραπεύων ἑαυτὸν ὁ ταραχθεὶς τὴν καρδίαν, ἀνατρέχει ἐπὶ τὰς παλαιὰς αὐτοῦ ἡμέρας, τὰς πρὸ τῆς ταραχῆς, ἐν αἷς κατώρθου, ἢ ἐπὶ τὰς παλαιὰς ἱστορίας· καὶ τὴν μνήμην ἀναλαβὼν, μελετᾷ ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τοῖς ποιήμασι τῶν χειρῶν αὐτοῦ, οὐ μικρᾶς τυγχάνων παραμυθίας ἀπὸ τῶν παλαιῶν

ἀναγνωσμάτων, μανθάνων ἐξ αὐτῶν, ὅτι τοὺς παλαιοὺς μετὰ μυρίας θλίψεις καὶ πειρασμοὺς ἐπεσκέπτετο ὁ Θεὸς, καὶ ὅσας παρέσχεν αὐτοῖς θεραπείας τε καὶ εὐεργεσίας. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς τῆς δημιουργίας λόγοις μελετῶν ἐθεραπεύετο τὴν ψυχὴν, παιδευόμενος, ὡς οὐκ ἔστιν ἀπρονόητος ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, οὐδὲ ἀθεράπευτος ἡ τοῦ ταραχθέντος ψυχή· ἐφορᾷ δὲ καὶ ἐφέστηκε πᾶσιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν.

Διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου· ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρός σοι.

Μνησθεὶς τῶν ἀρχαίων ἡμερῶν ἐκ τῆς μελέτης τῶν θείων ἀναγνωσμάτων, τὰς χεῖράς μου, καὶ τὰς διὰ μετανοίας πράξεις καθαράς σοι ἐπιδεικνὺς διεπέτασα, οὕτως διψῶν σου, ὁ Θεὸς, καὶ τῆς παρὰ σοῦ ἰάσεως, οὐ μόνον ὃν τρόπον ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνυδρος καὶ ξηρὰ γῆ ὀρέγεται τοῦ ἐπ' αὐτὴν κατιόντος ὑετοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἡ ψυχή μου ὡς γῆ ἄνυδρος, ὡς πρὸς σὲ τὸν Θεὸν τοιαύτη ἐστίν· καθ' ἑαυτὴν γὰρ καὶ ὡς ἐν ἀνθρώπων συγκρίσει γόνιμος καὶ τεθηλυῖα καρπῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει· σοὶ δὲ ἄνυδρός ἐστιν οὕτως, ὡς οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

Ταχὺ εἰσάκουσόν με, κ. τ. λ. *Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ.*

Ἐν τοῖς κατεπείγουσι καιροῖς τῶν περιστάσεων ἤτοι ἐν διωγμοῖς ἢ τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις, ἐπειδὰν παρακινδυνεύει τινὸς ἡ ψυχὴ, ἐκλείποντος τοῦ ἐν αὐτῇ πνεύματος, καὶ τῆς καρδίας ἐν αὐτῇ ταραττομένης, προσήκει ὁμοίως τῷ Δαυῒδ λέγειν εὐχομένους τὰ Χριστοῦ, *Εἰσάκουσόν με, Κύριε*· οὐ μὴν ἐπὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἀναγκαῖον κεχρῆσθαι. — Ἐφ' ὅσον μὲν τὸ πρόσωπόν σου καταξιοῖ με τῶν ἰδίων αὐτοῦ, τὸ φῶς σου ἐστὶν ἐν ἐμοὶ, καὶ πᾶσά μου ἀπελήλαται σκοτία· ὥστ' ἂν εἰπεῖν· *Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε*· εἰ δὲ ἀποστρέψειάς ποτε τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, γίνομαι ἐν σκοτίᾳ ἐν ᾗ γίνονται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς λάκκον· ἐν ᾧ λάκκῳ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ καλούμενον σκότος ἐξώτερον.

Ἀκουστὸν ποίησόν μοι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου.

Ἐν τοῖς πειρασμοῖς ἐλέους θείου δεόμεθα· ὅπερ γένοιτ' ἂν ἐν ταῖς προσευχαῖς ἐγρηγορότως σχολάζοιμεν, καὶ μάλιστα κατὰ καιρὸν τὸν ἑωθινὸν, ὥστε δύνασθαι λέγειν· *Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω.*

Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι.

Ἀπὸ τοῦ χαμαὶ κεῖσθαι τὴν ἐμὴν πρὸς σὲ ψυχὴν ἀνατείναντι μετανοίας δεῖξον ὁδὸν, ἢ τὴν ἄγουσαν μετὰ σώματος ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τὰ οὐράνια (15)· θνητὸς γὰρ πῶς ἂν νοῆσαι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ; τάχα δέ τις τὰς προτέρας ὁδοὺς Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας βαδίσας, κατὰ τὸ, *Στῆτε ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους Κυρίου αἰωνίας*, μετὰ ταύτας τὴν ὁδὸν ζητῶν τὴν ἀγαθὴν, τῷ ταύτης ἐρεῖ πατρὶ, καὶ γινώσκοντι:

A cognoscit, veteres illos plurimis pressuris ac tentationibus a Deo fuisse visitatos, et quanta hic remedia iisdem contulerit ac beneficia. Insuper dum rerum creationem secum reputat, animo recreatur, quia discit vitam hominum Providentia non destitui, neque suum turbatum animum remedio carere, cum omnibus inspectans præsit Dei Verbum, a quo contriti corde sanantur.

VERS. 6. *Expandi manus meas ad te; anima mea sicut terra sine aqua tibi.*

Dierum antiquorum propter divinas lectiones memor, manus meas pœnitentiæ operibus mundatas ad te expandens, te sitiens, Deus, præbendamque a te curationem, non modo ceu cervus ad B fontes aquarum, verum ut arida et sine humore terra depluentem in se imbrem exoptat. Etiamsi vero anima mea est veluti sine aqua terra, erga te nimirum ita se habet; cæterum præ aliis hominibus fertilis est, et bonorum fructuum non infecunda: tibi, inquam, est arida, quia non justificabitur coram te quisquam vivens.

Vers. 7. *Cito exaudi me*, etc. *Ne avertas faciem tuam a me.*

Urgentibus calamitatum temporibus sive persecutionibus extremisque discriminibus, cum alicujus anima periclitatur, deficientibus ejus viribus, conturbato corde, utile est cum Davide orantes dicere Christo: *Exaudi me, Domine.* Neque tamen in hu- C manis negotiis hoc precum genere uti necessarium est.—Quandiu facies tua suo me respectu dignatur, lumen tuum in me est, atque omnes recedunt tenebræ; ita ut dicam: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [50]. Quod si vultum tuum avertas, decido in tenebras quas ii patiuntur qui descendunt in lacum; quo in lacu nihil aliud est quam exteriores, uti appellantur, tenebræ.

VERS. 8. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam.*

Dei misericordia in tentationibus indigemus; quæ ut nobis obveniat, vigilanter precibus vacemus, matutino præsertim tempore, ut dicere possimus: D *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo* [51].

VERS. 8. *Notam fac mihi, Domine, viam in qua ambulem.*

Dum anima mea jacet humi prostrata, imploranti mihi pœnitentiæ viam ostende, quæ post corporis depositionem ducit in cœlum. Nam mortuus, quomodo vias suas cognoscet? Fortasse aliquis qui antiquiores vias, Moysem, inquam, et prophetas, decurrerit; juxta illud: *State in viis, et sciscitamini de semitis Domini æternis* [52]; post has, bonam denique viam quærens dicet hujus patri, viarumque

[50] Psal. IV, 7. [51] Psal. LXII, 2. [52] Jer. VI, 16.

(15) Vides hic de animabus sine corporibus etiam in cœlum recipiendis sententiam antiquissimi Eusebii contra recentiorum Græcorum cacodoxiam.

filiis idonearum perito: *Ostende mihi viam in qua ambulem*: quæ quidem annuente Patre semet ostendens ait dignis: *Ego sum via, nemo enim venit ad Patrem nisi per me* [33].

VERS. 11. *Propter nomen tuum, Domine.*

Simile hoc dictioni illi: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam* [34]. Non enim in semetipsis oportet confidere. Qui autem tentationes fortiter toleraverit, his bonis potiri speret, utpote qui angusta ærumnosaque via iter fecerit.

VERS. 11. *Æquitate tua educes de tribulatione animam meam.*

Vere tribulatio animæ est, cum hominis vita ad terram prosternitur, et ipse in tenebris sedet. Pravis quoque cogitationibus et cupiditatum flamma anima ejus vexata affligitur, nemine ex his pressuris liberante, præter cordium conscium Deum. Sed et ille, cui deceptores negotium facessunt, turbatur animo magnopere, præsertim cum illorum sophismata haud valens coarguere, ne veritate depellatur timet. Sed hujus animam Deus omni pressura eripiet, illuminans eam suisque radiis collustrans, atque ut in sua justitia vivat adjuvans, uti supra demonstratum fuit. Porro misericordia Dei destruentur inimici, non substantialiter, hoc enim fieri nequit, sed dempta iis facultate, qua justo homini adversantur, ejusque animam vexant. Sic enim requies justo erit, et extra bellum in pace deget. Mox provocans invocatum suum ad annuendum, addit: *Quia servus tuus ego sum.* Et quidem omni possessione gloriaque longe melius est servum esse Dei: cujus rei magnitudinem Servator quoque exposuit astantibus, dicens: *Vos me appellatis Dominum et Magistrum, et bene dicitis, sum enim* [35]. Nihil demum tantopere hostes nostros fugat, quam spiritalis meditatio.

PSALMUS CXLIII.

Si hujus psalmi continentiam ad Davidem referas, præsertim quia in nonnullis exemplaribus inscribitur de Goliath, dices psalmum Davidi congruere, qui, ut est in historia, virum illum vicit non communi armatura, sed sua erga Deum fiducia: quo sibi magistro assumpto, tunc quidem Goliathum funda ictum interfecit; alias vero in agro feras strangulans interemit. Decuit vero potissimum hæc canere ad psalterium, cum manibus digitisque pro plectro utens, invisibiles dæmonas Saulem vexantes fugavit. Quod si ad quemvis justum hæc referantur, dices cunctas hominis Deo dilecti actiones in adversariarum potestatum exitium vergere, Deo ipso has manuum operationes dirigente. Digitos ejus dicit, opera etiam minima humanæ vitæ denotans. Et quidem manuum suarum extensione Moyses Amalecitas in

A τὴν ὁδὸν τῶν υἱῶν τὸ, *Γνώρισόν μοι ὁδὸν ταύτην ἐν ᾗ πορεύσομαι*· ἥτις ἐπινεύσαντος τοῦ Πατρὸς ἑαυτὴν ἐμφανίζουσα λέγει τοῖς ἀξίοις· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.*

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε.

Ὅμοιον τοῦτο τῷ, *Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν*· οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς χρὴ θαῤῥεῖν. Ὁ δὲ τοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας γενναίως ἐλπιζέτω τούτων τυχεῖν, ὡς ἂν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύσας.

Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις ἐκ θλίψεως τὴν ψυχήν μου.

Ψυχῆς ἀληθῶς θλίψις τὸ ταπεινωθῆναι εἰς γῆν τὴν ζωὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν σκοτεινοῖς αὐτὸν καθῆσαι· B καὶ ὁ ὑπὸ λογισμῶν δὲ φαύλων καὶ πυρώσεως παθῶν ἐνοχλούμενος τὴν ψυχὴν θλίβεται· οὐδενὸς δὲ ἄλλου ἐν.. ν τοιαύτης θλίψεως ἐλευθεροῦντος, ἢ τοῦ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας εἰδότος Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ ὑπὸ διοχλήσεων ἀπατεώνων τὴν ψυχὴν ταραττόμενος θλίβοιτο ἂν μεγάλως ὅτε μάλιστα, οὐ δυνάμενος διελέγχειν τὰ σοφίσματα, εὐλαβεῖται μὴ ἀποσφαλῇ τῆς ἀληθείας· ἐξάγει δὲ ψυχὴν πάσης θλίψεως τοιαύτης, ἐπιλάμπων αὐτὴν καὶ καταλάμπων ταῖς ἰδίαις μαρμαρυγαῖς καὶ ἄγων αὐτὴν εἰς τὸ ζῆσαι κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὡς ἔναγχος ἀποδέδεικται. Ἐλέει δὲ Θεοῦ ἐξολοθρευθήσονται οἱ ἐχθροὶ, οὐ κατ' οὐσίαν φθειρόμενοι (16), ἀδύνατον γὰρ τοῦτο, ἀλλὰ τὴν ἕξιν ἀποβαλόντες, δι' ἣν ἐχθροὶ τοῦ δικαίου καὶ θλίβοντες τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τυγχάνουσιν· οὕτω γὰρ C ἐν ἀνέσει ἔσται ὁ δίκαιος ἄνευ πολέμου ἐν εἰρήνῃ διάγων. Ἐκκαλούμενος δὲ πρὸς τὸ ἐπινεῦσαι τὸν παρακαλούμενον, ἐπήγαγε τὸ, *Ὅτι ὁ δοῦλός σου εἰμὶ ἐγώ.* Κτημάτων δὲ καὶ αὐχημάτων τὸ μέγιστον χρηματίσαι Θεοῦ δοῦλον. Δείκνυσι δὲ τὸ μέγεθος τούτου καὶ ὁ Σωτὴρ λέγων τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ· *Ὑμεῖς φωνεῖτέ με ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος, καὶ καλῶς λέγετε, εἰμὶ γάρ*· οὐδὲν οὕτως ἀποδιώκει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ὡς θεωρία πνευματική (17).

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΓʹ.

Εἰ μὲν ἀναφέρεις ταῦτα ἐπὶ τὸν Δαυῒδ, μάλιστα ὅτι κατά τινα τῶν ἀντιγράφων ἐπιγέγραπται πρὸς τὸν Γολιὰθ, ἐρεῖς ἁρμόζειν αὐτῷ, κατὰ τὴν ἱστορίαν νενικηκότι τὸν ἄνδρα οὐ τῇ κοινῇ πανοπλίᾳ, πεποιθήσει δὲ τῇ ἐπὶ τὸν Θεόν· ὃν ὥσπερ διδάσκαλον D ἐπιγραφόμενος, τότε μὲν τὸν Γολιὰθ τῇ σφενδόνῃ καθεῖλε βαλών· ἄλλοτε δὲ τοὺς κατ' ἀγρὸν θῆρας ταῖς χερσὶ πνίγων ἀνῄρει. Ἔπρεπε δὲ μάλιστα ἐπὶ τῇ τοῦ ψαλτηρίου ἀνακρούσει ταῦτα λέγειν αὐτὸν, ὅτε, ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις ἀντὶ τοῦ πλήκτρου χρώμενος, τοὺς ἀοράτους δαίμονας ἤλαυνε τῷ Σαοὺλ ἐνοχλοῦντας. Εἰ δ' ἐπὶ πάντα δίκαιον ἀνάγοιτο τὰ ῥητὰ, ἐρεῖς πάσας τοῦ θεοφιλοῦς πράξεις καθαίρεσιν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἐνεργεῖν, τοῦ Θεοῦ διδασκάλου τῆς τοιᾶσδε τῶν χειρῶν ἐκτάσεως γινομένου· τοὺς δὲ δακτύλους αὐτοῦ τὰς μέχρι τῶν

[33] Joan. XIV, 6. [34] Psal. CXIII, 1. [35] Joan. XIII, 13.

(16) In codice cariosо lacuna suppletur recentiore manu φθεγγόμενοι. Ego tamen malui φθειρόμενοι.

(17) Animadverte piæ meditationis laudem.

μικροτάτων ἐνεργείας τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐδήλωσε· καὶ Μωϋσῆς δὲ τὰς χεῖρας ἐκτείνων ἐτροποῦτο τὸν Ἀμαλήκ. Ὅρα δὲ μὴ Χριστὸς ὁ λέγων, τροπωσάμενος τοὺς ἀοράτους ἐχθρούς· δηλοῖ γὰρ ὁ ψαλμὸς, ὡς δειχθήσεται, καὶ κάθοδον αὐτοῦ τὴν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τροπὴν δαιμόνων, καὶ κλῆσιν ἐθνῶν, καὶ δύο λαούς.

Ὁ ὑποτάσσων τὸν λαόν μου ὑπ' ἐμέ.

Θεοῦ ἐστι τὸ ὑποτάσσειν τὸν ἑαυτοῦ λαὸν ἀνθρώποις· ὅπερ εἰ μὴ ἐκ Θεοῦ γίνοιτο, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο (18)· οὐδὲ γὰρ Μωϋσῆς ἡγήσατο ἂν τοῦ τοσούτου πλήθους, μὴ τοῦ Κυρίου ὑποτάξαντος αὐτῷ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν, οὐ δι' ὅπλων ἢ διὰ παρατάξεως ἀνθρωπίνης, διὰ δὲ τῆς κρείττονος δυνάμεως.

Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ;

Πυνθάνεται ὁ λόγος ἐρωτηματικῶς τὸ, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἡμᾶς διδάξαι βουλόμενος, ὅτι μέγα τι ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ἂν ἐχώρησε Θεοῦ γνῶσιν, οὐδ' ἂν ἐμνήσθη αὐτοῦ ὁ Θεὸς οὕτως, ὡς καὶ Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ἐξαποστεῖλαι αὐτῷ τὸν ἑαυτοῦ Λόγον. Παραινεῖ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ μηδενὸς ἀνθρώπου καταφρονεῖν, καὶ ὅτι μηδεὶς ἄξιον κατορθοῖ τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας.

Κύριε, κλῖνον οὐρανούς σου, καὶ κατάβηθι.

Σφόδρα ἀναγκαίως καὶ ἀκολούθως [λέγει] καὶ αὐτὸν καταβῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον εἰς καθαίρεσιν τῶν πολεμίων· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα, φησὶ, διδάσκει τὰς ἐμὰς χεῖρας καὶ τοὺς δακτύλους ὅπως χρὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ καὶ τίς ἰσχὺς ἀνθρώπου, καὶ πόση δύναμις τοῦ θνητοῦ καὶ ματαιότητι ὁμοιωθέντος, πρὸς τὸ δυνηθῆναι στῆναι κατὰ τῆς τοσαύτης παρατάξεως; διὸ σὺ αὐτὸς, ὦ Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι. Οὐρανοὺς δέ φησι τὰς ἐπινοουμένας ἐν αὐτῷ δυνάμεις· ὡς δὲ πατὴρ νηπίοις, καὶ ὡς μαθηταῖς διδάσκαλος συγκαταβαίνει.

Ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ὕψους.

Ἐξαπόστειλον, φησὶν ὁ ψαλμὸς, τὴν ποιητικὴν καὶ φυλακτικὴν τῶν ὅλων χεῖρα ἐπὶ τῷ ἐξελέσθαι καὶ ῥύσασθαί με ἐκ τῶν πολλῶν ὑδάτων καὶ τῶν χειρῶν τῶν ἀλλοτρίων υἱῶν· δυνατὸν δὲ τὸ ἐξ ὑδάτων πολλῶν ῥυσθῆναι εἰπεῖν τῶν πονηρῶν δυνάμεων καὶ τοῦ διαβόλου τοῦ βασιλέως πάντων τῶν τοιούτων· ἐξαιρεθῆναι δὲ καὶ ἐκ χειρὸς τῶν ἀλλοτρίων υἱῶν, τῶν ἐνεργουμένων ὑπ' αὐτῶν ἀνθρώπων· τὰς ἐπαναστάσεις γὰρ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν ἀσεβῶν ὕδατα ἐκάλεσεν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἄρα τὸ ὕδωρ κατεπόντισεν ἡμᾶς·* καὶ πάλιν· *Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου·* ἀκολούθως δὲ μετὰ τὴν κατάβασιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὴν ἐπιβουλὴν τῶν ἀσεβῶν... αὐτοῦ τῳ.. θεασάμενος, τὰ προκείμενα θεσπίζει.

Ὠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι.

Ἄδει, καὶ τὴν καινὴν διαθήκην ἐν τοῖς περὶ τῆς καθόδου τοῦ Θεοῦ Λόγου προφητευομένοις μνημονευθῆναι· διὸ δηλοῦται αὕτη διὰ τῆς καινῆς ᾠδῆς. Ἐν τῷ δὲ λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην, ὡς

fugam vertebat. Videsis etiam ne forte sit Christus, qui ait : in fugam conjiciens invisibiles hostes. Nam psalmus, ut demonstrabitur, et reditum ejus de cœlo, et fugam dæmonum, et gentium vocationem, duos denique populos, denotat.

VERS. 2. *Qui subdidit populum meum sub me.*

Dei est populum suum hominibus subjicere, quod nisi a Deo fiat, nunquam fiet. Nam neque Moyses talem tantamque multitudinem rexisset, nisi ei Dominus populum suum subdidisset, non armis neque hominum exercitu, sed meliore potentia.

VERS. 2. *Domine, quid est homo, quia innotuisti ei?*

Interrogativo modo quærit Psalmista, quid sit homo; docere nos volens, magnum quid esse hominem. Secus enim, neque ipse Dei notitiam caperet, neque Deus tantopere ejus meminisset, ut etiam Servatorem Redemptoremque ei mitteret proprium Verbum. Monet simul ne quemquam hominem contemnamus; et quod nemo beneficio tanto dignum aliquid agat.

VERS. 5. *Domine, inclina cœlos tuos, et descende.*

Necessario admodum et consentanee [dicit], ipsum descendisse Dei Verbum ad hostium destructionem. Etiamsi enim, inquit, egregie docet manus meas ad bellum, attamen quantula est vis hominis, et morituri virtus qui vanitati similis est, ut tantæ hostium aciei resistere possit? Ergo tu ipse, Domine, cœlos inclina, et descende. Cœlos autem dicit, quæ ibi intelliguntur esse potestates. Porro ceu pater ad parvulos filios, ceu ad discipulos magister descendit.

VERS. 7. *Emitte manum tuam ex alto.*

Emitte, ait psalmus, operatricem tutelaremque omnium manum, ut eruas liberesque me de multis fluctibus, et alienorum filiorum manibus. Jam eripi de multis fluctibus, intelligi potest de malis potestatibus, et de harum omnium rege diabolo. Item liberari de alienorum filiorum manibus, nempe de commotis illorum obsessu hominibus. Etenim impetum tentationum atque impiorum, aquas appellavit, ut et alibi ait : *Forsitan aquæ submersissent nos*[56]. Item : *Salva me, Domine, quia intraverunt aquæ usque ad animam meam*[57]. Consentanee vero post Dei Verbi descensum, impiorum insidias videns, suprascripta vaticinatur.

VERS. 9. *Canticum novum cantabo tibi.*

Canit, se novum quoque fœdus in his quæ de reditu Dei Verbi vaticinatur, memoravisse. Idcirco id fœdus novo cantico demonstratur. Dum autem novum dicit, prius illud antiquavit, ut ait Aposto-

[56] Psal. CXXIII, 4. [57] Psal. LXVIII, 2.

(18) Congruit Eusebius cum divo Paulo Rom. XIII, 1, *Non est potestas nisi a Deo.*

lus [58]. De hujusmodi cantico dicta sunt et illa : *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra* [59]. Insuper : *Psallant*, inquit, *psalterio decachordo;* practicam innuens vitam, anima simul et corpore operantem. Sunt enim quinque carnis sensus, quinque item animæ potentiæ, quibus corporei sensus moventur.

VERS. 10. *Qui dat salutem regibus.*

Qui cœlorum regnum nos docuit, reges eos efficit qui illo digni fuerint, quibus etiam vi propria salutem confert ; simulque recte agentes, extra peccati dominatum ponit. Utique Christus in Proverbiis dicit : *Per me reges regnant* [60]. Hæc cernens Apostolus scribebat : *Sine nobis regnavistis, et utinam regnaveritis, ut et nos vobiscum conregnemus* [61]. Quoniam ergo his salutem Deus largitur, merito ipsi quoque Davidi spem bonam oraculum injicit, fore ut a peccatis, in quæ aliquando cecidit, redimatur. Nam Verbi Dei descensus Davidi quoque cum aliis beneficus exstitit, qui nativitati ejus in carne inserviit.

VERS. 10. *Qui redimit Davidem servum suum de gladio maligno.*

Gladius malignus, lingua est atheorum, et illorum sermones qui sophismata adversus Deum excogitant, ut animas interficiant. Manus autem filiorum alienorum, actus sunt et vita illorum qui Dei cultu alieni sunt ; quorum os fabulosis figmentis et idolorum erroribus loquitur vanitates. Horum etiam dextera, id est vis operosior, avaritia et rapinis occupatur. Hujusmodi erant prioris populi homines, siculi dictum est. Ex his jam nunc denuo orat David se eripi, ne pari peccatorum genere irretiatur.

VERS. 12. *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.*

Non prioris tantummodo populi filii, sed omnium a Dei cultu alienorum, ceu novæ plantationes sunt in juventute sua. Justi autem hominis caro infirma est, et ejus mentis fastus emortuus. Illorum, qui de circumcisione sunt, filiæ quoque meretricio more sunt exornatæ, ad templi imaginem ubi spiritus malus inhabitat. Ideo de illis dicit propheta : *Propterea incesserunt filiæ Sionis erecto collo, et cum nutibus oculorum* [62], et reliqua. Sancti autem homines templum Dei sunt, et Dei spiritus in ipsis inhabitat. Et illorum quidem abundant redundantque penora thesaurizantium in terra et dicentium : *Destruam horrea mea et ampliora ædificabo* [63] ; horum contra thesaurus in cœlo est. Illorum oves fecundæ ac numerosæ, bovesque crassi, cujusmodi in Ægypti ubertate, nempe illi pulchra specie et eximiis carnibus quos vidit Pharao. Sed justi viri ovile puras animas, et bonas ac rationales oves complectitur.

A φησιν ὁ Ἀπόστολος· περὶ ταύτης λέλεκται τῆς ᾠδῆς· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ*· ἀλλὰ καὶ, *Ψαλῶσι*, φησὶν, *ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ*, τὸν πρακτικὸν αἰνιττόμενος βίον διὰ ψυχῆς καὶ σώματος ἐνεργούμενον· πέντε μὲν ὄντων σαρκὸς αἰσθητηρίων, πέντε δὲ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, δι' ὧν τὰ αἰσθητήρια τοῦ σώματος κινεῖται (19).

Τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι

Ὁ διδάξας βασιλείαν οὐρανῶν, βασιλεῖς ἐργάζεται τοὺς καταξιουμένους αὐτῆς, οἷς δίδωσι τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν· ἅμα δὲ κατορθώσασι τὸ μὴ βασιλεύεσθαι ὑπὸ ἁμαρτίας· Χριστὸς δ' ἐστὶν ὁ ἐν Παροιμίαις λέγων· *Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι*· ταῦτα εἰδὼς ὁ Ἀπόστολος ἔγραφε· *Χωρὶς ἡμῶν* B *ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν*· ἐπεὶ οὖν τούτοις χαρίζεται ὁ Θεὸς τὴν σωτηρίαν, εἰκότως καὶ τῷ Δαυῒδ ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφει τὸ λόγιον, ὡς λυτρωθησομένῳ ἀφ' ὧν πώποτε πέπτωκεν ἁμαρτιῶν· ἡ γὰρ κάθοδος τοῦ Θεοῦ Λόγου μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τῷ Δαυῒδ εὐεργετικὴ γεγένηται, ἅτε διακονησαμένῳ τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ γενέσει.

Τῷ λυτρουμένῳ Δαυῒδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς.

Ῥομφαία πονηρὰ ἡ γλῶττά ἐστι τῶν ἀθέων, καὶ οἱ λόγοι τῶν τὰ σοφίσματα κατὰ τοῦ Θεοῦ μελετώντων εἰς τὸ φονεύειν ψυχάς· χεὶρ δὲ υἱῶν ἀλλοτρίων, πρᾶξις καὶ ὁ βίος τῶν ἀλλοτρίων τῆς θεοσεβείας, ὧν ἐν μύθοις ἀναπλάσμασι καὶ ταῖς περὶ εἰδώλων πλά- C ναις τὸ στόμα λαλεῖ ματαιότητας· τούτων δὲ καὶ δεξιά, τουτέστιν ἡ πρακτικωτέρα δύναμις, περὶ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγὰς ἀσχολεῖται. Τοιοῦτοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ, καθ' ἃ εἴρηται· ἀπὸ τούτων οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἤδη δεύτερον ὁ Δαυῒδ ῥυσθῆναι εὔχεται, ἵνα μὴ ἁλῷ τοῖς ὁμοίοις ἁμαρτήμασιν.

Ὧν οἱ υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν.

Τοῦ προτέρου λαοῦ οἱ υἱοὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀλλοτρίων τῆς θεοσεβείας ὡς νεόφυτά ἐστιν ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν· τοῦ δὲ δικαίου ἡ σάρξ ἐστιν ἀσθενὴς, καὶ τὸ φρόνημά ἐστι νενεκρωμένον· τούτων τῶν ἐκ περιτομῆς καὶ αἱ θυγατέρες ἑταιρικῶς εἰσι κεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ ἐν ᾧ πονηρὸν πνεῦμα ἐνοικεῖ· διό φησι περὶ αὐτῶν ὁ D προφήτης· *Ἀνθ' ὧν ἐπορεύθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς· οἱ δὲ ἅγιοι ναός εἰσι Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς· καὶ τῶν μὲν περιττεύει καὶ ὑπερχεῖ τὰ ταμεῖα θησαυριζόντων ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ λεγόντων, *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας καὶ μείζονας οἰκοδομήσω*· τῶν δὲ ὁ θησαυρός ἐστιν ἐν οὐρανῷ· καὶ τῶν μὲν ἔστι πρόβατα πολύτοκα πληθύνοντα, καὶ βόες παχεῖς, ὁποῖοι τῆς Αἰγύπτου εὐθηνίας· καλοὶ γὰρ τῷ εἴδει καὶ ἐκλεκτοὶ ταῖς σαρξὶν ἦσαν οὓς εἶδεν ὁ Φαραώ· τοῦ δὲ δικαίου ἡ ποίμνη ψυχὰς ἀκεραίους, καὶ ἀγαθὰ καὶ λογικὰ πρόβατα ἐμπεριείληφε.

[58] Hebr. VIII, 13. [59] Psal. XCV, 1. [60] Prov. VIII, 15. [61] I Cor. IV, 8. [62] Isa. III, 16. [63] Luc. XII, 18.

(19) Videsis Nicetæ Serrarum episcopi proœmium a nobis editum ad catenam in Psalmos.

Του [δικαίου] μὲν διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, μακάριοι οἱ υἱοὶ ὡσεὶ νεόφυτά εἰσιν ἐλαιῶν κύκλῳ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· τῶν δὲ ἀλλοτρίων οἱ υἱοὶ ὡς νεόφυτα ἱδρυμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Κἀκείνῳ μὲν οὐκ εἰσὶ θυγατέρες· τούτοις δέ εἰσι κεκαλλωπισμέναι, περικεκοσμημέναι ὡς ὁμοίωμα ναοῦ· κἀκείνῳ μὲν εἰσὶν υἱοὶ υἱῶν, τούτοις δὲ οὐχί· ἔτι ἐκείνῳ μὲν οὐκέτι ταμεῖον οὐδὲ ἀποθήκη· τούτων δὲ τὰ ταμεῖα πλήρη ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· καὶ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον δὲ τοῖς τρεφομένοις ὑπὸ τοῦ οὐρανίου Πατρὸς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ οὐκέτι ταμεῖον οὐδὲ ἀποθήκη. Υἱοὶ οἱ αἱρετικοὶ λόγοι, καὶ τὰ νοήματα ὡς νεόφυτα, διὰ τὴν καινοτομίαν· θυγατέρες αἱ λέξεις· κεκαλλωπισμέναι δὲ διὰ τὴν φράσιν, ναὸν οὖσαι τοῦ φρονήματος.

Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, κ. τ. λ.

Καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ εἴρηται· *Διὰ τί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ καὶ ἐν πλούτῳ;* καὶ τὰ ἐφεξῆς· πλὴν ἐπιφέρει· *Οὐ μὴν καὶ ἀσεβῶν λύχνος σβεσθήσεται.* Καὶ ἐν ἑβδομηκοστῷ δευτέρῳ ψαλμῷ λέγεται· *Ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ὧν καὶ αὐτῶν ἡ λύσις ἐπάγεται ἐν τῷ, Πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν; ἐξάπινα ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν, ὡς ἐνύπνιον ἐξεγειρομένων.

Justi viri, propterea quod Dominum timet, beati filii tanquam novellæ oleæ sunt circa mensam ejus. Sed alienorum a Deo hominum filii, novellæ sunt plantationes in juventute sua. Et priori quidem, filiæ non sunt; his autem specie pulchra et ornatæ instar templi. Priori sunt filii filiorum; his nequaquam. Insuper priori non est arca, neque horreum; his autem promptuaria hac illac perfluentia. Atqui, secundum Evangelium, cœli volatilibus a cœlesti Patre nutritis non est promptuarium neque horreum [64]. Filii, intelliguntur hæreticorum sermones, eorumque commenta tanquam novæ plantationes ob rei novitatem. Filiæ, intelliguntur vocabula pulchra et ornata ad loquendum, et veluti fastus templum.

VERS. 14. *Non est ruina maceriæ*, etc.

In Job quoque dicitur: *Cur impii vivunt, et in divitiis consenescunt* [65]? et reliqua. Verumtamen subjicit: *Tametsi impiorum lucerna exstinguetur* [66]. Et in septuagesimo secundo psalmo: *Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns* [67], et reliqua. Quorum solutio subjungitur his verbis: Quomodo redacti sunt ad solitudinem? subito perierunt ob inconsiderantiam suam, ceu somnium evigilantis mente defluit.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΔ'.

Οὔτε δι' ὀργάνου τοῦ καλουμένου ψαλτηρίου λέλεκται τὰ προκείμενα, οὔτε δι' ᾠδῆς, καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, Αἴνεσις ἐπιγέγραπται.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε.

Ἀρχὴ παρ' Ἑβραίοις τοῦ παρόντος στίχου τὸ βὴθ (20). Διδάσκει δὲ ὅτι προσήκει ὥσπερ ὀφειλὴν ἑκάστης ἡμέρας τῷ Θεῷ τὸν ὕμνον ἀποδιδόναι. . μηδεμιᾶς ἡμέρας τῷ Θεῷ ὕμνον ὀλιγωρεῖν καὶ ἀπολιμπάνεσθαι (21). Διανοίᾳ μὲν οὖν καὶ λογισμοῖς, καὶ αὐτῇ τοῦ ἐν ἡμῖν πνεύματος δυνάμει αὐτὸν τὸν Θεὸν ὑψοῦμεν καὶ εὐλογοῦμεν· χείλεσι δὲ καὶ θνητοῖς ῥήμασι τοῦ Θεοῦ τὸ ὄνομα δοξάζομεν· Ἀεὶ σὲ, φησὶν, ὑμνῶν διατελῶ, καὶ οὐδεμίαν ἄμοιρον ἐάσω τῆς ὑμνῳδίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, ὁ μὲν Ἀκύλας *εἰσέτι*, ὁ δὲ Σύμμαχος *διηνεκῶς* ἡρμήνευσαν. — Ἀκόλουθα δὲ πάντα τοῖς προλαβοῦσι· εἰπὼν γὰρ *εὐλογήσω καὶ ὑψώσω*, δείκνυσιν ὡς οὐδὲν αὐτῷ προστίθησιν ἡ παρ' ἡμῶν εὐφημία· ἑαυτοὺς δὲ λαμπρύνομεν, αἶνον δὲ εἰς τὸν αἶνον προσάγοντες.

Καὶ τῇ δικαιοσύνῃ σου ἀγαλλιάσονται.

Διὰ τούτων διδάσκει τοῦ Θεοῦ τὰς ἀρετὰς, ὅσαι εἰς ἡμᾶς διήκουσιν, ἀφ' ὧν αὐτὸν καὶ γνωρίζομεν· τὰς γὰρ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀθεωρήτους ἡμῖν οὔσας καὶ ἀκαταλήπτους, οὐχ οἷόν τέ ἐστι θνητῇ φύσει περιλαβεῖν. Ἀεὶ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάνουσαι τοῦ Θεοῦ ἀρεταὶ, ἀφ' ὧν αὐτὸν γινώσκομεν, αἱ φωναί εἰσιν αὗται.

PSALMUS CXLIV.

Neque ad organum neque ad psalterium dictus fuit hic psalmus, neque cantici aut cujuslibet metri nomen habet, sed *Laus* inscribitur.

VERS. 2. *Per singulos dies benedicam tibi.*

Initium apud Hebræos præsentis versiculi est littera *beth*. Docemur autem, oportere tanquam uniuscujusque diei debitum, hymnum Deo persolvere, nullo, inquam, die hymnodiam divinam negligere aut omittere. Et mente quidem, et cogitationibus, et ipsa spiritus vi Deum extollimus atque laudamus: labiis vero et perituris verbis Dei nomen glorificamus. Te, inquit, semper hymnis celebro, nullamque diem absque hymnodia prætermitto. Jam pro verbis, *in sæculum sæculi*, Aquila interpretatus est, *usque adhuc*, Symmachus autem *continenter*. — Cuncta autem consentanea sunt prioribus. Nam cum dixerit, laudabo et exaltabo, significat nihil Deo addi a nostris laudibus. Nosmet potius illustramus, dum laudem laude connectimus.

VERS. 7. *Et justitia tua exsultabunt.*

His verbis declarat Dei virtutes, quatenus ad nos deveniunt, ex quibus eumdem cognoscimus; virtutes, inquam, nobis superiores, invisibiles et incomprehensibiles, quas mortalis natura mente complecti nequit. Attamen Dei virtutes perpetuo ad nos decurrentes, ex quibus eum cognoscimus, hæ totidem voces sunt.

[64] Matth. VI, 26. [65] Job XXI, 7. [66] ibid. 17. [67] Psal. LXXII, 3.

(20) Nempe בכל־יום, *in omni die*.
(21) Observemus, teste Eusebio, hymnodiæ quotidianæ in Ecclesia consuetudinem.

VERS. 8. *Miserator et misericors Dominus*, et reliqua.

Cum nihil nos essemus, neque adhuc exsistentes, in lucem protulit. Deinde prava multa agentes, et superbo contemptu viventes, non pro meritis persequitur, sed miseretur, diuque nos vocat ad pœnitentiam, quia mortem peccatoris non vult, sed magis ejus pœnitentiam. Neque ita erga suos tantum se gerit, sed erga omnes omnino; est enim cunctis benignus.

VERS. 9. *Et miserationes ejus super omnia opera ejusdem.*

Quoniam miserationes ejus cunctis prævalent ejusdem operibus, consequenter dictum est: *Confiteantur tibi in omnia opera tua.* Debetur ei insuper, ut ipsæ quæ inanimes existimantur creaturæ, voce propemodum emissa gratias ei agant, et confiteantur creatori suo. Participat enim sapientiam ejus unaquæque ab eo varie constructa creatura, et vim creationis mirabili artificio sentit. Specialiter vero præcipueque sancti ejus majorem laudis partem retribuunt: nam iis quæ cogitant atque agunt, regnum ejus prædicant, in antecessum id manifestantes, ut tanquam ei militantes, gloria sint regni ejus. Prædicabunt item connaturalem regno ejus dominatum, et quod unaquæque creatura ordinate ei subest. Cum sint benevoli hi qui gratia tua ad te per sanctitatem conversi sunt, bona sua sine invidia communicant per magisterium filiis hominum. Rerum tantummodo, quæ humanam vitam excedunt, magister atque antecessor Christus est; cum ii qui adhuc filii hominum erant, magistri essent effecti ab iis quos ipse Christus erudiverat. Paulus igitur non ab hominibus, aut per homines, sed a revelatione Jesu Christi accepto Evangelio[68], idque edoctus, gentium doctor in fide ac veritate evasit. Quin adeo Servator ipse misit apostolos ad docendas gentes; quos antea monuerat ne quem magistrum in terra appellarent. Quæ ergo ab eo sancti discunt, hæc filiis hominum notificant.

A *Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος*, καὶ τὰ ἀκόλουθα.

Μὴ γὰρ ὄντας ἡμᾶς, μηδὲ ὑφεστῶτας, παρήγαγεν εἰς φῶς· εἶτα πολλὰ δρῶντας κακὰ καὶ καταφρονητικῶς ἔχοντας αὐτοὺς οὐ μετέρχεται κατ' ἀξίαν· ἐμ.. δὲ ἐλεεῖ, ἀλλὰ καὶ μακροθυμεῖ προσκαλούμενος ἡμᾶς εἰς μετάνοιαν, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ· οὐ μόνον δὲ περὶ τοὺς οἰκείους τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντας ἀπαξαπλῶς, ἐπεὶ καὶ χρηστός ἐστι τοῖς σύμπασιν.

Καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ἐπειδὴ οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀκολούθως λέλεκται· *Ἐξομολογησάσθωσάν σοι πάντα τὰ ἔργα σου·* προσοφείλεται αὐτῷ ὡς B καὶ αὐτὰ τὰ νομιζόμενα εἶναι ἄψυχα, φωνὴν ἀφιέντα μονονουχὶ εὐχαριστεῖν καὶ ἐξομολογεῖσθαι τῷ ποιήσαντι αὐτά. Μετέχει γὰρ τῆς αὐτοῦ σοφίας ἕκαστον αὐτοῦ τῶν ἔργων ποικίλως κατεσκευασμένον, καὶ πανσόφως μετέχον τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως· ἀφωρισμένως δὲ καὶ ἐξαιρέτως οἱ ὅσιοι αὐτοῦ τὸ μεῖζον τῆς ἐξομολογήσεως ἀποδιδόασι· δι' ὧν γὰρ φρονοῦσι καὶ πράττουσι, τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐροῦσιν, ἐμφανίζοντες προγευστικῶς, ὡς αὐτῷ στρατευσάμενοι δόξαν εἶναι τῆς βασιλείας αὐτοῦ· λαλήσουσι δὲ καὶ συμφυῆ δυναστείαν τῇ βασιλείᾳ, ὡς ἕκαστα τῶν κτισμάτων τεταμένως αὐτῷ ὑποτέτακται· ὄντες φιλάνθρωποι οἱ τῆς πρὸς σὲ καὶ παρὰ σοῦ ὁσιότητος μεταποιούμενοι, ἀφθόνως ὧν ἔσχον ἀγαθῶν μεταδιδόασι τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς διδασκαλικῶς· μόνων C γὰρ τῶν τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ὑπερανα8εβηκότων διδάσκαλος καὶ καθηγητὴς ὁ Χριστὸς, τῶν ἔτι τυγχανόντων υἱῶν ἀνθρώπων διδασκάλων γινομένων ὑπὸ τῶν ὑπὸ Χριστοῦ πεπαιδευμένων· Παῦλος γοῦν ὁ μὴ παρὰ ἀνθρώπων, ἢ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ παραλαβὼν καὶ διδαχθεὶς τὸ Εὐαγγέλιον, διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ· ἀμέλει γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐκπέμπει τοὺς ἀποστόλους ἐπὶ τῷ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, πρότερον παιδεύσας αὐτοὺς μὴ καλεῖν διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· ἃ τοίνυν παρ' αὐτοῦ μανθάνουσιν οἱ ὅσιοι, γνωρίζουσι τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς.

VERS. 14. *Fidelis Dominus in sermonibus suis.*

Fidelis Deus, non quasi fidem participans, sed quia fide dignus dicitur. Cuncta enim quæ dicit, fiunt, juxta illud: *Ipse dixit: Nonne faciet, et non manebit*[69]? Insuper illud: *Cœlum et terra transibunt, sermones autem mei non præteribunt*[70]. Justus item est, quatenus impertitur creaturis suis justitiam: sicuti etiam sanctus in iis, qui sanctitatem ejus participant. Denique sapientia Servator est in iis, qui instar ejus sapientes sunt.

VERS. 15. *Tu das escam illorum tempore opportuno.*

Ait etiam Eusebius Deum non tantum esse lapsorum medicum et confractorum sanatorem, sed et

Πιστὸς Κύριος ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ.

Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς οὐχ ὡς μετέχων πίστεως, ἀλλ' D ὡς ἀξιόπιστος εἴρηται· πάντα γὰρ ἃ λέγει γίνεται· κατὰ τὸ, *Αὐτὸς εἶπεν· Οὐχὶ ποιήσει καὶ οὐχὶ ἐμμενεῖ;* λέγει δὲ καὶ τό· *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.* Καὶ ὅσιος δὲ, ὡς ὁσιότητος μεταδιδοὺς τοῖς ἔργοις αὐτοῦ· ὥσπερ καὶ ἅγιος ἐν τοῖς μετέχουσι τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ· καὶ σοφία ἐστὶν ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν σοφοῖς.

Σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ.

Φησὶ δὲ καὶ ὁ Εὐσέβιος (22), ὡς οὐ μόνον ἰατρός ἐστιν ὁ Θεὸς τῶν πεπτωκότων, καὶ θεραπευτὴς τῶν

[68] Gal. I, 1. [69] Num. XXIII, 19. [70] Luc. XXI, 33.

(22) Eusebii nomen in codicibus quos adhibuimus constanter in marginibus scribitur omnium quæ edidimus fragmentorum. Hoc tamen loco auctor Catenæ codicis C etiam in contextu posuit.

κατεῤῥαγμένων, ἀλλὰ καὶ τροφεὺς τῶν ἁπάντων· A διὸ καὶ πάντων τῶν λογικῶν τε καὶ ἀλόγων ζώων οἱ ὀφθαλμοὶ ἄνω εἰς αὐτὸν ἀναβλέπουσι, καὶ φυσικαῖς τισι καὶ διδακταῖς ὁρμαῖς πρὸς αὐτὸν πάντων ἀφορώντων, αὐτὸς οἷα πατὴρ ἀγαθὸς τὰς τροφὰς τοῖς καιροῖς ἐπιτηδείως ἄλλοτε ἄλλας χορηγεῖ, τοῖς πᾶσιν τὴν χεῖρά τε τὴν δημιουργικὴν, τουτέστι τὴν δύναμιν, ἐξαπλῶν ἀφθόνως καὶ ἀνεπικωλύτως πᾶν ζῶον ἐμπίπλησι τῆς τῶν ὑπ' αὐτοῦ δωρουμένων ἀπολαύσεως.

Ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ.

Εἶτα ἐπειδὴ ὀλίγων ἐστὶ τὸ δύνασθαι ἐπιστημόνως αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι, καὶ καταξιοῦσθαι αὐτοῦ τῆς ἀκοῆς, ἐπιφέρει ἀναγκαίως ἐπαναλαβὼν τὸν λόγον καί φησιν ὅτι οὐ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, B ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐν ἀληθείᾳ τοῦτο πράττουσιν ἐπιτυγχάνει· τῶν γὰρ μὴ τοιούτων μακρὰν ἀφέστηκεν· οἷς καὶ φησίν· *Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν·* περὶ τούτων δὲ καὶ ἀλλαχοῦ λέλεκται· *Διότι οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται.* Πᾶσι μὲν οὖν ἐγγὺς κατὰ πρόνοιαν, κατὰ σχέσιν δὲ τοῖς σὺν ἐπιστήμῃ καλοῦσι· τοῦτο γὰρ τὸ, *ἐν ἀληθείᾳ.* — Μετὰ τὴν κοινὴν δὲ πρόνοιαν ἐξαίρετον τὴν περὶ τῶν πιστῶν ἐπενήνοχε, τὸ τοιούτων ἐγγὺς εἶναι, καὶ μειζόνως αὐτῶν προνοεῖσθαι.

Αἴνεσιν Κυρίου λαλήσει τὸ στόμα μου, καὶ εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.

Τέως μὲν αἰνῶν οὐ διαλείψω Θεόν. Εὔχομαι δὲ καὶ θᾶττον ἀποβῆναι τὴν λέγουσαν προφητείαν· *Ἐκχεῶ* C *ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα·* καί· *Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον·* ἔσται δὲ τοῦτο ἡνίκα τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, ὅτε καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων σωθήσεται· στόμα δὲ λέγει τὸ νοητὸν, περὶ οὗ καὶ ἀλλαχοῦ· *Πᾶσα σὰρξ εὐλογοῦσα τὸ ὄνομα Κυρίου ἔσται*, δηλονότι *εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*, ὀψομένη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ οὖσα ὡς χόρτος.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΕ'.

Τὸ ἀλληλούϊα αἶνον Κυρίου σημαίνει· οὕτως γὰρ ἑρμηνεύεται ἡ λέξις· ἔστιν οὖν καὶ τὸ προκείμενον, αἶνος· διὸ δὴ ἀρχόμενός φησιν ὁ λόγος· *Αἴνει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον*, ἤτοι τοῦ πνεύματος τῇ ψυχῇ παρακελευομένου, ἢ αὐτῆς ἑαυτῇ· εἶθ' ὑπακούσασα τῷ προστάγματι, προθύμως ἀποκρίνεται λέγουσα· D *Αἰνέσω Κύριον ἐν ζωῇ μου, ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω.* Εἰ δὲ ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχὴ, ἀεί τε ζῇ καὶ ὑπάρχει καὶ μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν δυναμένη, φησίν· Ὡς ἄρα οὐδὲ πώποτε παύσομαι αἰνοῦσα τὸν Κύριον, ἀλλ' εἰς μακροὺς αἰῶνας, καὶ πάντα τὸν τῆς ἀθανάτου ζωῆς μου βίον, οὐδὲν ἕτερον πράττουσα τοῦ αἰνεῖν τὸν Κύριον διατελέσω. Ὡς ψυχῆς δὲ ἀκουστέον λεγούσης τὸ, ἕως ὑπάρχω, οὐχ ὡς μελλούσης μετ' αὐτὰ μὴ ὑπάρχειν, ἀλλ' εἰς ἄπειρον τὸν τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς χρόνον (23) αἰνέσειν ἐπαγγελλομένης τὸν Κύριον.

A omnium nutritorem. Quamobrem omnium tam rationalium quam etiam irrationalium animantium oculi ad eum suspiciunt, et naturalibus insitisque motibus illum spectant, dum ipse ut bonus pater temporibus idoneis escas modis variis suppeditat, cunctisque manum suam creatricem, id est suam virtutem, abundanter et sine ullo impedimento impertiens, omne animal replet donorum suorum fructu.

VERS. 18. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.*

Deinde quia paucorum est sapienter eum invocare, atque ejus exauditione dignos haberi, necessario sermonem resumens ait: non omnibus invo- B cantibus eum, sed iis tantummodo qui cum veritate id agunt, occurrit: namque ab iis qui aliter se habent, longe abest. Quibus etiam ait: *Peccata vestra me a vobis separant* [71]. De his alibi quoque dictum est: *Quoniam qui a te se elongant, peribunt* [72]. Cunctis itaque providentia sua prope adest, sed tamen quod ad affectum attinet, adest invocantibus cum sapientia; id enim significat *in veritate*. Post generalem providentiam, specialem erga fideles intulit, nempe quod his prope adsit, magisque consulat.

VERS. 21. *Laudem Domini loquetur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto ejus.*

Interim a Dei laudibus non desistam. Opto au- C tem celerius in rem conferri prophetiam quæ dicit: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem* [73]; et: *Omnis spiritus laudet Dominum.* Hoc vero continget cum plenitudo gentium introierit, et universum hominum genus salvum fiet. Os dicit intellectuale, ut alibi, *Omnis caro benedicet nomini Domini in sæculum et in sæculum sæculi* [74], salutare Dei spectatura, nec jam instar feni decidua.

PSALMUS CXLV.

Alleluia laudem Domini significat. Sic enim explicatur vocabulum. Laus est itaque præsens psalmus: quare et incipit: *Lauda, anima mea, Dominum;* sive spiritus animam adhortetur, sive ipsa se. Deinde mandato obtemperans, prompte respondet dicens: D *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiu fuero.* Quod si immortalis est anima, semperque vivit et est etiam post discessum a corpore, jure suo ait: Nunquam desinam laudare Dominum; sed longa sæcula, et totum immortalis meæ vitæ tempus, nonnisi laudans Dominum transigam. Sic etiam audiamus dicentem animam, *donec fuero*, non quod postea non sit duratura, sed quia in infinitum tempus futura sit subsistentia ejus, parique spatio Dominum se laudaturam promittat.

[71] Isa. LIX, 2. [72] Psal. LXXII, 27. [73] Joel. II, 28. [74] Psal. CXLIV, 21.

(23) Perspicuum Eusebii de animæ immortalitate testimonium.

VERS. 5. *Nolite confidere in principibus.*

Hoc simile illi : *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare a Domino, quam sperare a principibus* [75]. Id autem syllogismo demonstrat. Nam si ipsi, inquit, salutem sibi comparare nequiverunt, quænam erit ab his utilitas? Neque enim valent semetipsos morte eripere post terminum : nam morientis hominis spiritus egressus, illuc vadet quo abducetur. Reliqua hominis pars in pulverem suum revertetur, naturæ legi obsequens, quam initio Deus Adamo statuit dicens : *Pulvis es, et in pulverem reverteris* [76]. Quorum verborum sensus est : Consilia omnia, quæ adhuc vita comite apud se cogitans congesserat, quasi futurus æternus, coacervans in terra thesauros, terribilia se facturum spondens, et aliis comminans, una hora dissipata peribunt, cuncta, inquam, consilia dominantium, qui a plebe suspiciebantur. Et quidem dicit principes hujus sæculi; namque et hi caducum habent principatum. Unus salutis auctor Servator est, qui ait : Nemo amplius salvabit præter me. Si ergo ab illo, non autem viribus propriis salvantur, quomodo alios salvare poterunt?

VERS. 6. *Qui custodit veritatem in sæculum.*

Nempe dictorum suorum, quæ in Scripturis exposuit, veritatem comprobans. Promisit enim se eos, cum judicium fiet, puniturum, qui in præsente vita inique se gesserint. Est et alia promissio : *Beati qui esuriunt et sitiunt, quoniam ipsi saturabuntur, vos autem esurietis* [77]. Quin adeo sensibilem quoque escam famelicis in deserto exhibuit manna, et quinque hominum millia saturavit, et per corvum Eliam, et per prophetam Abacucum Danielem. Jus dixit calumniam passis Josepho atque Susannæ, illi ab Ægyptia femina, huic a judicibus Israelis, necnon Davidi a Saule. Plena hujusmodi exemplis divina volumina sunt.

VERS. 7. *Dominus solvit compeditos, Dominus dat cæcis sapientiam.*

Compeditos solvit, remissionem peccatorum largiens iis qui delictorum suorum catenis constringuntur. Videtur autem his verbis vocationem gentium innuere, necnon Domini inter homines præsentiam, et hinc factam omnibus medicinam. Hæc mihi cogitatio incidit, in memoriam revocanti Isaiæ de Servatore nostro prædictionem, qua dicit : *Ecce posui te ut sis fœdus generis, lumen gentium; ut oculos cæcorum aperias, ut vinculis detentos expedias* [78]. Sic enim et hoc loco Dominus compeditos solvit. Tum et illud dicitur : *Dominus dat cæcis sapientiam*. Sane mirum est, corpore cæcis, plus aliquid intelligentiæ inesse solere, quia Deus illos

A *Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας*

Ὅμοιον τῷ, Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας· τοῦτο δὲ παρίστησι διὰ συλλογισμοῦ· εἰ γὰρ αὐτοὶ, φησὶν, ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι σωτηρίαν οὐχ οἷοί τέ εἰσι, τίς ἂν γένοιτο ἀπὸ τῶν τοιούτων ὠφέλεια; οὐδὲ γὰρ δύνανται ἑαυτοὺς ἐξελέσθαι τοῦ θανάτου μετὰ τὸ τέλος (24)· τὸ μὲν γὰρ τοῦ θνήσκοντος ἐξελεύσεται πνεῦμα (25), ἔνθα ἂν ἀπάγῃ ὁ ἀπάγων· ὁ δὲ λοιπὸς ἄνθρωπος ἀποστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, νόμον φύσεως πληρῶν ὃν ἐπέσκηψεν ἀρχῆθεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ εἰπών· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσει*· οὗ λεγόμενον, Οἱ λογισμοὶ πάντες οὓς ἔτι περιὼν τῷ βίῳ συνήγαγε παρ' ἑαυτῷ διανοούμενος, καὶ ὥσπερ τις αἰώνιος συνάγων καὶ

B θησαυρίζων ἐπὶ γῆς, ποιήσειν τε τὰ δεινὰ ἐπαγγελλόμενος, καὶ πάλιν ἑτέροις ἀπειλῶν, ὑπὸ μίαν ὥραν σβεσθήσονται, καὶ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν ἀρχόντων τῶν παρὰ πολλοῖς θαυμαζομένων. Λέγοι δ' ἂν καὶ ἄρχοντας τούτου τοῦ αἰῶνος· μεταπτωτὴν γὰρ καὶ οὗτοι ἔχουσι τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ Σωτὴρ μόνος αἴτιος σωτηρίας, ὁ λέγων· Σώζων οὐκέτι πάρεξ ἐμοῦ· εἰ τοίνυν ἐξ αὐτοῦ· καὶ οὐχ οἴκοθεν σώζονται, πῶς ἑτέρους σώζειν δυνήσονται;

Τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα.

Τῶν λόγων αὐτοῦ, ὧν ἐν ταῖς Γραφαῖς ἐπηγγείλατο, πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν· ἐκδικήσειν γὰρ ἐπηγγείλατο τοὺς κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀδικουμένους, ἐν καιρῷ τῷ τῆς κρίσεως· καὶ ἄλλη ἐπαγγελία,

C τό· *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε*· ἀλλὰ καὶ αἰσθητῶς τροφὴν ἐν ἐρήμῳ τοῖς πεινῶσι τὸ μάννα παρέσχε, καὶ πέντε χιλιάδας διέθρεψε, καὶ διὰ κοράκων Ἠλίαν, καὶ δι' Ἀμβακοὺμ τοῦ προφήτου τὸν Δανιήλ· ἐποίησε δὲ κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις Ἰωσὴφ καὶ Σωσάννῃ, τῷ μὲν ὑπὸ τῆς Αἰγυπτίας, τῇ δὲ ὑπὸ τῶν κριτῶν Ἰσραὴλ, καὶ τῷ Δαυῒδ ὑπὸ Σαοὺλ. Καὶ πλήρη τῶν τοιούτων τὰ θεῖα συγγράμματα

Κύριος λύει πεπεδημένους, Κύριος σοφοῖ τυφλούς.

Πεπεδημένους λύει, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διδοὺς ταῖς σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατεσφιγμένοις. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων αἰνίττεσθαι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆ-

D σιν, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν, τήν τε δι' αὐτῆς ἅπασι γενησομένην θεραπείαν. Τοῦτο δὲ νοεῖν μοι ἐπῆλθεν εἰς μνήμην ἀναλαβόντι τὴν Ἡσαΐου περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόῤῥησιν, δι' ἧς φησιν· *Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους*. Οὕτω γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὁ Κύριος λύει πεπεδημένους· εἴρηται δὲ καὶ τὸ, *Ὁ Κύριος σοφοῖ τυφλούς*· θαυμάσαι δ' ἔστιν, ὅπως καὶ τοῖς τὰ σώματα πηροῖς πλεῖόν τι συνέσεως

[75] Psal. CXVII, 8, 9. [76] Gen. III, 19. [77] Matth. V, 6; Luc. VI, 21, 25. [78] Isa. XLII, 6.

(24) De præscripto vitæ termino legesis longam S. Germani patriarchæ CP. dissertationem a nobis alibi editam.

(25) De animæ exitu legitur homilia S. Cyrilli Alex. editionibus, quam tamen codices a me observati Theophilo ejus patruo ac decessori tribuunt.

πάρεστι, τοῦ Θεοῦ σοφίσαντος αὐτοὺς ἀντὶ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν στερήσεως.

Ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται.

Αἱ ἀποβαλοῦσαι ψυχαὶ τὸν γενόμενον ἐν κακίᾳ πατέρα αὐτῶν διάβολον, ἢ καὶ ἄνδρα, ὀρφαναὶ καὶ χῆραι ἀναλαμβανόμεναί εἰσι· τούτων ἀναληφθέντων, ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁδὸς οὐκ ἄλλη τῆς κακίας οὖσα ὑπὸ Θεοῦ ἀφανισθήσεται. Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηνται ἀλληγορικώτερον. Χηρῶν δὲ λέγει οὐ τῶν τυχουσῶν, ἀλλὰ τῶν σὺν ἁγνείᾳ καὶ σεμνότητι διατελουσῶν, ὀρφανῶν δὲ, τοὺς θεοσεβείας ἕνεκα καταλιπόντας γενεάς (26).

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜϚʹ

Ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ ἀντὶ τοῦ, *αἰνεῖτε τὸν Κύριον*, ὁ μὲν Σύμμαχος, *ἀλληλούϊα, ὅτι ἀγαθὸν ᾠδὴ*, εἴρηκεν, ἀνερμήνευτον φυλάξας τὴν Ἑβραίων λέξιν τὴν σημαίνουσαν τὸ, *αἰνεῖτε τὸν Κύριον*. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, *αἰνεῖτε τὸν Ἰὰ*, ἐξέδωκεν. Ὁ μὲν οὖν πρὸ τούτου ψαλμὸς μιᾷ ψυχῇ αἰνεῖν τὸν Κύριον παρακελεύεται· ἐνταῦθα δὲ πλήθεσι λέγεται τὸ, *αἰνεῖτε τὸν Κύριον*· ἐπειδὴ *οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς*, εἰκότως πᾶν τὸ εἰς αὐτοῦ δόξαν ἀναφερόμενον, καὶ εἰς αὐτοῦ τιμὴν πραττόμενον, ἀγαθὸν ἂν εἴη· ὥσπερ οὖν καὶ ἀγαθὸν ὁ ψαλμὸς ὡς ἂν εἰς ἀγαθὸν Θεὸν ἀναπεμπόμενος. Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἀγαθὸν ἐγκώμιον* ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἀγαθὸν ᾠδή*. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ αἴνεσις ἡ εἰς τὸν Θεὸν ἀναπεμπομένη παντός τε εὐώδους θυμιάματος καὶ πάσης ἡδονῆς ἡδίων αὐτῷ τυγχάνει· καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς αἶνος Θεοῦ ἐκ λογικῆς καὶ καθαρᾶς ἀναπεμπόμενος ψυχῆς προσφιλὴς ἂν εἴη αὐτῷ, καὶ ὡς ἂν εἴπερ τις ἡδύς· χαίρει γὰρ καὶ ἀποδέχεται τὸν τοιοῦτον τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας καρπόν.

Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν.

Ἐπειδὴ Σωτῆρός ἐστι καὶ ἰατροῦ τὸ ἰάσασθαι καὶ καταδεσμεύειν τὰ συντετριμμένα, εἰκότως καὶ διὰ τούτων νοηθείη αὐτὸς ὢν ὁ Κύριος ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ εἰπών· *Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.* Ψυχῶν δὲ ὢν ἰατρὸς, τοὺς τὴν καρδίαν συντετριμμένους, καὶ τῶν κατὰ φύσιν λογισμῶν παρατετραμμένους, ἐκ τῆς νοητῆς αἰχμαλωσίας λυτρωσάμενος ἰάσεται. Ὁ μὲν Σύμμαχός φησιν, *Ὁ ἰώμενος τοὺς κεκλασμένους τὴν καρδίαν, καὶ ἐπιδεσμῶν κατάγματα αὐτῶν*, δηλονότι δεσμοὺς ὑποβάλλων λογικούς· οὕτω γοῦν ἐπέδησε τοῖς πνευματικοῖς καὶ λογικοῖς δεσμοῖς τὸν ὑπὸ λῃστῶν τραυματισθέντα καὶ συντριβέντα ἐν τῷ καταβαίνειν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχώ.

Καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν. Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, κ. τ. λ.

Μετὰ τὸ ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ δῆσαι τὰ συντρίμματα αὐτῶν, ἐπανάγων εἰς τὴν φυσικὴν ὑγείαν τοὺς πάλαι νενοσηκότας, φωστῆράς τε αὐτοὺς ἀπεργασάμενος, ἀξίους τοῦ παρ' αὐτοῦ ἀριθμοῦ καθίστησι. Συνήθως ὁ λόγος συμπλέκει τό τε περὶ σωτηρίας ἀνθρώπων, καὶ τὰ περὶ

[79] Marc. x, 18. [80] Matth. ix, 12. [81] Luc. v, 32.

(26) Laus cælibatus religiosi.

acutioris ingenii efficit, propter oculorum orbitatem.

VERS. 9. *Pupillum et viduam suscipiet.*

Animæ quæ a diabolo patre ipsarum aut viro destitutæ fuerunt, hæ videlicet illæ sunt orphanæ ac viduæ quas Deus suscipit. His susceptis, peccatorum seu malitiæ via destruetur a Deo. Atque hæc allegorice potius sunt dicta. De viduis autem loquitur non quibuslibet, sed pudice sancteque viventibus. Pupillos denique appellat qui religionis causa omittunt generis propagationem.

PSALMUS CXLVI.

Præsente in psalmo, pro, *laudate Dominum*, Symmachus dixit, *alleluia, quia bona res canticum*, omissa interpretatione Hebraici vocabuli, significantis *laudate Dominum*. Similiter et quinta editio, *laudate ia*, posuit. Superior itaque psalmus uni animæ laudare Dominum mandat; hic vero multitudini dicitur, *laudate Dominum*. Quoniam *nemo bonus nisi unus Deus*[79], recte quidquid ad ejus gloriam refertur, atque ob eum honorandum fit, bonum esse existimabitur. Sicuti nunc etiam bona res psalmus dicitur, ceu ad bonum Deum directus. Pro quo Aquila *bonum encomium* interpretatus est. Symmachus vero, *bona res canticum*. Cæteroquin et laus quæ ad Deum extollitur omni odoro thymiamate, omnique jucunditate suavior est. Reapse enim laudatio Dei ex rationali puraque procedens anima, pergrata illi erit et dulcis. Gaudet enim Deus, libenterque recipit talem humanæ mentis fructum.

VERS. 3. *Qui sanat contritos corde.*

Quoniam Servatoris medicique officium est sanare et contrita alligare, recte et hinc dignoscitur idem Dominus noster Dei Verbum qui dixit: *Non opus est medico valentibus, sed ægrotis*[80]. *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*[81]. Animarum itaque cum sit medicus, iis qui corde contriti sunt, et a recto naturæ consilio aversi, de spiritali redemptis captivitate medebitur. Symmachus dicit: *Qui sanat confractos corde, et alligat fracturas eorum*, rationales nimirum fascias circumponens. Sic ergo alligavit spiritalibus rationalibusque laqueis hominem a latronibus vulneratum et contritum dum Hierosolymis Hierichuntem descenderet.

VERS. 3. *Et alligans contritiones eorum.*
VERS. 4. *Qui numerat multitudinem stellarum.*

Post sanatos eos qui fuerant corde contriti, et post ipsorum contritiones alligatas, in naturalem valetudinem olim ægros reponens, eosque luminarium instar in orbe collocans, dignos electo numero suo efficit. More solito Psalmista salutis humanæ argumentum cum universali Providentia connectit,

demonstrans Deum non partium tantummodo orbis curam gerere, verum etiam humanorum dogmatum: et quod solus noverit astrorum numerum, positiones, et causas, magnitudines quoque et distantias, virtutes et efficaciam, unicuique idoneum nomen imponens.

VERS. 7. *Præcinite Domino in confessione.*

Symmachus, *Recensete Deo confessionem, canite Deo nostro cum lyra.* Aquila: *Recensete Domino cum gratiarum actione, canite Deo nostro cum cithara.* Qui aliis confessionem et psalmum imperant, diversi sine dubio sunt ab iis quibus imperatur. Ergo chorus propheticus et apostolicus ad eumdem Deum eos, qui de numero non erant, vocat, ethnicos nimirum, dicens: *Psallite Deo nostro.* Jubent autem hæc verba, mente quidem et cogitationibus animæ confiteri, corporis autem operibus, veluti pulsa cithara, ipsi psallere. Et quidem more suo corpus psalterii citharæque nomine Psalmista denotat, ceu concinne et sapiente cum harmonia compactum. In hoc enim mens virtutis operibus canens, divinam spiritalemque Deo reddit melodiam.

VERS. 9. *Qui dat escam pullis corvorum invocantibus eum.*

Tradita nobis est physica quædam doctrina, ceu si pulli corvorum a suis parentibus, non æque ac alius generis avium pulli, alantur. Revera destitui dicuntur a genitoribus suis corvorum pulli, sed tamen aliter ali mirabiliter a Dei potentia. Nam et antequam proprii parentes accedant, hiare ore dicuntur, escæ necessitate; et, ut solent illi qui Deum invocant, naturali quodam instinctu cibum petere ab eo qui naturam donavit. Atque ita deferri ad eos per aerem escam aliquam, aura quadam in os delatam.

PSALMUS CXLVII.

VERS. 8. *Annuntians verbum suum Jacob.*

Ait Eusebius. Accurate admodum videtur mihi hoc vocabulum aliquid docere, nempe *annuntians sermonem suum Jacobo.* Non enim dixit *mittens* vel *qui misit.* Aliud vero est annuntiare, aliud mittere vel mitti. Prius enim portendit quod futurum est, et prædicit; alterum vero rem præsentem significat, id est, quem ipse misit ad prædicandum. Ita ut annuntiatio quidem et prædictio futuri, uni Israeli facta fuerit; missio autem non huic uni, verum etiam cunctis aliis gentibus. Sed fortasse dicet aliquis: Si cæteris hominibus revelationem non fecit, quomodo eos punit, nempe etiam illos qui ante legem vixerunt, et toto orbe peccatores fuere? Dicimus ergo hos quidem judicari a Deo ex jure naturali, quod nobis inhæret; Israelitas autem tum jure naturali, tum etiam scripto, ita ut majus bene-

A τῆς καθόλου Προνοίας, δεικνὺς, ὡς οὐ μόνον κηδεται τῶν τοῦ κόσμου μερῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δογμάτων· καὶ μόνος ἀριθμὸν ἄστρων οἶδε, καὶ θέσεις, καὶ τὰς αἰτίας, μεγέθη τε καὶ ἀποστήματα, δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας, ἑκάστῳ πρόσφορον ὄνομα τίθησιν.

Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει.

Ὁ Σύμμαχος, *Καταλέξατε τῷ Κυρίῳ ἐξομολόγησιν, μελῳδήσατε τῷ Θεῷ ἡμῶν διὰ λύρας.* Ἀκύλας, *Καταλέξατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐχαριστίᾳ, μελῳδήσατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ.* Οἱ προστάττοντες ἑτέροις ἐξομολογεῖσθαι καὶ ψάλλειν, ἕτεροι ἂν εἶεν τῶν προσταττομένων· χορὸς τοίνυν προφητικὸς διὰ τούτων καὶ ἀποστολικὸς ἐπὶ τὸν αὐτὸν Θεὸν τοὺς μὴ ὄντας ἐξ αὐτῶν ἀνακαλεῖται, τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν B δηλονότι, λέγοντες· *Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν.* Προστάττει δὲ ὁ λόγος διανοίᾳ μὲν καὶ λογισμοῖς ψυχῆς ἐξομολογεῖσθαι, ἔργοις δὲ τοῖς διὰ τοῦ σώματος ὥσπερ διὰ κιθάρας ἐνεργουμένης ψάλλειν αὐτῷ· συνήθως δὲ τὸ σῶμα ψαλτήριον καὶ κιθάραν ὠνόμασεν, ἅτε εὐρύθμως καὶ μεθ' ἁρμονίας σοφῆς συγκείμενον· ἐν τούτῳ γὰρ ὁ νοῦς ἀνακρουόμενος διὰ τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων τὴν ἔνθεον καὶ πνευματικὴν μελῳδίαν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ (27).

Διδόντι τροφὴν καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν.

Ἦλθε δέ τις εἰς ἡμᾶς φυσικὸς λόγος, ὡς μὴ τρεφομένων νεοττῶν τῶν κοράκων ὑπὸ τῶν γεννησάντων, ὁμοίως τοῖς τῶν ἄλλων ὀρνέων νεοττοῖς· καταλείπεσθαι μὲν γὰρ τῶν κοράκων φασὶ τοὺς νεοττοὺς ὑπὸ C τῶν γεγεννηκότων, τρέφεσθαι δὲ ἄλλῳ παραδόξῳ τοῦ Θεοῦ δυνάμει· μηκέτι γὰρ αὐτοῖς πλησιαζόντων γεγεννηκότων, κεχηνέναι τὸ στόμα τροφῆς ἐνδείᾳ, καὶ ἐοικέναι ἐπικαλουμένοις τὸν Θεὸν, φυσικῇ τινι ἐνεργείᾳ τὴν τροφὴν αἰτοῦντας παρὰ τοῦ τὸ εἶναι αὐτοῖς δεδωρημένου· οὕτω δὲ φέρεσθαι αὐτοῖς τινα ἐξ ἀέρος τροφὴν κατὰ τοῦ στόματος ὑπό τινος αὔρας συνωθουμένην.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΖ'.

Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ.

Φησὶ δὲ καὶ ὁ Εὐσέβιος (28). Σφόδρα δὲ ἀπηκριβωμένως μοι δοκεῖ ἡ παροῦσα λέξις διδάσκειν, *Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ·* οὐ γὰρ εἴρηκεν, *ὁ ἀποστέλλων*, ἢ *ὁ ἀποστείλας.* Ἄλλο δήπου ἐστὶν ἀπαγγεῖλαι, καὶ ἄλλο τὸ ἀποστεῖλαι ἢ D ἀποστέλλεσθαι· τὸ μὲν γὰρ προμηνύει τὸ μέλλον καὶ προλέγει· τὸ δὲ παρουσίαν σημαίνει, καὶ τὸν ἀποσταλέντα δι' ἑαυτοῦ κηρύττειν· ὥστε τὴν μὲν ἀπαγγελίαν καὶ τὴν πρόῤῥησιν τοῦ μέλλοντος, γεγενῆσθαι παρὰ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, τὴν δὲ ἀποστολὴν οὐκ ἂν ἐκείνῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· Καὶ μὴ δηλώσας τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις, πῶς αὐτοὺς κολάζει, καὶ τοὺς πρὸ τοῦ νόμου καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἁμαρτάνοντας; Καὶ φαμέν· Τούτους μὲν κρίνει ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ νόμου καὶ τοῦ ἐν ἡμῖν, τοὺς δὲ Ἰσραηλίτας

(27) Confer rursus hac super re Nicetæ editum a nobis prologum Catenæ Patrum in Psalmos.
(28) Recole adnotata ad psalmum CXLIV, 15.

καὶ ἀπὸ τούτου καὶ ἀπὸ τοῦ γραπτοῦ (29), ὥστε ἡ πολλὴ εὐεργεσία πλείονος αὐτοῖς καταχρίσεως ὑπόθεσις γίνεται ῥεραθυμηκόσι· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἐποίησε παντὶ ἔθνει, ἀλλ' *οὕτως οὐκ ἐποίησε*· τουτέστιν οὐ πλάκας ἔπεμψεν, οὐ γράμματα τὰ ἐπὶ τοῦ Σινέου ὄρους, ἀλλὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκ περιουσίας.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΗ'.

Ἐν μὲν τῷ ρμε' ψαλμῷ μία καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ τὸν Κύριον αἰνεῖν ἐκελεύετο, φάσκοντος τοῦ λόγου, *Αἴνει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον*. Ἐν δὲ τῷ μετ' αὐτὸν πλῆθος ἐπὶ τὸν αἶνον ἐκάλει διὰ τοῦ, *Αἰνεῖτε Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός*· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑξῆς αὐτὴ Ἱερουσαλὴμ τοῦτο πράττειν προσετάττετο ἐν τῷ, *Ἐπαίνει, Ἱερουσαλὴμ, τὸν Κύριον*. Ἀκολούθως οὖν ἐκείνοις ὁ προκείμενος αἶνος ἐπιτείνει τὸ παράγγελμα, μετὰ τὴν μερικὴν παρακέλευσιν αὖξον τὸ πρόσταγμα· ἀθρόως τε ὁμοῦ τὴν γενητὴν ἅπασαν κτίσιν τήν τε ὁρωμένην καὶ τὴν ἀόρατον ἐπὶ τὸν αἶνον τοῦ Θεοῦ παρορμᾷ· κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις ἀνακαλούμενος· προϊὼν δὲ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ ἐν ταῖς ἀβύσσοις, οὐχ ὡς πάντων ψυχῆς καὶ λόγου μετεχόντων, ἀλλ' εἰς ταῦτα τοὺς λόγου μετειληχότας ἀποβλέπειν κελεύει, καὶ τὴν τούτοις γενομένην σοφίαν καταμανθάνοντας, τὸν Ποιητὴν ἀνυμνεῖν.

Καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι.

Ἕτερος ἀβύσσους τὴν τῶν καταχθονίων ἔφησε χώραν, κατὰ Παῦλον εἰπόντα· Μὴ εἴπῃς, *Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον*, τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν; καὶ ἐν Ἰὼβ, *Ἐν δὲ*, φησὶν, *ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας*; Μήποτε δὲ καὶ τοῦτο πλῆθος ὑδάτων δηλοῖ καθ' οὗ περιεπάτησε Κύριος; ὡς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς εἶναι τὸ, *Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου*;

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, κ. τ. λ.

Τοῦ καινοῦ ᾄσματος (30)... τῇ τῶν ὁσίων Ἐκκλησίᾳ ᾀδομένου, δηλαδὴ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Καινῆς Διαθήκης.. παλαιῷ προσέχων Ἰσραὴλ τῷ διὰ Μωϋσέως· τὸ καινὸν δὲ τοῦτο παράδειγμα.. εὐφραινέσθω· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ χρηματίσας τῷ Μωϋσεῖ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς Αἰγύπτου (31), ποιήσας τε αὐτὸν ἑαυτοῦ λαόν. Τοῖς μὲν οὖν υἱοῖς Σιὼν χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾷν πρώτοις παρακελεύεται ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν· αὐτὸς δὲ ἦν ..τὸς πάλιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πάλαι μὲν αὐτῶν βασιλεὺς ὢν, ὕστερον δὲ παραιτηθεὶς [ὑπ' αὐ]τῶν· διὸ πρὸς τὸν προφήτην Σαμουὴλ φησιν· *Οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν, ἀλλ' ἐμὲ.. μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτῶν*. Ἐπεὶ δὲ μὴ ὑπήκουσαν τῇ κλήσει, εἰκότως τῆς χάριτος τῆς εὐφροσύνης ἑαυτοὺς ἐστέρησαν· τά γε μὴν ἔθνη τὸν ἐκείνοις πρώτοις κατηγγελμένον βασι-

A ficium, majoris damnationis his causa fiat, obedientiam negligentibus. Idcirco Deus haud dixit : Non fecit omni genti, sed *Sic non fecit*; id est, non tabulas misit, non litteras in monte Sina, sed peculiariter tantum Judæis.

PSALMUS CXLVIII.

In psalmo quidem CXLV, uni per se animæ laudare Dominum imperabatur. Ibi enim dicitur : *Lauda, anima mea, Dominum* [82]. In proximo autem multitudo invitabatur his verbis : *Laudate Dominum, quoniam bona res psalmus* [83]. Denique in alio B subsequente ipsa Hierusalem hoc agere jubebatur : *Lauda, Hierusalem, Dominum* [84]. Consentanea prædictis præsens laus jussum ampliat; et congestim creaturam simul universam tam visibilem quam invisibilem ad Dei laudem excitat : initio quidem cœlestia et excelsissima invitans : mox progrediens, terrestria et quæ in abyssis versantur : non quod omnia anima et loquela prædita sint, sed homines, qui loquela sunt præditi, jubet illas creaturas respicere, et expressam in his Dei sapientiam cognoscentes, Creatorem hymnis celebrare.

VERS. 7. *Et omnes abyssi.*

Alius quidam abyssos dicit esse subterraneam re- C gionem, prout Paulus ait : Ne dicas, *Quis descendet in abyssum* [85], id est ob Christum a mortuis revocandum? Et apud Jobum : *In profundo*, inquit, *abyssi ambulasti* [86]? Num forte etiam hoc vocabulo, copia aquarum denotatur supra quam ambulavit Dominus? ita ut aliunde repetendus sit sensus verborum : *Aperiuntur tibi*, timoris causa, *portæ mortis* [87]?

VERS. 1. *Cantate Domino canticum novum*, etc.

Novo cantico in sanctorum Ecclesia cantato nempe Novi Fœderis Servatoris nostri... veteri, quæ data fuit per Moysem, legi adhærens Israel. Novum hoc exemplar... exsultet. Ipsum enim erat Dei Verbum, quod Moysi oracula edebat, et Israelem Ægypto eduxit, sibique ex eo populum peculiarem effe- D cit. Filiis ergo apprime Sionis mandat gaudere et exsultare ob regem ipsorum. Hoc autem erat ipsum Dei Verbum, olim quidem rex illorum, quem hi tamen deinde recusarunt... unde prophetæ Samueli aiebat : *Non te contempserunt, sed me, quominus super eos regnem* [88]. Et quia vocationi non obedivrunt, merito semetipsi gratia lætitiæ orbaverunt. Et prædicatum quidem apprime Judæis regem, gentes eum agnoscentes admiserunt, ideoque lætitia, quæ secundum Deum est, et exsultatio ipsis acci-

[82] Psal. CXLV, 2. [83] Psal. CXLVI, 1. [84] Psal. CXLVII, 12. [85] Rom. X, 7. [86] Job XXXVIII, 16. [87] ibid. 17. [88] I Reg. VIII, 7.

(29) Magni pretii est hæc Eusebii doctrina ob solvendas de ethnicorum salute vel damnatione propositas a philosophis difficultates.

(30) Hujus fragmenti lacunæ in antiquiore lacero exemplari supersunt.

(31) Recole dicta a nobis in not. ad vers. 10 psalmi CXXXV.

dit. Hinc toto orbe gentes in suis ecclesiis laudant nomen ejus ceu proprii regis, Dei scilicet Verbi Jesu Christi nomen pleno choro cum tripudio glorificantes. Sed et qui solitatim degit, bonis suis actibus et corporis exercitationibus hymnum quodammodo et laudationem Deo conficit. Id credibiliter prædicens Psalmista pergit jubere ut tympano et psalterio psallant ei : tympani vocabulo denotans corpus, psalterio spiritum... *mortificantes membra super terram* [89], *et Jesu mortificationem in corpore circumferentes* [90]. Qui exsultant ob regem suum una cum exsultante... qui fecit eum... tympano et psalterio psallunt.

A λέα ἐπιγνόντα κατεδέξαντο· διόπερ ἡ κατὰ Θεὸν εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις μετῆλθεν ἐπ' αὐτά· ὅθεν τὰ μὲν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη ταῖς ἑαυτῶν Ἐκκλησίαις αἰνοῦσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἑαυτῶν, ἐν χορῷ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ ὄνομα Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ χορείας δοξάζοντες· ἀλλὰ καὶ ὁ καθεὶς παρ' ἑαυτῷ ..νων δ' ἔργων ἀγαθῶν, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πράξεων τὰ συντελοῦντα εἰς ὕμνον καὶ δοξολογίαν τοῦ Θεοῦ διαπράττεται. Εἰκότως τοῦτο αὐτὸ προλαβὼν ὁ λόγος προστάττει φάσκων· Ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ· τύμπανον μὲν τὸ σῶμα προσαγορεύων, ψαλτήριον δὲ τὸ πνεῦμα.. *νεκρώσαντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν Ἰησοῦ νέκρωσιν ἐν τῷ σώματι περιφέροντες*· οἱ ἀγαλλιώμενοι ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν ἅμα τῷ εὐφραινομένῳ. . ποιήσαντι αὐτὸν, ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψάλλουσιν.

PSALMUS CXLIX.

VERS. 5. *Lætabuntur in cubilibus suis.*

Aliter vero, mortem sanctorum vocabulo *cubilibus* innuit. Dormitionem quippe solet eam vocare Scriptura, dicente Paulo : *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres* [91]. Vetus quoque Testamentum ait : *Dormivit David cum patribus suis* [92].

VERS. 6. *Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus ipsorum.*

Inopinate Aquila præsentem sententiam exposuit, dum Hebræorum vocabulo servit, dicens : *Gladius gemini oris in manu ipsorum.* Sed et his contraria memorantur alicubi. *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ, et lingua ipsorum gladius acutus* [93], ut occidant quotquot ipsis captivi succumbunt. Proprie vero gladium gemini oris, actibus exerceri docet Psalmista. Dicit autem, *exaltationes Dei in gutture eorum*, quia voce utebantur in verbi ministerio, apud eos qui audire poterant attollentes hymnum. Actibus autem vim exserebant adversariæ potentiæ victricem. Manus illorum, actus dicit, sive rei gerendæ curam susceptam. Erat autem hæc evangelica prædicatio, quæ gladius quoque nominatur, quia malorum et impurorum spirituum greges persequitur, et oppressas inique gentes ulciscitur, et idololatricum populi cultum emendat.

VERS. 8. *Ad alligandos reges eorum compedibus*, etc.

Quandoquidem haud aliter licebat eripere ac liberare eos qui dæmonum olim premebantur servitio, nisi domitis alligatisque ipsorum principibus, merito hæc pergit dicere. Loci sensum cognosces etiam a Servatoris voce dicentis : *Quomodo aliquis ingredi potest domum fortis, ejusque vasa diripere, nisi prius fortem alligaverit, ut tum demum domum*

B ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΘ'.

Ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν.

Ἄλλως δὲ τὸν θάνατον τῶν ὁσίων ᾐνίξατο διὰ *τῶν κοιτῶν*. Κοίμησιν γὰρ εἴωθε καλεῖν αὐτὸν ἡ Γραφὴ, λέγοντος καὶ Παύλου· *Περὶ δὲ τῶν κοιμωμένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί*· καὶ ἡ Παλαιὰ δέ φησιν· *Ἐκοιμήθη Δαυΐδ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.*

Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.

Παραδόξως δὲ Ἀκύλας τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν παρέστησε, δουλεύσας τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ εἰπών· *Μάχαιρα στομάτων* (32) *ἐν χειρὶ αὐτῶν*. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν τοιούτοις ἐναντίων (33) εἴρηταί που· *Υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλα καὶ βέλη, καὶ* C *ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα*, φονευόντων τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἡλωκότας. Οἰκείως δὲ τὴν μὲν μάχαιραν τῶν στομάτων ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνεργεῖν ὁ λόγος παρέστησε, *τὰς δὲ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν*, φωνῇ γὰρ ἐχρῶντο ἐπὶ διδασκαλίᾳ τοῦ λόγου, παρὰ τοῖς ἀκούειν δυναμένοις ἀνυψοῦντες τὸν ὕμνον· ταῖς δὲ πράξεσιν ἰσχὺν εἶχον καθαιρετικὴν πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως. Χεῖρας μὲν αὐτῶν τὰς πράξεις φησὶν, ἤτοι ἣν μετεχειρίζοντο πραγματείαν. Αὕτη δὲ ἦν ὁ εὐαγγελικὸς λόγος, ὃς καὶ ῥομφαία ὠνομάσθη, ἐκδιώκουσα τὰς τῶν πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων ἀγέλας· ποιεῖν τε τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἠδικημένων ἐθνῶν, καὶ ἐλέγχειν τοῦ λαοῦ τὴν εἰδωλολατρείαν.

Τοῦ δεῖσθαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, κ. τ. λ.

D Ἐπειδὴ οὐκ ἄλλως ἦν ὑπεξαγαγεῖν καὶ ἐλευθερῶσαι τοὺς πάλαι τοῖς δαίμοσι δεδουλωμένους ἢ καθυποτάξαντας πρότερον καὶ καταδήσαντας τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, εἰκότως ἐπιλέλεκται ταῦτα. Νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς σωτηρίου φωνῆς, δι' ἧς εἴρηται· *Πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον*

[89] Colos. III, 5. [90] II Cor. IV, 10. [91] I Thess. IV, 12. [92] III Reg. II, 10. [93] Psal. LVI, 5.

(32) Alius codex, στόμα αὐτῶν. — Vides Eusebium stricto sensu intellexisse apud Aquilam στομάτων ex Hebraico פִּיפִיּוֹת *oris duplicis*. (Sic aio, quia Latine non dicimus *orium* vel *orum* cas. gen. plur.) At in polyglottis Lond. *acierum* sensu metaphorico, quem significatum inde desumptum Montfauconius in *Hexaplis* apposuit ipsi Aquilæ. Atqui Eusebius nisi ad strictum vocabuli originalis sensum respexisset, Aquilam de idiotismo Hebraico reum non egisset.

(33) Al. cod., τῶν τοιούτων ἐναντίον.

δησῇ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει; Εὐχαὶ τοίνυν ἀποστολικαὶ καὶ λόγοι τε αὐτῶν καὶ διδασκαλίαι καὶ βίος ὁ τούτοις κατάλληλος, αἵ τε κατὰ δαιμόνων ἐνεργοῦσαι πράξεις, δεσμοὺς ἐνεποίουν ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν· καὶ τούτων μάλιστα ταῖς μείζοσι καὶ ἀρχοντικαῖς· ὧν τὰς κατὰ τῶν ἐθνῶν ἐνεργείας τοῖς ἑαυτῶν λόγοις, καὶ ταῖς ἑαυτῶν εὐχαῖς καταδήσαντες οἱ τοῦ Σωτῆρος ἀπόστολοι, ὑπὲρ πάσας τὰς ἐκ σιδήρου πεποιημένας χειροπέδας τὴν δύναμιν αὐτῶν, δι' ἧς περιέτρεχον ὧδε κἀκεῖσε, τὰ ἔθνη πάντα χειρούμενοι, τῷ ἑαυτῶν ἐπηγάγοντο βασιλεῖ.

Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρῖμα ἔγγραπτον.

Παραλαβόντες δὲ τὰ ἔθνη εἰς μαθητείαν, τὸν περὶ τῆς κρίσεως αὐτοῖς παρεδίδοσαν λόγον, ἔγγραφον καταλιπόντες τὸ δόγμα, ὥστε ἔχειν διὰ παντὸς εἰς ἀνάγνωσιν, τὴν μνήμην τῶν ἐγγεγραμμένων ποιεῖσθαι (34). Μετὰ ταῦτα σφόδρα ἀκολούθως ἐπήγαγεν· *Δόξα αὕτη ἐστὶν πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ·* ἑκάστῳ γὰρ τῶν ὁσίων τῶν ἀποδεδομένων ἡμῖν δι' ... αὐτῶν κατορθοῦται ἡ δόξα, οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος Παύλου δρ ... λέγειν· *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου·* δόξα δὲ ἡ ... ου καὶ λαοὶ, οὓς ἐλευθερώσας ἀπὸ τῆς δαιμονικῆς πλάνης, τῷ Χριστοῦ λόγῳ προσηγάγετο, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ Ἐκκλησίαν συστησάμενος. Δόξα δὲ αὐτοῦ ἦν καὶ τὰ εἰσέτι καὶ νῦν παραδεδομένα ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἔγγραφα αὐτοῦ ἀναγνώσματα· ἐν οἷς τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ τὸ περὶ τῆς δαιμονικῆς καθαιρέσεως περί τε τῆς ἐλευθερίας τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐγγράφως καταβέβληται· οὕτω δὲ καὶ Πέτρου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων (35).

ΨΑΛΜΟΣ ΡΝʹ.

Πρόσαπτε δὲ τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι, ὡς ὁ μὲν πρῶτος τῆς ὅλης βίβλου ψαλμὸς ὄλεθρον ἀσεβῶν ἐθέσπιζεν, ἐμακάριζέν τε ἕνα τινὰ καὶ ὡς ἂν σπάνιον τὸν δυνάμενον τῶν ἀσεβῶν βίον διαφυγεῖν. Ὁ δέ γε πάντων τελευταῖος πᾶσαν πνοὴν προσάγει τῇ ὑμνολογίᾳ τοῦ Θεοῦ (36). Πλὴν εἰ καὶ πᾶσαν πνοὴν ὁ παρὼν λόγος

A *ejus diripiat* [94]? Apostolorum ergo preces, eorumque sermones ac magisterium, et vita his consentanea, et patrata adversus dæmones acta, vincula injiciebant adversariis potestatibus, et harum præcipue majoribus ac principalioribus: quarum contra gentes efficaciam prædicationibus suis ac precibus alligantes Servatoris apostoli, præ quibuslibet ferri manicis vires suas exserebant; quibus freti hac illac discurrebant, et gentes omnes captivantes, ad regem suum adducebant.

VERS. 9. *Ut faciant in eis judicium conscriptum.*

Tunc autem suscepto gentium magisterio, futuri B judicii prædicationem apud eas fecerunt, scriptum eis tradentes dogma, ut perpetuam rei faciant Scripturarum lectione, commemorationem. Post hæc congruentissime addidit: *Gloria hæc est omnibus sanctis ejus.* Unicuique enim sancto, ex iis qui nobis traditi sunt sacris libris conficitur gloria, exempli causa Pauli exemplo... dicente: *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principes potestatis, et rectores tenebrarum harum* [95]... populi, quos dæmoniaco errore liberans, Christi prædicatione attraxit, ab Jerusalem et circumstantibus regionibus usque ad Illyricum Ecclesiam constituens [96]. Gloria vero ejus sunt etiam quæ adhuc manent in Ecclesiis scriptæ ejusdem lectiones, in quibus Dei judicium de diaboli expul- C sione, et de humanarum animarum liberatione scriptis paginis commendatum est. Sic autem et de Petro, atque Joanne, deque reliquis apostolis dicendum est.

PSALMUS CL.

Adverte mentem ut scias, primum quidem totius voluminis psalmum, impiorum exitium prædixisse, beatum vero unum aliquem ex paucis appellasse, qui impiorum mores vitare potuerit. Ilic autem omnium postremus psalmus omnem spiritum ad Dei hymnologiam excitat. Verumtamen etiamsi omnem

[94] Matth. XII, 29. [95] Ephes. VI, 12. [96] Rom. XV, 19.

(34) Animadverte piam, neque alibi, ut puto, obviam, Eusebii interpretationem dictionis *judicium conscriptum*, intelligentis videlicet sacros ab apostolis scriptos libros.

(35) Præter hic nominatos, habemus Jacobi et Judæ Epistolas. Aliorum quoque apostolorum scripta videtur hic agnoscere Eusebius, quæ tamen ad nos genuina non pervenerunt. Consule Fabricium in *Novi Testamenti pseudepigraphis.*

(36) In codice L. 309 pergit Eusebius sic: Ὁ δὲ τελευταῖος προσάγει τῇ τοῦ Θεοῦ ὑμνολογίᾳ πᾶσαν πνοὴν μετὰ τοῦ προσήκοντος ἑκάστου ὀργάνου τὸν διάφορον τρόπον σημαίνοντος· τῷ μὲν ὑπαναβεβηκότι σάλπιγγος ἦχον διδούς· μεγαλοφωνοτάτη γὰρ καὶ πλείστης δεομένη τοῦ χρωμένου δυνάμεως· ὁποίαν ἦν τοὺς ἀποστόλους ἰδεῖν, ὧν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος· τὸ γὰρ εὐαγγελικὸν κήρυγμα μεγαλοφωνότατον· τοῖς δὲ τούτων ἐλάττοσι τὰ λοιπὰ διένειμεν ὄργανα· δηλοῖ τῷ προφητικῷ λόγῳ χρῆναι θεολογίαν ὁ Παῦλος· *Εἰ ταῖς γλώσσαις λαλήσω*, μὴ διερμηνεύων, ἀλλ' ἐγὼ, τοῦ ἀκροατοῦ δεχομένου τὸν ἦχον ἄνευ νοή- D σεως, *γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον.* Ὑμνητέον ἄρα καὶ προφορᾷ κατὰ τοὺς τελείους, περὶ ὧν εἴρηται· Διήγησις εὐσεβοῦς διαπαντὸς σοφία· « στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν, » καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦτό ἐστι νῷ καὶ γλώσσῃ καὶ στόματι ὑμνεῖν τὸν Θεόν. Εὔηχον δὲ κύμβαλον εἶπεν, τὴν ἐμμελῆ καὶ μεμουσωμένην φωνὴν, σαφῶς δηλοῦσαν τὰ πράγματα, ἣν καὶ ἀλαλαγμοῦ κύμβαλον ἔφη προφερομένην ἐπινικίῳ. *Postremus autem psalmus omnem spiritum ad Dei hymnologiam adducit, cum congruis singillatim instrumentis, quatenus hæc diversos modos significant. Ei quidem qui jam ascendit, tubæ sonitum attribuit; est enim hæc vocalissima, summumque utentis vigorem requirens. Tales cernere erat apostolos, quorum in omnem terram sonus exivit. Quippe evangelica prædicatio altissime personuit. His vero minores, reliqua sortiti sunt organa. Sane propheticum sermonem non sine theologia esse oportere docet Paulus: « Si linguis loquar, neque interpreter, ego utique, quoniam auditor absque intelligentia sermonem excipit, factus sum æs resonans, et cymbalum*

spirituum præsens sermo ad hymnologiam provocat, A quia tamen non unus est omnium modus neque animi affectus, non sine analogiæ norma unicuique idoneum organum hymno adhibendum decernit. Namque illi qui omnes virtute superaverit, ad laudem canendam tubæ sonitum attribuit, quia videlicet instrumentorum omnium vocalissima est tuba, et majore fortioreque vi opus est ei qui illa uti velit. Hujusmodi erant sacri apostoli Servatoris, quorum sane in universam terram sonus exivit, atque ad mundi terminos verba ipsorum [17], dum vocalissimam Evangelii prædicationem facerent, ita ut aures hominum voce illorum replerentur. Sed cum non omnes valeant tubæ voce, æque ac apostoli, Deum laudare, condescendit sermo Psalmistæ, mandatque aliis quidem uti psalterio aut cithara, B aliis tympano, aliis ipso opere et corporis actibus, animæque composito et harmonico motu Deum laudare... Spiritu inhabitante... cum dixerit : *Orabo spiritu, orabo et mente* [18]. Jam cum tria sint in nobis... sermo.

ἐπὶ τὴν ὑμνολογίαν ἀνακαλεῖ, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ τρόπος εἷς τῶν πάντων, μηδὲ [μία] διάθεσις, κατ' ἀναλογίαν ἑκάστῳ ὀργανόν τι πρὸς τὸν ὕμνον ἐπιτήδειον ἀφορίζει· ὁ μὲν γάρ τις ἐπαναβεβηκὼς τῇ ἀρετῇ κρειττόνως ὑπὲρ πάντας, τὸν αἶνον ἀποδίδωσιν ἐν ἤχῳ σάλπιγγος, ἐπειδὴ πάντων ὀργάνων μεγαλοφωνοτέρα ἡ σάλπιγξ, καὶ μείζονος καὶ κραταιοτέρας δυνάμεως δεῖ τοῖς αὐτῇ χρωμένοις· τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἱεροὶ τοῦ Σωτῆρος ἀπόστολοι, ὧν δὴ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, τῷ μεγαλοφώνῳ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος χρησαμένων ... ἀνθρώπων πληρωθῆναι τῆς φωνῆς αὐτῶν. Ἐπειδὴ μὴ πάντες οἷοί τέ εἰσι κατὰ τοὺς ἀποστόλους ἐν φωνῇ σάλπιγγος ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, συγκαταβαίνει ὁ λόγος καὶ παρακελεύεται ἑτέροις μὲν ψαλτηρίῳ, ἑτέροις δὲ κιθάρᾳ, καὶ ... ἄλλοις ἐν τυμπάνοις ... τοῖς μὲν δι' ἔργων, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πράξεων, τοῖς δὲ δι' αὐτῆς ψυχῆς ... κινήσεως εὐρύθμως καὶ ἐναρμονίως ... τοῦ Πνεύματος τοῦ κατοικοῦντος ... ἐπ' ἂν λέγῃ· Προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· τριῶν δὲ ὄντων τῶν ἐν ἡμῖν ... η ὁ λόγος.

VERS. 1. *Laudate Deum in sanctis ejus.*

Aquila quidem *in sanctificato ejus* dicit; Symmachus autem *in sancto ejus. Laudate eum in firmamento virtutis ejus.* Firmamentum cœlorum non dicit, neque alicujus loci supra hos altissimi. Alius est sanctus Dei, quem perhorrescentes dæmones aiebant : *Scimus te quis sis sanctus Dei* [19]; ad quem qui pervenerint, congruum perfecte religiosis hymnum attollere poterunt. Quid enim beatius, C quam ei esse copulatum, et per illum Patri? Quanquam oportet, nos ad prophetas quoque et apostolos martyresque respicientes, laudare eorumdem Deum, qui talem hominibus egregiorum virorum copiam concessit.

Αἰνεῖτε Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ.

Ὁ μέν τοι Ἀκύλας *ἐν ἡγιασμένῳ αὐτοῦ* φησιν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμεως αὐτοῦ.* Καὶ μή ποτε τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τούτους ὑψίστων· ἕτερός ἐστιν ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὃν καταπλαγέντες καὶ δαίμονες ἔλεγον· *Οἴδαμέν σε τίς εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ*· ἐν ᾧ οἱ γενόμενοι, τὸν πρέποντα τοῖς ἄκρως τετελειωμένοις ὕμνον ἀναπέμψαι δυνήσονται. Τί γὰρ μακαριώτερον ἑνωθέντος αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Πατρί; Χρὴ δὲ καὶ εἰς τοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας ἀφορῶντας, ἀνυμνεῖν αὐτῶν τὸν Θεὸν, τὸν τοιαύτην ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἀνδρῶν φορὰν χαρισάμενον.

VERS. 2. *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.*

Unaquæque enim ejus creatio plurimam hymnologiam requirit : magnitudinis enim ejus nullus est terminus [1]. Porro haud suadet, ut parem ejus dignitati hymnum dicamus, quod fieri nequit; sed postulat ut pro viribus, magnitudinis ejus multitudinem reputantes, id agamus.

Αἰνεῖτε αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ.

Ἕκαστον γὰρ αὐτοῦ δημιούργημα δεῖται πλείστης ὑμνολογίας· τῆς γὰρ μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας· οὐ λέγει δὲ ἀντίῤῥοπον αὐτοῖς ἀποδοῦναι τὸν ὕμνον· ἀδύνατον γάρ· ἀλλὰ τὸ κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, ἐννοοῦντας τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ.

EUSEBII FRAGMENTA IN PROVERBIA.

(MAI, *Bibliotheca nova Patrum*, IV, 316.)

—

7. *Impleamus domos nostras spoliis.* Eusebii. D Spoliant dæmonia illos quos vicerint : auferunt scilicet ab ipsis Dei armaturam, id est galeam, lo-

ζ'. *Πλήσωμεν δὲ οἴκους ἡμετέρους σκύλων* Εὐσεβίου. Σκυλεύουσιν οὓς νικῶσιν οἱ δαίμονες, λαμβάνοντες ἀπ' αὐτῶν τὴν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν, ἤγουν

[17] Psal. XVIII, 5. [18] I Cor. XIV, 15. [19] Marc. I, 24; Luc. IV, 34. [1] Psal. CXLIV, 3.

tinniens. » Hymni quoque pronuntiandi sunt, de quibus dictum est : Narratio hominis religiosi, semper sapiens. « Os justi meditabitur sapientiam, » et reliqua. Hoc est, mente, lingua, et ore Deum celebrare. *Bene vero sonans cymbalum dicit Psalmista suavem modulatamque vocem, quæ rem clare exprimit, quam etiam jubilationis cymbalum appellavit victoriali hymno idoneum.*

riam, et gladium spiritus. Sunt autem dæmoniorum domus, maleficorum hominum congregationes, quas etiam implere vellent spoliis, id est bonis quæ justis eripiunt. Atqui quomodo spolia appellas ea, quæ haud belli jure cepisti, sed sola iniquitate male tibi parta sunt?

A τὴν περικεφαλαίαν καὶ θώρακα καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος· οἶκοι δὲ αὐτῶν αἱ τῶν κακούργων ἐκκλησίαι, ἃς καὶ ἐμπλῆσαι βούλωνται σκύλων, ἤτοι καρπῶν ὧν ἐκ τῶν δικαίων ἁρπάζουσι· πῶς δὲ καὶ σκῦλα προσαγορεύεις τὰ μὴ πολέμου νόμῳ ληφθέντα, ἀλλ' ἐκ γυμνῆς τῆς ἀδικίας κακῶς σοι περιγενόμενα;

8. *Et torquem aureum circa collum tuum*. Eusebii. Sicuti caput et collum denotant mentem, ita etiam torquis et corona scientiam.

η'. *Καὶ κλοιὸν χρύσεον περὶ τῷ τραχήλῳ*. Εὐσεβίου. Ὥσπερ δὲ κεφαλὴ καὶ τράχηλος τὸν νοῦν δηλοῦσιν, οὕτω καὶ κλοιὸς καὶ στέφανος τὴν γνῶσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΣΑΙΑΝ.

—

EUSEBII PAMPHILI
COMMENTARIA IN HESAIAM.

(Montfaucon, *Collectio nova Patrum*, t. II.)

—

PRÆFATIO.

Non in animo erat, cum ab initio hanc συλλογὴν operum publico destinabamus usui, Eusebii in Hesaiam (1) Commentariis manum admovere: nam cum codex S. Taurini Ebroicensis sexdecim solum Hesaiæ capita cum commentariis circumferat; ut reliqua sarcire possemus, diuturniore opera et perquisitione opus fore putabamus. Verum ubi ad operis restaurationem amplam in codicibus Regiis segetem offerri nobis animadvertimus, spe ac cupidine moti bene gerendæ rei, nec deterriti horumce codicum legendorum difficultate, commentarios demum, ut facultas tulit, eruimus, et in postremam hujusce tomi partem, quod alio tunc non liceret, conjiciendos duximus. Verum tum hac de re, tum de commentario ipso, pro more nostro præfari ne gravemur.

§ I.
De codicibus unde prodeunt Eusebii Commentaria in Hesaiam.

Ut jam dicere occupavimus, codex Ebroicensis, olim cardinalis Perronii, quem ille in Italia ex vetustis codicibus exscribi curavit, inter alia bene multa Commentarium Eusebii in Psalmos, et Eusebii ejusdem in Hesaiam sexdecim capita complectitur. Ad hæc vero ex codice Regio num. 2438, duo- B decimi sæculi, ubi Expositiones Eusebii et aliorum, non excerpti et compendii more, sed fuse, prout in ipsis auctoribus exstabant, assumuntur, Commentarios a vicesimo octavo capite ad quadragesimum primum mutuati sumus. Reliqua vero ex Catenis Regiis manuscriptis sarcimus, num. 1891, 1892 et 2437, quarum prima et postrema, membranaceæ, decimi sæculi sunt. Ea vero quæ 1892 notatur, bombycina, duodecimi sæculi, ac longe melioris notæ et fidei est quam aliæ. Ut autem ex eorum, quæ integra supersunt, comparatione liquidum est, hæc catena admodum pauca omittit, explicationes integras affert, Eusebiique orationem, nec brevius nec secus exprimit. Hujus item rei argumentum ex Hieronymi in Hesaiam Commentariis eruitur. Nam cum C Hieronymus Eusebii interpretationes non infrequenter ad verbum pene transferat, hinc conjectura est, plenas illas integrasque in Catena afferri, quales nimirum Hieronymus ex Commentariis verterat.

Monere ne pigeat codicem Colbertinum numero 2596, olim Bibliothecæ Thuanæ, initium Commentariorum Basilii in Hesaiam, Eusebii nomine circumferre hoc modo, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν λόγος α'. Init. Εὔξασθε μὴ γενέσθαι τὴν φυγὴν ὑμῶν. Deinde vero hæc,

(1) *Hesaiam* non *Isaiam* scribimus, vocem Græcam Ἡσαΐας sequentes, etsi Hebraice ישעיה *Iesaiah* scribatur.

quæ apud Basilium una serie leguntur, cum hoc titulo exstant, ὑπόθεσις Εὐσεβίου. Init. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης. Post hæc Commentarius inchoatur his verbis : Ὅρασις α'. Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας, etc. Init. Τῶν παρ' ἡμῖν αἰσθητηρίων τὸ ἐναργέστατον. Utrum autem hæc Commentaria Basilii sint necne, non satis convenit inter scriptores. At ii etiam qui Basilii esse propugnant, initium illud præfationis more præmissum, assumentum quoddam esse fatentur : quod nec Basilii sit, nec Commentario in Hesaiam conveniat, et aliud prorsus agat. Ego vero Eusebio multo minus ascribi posse puto, tum ob styli discrepantiam plane conspicuam, tum quia subsequentes Commentarii, qui perinde Eusebii nomine eodem in codice subjunguntur, diversi prorsus a Commentariis Eusebii sunt. Cujus porro sit assumentum hujusmodi non satis perspectum. Cæterum ὑπόθεσις illa, cujus initium est, Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους, ut supra diximus, ad Commentarium illum qui Basilii nomine insignitur, haud dubie pertinet : nam in codice Regio bombycino duodecimi sæculi, in fronte Expositionum in Hesaiam Basilii nomine præmittitur. Quæ autem hypothesi præeunt, aliena et adjectitia esse videntur.

§ II.

I. *Testimonia veterum de Eusebii Commentariis in Hesaiam.* II. *De genere interpretandi.* III. *Nihil dubii περὶ γνησιότητος.* IV. *Quo tempore hæc Commentaria ediderit Eusebius.*

I. Testimonia veterum de Eusebii Commentariis in Hesaiam.

Hieronymus lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* inter alia Eusebii opera, hoc item recenset. *Et in Hesaiam,* inquit, *libros decem.* In prologo autem in Expositionem Hesaiæ, sic habet : *Eusebius quoque Pamphili juxta historicam explanationem quindecim edidit volumina.* At Hieronymum sive libros sive volumina memoret, idipsum significare liquet; nam in eodem prologo de Origene talia fatur : *Origenes triginta volumina, e quibus vicesimus sextus liber non invenitur* ; unde igitur modo decem, modo quindecim, Eusebii libros, seu volumina exstare dicit ? Id sane vel exemplarium varietati; parem quippe in *Historia ecclesiastica* ejusdem, distinctionum diversitatem deprehendimus ; vel amanuensium vitio ascribas. Cæterum hæc seu voluminum, seu librorum distinctio jam diu periit, ejusque ne vestigium quidem in codicibus reperitur.

Idem Hieronymus in prologo ad librum v *in Hesaiam* hæc habet : « Quid igitur faciam ? subeamne opus, in quo eruditissimi viri sudaverunt, Origenem loquor et Eusebium Pamphili, quorum alter liberis allegoriæ spatiis evagatur, et interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta : alter historicam expositionem titulo repromittens, interdum obliviscitur propositi, et in Origenis scita concedit ? » Sub hæc autem initio capitis decimi octavi, ita loquitur : « Eusebius Cæsariensis historicam interpretationem titulo repromittens, diversis sensibus evagatur ; cujus cum li- A bros legerem, aliud multo reperi, quam indice promittebat. Ubicunque enim eum historia defecerit, transit ad allegoriam, et ita separata consociat, ut mirer eum nova sermonis fabrica in unum corpus lapidem ferrumque conjungere. Hoc breviter admonui, ne quis nos putet ex illius fontibus mutuasse quæ dicimus ; nam et in præsenti capitulo adversum Judæos et Hierosolymam dicit prophetiam dirigi : quod in principio fidei Christianæ ad totas gentes epistolas miserint, ne susciperent passionem Christi, et miserint usque ad Æthiopiam et occidentalem plagam, totumque orbem hujus blasphemiæ disseminatione compleverint. » Quam interpretationem ad eumdem locum pluribus prosequitur Eusebius, ut cuique videre liceat. Quod porro ait Hieronymus B Eusebium modo litteralem et historicam, modo allegoricam narrationem instituere, omnibus palam erit, si vel primoribus quidem labris hos Commentarios attigerint. Quod autem dicit se non ex Eusebii fontibus hausisse, de toto Commentario intelligas. Tot enim tantaque ibidem enarrat Hieronymus, quæ Eusebius ne nosse quidem, nedum enarrare potuit, ut periniquum esset Hieronymiani Commentarii gloriam in Eusebium conferre. Attamen ille bene multa ex hisce Commentariis expiscatus est, quorum minimam partem nos variis in locis notavimus. Cæterum hac cautione jure utitur Hieronymus : quia cum censores multi invido oculo ejus scripta lustrarent, periculum erat ne ipsum plagii nomine incesserent ; sed illud injuria factum esset : nam C quantuli pretii sunt ea quæ ex Eusebio delibavit, si comparentur cum iis, quæ S. Doctor erudite de Hebraico textu ac de lectione vulgatæ passim disseruit. Nec abs re forte dicas Eusebium et Hieronymum eadem ipsa ex Origenis Commentariis hausisse.

In Præliminaribus ad Procopii Commentarium in Hesaiam curante Petro Curterio editum, hæc leguntur ex codice Renati Marchali : Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολλιναρίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα.... Μετελήφθη ὁ Ἡσαΐας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις Ἑξαπλῶν, ἀντεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἕτερον Ἑξαπλοῦν, ἔχον τὴν παρασημείωσιν ταύτην.... Διώρθωνται ἀκριβῶς πᾶσαι D αἱ ἐκδόσεις· ἀντεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ἡσαΐαν· ἔτι δὲ καὶ πρὸς Ἑξαπλοῦν. Πρὸς τούτοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ ὁράματος Τύρου, τόμων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ἡσαΐαν Ὠριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπιστήσαντες τῇ ἐννοίᾳ, καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἑκάστην λέξιν, καθ' ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφίβολον κατὰ τὴν ἐκείνου ἔννοιαν διωρθωσάμεθα. Πρὸς τούτοις συνεκρίθη ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα ἔκδοσις, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς τὸν Ἡσαΐαν εἰρημένα, καὶ ἐν οἷς διεφώνουν, τῆς ἐξηγήσεως τὴν ἔννοιαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν ἐδιωρθώσαμεν. Id est : « Exscriptus est Hesaias ab exemplari abbatis Apollinarii cœnobiarchæ, in quo hæc subjiciuntur... Desumptus est Hesaias ab Hexaplis editionum, collatus autem est cum Hexaplo alio, in quo ista adnotantur...

Accurate editiones omnes correctæ sunt; collatæ enim fuerunt cum tetraplo Hesaiæ, et cum Hexaplo. Præter hæc, ab initio etiam, usque ad visionem Tyri, accuratius emendatum est. Nam cum tomorum Expositionis Origenis in Hesaiam copia nobis esset, sedulo advertentes quo sensu singulas dictiones accepisset, pro facultate quidquid dubium erat, ad illius sententiam correximus. Præterea collata est etiam Septuaginta Interpretum editio, cum iis, quæ in Hesaiam scripsit Eusebius : et in quibus erat varietas, indagato explicationis sensu, ad ejus fidem emendavimus. » Procopius certe, qui ex veterum collectione suum in Hesaiam Commentarium adornavit, ex Eusebio passim multa decerpit, modo ad litteram et verbum de verbo ; modo, et quidem frequentius, Eusebii sensa paucioribus exprimit. Verum hic Procopii Commentarius media fere sui parte truncatus ad nos devenit, lectionibus Hexaplorum refertus, quarum ut nonnullas habet Eusebius, ita plerasque affert, Procopio intactas et inobservatas. Cæterum, allatum istuc de Hesaiæ libro testimonium, palam est scriptum fuisse antequam Hexapla interirent. Quod quandonam acciderit, in collectione Hexaplorum propediem edenda, indagabimus (2).

Ilis subjicere visum est prologum in codice Regio bombycino Catenæ in Hesaiam præfixum, qui lectori nec injucundus nec infructuosus erit.

Πρόλογος τοῦ λογιωτάτου καὶ πανευγενεστάτου κυροῦ Ἰωάννου τῆς Δρουγγαρίας (sic) *εἰς τὸν μακάριον Ἡσαΐαν.*

Τῆς προφητείας τοῦ θεσπεσίου Ἡσαΐου τοῦ μεγαλοφωνοτάτου τῶν προφητῶν τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας λαβὼν, καὶ ταύτης τὴν ἀνάγνωσιν ποιησάμενος, καὶ μὴ εὑρίσκων τῆς τῶν γεγραμμένων διανοίας ἐφικέσθαι, πρὸς τοὺς ταύτην ἡρμηνευκότας, ἤγουν ὑπομνηματίσαντας ἀνέδραμον, καὶ τὴν λύσιν τῶν ζητουμένων διαφόρως, ὡς οἷόν τε, εὑρὼν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην τῇδε τῇ βίβλῳ παραθέσθαι, ἵνα τοῖς ἐντυγχάνουσι κατάδηλος ἡ τῶν ἀπορουμένων σαφήνεια γένηται. Μηδεὶς δὲ ὡς ἑτεροδόξων ἑρμηνείας συναγαγόντι ἐγκαλείτω· φημὶ δὴ Ὠριγένους, καὶ Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, καὶ Θεοδώρου Ἡρακλείας, καὶ Εὐσεβίου Ἐμέσης, καὶ Ἀπολλιναρίου, καὶ Θεοδωρίτου Κύρου· ἐν οἷς γὰρ μὴ περὶ τῶν ἰδίων δογμάτων διαλέγονται, ἔστιν ὅτε καλῶς ἐπιβάλλουσι. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ αὐτονόμως πεποίηκα· ἀλλ' ἀκολουθήσας τῷ ἁγιωτάτῳ ἡμῶν Πατρὶ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου, φιλοχρίστου, Μεγαλουπόλεως ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, φήσαντι ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ· *Οὐ πάντα ὅσα λέγουσιν οἱ αἱρετικοὶ φεύγειν καὶ παραιτεῖσθαι χρή· πολλὰ γὰρ ὁμολογοῦσιν ὧν καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν.* Καὶ τοῦτο δὲ κατάδηλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος, μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἡρμήνευσεν· ἥτις ἑρμηνεία παρὰ πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. Ἀναγκαῖον δὲ ᾠήθην καὶ τοῦτο παραθεῖναι τῷδε τῷ προοιμίῳ πρὸς φανέρωσιν καὶ σαφήνειαν τοῖς

A ἐντυγχάνουσιν· ἴστωσαν γὰρ ὡς οὐ μόνον διαφόρως ἠνέχθησαν ἐν τοῖς νοήμασι τῆς Θεοπνεύστου Γραφῆς οἱ ταύτην ἡρμηνευκότες, ἀλλὰ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς αὐτῆς θείας Γραφῆς οὐκ ἴσως διεστείλαντο, καὶ οὕτω τὴν ἑρμηνείαν ἐπέθηκαν. Ὁ μὲν γὰρ πλείους, ὁ δὲ ἥττους στίχους προθέμενος, τὴν ἐξήγησιν ἐποιήσατο. Καὶ ἐκ τούτου δοκοῦσιν οἱ ἀριθμοὶ τοῖς κεφαλαίοις ἐπικείμενοι, ἀναχαιτίζειν τὸ ἔδαφος ἀναγινώσκοντας εἰς τὸ πρόσω βαίνειν. Χρὴ οὖν καὶ δεύτερον καὶ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἐδάφους τῆς ἁγίας Γραφῆς ἀναγινώσκειν· καὶ οὕτω τὰς ἐγκειμένας ἑρμηνείας, ἵν' εὐσύνοπτα ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ νοήματα.

Prologus eruditissimi et nobilissimi domini Joannis Drungarii in beatum Hesaiam.

« Prophetarum eloquentissimi divini Hesaiæ libro
B prophetiæ præ manibus accepto, eoque perlecto, cum scriptorum assequendæ menti par non essem, ad ejus interpretes, seu commentatores me contuli; ac ubi dubiorum solutionem varie allatam animadverti, necessarium duxi huic libro manum admovere, ut quæ ibidem obscura et dubiæ sententiæ exstant, plana legentibus evaderent. Ne quis vero mihi crimini vertat, quod heterodoxorum interpretationes collegerim, Origenis dico, Eusebii Cæsariensis, Theodori Heracleotæ, Eusebii Emeseni, Apollinarii et Theodoreti Cyri : nam ii, cum non de suis dogmatibus verba faciunt, interdum pulchre ratiocinantur. Id porro non nutu et arbitratu meo feci; sed obsecutus sanctissimo Patri nostro Cyrillo, Christo addictæ et magnæ Alexandrinæ civitatis archiepiscopo,
C qui in sua ad Eulogium epistola ait : « Non omnia hæreticorum dicta fugienda et respuenda sunt; multa enim confitentur, quæ nos item confitemur. » Hoc item monitum lectorem volui, magnum scilicet Basilium hujus prophetiæ partem interpretatum esse : quæ tamen interpretatio, an ejus sit, a multis in dubium vocatur. Operæ pretium quoque duxi hoc legentibus indicare et notum facere, interpretes et commentatores, non modo, quoad divinæ Scripturæ sensum et intelligentiam, mutuo discrepare, sed etiam ipsa divinæ Scripturæ verba non pari modo distinxisse in suis interpretationibus; nam alii pluribus, alii paucioribus appositis versibus, expositiones suas adornarunt : indeque est quod
D numeri capitibus præfixi eos, qui textum ipsum legunt, ad ulteriora remittere videantur. Opus igitur est alterum tertiumve caput textus sanctæ Scripturæ legere, et postea appositas interpretationes, ut earum sensus lectori facilis obviusque sit. »

Ili omnes, uti videas, scriptores, videlicet Origenes, Eusebius Cæsariensis, Theodorus Heracleotes, Eusebius Emesenus, Apollinarius et Theodoretus, inter hæreticos numerabantur : qua de re a septimo sæculo una fuit omnium ferme Græcorum sententia. Basilii vero Commentarius ille imperfectus, in νοθείας suspicionem vocatus, ut testificatur Joannes iste Drungarius, a multis hodie inter

(2) Vide hujusce *Patrologiæ* t. XV.

dubia opera censetur. Hodiernis porro scriptoribus A hæc dubitandi causa est, silentium nempe Hieronymi, qui cum in prologo suo ad Hesaiæ Commentaria omnes, quotquot antea Hesaiæ interpretes egerant, accurate recenseat, ne γρῦ quidem de Basilii commentario habet; Græcis autem hinc haud dubie suspicio nascebatur, quod stylus Commentariorum Basiliano longe absimilis videatur. Rem mittimus nostris, qui Basilii operum editionem novam adornant.

Hæc catena a Joanne Drungario collecta reperitur item in codice Regio num. 1891, sæculi x, membranaceo, estque ibi magna sui parte mutila ab initio. Catena autem alia in Regio codice 2437 ab hac longe diversa est, ac perquam minimam locorum partem affert, innumerisque mendis fœdatur, etsi perantiqua : nam decimi item sæculi est.

II. De genere interpretandi et de veterum interpretum usu.

Quod ad interpretandi rationem, qua Eusebius hoc in Commentario utitur, adeantur ea quæ in Præliminaribus ad Expositiones in Psalmos hac de re diximus (3) : eodem enim utrobique explicandi genere procedit : ac litteralem modo, mox mystagogicum et allegoricum sensum exquirit et affert. Nimirum ea explanandi via in Psalmis et in prophetia Hesaiæ, ubi frequens Christi et Ecclesiæ mentio, præsertim ineunda est : quam disciplinam evangelistarum apostolorumque exemplo tenuere SS. Patres. Quamobrem Hieronymus non eo Eusebium carpit, quod Hesaiam allegorico subinde more interpretetur; sed quod promissorum immemor, qui se litteralem historicamque sententiam allaturum professus erat, interdum ad allegoriam declinet. Nam ipse Hieronymus in allegoriis frequens, hanc tradit in prologo regulam : « Unde post historiæ veritatem, spiritualiter accipienda sunt omnia : et sic Judæa et Jerusalem, Babylon et Philisthiim, Moab et Damascus, Ægyptus et desertum mare, Idumæa et Arabia, ac Vallis visionis; et ad extremum Tyrus et visio quadrupedum, intelligenda sunt; ut cuncta quæramus in sensu : et in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus apostolus jaciat fundamentum, quod non est aliud præter Jesum Christum. »

Hexaplorum ac veterum interpretum lectiones passim affert Eusebius, et quidem multas queis Hieronymus usus non est. Sicubi vero eamdem uterque lectionem exscribit, Eusebius prolixiores exhibet : nam Hieronymus una alterave vocula contentus, lectionem item Hebraicam adjicit, quod rarius præstat Eusebius.

III. Nihil dubii περὶ γνησιότητος.

Res ex se clara et aperta est, hosce, quos nunc edimus, germanos et veros esse Eusebii in Hesaiam Commentarios. Id Hieronymi testimonio conspicuum, qui hinc quamplurima expiscatur, et nonnunquam Eusebii interpretationes, ut hic habentur, quasi abs re datas depellit et confutat. Imo ipse Eusebius sese prodit hujus Commentarii auctorem, cum motas ab Ethnicis in Christianum nomen vexationes et carnificinas, itemque principum olim infidelium ad fidem conversionem, ut oculatus testis memorat : sed maxime ubi Chronica ab se edita laudat his verbis ad cap. XIII Hesaiæ, Τῷ δὲ φάσκοντι λόγῳ· *Ἰδοὺ ἐπεγερῶ ὑμῖν τοὺς Μήδους*, μαρτυρεῖ ἡ τῆς ἱστορίας ἔκβασις· ἀνάγραπτος οὖσα παρὰ τοῖς Ἑλλήνων τὰ Χαλδαϊκὰ καὶ τὰ Ἀσσυριακὰ συγγραψαμένοις, τοῖς τε τὰ Μηδικὰ ἱστορηκόσιν· ὧν καὶ ἡμεῖς πλείστας ἀνελεξάμεθα μαρτυρίας ἐν τοῖς πονηθεῖσιν ἡμῖν *Χρονικοῖς* B *συγγράμμασι*. Id est, « Huic autem dicto : *Ecce suscitabo vobis Medos*, ipse historiæ eventus, testimonium et fidem addit : quæ historia apud Græcos, qui Chaldaica, Assyriaca et Medica scripserunt, reperitur : quorum nos testimonia multa collegimus in *Chronicis* nostris. »

IV. Quo tempore hæc Commentaria Eusebius ediderit.

Hæc porro una in his Commentariis temporis nota comparet. Post edita nempe *Chronica*, id est, post annum 324, Expositiones in Hesaiam edidit, quo autem anno, ne conjectare quidem possumus.

§ III.

I. *Eusebius parce et sobrie de Filio Dei loquitur in his Commentariis.* II. *Contra atheos et genethliacos interdum agit.* III. *Apostolos quatuordecim* C *numerat.* IV. *Singularis de martyribus narratio.* V. *Principum sæcularium erga Ecclesiam pietas.*

I. Eusebius parce et sobrie de Filio Dei loquitur in his Commentariis.

Qui in Commentariis in Psalmos errorem de Filio Dei suum passim insperserat Eusebius, hic parce et sobrie ea de re ut plurimum loquitur : quamobrem Hieronymus qui Psalmorum Expositionem Arianicis erroribus aspersam esse testificatur, nihil hujusmodi observat in hoc commentario. Sed quia arduum est diu multumque scribere, quin ex mente scriptoris aliquid vel imprudenter effluat, non obscure sententiam suam prodit Eusebius ad cap. XLIII, ubi in hæc verba : Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ σώζων, id est : « Ego Deus, et non D est præter me qui salvum faciat, » sic ille habet : Μιᾶς γὰρ οὔσης ἀρχῆς, μία εἴη ἂν ἡ θεότης, ᾗ συμπαραλαμβάνεται καὶ ἡ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ θεολογία. Hoc est : « Nam cum unum sit principium, una fuerit et deitas, quacum assumitur Unigeniti ejus theologia : » ubi non ideo Filii theologiam cum paterna deitate assumi vult, quod deitas Filii una eademque sit atque paterna : nam eam ille sententiam ut Sabellianam respuit; sed quod ob similitudinem quamdam, ab ortu Deus appellatus sit, siquidem principii et deitatis unitatem in solo Patre servari ait hic, et passim apertiusque in aliis ope-

(3) Vide tomum superiorem.

ribus, ut commonstratur in præliminaribus ad Commentarium in Psalmos, ubi videsis.

II. Contra atheos et genethliacos interdum agit.

Quia Eusebii ævo, athei multi, et religionis nullius homines erant, qui fato omnes rerum eventus ascriberent; ejusdem farinæ homines passim insectatur Eusebius hic, ut in Commentariis in Psalmos: ubi tum ratione, tum exemplis comprobat, numinis providentia mundum administrari. « Nam cum sapientes hujus sæculi, » sic ille ad cap. xl, « omnia spontaneo cuidam rerum motui, ac fortuito naturali casui et fato ascribant; necessario præsens sermo, nullam rerum fortuito casu exsistere, sed omnia cum mensura et numero a Domino, qui Deus prædicatur, constituta fuisse, declarat. » Pari modo invehitur in eos qui, motui astrorum omnia ascribentes, genesim cujusque explorabant: qui frequentes illa tempestate erant. Legimus sane Eusebium Emesenum, quod ἀποτελεσματικὴν exerceret, a plebe pulsum throno fuisse

III. Apostolos quatuordecim numerat Eusebius.

Apostolos quatuordecim recenset Eusebius, nimirum duodecim illos pristinos, Matthia in locum Judæ proditoris duodecimum locum occupante, Paulum et Jacobum fratrem Domini; nam Jacobum illum fratrem Domini, alium a Jacobo Alphæi putat esse. Tres itaque ὁμωνύμους apostolos numerat Eusebius, Jacobum fratrem Joannis, Jacobum Alphæi, et Jacobum fratrem Domini, quem ait ab ipso Christo episcopum Jerosolymitanum constitutum fuisse. Hunc porro locum Hieronymus ex Eusebio ad verbum pene, ut passim solet, transtulit, qui tamen eam ipsam opinionem in libro *Contra Helvidium* oppugnat, duosque tantum Jacobos esse defendit. Trium porro Jacoborum opinionem Eusebius ex Origene mutuatus videtur: nam is quem sibi alterum ejus opinionis auctorem ascribit Eusebius, lib. ii *Hist. eccl.*, cap. 1, Clemens videlicet Alexandrinus, Eusebii sententiæ adversatur, δύο δὲ γεγόνασι Ἰάκωβοι, sic ille, εἷς ὁ δίκαιος· ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθείς: « Duo autem Jacobi fuere; alius justus, » sive Minor; « alius qui capite truncatus est, » seu Major. Nec felicius eodem libro, cap. 23, Hegesippum ut sibi astipulantem affert. Ille namque Jacobum quidem cum apostolis Ecclesiam Jerosolymitanam rexisse ait, nec ideo tamen ipsum ex 12 apostolorum numero non fuisse, vel declarat, vel innuit. Quod vero in Commentariis in Psalmos ait Eusebius, haud difficile esse cujusque apostolorum tribum assignare, hic confirmare videtur, dum ait Judam apostolum proditorem ex tribu Ephraim fuisse.

IV. Singularis Eusebii de martyribus narratio.

Singulare prorsus est quod habet Eusebius de iis qui, ex gentilibus ad fidem conversi, ad martyrium accedebant; quod scilicet, propriis positis nominibus, priscorum patriarcharum et prophetarum vocabula, ad necem pro Christo subeundam A accedentes, usurparent. Locum afferre ne pigeat. Ad illum Hesaiæ versum cap. xliv: *Οὗτος ἐρεῖ· Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακὼβ, καὶ ἕτερος ἐπιγράψει τῇ χειρὶ αὐτοῦ· Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰσραὴλ βοήσεται·* id est: « Hic dicet: Dei sum, et hic clamabit in nomine Jacob; et alius describet manu sua: Dei sum, et in nomine Israel clamabit; » sic habet ille: Θαυμάσαι δὲ ἔστι, καὶ καταπλαγῆναι ἀληθῶς τὴν τῶν προφητικῶν λόγων δύναμιν, ὡς αὐτοῖς ἔργοις τὰ ἀποτελέσματα παρειλήφαμεν. Ἐν γοῦν τοῖς καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς γενομένοις διωγμοῖς, πολλοὺς τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν ἐθεασάμεθα, προαρπάζοντας ἑαυτοῖς τὰς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προσηγορίας· ὧν ὁ μὲν ἑαυτὸν Ἰακὼβ ἐκάλει, καὶ ἕτερος B Ἰσραὴλ, ἄλλος δὲ Ἱερεμίαν, καὶ Ἠσαΐαν ἕτερος, καὶ Δανιὴλ πάλιν ἄλλος. Τοιαῦτα γοῦν ἐπιγραφόμενοι ὀνόματα ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ σὺν πολλῷ θάρσει καὶ παῤῥησίᾳ παρῄεσαν· ἃ δὴ σημαίνουσα ἡ προφητεία φησίν· *Οὗτος ἐρεῖ· Τοῦ Θεοῦ εἰμι*, κ. τ. λ. Hoc est: « Mirari plane subit prophetiæ vim et efficaciam, et quam vere rei eventum oculis perceperimus. Nam in persecutionibus nostro tempore concitatis, multos ex alienigenis gentibus vidimus, qui sanctorum virorum nomina usurpabant; alius quippe sese Jacobum appellabat; alius Israelem, alius Jeremiam; hic Hesaiam, iste Danielem. Etenim his sibi ascriptis nominibus, ad martyrium pro Deo subeundum cum fiducia et C constantia accedebant. Quæ prophetia indicat, dum ait: *Hic dicet: Dei sum*, etc. »

V. Principum sæcularium erga Ecclesiam pietas.

In hunc versum cap. xlix: « Et erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ, » hæc habet Eusebius memoratu plane digna: « Quod ad litteram impletum ipsis oculis cernimus, dum ii qui supremum imperium obtinent, Ecclesiam, nutritiorum instar, gestant et fovent: ac reginæ gentium, id est, singularum gentium et provinciarum magistratus, superno regi ministrantes, tanquam nutrices, pauperibus Ecclesiæ imperatorio nutu annonam suppeditant: quare nutrices ejus vocantur; sive secundum Symmachum, « lac præbentes; » sic enim habet: *Et reginæ eorum lac præbebunt.* D Quis autem memoratos præfectos cernens in ecclesia Dei genua flectere, ac in frontem humi procumbere, non fateatur hanc prophetiam ad litteram completam esse, qua diserte ait: « Super faciem terræ adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent. » Ubi vides item morem genuflectendi, ac in terram procumbendi, hic ut in Commentariis in Psalmos prædicari.

§ IV.

I. *Deuteroses Judæorum.* II. *De patriarchis et apostolis apud Judæos.* III. *Eusebius Hebræo doctore est usus.* IV. *Ait terram non esse sphærica forma.*

I. Deuteroses Judæorum.

Judæos plerumque insectatur, qui, dimisso Scripturarum vero tramite, « fabulosas deuteroses ad

lectionis explicationem adhiberent. Doctores autem ipsorum, qui doctrinam cauponabantur, e re caupones dicti sunt : qui vinum aqua miscebant, dum sermone in aquam resoluto, meram et restrictam divinarum Scripturarum mentem, per commentitias suas deuteroses fœdarent. » Erant porro deuteroses, sive secundæ traditiones, Epiphanio teste hær. xxxiii, n. 9, quadruplicis generis; primæ Moysis nomine circumferebantur; secundæ Rabbi Ἀκιβα; tertiæ Addæ, sive Judæ; quartæ filiorum Assamonæi erant. Traditiones illas Hebræi vocant משנה, *Misna*, quod idem sonat atque *secunda traditio*. An porro illæ ab antiquis laudatæ traditiones eædem atque hodiernæ sint, edisserere non est instituti nostri.

II. De patriarchis et apostolis apud Judæos.

Quod ad patriarchas Judæorum, quæ dignitas nonnisi post urbis excidium usurpata putatur, eorum mentionem facit Eusebius ad caput Hesaiæ III, v. 4, his verbis : Τίς οὖν ὁρῶν τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις ὀνομαζομένους πατριάρχας, νεανίσκους ἀληθῶς, οὐ τὴν τῶν σωμάτων ἡλικίαν, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀτελεῖς, καὶ ἐνδεεῖς φρενῶν· τούς τε λοιποὺς αὐτῶν διδασκάλους, οὐκ ἂν εἴποι ἐμπαίκτας εἶναι, καὶ οὓς ἡ προφητεία ἐδήλου; Id est : « Quis ergo conspectis illis, qui apud Judæos patriarchæ vocantur, eos non corporea statura, sed animi imperfectione, ac mentis indigentia, vere pueros non vocet; reliquosque eorum doctores, non dicat esse derisores, quales prophetia indicat? » Erant porro patriarchæ principes Judaicæ gentis, teste Epiphanio hær. xxx, num. 4, et Codice Theodosiano l. xvi, tit. 8. Hunc vero Eusebii locum sic exprimit Hieronymus in eumdem versiculum : « Consideremus patriarchas Judæorum, et juvenes, sive pueros, effeminatosque ac deliciis affluentes, et impletam prophetiam esse cernemus ; » id ex Eusebio, ut et pleraque alia, mutuatus. De apostolis item Judæorum verba facit Eusebius ad caput xviii, v. 1, Ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα· id est : « Qui mittit in mare obsides : » ubi Symmachus vertit, ἀποστέλλων ἀποστόλους ἐν θαλάσσῃ· « Qui mittit apostolos in mare ; » huc enim adjicit : Οἵ τε ἀπόστολοι αὐτῶν, ἐπιστολὰς βιβλίνας κομιζόμενοι, ὑπεράνω τε τῶν ὑδάτων ναυτιλλόμενοι, καὶ τὴν θάλασσαν ἐμπλέοντες, ἁπανταχοῦ γῆς διέτρεχον, τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνδιαβάλλοντες λόγον. Ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ὀνομάζειν τοὺς τὰ ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐπικομιζομένους. Hoc est : « Apostolique eorum, epistolas biblinas deferentes, ac supra dorsum aquarum, et in mari navigantes, ubique terrarum discurrebant, sermonem de Servatore nostro calumniis vellicantes. Apostolos vero etiam nunc Judæi nuncupare solent eos, qui circulares principum suorum litteras circumquaque deferunt. » Hæc porro postrema verba, ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν, etc., ascripta habes apud Œcumenium, *ad Epistolam ad Romanos*. De apostolis Judæorum paulum diversa tradere

A videtur Epiphanius hær. xxxiii, num. 4 : Οὗτος γὰρ ὁ Ἰώσηπος τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιωματικῶν ἀνδρῶν ἐναρίθμιος ἦν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν πατριάρχην ἀπόστολοι καλούμενοι· προσεδρεύουσι δὲ τῷ πατριάρχῃ, καὶ σὺν αὐτῷ πολλάκις, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, συνεχῶς διάγουσι, διὰ τὸ συμβουλεύειν καὶ ἀναφέρειν αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν νόμον. Id est : « Etenim hic ipse Josephus inter dignitate præstantes viros penes Judæos numerabatur : quos post patriarcham apostolos nominant. Assident hi patriarchæ, et cum eo sæpius diu noctuque versantur : quod eidem a consiliis sint, et de iis referant, quæ ad legem pertinere videntur. » Quos igitur ad litteras ultro citroque ferendas constitutos ait Eusebius, eosdem contra, noctu diuque

B astare patriarchæ, ipsique a consiliis esse narrat Epiphanius. Verum Eusebii explicatio cum voce ἀπόστολος, id est *missus*, magis consentit : cui accinit Codex Theodosianus *De Judæis*, lib. xiv, qui sic habet : « Superstitionis, inquit, indignæ est, ut archisynagogi, sive presbyteri Judæorum, vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum, a patriarcha certo tempore diriguntur, a singulis exactam summam atque susceptam, ad eumdem reportent. » Sed fortasse concilientur opiniones, si dicamus, apostolos Judæorum utrumque præstitisse munus; ut scilicet patriarchæ assiderent, ac ejus jussa et epistolas ultro citroque deferrent.

C III. Eusebius Hebræo doctore est usus.

Ad caput vero v ait Judæos, qui ab atheorum et idololatrarum consortio minime abhorrebant, solum Christianorum contubernium aversari, piæque religionis cultores ubique pellere et vexare. Nec tamen insitum illud Judæorum animis in Christianum nomen odium Eusebium deterruit, quominus in Commentariis suis Hebræo doctore sit usus, a quo non semel se interpretationes mutuari suas profitetur. Et, quod observes velim, ubicunque Eusebius se ab Hebræo doctore, vel ab Hebræis aliquid edidicisse ait, ibidem Hieronymus se idipsum ab Hebræo doctore accepisse testificatur.

IV. Eusebius ait terram non esse sphærica forma.

Eusebius plerumque in Commentariis in Psalmos
D dicit mundum sphærica forma esse; sed addita cautione, eam esse quorumdam opinionem ait, nec obscure subindicat se item eadem sententia esse : nec tamen id aperte profiteri audet, quia fortassis longe aliud æstimabant illius sæculi Christiani. At hic coactus secundum vulgarem Christianorum mentem illum Hesaiæ locum cap. xl explanare, « Qui statuit cœlum quasi fornicem, et extendit ut tabernaculum ad habitandum, » ad Cosmæ opinionem prorsus accedit : « Deinde, inquit, sermonem e terra erigens, universos excitat, ut cœlestem fornicem, et hemisphærium illud supra terram elatum, et cameræ instar omnibus imminens, admirentur ; ac cogitent quanta sit virtus ejus, qui cœlum condidit ;

considerentque, non sine causa ab eo cœlum tabernaculi instar constitutum fuisse, superne quidem expansum supra omnia, quæ intra ipsum continentur; iis vero qui supra cœlum sunt, substratum ad domicilium. » Quæ ipsissima est Cosmæ Ægyptii, ac pene omnium veterum Patrum, sententia, Chrysostomi scilicet, Severiani Gabalorum, Augustini et aliorum, qui cœlum in fornicis morem terræ imminere, ac undequaque muris firmissimis terræ inniti, arbitrati sunt, antipodasque negarunt: rati non posse homines in oppositis terræ partibus adversis vestigiis stare, sphæræque opinionem cum Scriptura divina pugnare. Nimirum Deus, qui nobis sanctos illos in doctrinæ morumque magistros pro- A vidit, non parem iis in philosophicis astronomicisque peritiam indidit. Quid enim ad sanctitatem morumque sinceritatem conferat hujusce rei notitia? Verum hac de re pluribus actum est in præfatione ad Cosmæ Ægyptii *Topographiam Christianam*. Is enim non modo Patrum opinionem pro viriii defendit, et ab exterorum conatu vindicare satagit; sed etiam, quantum facultas humana potest, explicat et aperit, qui possint secundum sanctorum Patrum sententiam, cursus solis, eclipses lunæ, astrorum motus, cæteraque omnia intelligi. Ibi videsis. Hæc in eruditorum commodum præmittenda duximus. Tu vero, candide lector, vale et B his fruere.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ

ΕΙΣ ΗΣΑΙΑΝ.

—

EUSEBII COMMENTARIA IN HESAIAM.

—

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

« Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἠσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδεν C κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ Ἰωαθὰμ, καὶ Ἀχὰζ, καὶ Ἐζεκίου, οἳ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας. Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. » Σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἡ σὰρξ ἀπὸ τῆς γῆς, ἡ ψυχὴ οὐρανία. Ἐπεὶ οὖν πρὸς ἀμφότερα αὐτῶν ἡ συγγένειά ἐστιν, ἐπὶ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐλέγχει· « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. » Γεννήσεως εἴδη δύο· ἡ μὲν ἡ κατὰ Θεὸν μόρφωσις, ἐξ ἔργων καὶ παραδοχῆς δογμάτων ἐπιτελουμένη· ὡς γεννᾷ Παῦλος δι' Εὐαγγελίου τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

« Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ D λαός με οὐ συνῆκεν. » Βοῦς μὲν καὶ ὄνος, φυσικῇ φαντασίᾳ τοὺς τρέφοντας ἐπιγινώσκουσιν· οἱ δὲ τοσαύτης ἀξιωθέντες παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας, ὡς μὴ μόνον λογικοὺς καταστῆναι, ἀλλὰ καὶ λαὸν Θεοῦ χρηματίσαι καταξιωθῆναι, υἱῶν τε προσηγορίᾳ τιμηθῆναι, οὐδ' ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις θρέμμασι τὸν γεννήσαντα καὶ θρέψαντα, τιμήσαντά τε καὶ ὑψώσαντα αὐτοὺς Κύριον ἔγνωσαν. Οἶμαι δὲ διὰ τούτων προφητικῶς αἰνίττεσθαι, ὡς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ὄντα τὸν Κύριον, μόνοις αὐτοῖς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐπιδημήσαντα κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, οὐ παραδέξονται, οὐδὲ ἐπιγνώσονται αὐτὸν, οὐδὲ νοήσουσιν, ἀλλ' οὐδὲ συνήσουσι.

« Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτίας,

CAPUT I.

Vers. 1, 2. « Visio quam vidit Hesaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, et contra Jerusalem, regnantibus Ozia, Joatham, Achaz et Ezechia, qui regnaverunt in Judæa. Audi cœlum, et auribus percipe terra, quia Dominus locutus est. Filios genui et exaltavi: illi autem spreverunt me. » Homo ex anima et corpore constitutus est: caro ex terra, anima cœlestis exsistit. Quia vero cum utroque eorum cognationem habet homo, circa ea quæ ipsi maxime propria sunt testimonio suo ipsum coarguit: « Filios genui et exaltavi. » Generationis duæ species sunt, quarum alia est, illa secundum Deum forma, quæ ex operibus et ex mandatorum perceptione perficitur: qua ratione Paulus discipulos suos per Evangelium genuit.

Vers. 3. « Cognovit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit. » Bos quidem et asinus ex naturali instinctu eos, qui alimentum sibi suppeditant, cognoscunt: qui vero tanta a Deo providentia dignati sunt, ut non modo rationabiles essent, sed etiam populus Dei vocarentur, filiorumque nomine ornarentur, non pari atque bruta jumenta modo eum qui se genuit, enutrivit, honoravit et exaltavit, Dominum agnovere. His porro arbitror prophetice subindicari, fore ut Judæi illum, qui Christus Dei et ipse Dominus, quique apud illos, præ aliis omnibus gentibus, homo peregrinatus est, non susciperent, neque cognoscerent, nec mente intelligerent.

Vers. 4. « Væ genti peccatrici, populo pleno

iniquitate, semini malo, filiis iniquis. Dereliquistis A Dominum, et irritastis sanctum Israel : abalienati sunt retrorsum. » Ideo ergo Judæorum gentem coarguit miseramque prædicat Spiritus sanctus, quia omnium plane gentium deterior est, et quia illi neque ex adoptione, neque ex honore divinitus sibi collato, exaltati videlicet, ac præcellentibus muneribus ab eo donati, quidpiam utilitatis perceperunt : imo vero ne ex plagis quidem et castigationibus, queis a Deo frequenter vi amoris permoto, impietatis suæ causa afflecti sunt, resipuerunt : nam, « quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem accipit [1]. » Quis autem ille fuit, quem dereliquerunt, nisi Christus, quem quia irritaverunt et dereliquerunt, ea quæ subsequuntur perpessi sunt? B

Vers. 5, 6. « Quid adhuc percutiamini adjicientes iniquitatem? omne caput in labore, et omne cor in tristitia; a pedibus usque ad caput non est in eo sanitas. Vulnus, livor, plaga tumens. Non licet malagma imponere, neque oleum, neque ligamenta. » Qui fieri poterat, ut aliud ad sanitatem et salutem restituendam pharmacum reperirent, qui Dominum abnegarant : quem non noverunt nec intellexerunt advenisse sibi animarum medicum, qui solus omnem morbum et omnem animarum infirmitatem curare poterat?

Vers. 7, 8. « Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni : regionem vestram coram vobis alieni devorant : et desolata est, eversa a C populis alienis, sicut tabernaculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, sicut civitas obsessa. » Ad custodiam fructuum in vineis nascentium figuntur tentoria. Cum ergo vinea propriis fructibus probe instructa est, omni cura et sollicitudine tentorium servatur, ita ut custos diligenter prospiciat, ne, qui in via prætereunt, fructus ejus decerpant. Cum autem vinea infructuosa est, illud a custode, ut consentaneum est, negligitur. Quamobrem Israeliticum populum derelictum iri interminatur, utpote qui consentaneum fructum non emittat. Timendum itaque nobis est, ne infructuosi simus, ut ne ex ira Dei deseramur. Spiritus sanctus est qui nos custodit. Cum igitur anima fructus æternorum penuariorum dignos profert, tum per- D manet ille custos, et singularis feri insidias procul abigit; cum autem uvam fellis et botrum amaritudinis profert, infructuosam animam ille deserit : et tunc in quemvis brutum cogitatum, et in quamvis irrationabilem concupiscentiam decidit illa. Plerumque porro Scriptura Israelem vineam tropice nuncupat; ut[2], « Vineam ex Ægypto transtulisti; » et, « Vinea facta est dilecto [3];» et, « Ego autem plantavi te vineam fructuosam, totam veram [4]. »

σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι. Ἐγκατελίπετε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ· ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω. » Διὰ ταῦτα γοῦν ἀπελέγχει τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ ταλανίζει αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς πάντων τῶν ἐθνῶν χείρους, καὶ ὡς τὸ μηδὲν ὠφεληθέντας, μήτε ἐκ τῆς υἱοθεσίας, μήτε ἐξ ἧς παρὰ Θεοῦ τιμῆς ἠξιώθησαν· ὑψωθέντες καὶ πλείστων ὅσων ἐξαιρέτων παρὰ αὐτοῦ τετυχηκότες· ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ὧν πολλάκις ἐπλήγησαν δι' ὑπερβολὴν ἀγάπης Θεοῦ τυπτόμενοι καὶ κολαζόμενοι, τῶν ἀσεβημάτων αὐτῶν ἕνεκεν· « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. » Τίς δὲ ἦν ὃν ἐγκατέλιπον, ἢ ὁ Χριστός· ὃν διὰ τὸ παρωργικέναι καὶ ἐγκαταλελοιπέναι, τὰ ἑξῆς ἐπιλεγόμενα πεπόνθασιν;

« Τί ἔτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην· ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλὴν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία. Τραῦμα, μώλωψ, πληγὴ φλεγμαίνουσα. Οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδεσμούς. » Πῶς δὲ καὶ οἷόν τε ἦν ἕτερον αὐτοὺς ὑγείας καὶ σωτηρίας ποιητικὸν εὑρέσθαι φάρμακον ἀρνησαμένους τὸν Κύριον· μηδὲ ἐπεγνωκότας αὐτὸν, μηδὲ συνιέντας ἐπιδημήσαντα αὐτοῖς τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν, τὸν μόνον πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ψυχῶν ὁμοῦ καὶ σωμάτων ἰάσασθαι δυνάμενον,

« Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν· καὶ ἠρέμωται κατεστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, ὡς πόλις πολιορκουμένη (1). » Εἰς φρουρὰν τῶν ἐν ταῖς ἀμπέλοις καρπῶν αἱ σκηναὶ πήγνυνται. Ὅταν μὲν οὖν εὐθηνῇ τοῖς οἰκείοις καρποῖς ἡ ἄμπελος, σπουδάζεται ἡ σκηνὴ καὶ πάσης ἀξιοῦται ἐπιμελείας· ὥστε ἀπ' αὐτῆς κατοπτεύειν τὸν φύλακα, μήποτε τρυγῶσιν αὐτὴν οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. Ὅταν δὲ ἄκαρπος ᾖ, ἀμελεῖται ἀναγκαίως τῆς ἀμπέλου τὰ φυλακτήρια. Διὰ τοῦτο τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ τὴν ἐγκατάλειψιν ἀπειλεῖ, ὡς μὴ καρποφοροῦντος τὰ ἐπιβάλλοντα. Φοβηθῶμεν οὖν εἶναι ἄκαρποι, μὴ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ. Τὸ φυλάσσον ἡμᾶς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν. Ὅταν μὲν οὖν καρποφορῇ ἡ ψυχὴ ἄξια τῶν αἰωνίων ἀποθηκῶν, παραμένει καὶ φυλάσσει, καὶ πόῤῥωθεν ἀπείργει τὰς τοῦ μονιοῦ τοῦ ἀγρίου ἐπιβουλάς· ὅταν δὲ σταφυλὴν χολῆς γεωργῇ καὶ βότρυν πικρίας ἐκφέρῃ, ἐγκαταλιμπάνει τὴν ἄκαρπον ψυχήν· καὶ τότε ὑπὸ παντὸς λογισμοῦ θηριώδους καὶ πάσης ἀλόγου ἐπιθυμίας καταπεσεῖται. Πολλαχοῦ δὲ τροπικῶς ἀμπελῶνα τὸν Ἰσραὴλ ὁ λόγος προσαγορεύει· ὡς τὸ, « Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· » καὶ, « Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ· » καὶ, « Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν. » Εἰ δὲ ὁ

[1] Prov. III, 12. [2] Psal. LXXIX, 9. [3] Isa. V, 1. [4] Jer. II, 21.

(1) Illis similia habet Hieronymus in hunc locum, atque ita loquitur : « In cucumerario quoque, quod LXX *pomorum custodiam* vocant, parvulæ fiunt casulæ propter ardorem solis ac radios declinandos : et inde vel homines, vel bestiolas, quæ insidiari solent natis frugibus, abigunt. Cum autem ablata fuerint istiusmodi genimina, remanent arentia fruticum umbracula, casulæque recedente custode : quia non habet ultra quod servet, » et cætera, quæ item ille transtulit, sed συνοπτικῶς.

Ἰσραὴλ ἀμπελὼν, σκηνὴ τῆς ἀμπέλου ταύτης ὁ οἶκος A
τάχα ὁ τοῦ ναοῦ· σκήνωμα γὰρ δόξης ἐλέγετο, καὶ, « σκήνωμα, οὗ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις. » Ἕως μὲν οὖν ὅτε ἐποίει καρπὸν πολὺν, καὶ ἡ σκηνὴ διὰ τὴν τῶν καρπῶν φυλακὴν συνειστήκει· ἐπεὶ δὲ ὁ φυτεύσας αὐτὴν ἔμεινε τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας, αἷς τὸν Κύριον ἐστεφάνωσαν, καὶ ἐστράφη πᾶσα εἰς πικρίαν· ἐποίησε γὰρ σταφυλὴν χολῆς καὶ βότρυν πικρίας· διὸ καὶ εἰς τὸ βρῶμα ἔδωκαν τῷ Κυρίῳ χολήν· διὰ τοῦτο ἐγκατελείφθη ἡ σκηνὴ τοῦ ἀμπελῶνος. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· » τότε ἐπληρώθη ἡ ἀπειλὴ αὕτη· « Ἐγκατελείφθη γὰρ ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι. » Ἐξ ἐκείνου λοιπὸν καὶ ταῖς νεφέλαις ἐνετείλατο τοῦ μὴ βρέξαι ἐπὶ τὸν ἀμπελῶνα. Διὰ τοῦτο οὐκέτι προφῆται παρ' αὐτοῖς, οὐκέτι οὐρανία χάρις· ἀλλὰ γέγονεν B
εἰς χέρσον καὶ καταπάτημα, οἵ τε φραγμοὶ τοῦ ναοῦ ἐκείνου καθῃρέθησαν, ὁ ὑπερασπισμὸς τῶν ἁγίων δυνάμεων, κἂν τι ἐργάσωνται κατὰ τὸν νόμον, εἰς ἀπώλειάν ἐστι. « Καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον, φησὶν, ἐν σικυηλάτῳ. » Σημαίνει τοίνυν διὰ τούτου τὴν παντελῆ αὐτῶν ἀκαρπίαν· ἕως μὲν γὰρ καρπῶν ἀγαθῶν πεπλήρωται, τὸν φρουροῦντα καὶ φυλάσσοντα ἐκεῖνον ὁ τὴν σκηνὴν πηξάμενος, ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ ἀφορᾷ καὶ περισκοπεῖ, καὶ φυλάττει τὸν ἀμπελῶνα. Εἰ δ' ὁ τούτου καρπὸς ἀφαιρεθῇ, τηνικαῦτα ὁ φύλαξ, ὡς μὴ εἰς μάταιον κάμνῃ, τὴν σκηνὴν ἔρημον ἀπολιπὼν, ἀναχωρεῖ τῆς φυλακῆς.

Quod si Israel vinea fuerit, tabernaculum sane ejus domus templi erit : nam tabernaculum gloriæ dicitur, et, « tabernaculum, ubi habitavit in hominibus [1]. » Donec itaque multum fructum protulit, tabernaculum ad fructuum custodiam substitit : quia vero qui plantavit eam, exspectavit ut faceret uvam, fecit autem spinas, quibus Dominum coronarunt, tota conversa est in amaritudinem : fecit enim uvam fellis et botrum amaritudinis : ideoque in potum Domino fel dederunt ; ea sane de causa tabernaculum vineæ derelictum est : nam « ecce, inquit, relinquetur vobis domus vestra deserta [2]. » Tunc vere impleta est illa comminatio, etenim « derelicta est sicut tabernaculum in vinea : » exinde vero nubibus mandavit ne pluerent super vineam. Idcirco non ultra prophetæ penes illos sunt, non cœlestis gratia ; sed conversa est in aridam et in conculcationem, sepes templi illius destructæ sunt, necnon sanctarum virtutum propugnaculum : ac etiamsi quidpiam secundum legem agant, id illis in perniciem vertit. « Et sicut tugurium, ait, in cucumerario. » His itaque significat omnimodam apud illos fructuum vacuitatem : donec enim bonis fructibus implebatur, custodem ad præsidium obtinebat eum, qui structo tabernaculo, e sublimi observat et respicit vineam. Quod si fructus ejus auferatur, tunc custos, ne in vanum laboret, tabernaculum desertum relinquens, abscedit a custodia.

« Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν C
σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν. Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομόῤῥας. » Ἐπειδήπερ ἐπὶ τῇ τῶν πατέρων ἀρετῇ σεμνυνόμενοι, μέγα ἐφρόνουν, ὡς τοῦ Ἀβραὰμ ὄντες σπέρμα καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπόγονοι· εἰκότως τὸ μεγάλαυχον αὐτῶν ὁ λόγος ταπεινοῖ, καὶ τὸ μάταιον οἴημα καθαιρεῖ· τοὺς μὲν ἄρχοντας τοῦ διαβοήτου Ἰσραὴλ, Σοδόμων ἄρχοντας ὀνομάζων, αὐτὸν δὲ τὸν χρηματίζοντα λαὸν τοῦ Θεοῦ, λαὸν Γομόῤῥας ἀποκαλῶν, ὡς διὰ τῶν ἴσων ἐπιτηδευμάτων τοῖς πάλαι ἀσεβήσασιν ὁμοιωθέντα· Σοδόμων ἄρχουσι καὶ Γομόῤῥας λαῷ παραβάλλει αὐτοὺς, διὰ τὴν μέλλουσαν αὐτοῖς ἐπελεύσεσθαι καταστροφήν· ὡς τοῖς τὰ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα οἰκήσασιν ἀνδράσι πάντων ἀνθρώπων ἀσεβεστάτοις γενέσθαι μνημονευομένοις. D

Vers. 9, 10. « Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et Gomorrhæ similes essemus. Audite verbum Domini, principes Sodomorum, attendite legi Dei, populus Gomorrhæ. » Quia de patrum virtute gloriantes, magnum sapiebant, utpote qui Abrahæ semen et Israelis nepotes essent, illorum arrogantiam jure deprimit, vanamque eorum opinionem de medio tollit, dum præclari illius Israelis principes, Sodomorum principes nuncupat, et populum illum Dei, populum Gomorrhæ vocat ; utpote qui ob paria studia illis olim impiis similis evaserit : sive illos principibus Sodomorum et Gomorrhæ comparat, ob venturum illis excidium ; ut accidit populis Sodoma et Gomorrham incolentibus, qui omnium hominum impiissimi olim fuisse memorantur.

« Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος ; Πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν· καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ; » Πρὸς οὖν τοὺς τὰ δεινότατα κατὰ τοῦ Κυρίου τολμήσαντας, θυσίαις δὲ καὶ σπονδαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις κατὰ τὸν νόμον σωματικαῖς λατρείαις ἱλάσκεσθαι τὸν Θεὸν νομίζοντας, ὁ λόγος ἀποτείνεται φάσκων, « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος ; » καὶ τὰ ἑξῆς.

Vers 11, 12. « Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus ? Plenus sum holocaustis arietum : et adipem agnorum, et sanguinem taurorum et hircorum nolo, nec veniatis in conspectum meum. Quis enim requisivit hæc de manibus vestris ? » Eos itaque sermo respicit, qui atrocia contra Dominum aggredi ausi, sacrificiis, libaminibus aliisque secundum legem corporeis ministeriis Deum se placare posse putant : aitque : « Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus ? » et cætera.

[1] Psal. LXXVII, 60. [2] Matth. XXIII, 38.

VERS. 13-15. « Calcare atrium meum non adjicietis. Si tuleritis similam, vanum thymiama, abominatio mihi est. Neomenias vestras, et Sabbata, et diem magnam non fero : jejunium et cessationem et neomenias vestras et solemnitates vestras odit anima mea. Facti estis mihi in satietatem : non ultra tolerabo peccata vestra. Et cum extenderitis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis : et si multiplicaveritis supplicationem, non exaudiam vos: nam manus vestræ sanguine plenæ.» Sed quia non cognoverunt Dominum, et quia non intellexerunt eum, quia dereliquerunt eum, et irritaverunt sanctum Israel : et ad hæc omnia, quia manus eorum sanguine plenæ fuerunt, ob cædem Christi, quam post sexcentos interemptos prophetas, perpetrarunt, et sanguine repleti sunt; his omnibus recensitis, necnon legis solutione, templi excidio, ac omnimodis suppliciis; peccati, cujus causa hæc perpessi sunt, speciem edocet : ipsosque accusat, non de idolorum cultu, non de adulterio, nec de avaritia; sed de cæde. Nam omni impietate et iniquitate deterior est eorum contra Dominum insania ; hæc quippe vox illorum est : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros [6]. » Hic sanguis illos pristinis optimisque possessionibus privavit : hic sanguis illos per totum orbem inquilinos effecit.

VERS. 16, 17. « Lavamini, mundi estote, auferte malitias de animabus vestris ab oculis vestris : quiescite a malitiis vestris, discite bene facere. » Admodum consequenter postquam prima dixerat Deus, his item memoratos Sodomorum principes, ac populum Gomorrhæ in spem bonam transfert et evocat; si malitiam deponentes, et a voluntario illo secundum corpoream legem cultu abscedentes, Novo Testamento, novæque legi et verbo obsequentes fuerint. Quamobrem postquam ea quæ Veteris Testamenti erant, carptim tetigit, Novi Testamenti mysteria inducit. Quæ ipse in Evangeliis tradidit, dicens, « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum cœlorum [7]. »—« Quærite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo, defendite viduam. » Id est a malitia translati, ne in eo steteritis ; sed vitam virtute ornatam suscipite.

VERS. 18. « Et venite, et disceptemus, dicit Dominus : et si fuerint peccata vestra ut purpura, quasi nivem dealbabo; et si fuerint ut coccinum, quasi lanam dealbabo. » Deinde quasi in tribunali ego et vos disceptemus : ego quidem enumerans quanta sim a vobis perpessus, et quanta vobis munera contulerim : ac quomodo post tanta facinora, omnium malorum vestrorum oblitus, vestras prædicto sanguine purpureas animas emundaverim, ac per lavacrum regenerationis nive splendidiores

[6] Matth. XXVII, 25. [7] Joan. III, 5.

(5) Hæc item exprimit Hieronymus ad hunc loc.

A « Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι. Τὰς νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ Σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν· οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » Ἀλλ' ὅτι μὴ ἔγνωσαν τὸν Κύριον, καὶ ὅτι μὴ συνῆκαν αὐτὸν, ὅτι ἐγκατέλιπον αὐτὸν, καὶ παρώξυναν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ πρὸς ἅπασι τούτοις, ὅτι αἱ χεῖρες αὐτῶν γεγόνασιν αἵματος πλήρεις διὰ τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μιαιφονίας, ἣν μετὰ μυρίας προφητοκτονίας εἰργάσαντο, καὶ γεγόνασιν αἵματος πλήρεις, πάντα γοῦν διεξελθὼν, καὶ τὴν τοῦ νόμου λύσιν, καὶ τοῦ ναοῦ τὴν κατάλυσιν, καὶ τὰς παντοδαπὰς τιμωρίας, τὸ εἶδος τῆς ἁμαρτίας ἐδίδαξεν, οὗ χάριν πεπόνθασι· καὶ κατηγορεῖ αὐτῶν, οὐκ εἰδώλων θεραπείαν, οὐδὲ μοιχείαν καὶ πλεονεξίαν, ἀλλὰ μιαιφονίαν. Πάσης γὰρ δυσσεβείας καὶ παρανομίας, χαλεπωτέρα ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου μανία· αὐτῶν γάρ ἐστιν ἡ φωνή, « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Τοῦτο τὸ αἷμα, τῆς παλαιᾶς αὐτοὺς ἐστέρησεν εὐκληρίας· τοῦτο τὸ αἷμα μετοίκους τῆς οἰκουμένης ἀπέφηνε.

« Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν. » Σφόδρα γοῦν ἀκολούθως τὰ πρῶτα εἰρηκὼς ὁ Θεὸς, ἔτι καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς δηλωθέντας ἄρχοντας Σοδόμων, καὶ τὸν λαὸν Γομόῤῥας διεξέρχεται (5), ἐπὶ ἀγαθὰς ἐλπίδας αὐτοὺς προκαλούμενος, εἰ μεταθέμενοι τῆς κακίας καὶ τῆς ἐθελοθρησκείας τῆς κατὰ τὸν σωματικὸν νόμον ἀναχωρήσαντες, ὑπήκοοι γένοιντο τῆς Καινῆς Διαθήκης καὶ τοῦ καινοῦ νόμου καὶ λόγου. Διὸ μετὰ τὴν παρόρασιν τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ, τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης εἰσάγει μυστήρια. Ἃ δὴ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις αὐτὸς παρεδίδου λέγων· « Ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » — « Ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήρᾳ. » Ἤγουν μεταβαλόντες τῆς κακίας, μὴ μέχρι τούτου στῆτε, τὸν δὲ κατ' ἀρετὴν ἀναλάβετε βίον.

« Καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν (6), λέγει Κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ. » Εἶθ' ὡς ἐν δικαστηρίῳ διελεγχθῶμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς· ἐγὼ μὲν ὅσα πέπονθα ὑφ' ὑμῶν, ὅσα τε ὑμᾶς ἔτυχον εὐεργετήσας καταριθμούμενος, καὶ ὡς μετὰ τοσαῦτα πλημμελήματα πάντων κακῶν ἀμνηστείαν ποιούμενος, πεφοινιγμένας ὑμῶν τὰς ψυχὰς ἐκ τοῦ προλεχθέντος αἵματος ἐκάθηρα, λαμπροτέρας χιόνος αὐτὰς διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας κα-

(6) Reg. secunda manu, διελεγχθῶμεν.

A ταστήσας· ὑμεῖς δὲ εἴ τις ὑμῖν πρὸς τὴν τοσαύτην χάριν ἔνεσται λόγος, εἰς φανερὸν τοῦτον ἄγετε.

« Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. » Ἐνταῦθα δὲ ὁ λόγος ὡς πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος, οἷα νηπίους αὐτοὺς διὰ τῆς σωματικῆς ἐπαγγελίας πείθεσθαι τοῖς εἰρημένοις προτρέπει· πρὸς δὲ τὸν ἀληθῆ λόγον, γῆς τῆς ψυχῆς νοουμένης κατὰ τὴν σωτήριον παραβολήν· ἣ τὸν ἐπουράνιον λέγεται παραδέχεσθαι σπόρον, ἀκόλουθόν ἐστιν ἀγαθὰ ψυχῆς νοεῖν ἤτοι τὰς κατ' ἀρετὴν προκοπὰς καὶ τελειώσεις, ἢ τὰ ἐπηγγελμένα αὐτῇ ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Ὅθεν πρὸς μὲν τὴν λέξιν, αὐτίκα τοῖς λόγοις ἐπηκολούθει ἡ διὰ τῶν ἔργων ἔκβασις· B παραχρῆμα γὰρ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν οἱ ἀπειθήσαντες, τῇ τῶν πολεμίων μαχαίρᾳ παρεδόθησαν· ἐπελθόντων αὐτοῖς Ῥωμαίων, καὶ πολέμου νόμῳ πάντας χειρωσαμένων· εἰ δὲ καὶ διαβολική τίς ἐστι μάχαιρα, καὶ ταύτῃ ἔκδοτοι γεγόνασι, διὰ τὸ ἀπειθῆσαι τῇ κλήσει τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος.

« Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών, πλήρης κρίσεως; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. » — « Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἀπέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς; » Διδάσκει τοίνυν ὁ λόγος (7), ὡς πάλαι μὲν τὴν πόλιν ᾤκησαν ἄνδρες πιστοί, δι' ὧν πιστὴ πόλις ἐχρημάτιζεν· ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι, πιστῶν πόλις· ἀλλὰ καὶ πλήρης κρίσεως ἦν καὶ δικαιοσύνης, ὡς ἂν ἐναρέτων ψυχῶν οἰκητήριόν ποτε C γενομένη· διὸ κεκοιμᾶσθαι ἐν αὐτῇ δικαιοσύνην, τουτέστιν, ἐνοικῆσαι καὶ ἀναπεπαῦσθαι εἴρηται. Πάλαι γὰρ πλήρης τούτων ἐτύγχανε· τάχα που κατὰ τοὺς χρόνους Δαυΐδ, ὃς πρῶτος ἑλὼν τὴν πόλιν ἐκ χειρὸς ἀλλοφύλων, τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν σκηνὴν ἐν αὐτῇ κατεστήσατο, αὐτός τε αὐτὴν ᾤκησε βασίλειον ἀποδείξας ἑαυτοῦ, ὡς χρηματίσαι πόλιν Δαυΐδ.

« Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον· οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. » Ἦν γὰρ τὸ ἀργύριον αὐτῶν ἀδόκιμον, ἐπειδὴ μετὰ τὸ ἐκπορνεῦσαι, καὶ φονευτὰς γενέσθαι, προσεποιοῦντο θεοσεβείας λόγον ἀπαγγέλλειν καὶ τὰς θείας Γραφὰς διερμηνεύειν καὶ δευτερώσεις μυθικὰς ποιεῖσθαι τῶν ἀναγνωσμάτων. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ διδάσκαλοι αὐτῶν καπηλεύοντες τὴν διδα- D σκαλίαν, κάπηλοι προσφυῶς ὠνομάσθησαν μιγνύντες τὸν οἶνον ὕδατι, λόγῳ ἐξυδαροῦντι τὸν ἄκρατον καὶ ἐποπτικὸν τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν νοῦν διὰ τῆς μυθικῆς αὐτῶν καὶ ληρώδους δευτερώσεως.

« Οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν. » Οὕτω καλούμενοι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος οὐχ ὑπήκουον· ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, Θεῷ ἀπειθοῦσιν, ἐκκλίνοντες ἀπ' αὐτοῦ καὶ τοῖς διατεταγμένοις ὑπ' αὐτοῦ μὴ ἐμμένοντας, « ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσιν χηρῶν οὐ προσέχον-

A illas constituerim, vos autem, si aliqua contra tantam gratiam adest ratio, eam publice proferte.

Vers. 19, 20. « Et si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis; quod si nolueritis, nec audieritis me, gladius vos devorabit : nam os Domini hæc locutum est. » Hic quasi Judæos alloquens, ipsos ceu infantes per corpoream promissionem hortatur, ut dictis obtemperent; at secundum veram intelligendi rationem, cum terra pro anima reputanda sit, secundum Salvatoris parabolam : quæ terra cœleste semen suscipere dicitur; hinc consequitur animæ bona hic esse intelligenda, scilicet profectum et perfectionem secundum virtutem acceptam, vel bona ipsi in regno cœlorum promissa. Quapropter secundum litteram quidem, B verba rerum eventus mox consecutus est; nam confestim, nec multo post elapso tempore, immorigeri illi gladio inimicorum traditi sunt, irrumpentibus Romanis ac belli lege cunctis in captivitatem redactis; quod si diabolicus gladius fuerit, huic quoque dediti sunt, quod vocanti gratiæ Dei non obtemperarent.

Vers. 21. « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena judicii? in qua justitia dormivit, nunc autem homicidæ. » — « Quem prophetarum non interfecerunt patres vestri et vos [a]? » Docet igitur olim quidem civitatem incoluisse fideles viros, quorum causa civitas fidelis vocabatur; ac si quis diceret, civitas fidelium; imo etiam plena judicii erat et justitiæ, utpote quæ probarum olim C animarum domicilium fuerit : quare justitia in ea dormivisse, id est, inhabitasse et quievisse dicitur. Olim quippe talibus plena viris erat; ut fortasse tempore Davidis, qui primus urbem eripuit ex manibus allophylorum, arcam Dei et tabernaculum ibi posuit, in eaque ipse habitavit, regiamque constituit, ita ut civitas David appellaretur.

Vers. 22. « Argentum vestrum non probatum : caupones tui vinum aqua miscent. » Eratque argentum eorum non probatum, quia postquam fornicarii et homicidæ sunt effecti, se veræ religionis verbum annuntiare et divinas Scripturas interpretari simulabant, dum fabulosas deuteroses ad lectionis D explicationem adhiberent. Doctores vero ipsorum, qui doctrinam cauponabantur, e re caupones dicti sunt, qui vinum aqua miscebant, dum sermone in aquam resoluto, meram et restrictam divinarum Scripturarum mentem per commentitias suas deuteroses fœdarent.

Vers. 23. « Principes tui non obtemperant, socii furum. » Sic vocati a Servatore non obtemperabant : in summa, Deo repugnant, declinantes ab eo, et in præceptis ejus non manentes, « diligentes munera, retributionem persequentes, pupillo non judicantes, et causam viduæ non attendentes : »

[a] Act. vii, 52.

(7) Hæc nonnullis adjectis manifeste transtulit Hieronymus, qui ait : *Nec ambigo fuisse in ea sanctos viros*, et cætera, quæ ibi videsis.

cum proditore Juda furante concurrentes, juris æquitatem donis venundabant.

Vers. 24-26. « Propterea hæc dicit Dominus Dominus Sabaoth: Væ potentibus Israel: non cessabit enim furor meus in adversariis, et judicium de hostibus meis faciam. Et inferam manum meam contra te, et inflammabo te ad purum: immorigeros autem perdam et consiliarios tuos sicut a principio. » Inflammabo te igitur ad purum, id est, ad purgandum et discernendum improbos ab urbanis. Quare secundum Symmachum dicitur: « Et inflammabo ad purum scoriam tuam; » secundum Aquilam vero: « Et inflammabo ad purum acinum tuum. » Quemadmodum enim qui æs et ferrum igne purgant, scoriam abjiciunt, et qui botrus vineæ in torcularibus premunt, acinum et superflua calcatarum uvarum expellunt; eodem, inquit, modo et ego inflammabo ad purum acinum tuum.

Vers. 27. « Et post hæc vocaberis civitas justitiæ, metropolis fidelis Sion: nam cum judicio salvabitur captivitas ejus. » Communem civitatem postea constituendam alloquitur, quam justitiæ civitatem vocat, et metropolim fidelem Sion, piæ religionis institutum et cœtum hoc nomine exornans. Sane vero ille olim apud Judæos sapiens exciderat; nunc autem in universa terra per Christi Ecclesiam erigitur, fundatus supra petram. Hi vero sunt pulchræ civitatis præsules, judices et consiliarii, qui initium ab apostolis et discipulis Salvatoris nostri acceperunt: ex eorum vero successione etiamnum, quasi ex bono semine orti resplendent, Dei Ecclesiæ præsides constituti. Etenim qui apud Deum salute digni judicati fuerint, ii, inquit, soli promissa consequentur: dum Judæi frustra imaginantur totius gentis suæ conversionem fore. Liberationem autem a captivitate intelligendum est esse mutationem animarum ab errore ad veram Dei cognitionem: quam Salvator declaravit, cum, accepto in synagoga Hesaiæ libro, lectaque clausula ex persona ejus hæc dicente *: « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, » etc., replicato libro intulit: « Hodie hæc Scriptura impleta est in auribus vestris, » docens se redemptorem humanarum animarum esse.

Vers. 28. « Et conterentur iniqui, et peccatores simul, et qui dereliquerunt Dominum conficientur. » Sed de medio tollendos esse ait nequitiæ doctores. Quinam vero ii essent, in præcedentibus declaratur his verbis: « Væ genti peccatrici populo pleno iniquitatis. »

Vers. 29. « Quia confundentur super idola sua, quæ ipsi volebant, et confundentur super hortos suos, quos concupiverunt. » Cæterum pudoris sen-

* Luc. IV, 18, 21.

A τες. » Τῷ οὖν προδότῃ Ἰούδᾳ κλέπτοντι συνιόντες, τὴν ὀρθότητα τοῦ δικαίου δώροις ἐπίπρασκον.

« Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Δεσπότης Σαβαὼθ, Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ· οὐ παύσεται γάρ μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ποιήσω· καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ σὲ, καὶ πυρώσω σε εἰς καθαρὸν, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἀπολέσω, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς. » Πυρώσω σε οὖν εἰς καθαρὸν, τουτέστιν, ἐπὶ τῷ καθᾶραι καὶ διακρῖναι τοὺς φαύλους ἀπὸ τῶν ἀστείων. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· « Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὴν σκωρίαν σου· » κατὰ δὲ (8) τὸν Ἀκύλαν· « Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὸ γιγαρτῶδές σου. » Ὥσπερ γὰρ οἱ καθαίροντες διὰ τοῦ πυρὸς χαλκὸν ἢ σίδηρον, τὴν σκωρίαν ἀποβάλλουσι, καὶ οἱ τοὺς βότρυς
B τῆς ἀμπέλου ἐν ταῖς ληνοῖς πιέζοντες, τὸ γιγαρτῶδες καὶ τὰ περισσὰ τῶν ἐκπατηθέντων βοτρύων ἀποῤῥίπτουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀγὼ, φησὶ, πυρώσω εἰς καθαρὸν τὸ γιγαρτῶδές σου.

« Καὶ μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστὴ Σιών· μετὰ γὰρ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς. » Τῇ μετὰ ταῦτα συστησομένῃ κοινῇ πόλει, ἥν τινα καὶ πόλιν δικαιοσύνης ὀνομάζει, καὶ μητρόπολιν πιστὴν Σιὼν, οὕτω προσειπὼν τὸ σύστημα τοῦ θεοφιλοῦς πολιτεύματος. Ὁ πάλαι μὲν συνετὸς παρὰ Ἰουδαίοις διεπεπτώκει· νῦν δὲ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἐγήγερται τεθεμελιωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν. Αὐτοὶ δὲ τῆς καλῆς πόλεως οἱ προεστῶτες, κριταὶ, καὶ σύμβουλοι, οἳ ἀρχὴν μὲν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν
C τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰλήφασιν· ἐκ δὲ τῆς ἐκείνων διαδοχῆς εἰσέτι καὶ νῦν, ὥσπερ ἐκ σπέρματος ἀγαθοῦ φύντες διαλάμπουσιν, πρόεδροι τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας καθεστῶτες. Οἱ γὰρ σωτηρίας ἄξιοι παρὰ Θεῷ κριθέντες, μόνοι τεύξονται, φησὶ, τῆς ἐπαγγελίας, τῶν Ἰουδαίων μάτην φανταζομένων ἐπιστροφὴν ἔσεσθαι τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους. Αἰχμαλωσίας δὲ ἐλευθερίαν χρὴ νοεῖν, τὴν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν μεταβολὴν τῶν ψυχῶν· ἣν καὶ ὁ Σωτὴρ παρίστη, ὁπηνίκα ἐν τῇ συναγωγῇ λαβὼν τὴν βίβλον τοῦ Ἡσαΐου, τήν τε περικοπὴν ἀναγνοὺς τὴν ἐκ προσώπου αὐτοῦ φήσασαν· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν· » καὶ πτύξας τὴν
D βίβλον, εἶπε· « Σήμερον ἡ Γραφὴ αὕτη πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν· » διδάσκων δὴ, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ λυτρωτὴς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν.

« Καὶ συντριβήσονται οἱ ἄνομοι, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα, καὶ οἱ ἐγκαταλιπόντες τὸν Κύριον συντελεσθήσονται. » Ἀλλ' ἐκποδὼν γίνεσθαι τοὺς τῆς πονηρίας διδασκάλους. Τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι, ἐδίδαξεν ὁ λόγος διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰπών· « Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν· λαὸς πλήρης ἀνομίας. »

« Διότι καταισχυνθήσονται ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, ἃ αὐτοὶ ἠβούλοντο, καὶ ἐπαισχυνθήσονται ἐπὶ τοῖς κήποις αὐτῶν, ἃ ἐπεθύμησαν. » Πλὴν ἐπὶ τοῖς αἰ-

(8) Hæc interpretatio, teste Hieronymo, est Theodotionis; quare Aquilæ nomen irrepsisse videtur.

σχροῖς αἰσχύνη ἐκ συναισθήσεως αὐτοῖς ἐγγενομένη, τῆς ἀναισχύντου καὶ ἀναιδοῦς προαιρέσεως μεταβολὴν αὐτοῖς ἔμελλεν ἐμποιήσειν.

« Ἔσονται γὰρ ὡς τερέβινθος ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ ἔχων· » οἱ πάλαι ὄντες ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, καὶ ἐλαία εὔσκιος. Εἰ γοῦν τις θεάσαιτο τὰς παρ' αὐτοῖς τῶν θείων Γραφῶν ἐπαγγελίας, νομικῶν τε καὶ προφητικῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, βίβλων τε ἱστορικῶν καὶ στιχηρῶν λόγον, ὑμνῳδίας τε τρόπους, καὶ ψαλμῳδίας· ὄψεται παράδεισον ἀληθῶς, καὶ λειμῶνα παντοίων ἀγαθῶν. Εἰ δὲ ζητήσειε παρ' αὐτοῖς τὸν ἔμψυχον καὶ γόνιμον καὶ ζῶντα Λόγον, οὗ ὁ πίνων πηγὴν ἕξει ὕδατος ζῶντος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· οὐκ ἂν εὕροι.

« Καὶ ἔσται ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ὡς καλάμη στυππείου, καὶ αἱ ἐργασίαι αὐτῶν ὡς σπινθῆρες· καὶ κατακαυθήσονται οἱ ἄνομοι, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα· καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων. » Οὐ σίτου, οὐδέ τινος ἑτέρου τῶν ἀναγκαίων καλάμη, διὰ τὸ ἀφῃρῆσθαι ἀπ' αὐτῶν ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, καὶ ἰσχὺν ἄρτου, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὸ οὐδὲ δύνανται λέγειν τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς ὁμοίως· « Πάντα ἰσχύομεν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι ἡμᾶς Θεῷ· » καὶ, « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις ἢ στενοχωρία; » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω δὲ γέγονεν αὐτῶν ἡ ἰσχὺς ὡς καλάμη στυππείου, ὡς μὴ μόνον ἀπολέσαι τὴν ἐλευθερίαν, ἐν ᾗ πρότερον ἐκόμων, αὐτονομίᾳ καὶ βασιλείᾳ οἰκείᾳ χρώμενοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς τυχοῦσι Ῥωμαίων στρατιώταις ἀνδράσι δουλεύειν. Καὶ αὐτῶν γὰρ αἱ ἐργασίαι πυρὶ αἴτιαι, ἅτε οὐ χρυσὸν οὐδὲ ἄργυρον οὐδὲ λίθους τιμίους, ξύλον δὲ μόνον καὶ καλάμην οἰκοδομούντων. Ὁρᾷς ὅπως πυρπόλησιν καὶ ἐμπρησμὸν ἀπειλεῖ αὐτοῖς ὁ λόγος· καὶ τοῦτο τέλος τῆς παρούσης κατ' αὐτῶν προφητείας· ὃ δὴ καὶ παραχρῆμα πρὸς λέξιν ἀπέβη, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τόλμαν πυρποληθείσης αὐτοῖς τῆς μητροπόλεως, τῶν τε ἐν αὐτῇ ἀσεβῶν ἐκ τῶν οἰκείων σπινθήρων τὸ ἄσβεστον πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῖς ταμιευσαμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

« Ὁ λόγος ὁ γενόμενος παρὰ Κυρίου πρὸς Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμὼς περὶ τῆς Ἰουδαίας καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐξελέγξει λαὸν πολὺν αὐτός. » Αὐτὸς δὲ καὶ διέκρινεν ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, ἀφορίσας ἑαυτῷ τοὺς ἀξίους, καὶ ἐκλεξάμενος τοὺς κλητοὺς ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων. Οὕτως οὖν ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν διακρίνας ὁ εὐαγγελικὸς νόμος, λαὸν πολὺν ἤλεγξεν, ἤτοι τοὺς

A sus, quem de fœdis suis gestis percepturi sunt, impudenti et inverecundo eorum proposito mutationem afferet.

Vers. 30. « Erunt enim sicut terebinthus defluentibus foliis, et sicut paradisus sine aqua : » qui olim erant vinea Domini Sabaoth, et oliva umbrosa. Si quis enim respexerit ad promissa quæ in divinis Scripturis penes illos habentur, ad legalium et propheticarum Scripturarum lectiones, ad librorum tam historicorum, quam metricorum concentum, modos et psalmodias, is vere paradisum, et pratum bonis omnibus repletum videat. Quod si quis apud illos animatum, fertile ac vivens Verbum quæsierit, ex quo quisquis biberit, habebit fontem aquæ vivæ, salientis in vitam æternam; neutiquam inveniat.

B

Vers. 31. « Et erit fortitudo illorum ut calamus stuppæ et opus eorum ut scintillæ : et comburentur iniqui et peccatores simul, et non erit qui exstinguat. » Non frumenti, aut alterius cujuspiam necessariæ rei, calamus, quia ablatus est ab illis robustus et robusta, robur panis, etc. Ideo dicere nequeunt perinde atque Christi discipuli : « Omnia possumus in eo, qui nos confortat Deo [10]; » et : « Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia [11]? » et cætera. Ita porro fortitudo eorum ut calamus stuppæ facta est; ut non modo libertatem, qua prius proprio jure ac regno utentes florebant, amitterent, sed etiam quibusvis Romanis

C militibus servirent. Eorum quippe opera ignis causa fuerunt : quippe qui non aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed lignum tantum et calamum ædificarent. Viden' quomodo flammas et incendium comminetur ipsis? Et hic finis est præsentis contra illos prophetiæ, cujus eventus statim, neque ita multo post perpetratum contra Salvatorem nostrum facinus, ad litteram contigit, cum eorum metropolis incendio tradita est, et impii homines in ea commorantes ex scintillis suis ignem inexstinguibilem ac æternum, iramque Dei in die iræ sibi recondiderunt.

CAPUT II.

Vers. 1-4. « Verbum quod factum est a Domino ad Hesaiam filium Amos circa Judæam et Jerusalem :

D quia erit in novissimis diebus conspicuus mons Domini et domus Dei supra verticem montium : et elevabitur super colles : et venient ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob : et annuntiabit nobis viam suam, et incedemus in ea. Nam ex Sion exibit lex, et verbum Domini ex Jerusalem. Et judicabit inter gentes, et arguet populum multum ipse. » Ipse autem judicavit inter gentes, eos qui se digni erant sibi segregans, vocatosque a non vocatis seligens. Sic itaque lex evangelica, in medio gentium dijudicans, multum populum coarguit; sive iis, qui in se crediderunt de pristino errore suo convictis; sive

[10] Philipp. IV, 13. [11] Rom. VIII, 35.

lis, qui non crediderunt, ut suapte culpa pereuntibus, confutatis.

« Et confringent gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces: et non levabit gens contra gentem gladium, et non exercebuntur ultra ad prælium. » Non ultra bellicam artem ediscunt, in qua se prius a puero, quasi necessaria, per agros et urbes exercebant, vicinorum hostium formidine commoti. Imo etiam qui Dominum nostrum Jesum Christum susceperunt, omni præliandi studio exempti, in pace demum versantur; ita ut non ulterius ab adversariis potestatibus oppugnentur, neque dæmonibus in se olim imperium obtinentibus subditi sint. Quibus Servator ipse pacem procurans suam ait: « Pacem meam do vobis [12]. »

VERS. 5. « Et nunc, domus Jacob, venite, ambulemus in lumine Domini. » Consequenter itaque propheta, postquam gentium vocationem, et effusam in omnes homines pacem recensuit, suum erga familiares suos affectum commonstrat: populum suum commonefaciens, ut Christi gratiam omnibus gentibus datam et lumen evangelicum suscipiat: seseque, ad concitandum instigandumque populum, iisdem adnumerat, auctorque est ut lucem Domini adeant. Lucem porro Domini vocat legem Novi Testamenti ex Sion prodeuntem, et salutare evangelicumque verbum.

VERS. 6. « Dimisit enim populum suum, domum Israel: quia repleta est ut a principio terra eorum vaticiniis, ut terra alienigenarum: et multi filii alienigenæ facti sunt eis. » Hic quasi Deo defensionem parans, causam affert cur eos dimiserit his verbis: « Quia repleta est, ut a principio, terra eorum vaticiniis, » et cætera: quibus declarat ipsum non sine causa eos dimisisse.

VERS. 7-9. « Repleta est enim terra eorum argento et auro, et non erat numerus thesaurorum illorum: et repleta est terra equis, et innumerabiles currus ejus: et repleta est terra abominationibus operum manuum eorum, et adoraverunt ea quæ fecerunt digiti eorum: et incurvavit se homo, et humiliatus est vir. » Eorum, quorumnam, nisi alienigenarum habitatorum qui adoraverunt ea quæ fecerunt digiti eorum? Hæc porro omnia gentes significant alienigenas, quæ in Jerusalem et in Judæa habitaturæ erant. Quæ post Salvatoris nostri adventum, et post emissam lucem evangelicam, quæ illuminavit omnes gentes, completa sunt: quia prophetam non audierunt, se ita compellantem, « Venite, ambulemus in lumine Domini. »

VERS. 10-12. « Et non dimittam eos: et ingredimini in petras, et abscondimini in terra a facie timoris Domini et a gloria fortitudinis ejus: cum

[12] Joan. XIV, 27.

A εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἀπελέγξας τὴν ἐν αὐτοῖς προτέραν πλάνην, ἢ τοὺς μὴ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἐλέγξας παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν ἀπολλυμένους.

« Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Οὐκέτι γὰρ διδάσκονται τὰ πολεμικά, ἃ δὴ πρότερον ὡς ἀναγκαῖα ἐκ παίδων κατ' ἀγροὺς καὶ κατὰ πόλεις ἠσκοῦντο διὰ τὸν ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων πολεμίων φόβον· ἀλλὰ καὶ οἱ καταδεξάμενοι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πάσης πολεμικῆς προαιρέσεως ἀπαλλαγέντες, ἐν εἰρήνῃ λοιπὸν διάγουσιν· ὡς μηκέτι ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων πολεμεῖσθαι, μηδὲ ὑποχειρίους εἶναι τῶν πάλαι κρατούντων αὐτῶν δαιμόνων. Οἷς καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ B προξενῶν εἰρήνην φησί· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

« Καὶ νῦν, ὁ οἶκος τοῦ Ἰακώβ, δεῦτε, πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. » Ἀκολούθως τοίνυν ὁ προφήτης, διεξελθὼν τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν χυθεῖσαν εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰρήνην, τὴν εἰς τοὺς οἰκείους ἐνδείκνυται φιλοστοργίαν, παρακαλῶν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὑποδέξασθαι τὴν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δωρηθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ χάριν, καὶ τὸ φῶς τὸ εὐαγγελικόν. Συγκαταλέγει δὲ ἐκείνοις καὶ ἑαυτὸν, εἰς προτροπὴν καὶ παρόρμησιν τοῦ λαοῦ· παραινετικῶς παρακαλῶν τοῦ φωτὸς Κυρίου μεταλαγχάνειν· φῶς Κυρίου ὀνομάζων τὸν ἐκ Σιὼν προελθόντα νόμον τῆς Καινῆς Διαθήκης, καὶ τὸν σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν λόγον.

C « Ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπλήσθη ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς. » Διὰ τί δὲ αὐτὸν ἀνῆκεν, ὥσπερ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ, τὰς αἰτίας τίθησιν ἑξῆς ἐπιφέρων· « Ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς κληδονισμῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν παρίστησιν, ὅτι μὴ ἀλόγως αὐτοὺς ἀνῆκεν.

« Ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ χώρα αὐτῶν ἀργυρίου καὶ χρυσίου, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν θησαυρῶν αὐτῶν· καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ ἵππων, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν ἁρμάτων αὐτῶν· καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ βδελυγμάτων τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν οἷς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν· καὶ ἔκυψεν ἄνθρω- D πος, καὶ ἐταπεινώθη ἀνήρ. » Τίνων αὐτῶν, ἢ τῶν ἀλλοφύλων οἰκητόρων οἳ καὶ προσεκύνησαν οἷς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν; Ταῦτα πάντα σημαντικὰ τυγχάνει ἀλλοφύλων ἐθνῶν, μελλόντων οἰκεῖν αὐτήν τε τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Ἰουδαίαν χώραν. Ἃ δὴ ἐπληροῦτο μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, καὶ μετὰ τὸν λόγον τὸν φωτίσαντα πάντα τὰ ἔθνη· ἐπειδὴ μὴ ὑπήκουσαν τοῦ κεκληκότος αὐτοὺς προφήτου· « Δεῦτε καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. »

« Καὶ οὐ μὴ ἀνήσω αὐτοὺς, καὶ συνεισέλθετε εἰς τὰς πέτρας, καὶ κρύπτεσθε εἰς τὴν γῆν ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος

αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. Οἱ γὰρ ὀφθαλ- A μοὶ Κυρίου ὑψηλοὶ, ὁ δὲ ἄνθρωπος ταπεινός. Καὶ ταπεινωθήσεται τὸ ὕψος τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑψωθήσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· ἡμέρα γὰρ Κυρίου Σαβαὼθ ἐπὶ πάντα ὑβριστὴν καὶ ὑπερήφανον, καὶ ἐπὶ πάντα ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, καὶ ταπεινωθήσονται· » ὅπερ ἡγοῦμαι περὶ τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως λέγεσθαι· διὸ οὐ περὶ μόνων Ἰουδαίων ὁ λόγος τὰ παρόντα θεσπίζει, καθολικῶς δὲ περὶ πάντων τῶν τοιῶνδε ἀνθρώπων. Προαναφωνεῖ τοίνυν καθαίρεσιν ἔσεσθαι τῆς ἐν ἀνθρώποις εἰδωλολατρείας· μόνον δὲ παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ὑψοῦσθαι τὸν Κύριον, παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ταπεινουμένου.

« Καὶ ἐπὶ πᾶσαν κέδρον τοῦ Λιβάνου τῶν ὑψηλῶν καὶ μετεώρων, καὶ ἐπὶ πᾶν δένδρον βαλάνου Βασὰν, B καὶ ἐπὶ πᾶν ὑψηλὸν ὄρος, καὶ ἐπὶ πάντα βουνὸν ὑψηλὸν, καὶ ἐπὶ πάντα πύργον ὑψηλὸν, καὶ ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑψηλὸν, καὶ ἐπὶ πᾶν πλοῖον θαλάσσης, καὶ ἐπὶ πᾶσαν θέαν πλοίων κάλλους· καὶ ταπεινωθήσεται πᾶς ἄνθρωπος, καὶ πεσεῖται ὕβρις τῶν ἀνθρώπων. » Ἐπιβαλῶ ἐπ' αὐτοὺς τὸ δίκτυόν μου, καθὼς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατάξω αὐτούς. Τάχα δὲ καὶ κατὰ τὴν προσδοκωμένην τοῦ Κυρίου ἡμέραν τῆς κρίσεως, τὴν τῶν τοιούτων πάντων ἀπώλειαν ἔσεσθαι προφητεύει· ὧδέ πως αἰνιξάμενος ἐπικεκαλυμμένως τοὺς κρατοῦντας τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τὰ ὕψη, καὶ τὰ ἀξιώματα, τάς τε ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τοὺς ἐν τῷ βίῳ κοσμοκράτορας τοὺς τὸν Θεὸν μὴ ἐπεγνωκότας.

« Καὶ ὑψωθήσεται Κύριος μόνος ἐν τῇ ἡμέρᾳ C ἐκείνῃ, καὶ τὰ χειροποίητα πάντα κατακρύψουσιν, εἰσενέγκαντες εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰς τρώγλας τῆς γῆς, ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. » Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀσεβεῖς, τῆς τοῦ Κυρίου ἐπιστάσης ἡμέρας, τὰς δόξας αὐτῶν, ἃς εἶχον πρότερον ἐν τῇ ψυχῇ περὶ τῆς πολυθέου πλάνης, κατακρύψουσιν ἐν ταῖς διεῤῥωγυίαις αὐτῶν διανοίαις, ἐκβαλοῦσί τε καὶ ἀποῤῥίψουσι τοῦ ἑαυτῶν λογισμοῦ πᾶσαν τὴν ψευδῆ περὶ τῶν εἰδώλων ὑπόληψιν.

« Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκβαλεῖ ἄνθρωπος τὰ βδελύγματα αὐτοῦ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησε προσκυνεῖν τοῖς ματαίοις καὶ ταῖς νυκτερίσι, τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὰς τρώγλας τῆς στερεᾶς πέτρας καὶ D τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν. » Εἰδωλολατρούσης τῆς Ἱερουσαλὴμ, μᾶλλον δὲ ἁπάσης πεπυρωμένης τῆς Ἰουδαίας, κατεχεῖτο τρόπον τινὰ τῆς Ἰουδαίας ὁ Βαβυλωνίων πόλεμος· οἳ, πᾶσαν καταδῃώσαντες, ἀπεκτόνασι μὲν τοὺς κατειλημμένους· γύναια δὲ καὶ παῖδας ἀπεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν γῆν. Πλὴν τῆς ἐφόδου προαπηγγελμένης καὶ μελλούσης ἔσεσθαι, τοσοῦτον τοῖς Ἰουδαίοις γέγονε δεῖμα, καὶ ἀγωνίας εἰς τοῦτο πεπτώκασιν, ὡς ἐν σπηλαίοις καὶ ταῖς τῶν ὀρῶν ῥωγμαῖς κατακρύπτεσθαι, καὶ τόπους ἀβάτους καταλαμβάνειν, ἁπάσης αὐτῶν ἀτονούσης χειρὸς πρὸς τὴν τῶν ἐπιόντων ἀντίστασιν.

surrexerit ad conterendam terram. Nam oculi Domini sublimes, homo autem humilis. Et humiliabitur altitudo hominum, et exaltabitur Dominus solus in die illa: dies enim Domini Sabaoth super omnem contumeliosum et superbum, et super omnem excelsum et sublimem, et humiliabuntur. » Quæ puto de die judicii prolata fuisse. Quamobrem non de Judæis tantum hæc vaticinatur, sed universim de omnibus hujusmodi hominibus. Prænuntiat itaque evertendam esse apud homines idololatriam, solumque in hominibus exaltandum Dominum esse, depressa omni contra Dei cognitionem insurgente celsitudine.

Vers. 13-17. « Et super omnes cedros Libani excelsas et sublimes, et super omnem quercum Basan, et super omnem montem excelsum, et super omnem collem excelsum, et super omnem turrim sublimem, et super omnem murum excelsum, et super omnem navem maris, et super omnem aspectum pulchritudinis navium: et humiliabitur omnis homo, et cadet altitudo virorum. » Injiciam in eos rete meum, ipsosque instar volucrum cœli detraham. Fortasse vero omnium perniciem in illa exspectata Domini die fore vaticinatur, hisque obscure subindicat principes hujus sæculi, celsitudines, dignitates, principatus et potestates, hujusque mundi rectores, qui Deum non noverunt.

Vers. 18, 19. « Et exaltabitur Dominus solus in die illa, et omnia manufacta abscondent, inferentes in speluncas et in scissuras petrarum, et in foramina terræ, a facie timoris Domini, et a gloria virtutis ejus: cum surrexerit ad percutiendum terram. » Quin etiam impii, adveniente Domini die, opiniones suas, quas circa pluralitatis deorum errorem mente prius tenebant, in discissis et diruptis mentibus suis occultabunt, atque omnem mendacem de idolis opinionem eliminabunt et abjicient ex cogitatione sua.

Vers. 20-22. « Nam in die illa ejiciet homo abominationes suas argenteas et aureas, quas fecit, ut adoraret vana et vespertiliones, ut ingrediatur in foramina duræ petræ et scissuras petrarum, a facie timoris Domini et a gloria fortitudinis ejus, cum surrexerit ad conterendam terram. » Dum Jerusalem idola coleret, imo potius cum tota Judæa incenderetur, in Judæa diffusum quodammodo est Babyloniorum bellum: qui, illa penitus vastata, captos viros interfecerunt; mulieres vero et pueros in terram suam transtulerunt. Cæterum cum talis irruptio prænuntiata fuisset et futura esset, tanto Judæi metu perterriti sunt, et in tantas angustias redacti, ut in speluncis et in montium scissuris sese occultarent, et invia loca peterent, cum manus eorum ad obsistendum invadentibus prorsus debiles essent.

CAPUT III.

Vers. 1-2. « Ecce Dominus Sabaoth auferet a Judæa et a Jerusalem, robustum et robustam, robur panis et robur aquæ, gigantem et fortem virum, bellatorem et judicem, et prophetam, et ariolum, et senem. » Id porro continget illis; non ob idololatriam, nec ob alia quædam facinora; sed ob solum consilium vere impium, nefarium et improbum contra Dominum initum. Animadverte igitur quo pacto post illas omnes adversus illos intentatas minas, his verbis inferat :

« Peccatum autem eorum, quasi Sodomorum, annuntiaverunt et declaraverunt. Væ animæ eorum, quia inierunt consilium malum contra seipsos, dicentes : Alligemus justum, quia difficilis nobis est. » Hæc quippe causa minarum omnium erat. Hinc porro sine controversia probari æstimo hæc post Salvatoris adventum finem accepisse. Confertim ergo et una secundum prophetiam, omnia ab Jerusalem et a Judæa defecerunt et ablata sunt, non alio, quam structarum contra Salvatorem nostrum insidiarum tempore. Ac primo ablati sunt robustus et robusta, sive, secundum Aquilam, « fulcrum et fulcimentum, » vel, secundum Symmachum, « sustentaculum et sustentatio. » Quod intelligas secundum apostolicum sermonem, qui homines sancta vita exornatos, columnas et firmamentum vocavit. Et quidem etiam apud priscum illum populum quidam erant, qui pro totius gentis sustentaculo haberi poterant : quos de medio eorum tollendos esse comminatur.

« Robur panis et robur aquæ. » Hæc vero spirituali more accipiens, advertas velim, non panem, non aquam auferendam esse dici, sed robur panis et robur aquæ; quod ex alterius prophetæ verbis intelligas : « Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus, et mittam famem super terram; non famem panis, nec sitim aquæ; sed famem audiendi verbum Domini [13]. » Est igitur animæ panis, sermo quispiam alendi vi præditus; similiterque potus rationabilis : quorum etsi Judæi se participes esse putent, dum divinas Scripturas transcurrunt, et circa disciplinam promissionesque earum studiose versantur : at robur nutrientis sermonis, vivificæque terræ alimentum, nemo apud ipsos reperiat. Panem ergo sensilem neutiquam memorat; nec aquas itidem quæ triti ac communis sint usus; sed illum potius panem, de quo ait David : « Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducavit homo [14]. » Aquas item ipsum meminisse dicimus spirituales, de quibus Isaias propheta alibi [15] talia fatur : « Et haurient aquam cum gaudio de fontibus Salutaris : » quin et ipse Salvator : « Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum ; qui vero biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam [16]. « Hu-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

« Ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχύοντα ἄνθρωπον, πολεμιστὴν καὶ δικαστὴν, καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον. » Τοῦτο δὲ συμβήσεται αὐτοῖς, οὔτε δι' εἰδωλολατρείαν, οὔτε δι' ἑτέρας πράξεις τινάς· διὰ μόνην δὲ βουλὴν ἄθεον ἀληθῶς, καὶ ἀσεβῆ, καὶ πονηρὰν, τὴν κατὰ τοῦ Κυρίου. Θέα γοῦν ὅπως μετὰ πάσας τὰς κατ' αὐτῶν ἀπειλὰς ἐπάγει λέγων·

« Τὴν δὲ ἁμαρτίαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων ἀπήγγειλαν καὶ ἐνεφάνισαν. Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν εἰπόντες, ὅτι Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. » Τὸ γὰρ αἴτιον τῶν ἀπειλουμένων ἁπάντων τοῦτο ἦν. Καὶ ἐκ τούτων δὲ ἀναμφιλέκτως οἶμαι συνίστασθαι τὸ μετὰ τὴν σωτήριον παρουσίαν ταῦτα τέλους τετυχηκέναι. Ἀθρόως οὖν ἐξέλιπε καὶ ἀφῃρέθη κατὰ τὴν προφητείαν, ἀπό τε τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, ὁμοῦ τὰ πάντα, οὐκ ἄλλοτε ἢ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλήν. Καὶ πρῶτον ἀφῃρέθησαν ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « ἔρεισμα καὶ ἐρεισμόν· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « στήριγμα καὶ στηριγμόν. » Ὅπερ νοήσεις κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον, ὃς τοὺς βίῳ τῷ κατὰ Θεὸν ἐμπρέποντας στύλους τε καὶ ἑδραίωμα ὠνόμασε. Πάντως δέ που καὶ παρὰ τῷ προτέρῳ λαῷ ἦσάν τινες ὥσπερ ἑδραιώματα τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους, οὓς ἀρθήσεσθαι ἀπ' αὐτῶν ὁ λόγος ἀπειλεῖ.

« Ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος. » Νοητῶς δὲ ἐκλαμβανόμενος ταῦτα, ὅρα, ὅτι οὐκ ἄρτον, οὔτε ὕδωρ εἶπεν ἀφελεῖν, ἀλλ' ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος· ὅπερ νοήσεις ἀφ' ἑτέρου προφήτου φήσαντος· « Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἀποστελῶ λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν· οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. » Ἔστιν οὖν ψυχῆς ἄρτος θρεπτικός τις λόγος, καὶ ποτὸν ὡσαύτως λογικόν· ὧν εἰ καὶ νομίζουσι μεταλαμβάνειν Ἰουδαίων παῖδες, ἐν τῷ τὰς θείας διέρχεσθαι Γραφὰς, καὶ περὶ τὰς ἐκμαθήσεις καὶ ἐπαγγελίας αὐτῶν φιλοκαλεῖν· ἀλλὰ τὴν (6) ἰσχὺν τῶν θρεπτικῶν λόγων, καὶ τὸ θρεπτικὸν τῆς ζωοποιοῦ γῆς οὐκ ἂν εὕροις παρ' αὐτοῖς. Ἄρτου τοίνυν πάλιν οὐκ αἰσθητοῦ μνημονεύει· ἀλλ' οὐδὲ ὑδάτων τῶν ἐν καταχρήσει κοινῇ· ἐκείνου δὲ μᾶλλον περὶ οὗ φησιν ὁ Δαυῒδ « ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. » Ὑδάτων τε διαμεμνῆσθαί φαμεν αὐτὸν νοητῶν, περὶ ὧν αὐτός πού φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· « Καὶ ἀντλήσουσιν ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ Σωτηρίου· » καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Σύνες δὲ ἀκριβῶς τὰς περὶ τούτων τοῦ

[13] Amos VIII, 11. [14] Psal. LXXVII, 24. [15] Cap. XII, 3. [16] Joan. IV, 13, 14.

(9-6) Hunc item locum expressit Hieronymus, initio secundi libri.

προφήτου φωνάς· οὐ γὰρ εἴρηκεν ἁπλῶς ἀφαιρεθήσεσθαι τῶν Ἰουδαίων ἄρτον τε καὶ ὕδωρ, ἀλλ' « ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος· » καὶ δεῖ ἡμᾶς οἴεσθαι τοιοῦτόν τι διδάσκειν βούλεσθαι αὐτόν. Ἡμεῖς γὰρ τοῖς ἱεροῖς περιτυγχάνοντες λόγοις, καὶ τὰς θείας ἀναγινώσκοντες Γραφάς, εἶτα συνιέντες αὐτάς, ἰσχὺν ἄρτου νοητοῦ δεχόμεθα· « Οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ, φησί, ζήσεται ἄνθρωπος· ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. » Ὁμοίως δὲ νοήσεις καὶ ἐφ' ὑδάτων νοητῶν. Ἰουδαῖοί γε μὴν ἔχουσι μὲν τὸν ἄρτον καὶ τὸ ὕδωρ ἔτι· πολυπραγμονοῦσι γὰρ τὰ Μωϋσέως γράμματα, καὶ ἀναγινώσκουσι τὸν νόμον· ἐπειδὴ δὲ γινώσκουσιν οὐδέν, οὐκ ἔχουσι τὴν ἰσχὺν τοῦ ἄρτου, οὔτε μὴν τὴν ἰσχὺν τοῦ ὕδατος. Ψιλὸν γὰρ αὐτοῖς καὶ μόνον τὸ γράμμα δέδοται, ἄρτου μὲν καὶ ὕδατος ὑπόληψιν ἔχον, τρέφον δὲ αὐτοὺς κατ' οὐδένα τρόπον εἰς εὐεξίαν τὴν νοητήν. Καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ Παῦλος· « Ἄχρι γὰρ σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται, » μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἀφῃρῆσθαί φαμεν ἐκ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος· καὶ λόγος ἐστὶ μυστικός. Ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ διὰ πίστεως κεκλημένοι πρὸς ἁγιασμόν, τὸν ἄρτον ἔχομεν τὸν ἐξ οὐρανοῦ, τουτέστι Χριστόν, ἤτοι τὸ σῶμα αὐτοῦ. Εἰ δὲ δή τις ἔροιτο, ποία τίς ἐστιν ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, φαμὲν ὅτι ζωοποιός· δίδωσι γὰρ τῷ κόσμῳ ζωήν. Προσίεμεν δὲ ὁμοίως καὶ τῇ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριτι, τοῦ ἁγιάζοντος ἡμᾶς ὕδατος τὴν ἰσχὺν εἶναι λέγοντες, ἁμαρτιῶν ἀπόθεσιν, ἀναγέννησιν πνευματικὴν εἰς συμμορφίαν τὴν εἰς αὐτὸν τὸν Χριστόν· καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις, παῤῥησίαν εἰσόδου τῆς εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Ἐὰν γάρ τις, φησί, « μὴ γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Ἐστέρηνται δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τῶν τοιούτων ἀγαθῶν· οὐ γάρ ἐστι παρ' αὐτοῖς ἰσχὺς ἄρτου, τουτέστιν ἡ ἐν Χριστῷ ζωοποίησις, οὐδ' ἔχουσι τὴν τοῦ ὕδατος ἰσχύν· ἀπομεμένηκε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἀναπόνιπτος ἡ ἁμαρτία· οὐκ εἰσελαύνουσιν εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, τὸν εἰσκομίζοντα Χριστὸν ἀτιμάζοντες. Οὐ γὰρ ἐπίστευον λέγοντι· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, » καὶ, « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. »

Καὶ πεντηκόνταρχον, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν. Καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν. » (7) Τίς οὖν ὁρῶν τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις ὀνομαζομένους πατριάρχας, νεανίσκους ἀληθῶς, οὐ τὴν τῶν σωμάτων ἡλικίαν, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀτελεῖς καὶ ἐνδεεῖς φρενῶν, τούς τε λοιποὺς αὐτῶν διδασκάλους, οὐκ ἂν εἴποι ἐμπαίκτας εἶναι, καὶ οὓς ἡ προφητεία ἐδήλου;

« Καὶ συμπεσεῖται ὁ λαὸς, ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον, καὶ ἄνθρωπος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· » μηδε-

A jus porro prophetæ ea de re voces accurate intelligas: non enim simpliciter dixit, auferendum a Judæis esse panem et aquam; sed « robur panis et robur aquæ: » parque est ut nos eum quidpiam simile edocere arbitremur. Nos quippe in sacris sermonibus versantes, ac divinas Scripturas persæpe legentes, ac demum ipsas intelligentes, hic spiritualis panis vim intelligimus: « Non enim in pane solo, ait, vivet homo; sed in omni verbo quod egreditur per os Dei [17]. » Aquas pariter spirituales intelligas oportet. Judæi sane panem et aquam habent hactenus; nam Moysis scripta curiosius evolvunt, legemque perlegunt; quia vero nihil intelligunt, robur panis non habent, neque robur aquæ obtinent. Sola quippe et nuda littera B concessa illis est, quæ quidem aliquam panis et aquæ rationem et opinionem habeat, neque tamen illos ullatenus alat ad bonam spiritus valetudinem. Quam rem Paulus testificatur, his verbis: « Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum [18], » non revelatum, quia in Christo aufertur. Alio item modo dicimus ablatum fuisse a Judæorum synagoga robur panis et robur aquæ: sermo autem mysticus est. Nos quippe qui per fidem vocati sumus ad sanctificationem, panem habemus de cœlo, scilicet Christum, sive corpus ejus. Quod si quis quærat, quodnam sit robur ejus, dicimus, vivificum esse: nam dat vitam mundo. Accedimus similiter ad gratiam sacri baptismi: ac dicimus aquæ nos C sanctificantis robur esse peccatorum depositionem, regenerationem spiritualem ad conformationem in ipsum Christum; ad hæc vero, fiduciam ingrediendi in regnum cœlorum; nam ait: « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest intrare in regnum cœlorum [19]. » Judæi autem his bonis privantur: non enim penes illos est robur panis, id est, vivificatio in Christo: neque item robur aquæ obtinent: nam penes illos peccatum sine ablutione remanet; neque ad regnum cœlorum tendunt, qui Christum eo ducentem dedecore affecerint. Neque enim crediderunt dicenti, « Ego sum via [20], » et, « Ego sum ostium [21]. »

VERS. 3-4. « Et principem super quinquaginta, D et admirabilem consiliarium, et sapientem architectum et prudentem auditorem. Et constituam pueros principes eorum, et derisores dominabuntur eis. » Quis ergo conspectis iis, qui apud Judæos patriarchæ vocantur; non vere pueros, non corporea statura, sed animi imperfectione, ac mentis indigentia, nuncupet, reliquosque eorum doctores, non derisores dicat, et quales hic propheta significat?

VERS. 5. « Et irruet populus, homo ad hominem, et homo ad proximum suum: » quod nullus

[17] Matth. IV, 4. [18] II Cor. III, 15. [19] Joan. III, 3. [20] Joan. XIV, 6. [21] Joan. X, 7.

(7) Hic Hieronymus, « Consideremus patriarchas Judæorum: et juvenes, sive pueros, effeminatosque ac deliciis affluentes: et impletam prophetiam esse cernemus. »

ordo esset, neque verbum Dei in illis versaretur.

VERS. 6-8. « Quia apprehendet homo fratrem suum, aut domesticum patris sui, dicens, Vestimentum habes, princeps esto nobis, et cibus meus sub te sit. Et respondens in die illa dicet: Non ero princeps tuus; non enim in domo mea est panis, neque vestimentum. Non ero princeps populi hujus: quia relinquitur Jerusalem, et Judæa corruit. » Quare in tantam mentis penuriam et indigentiam venturos illos esse dicit, ut neque vestimentum neque panem habeant, ita ut vestimentum spiritualiter accipi possit, pro decoro ornatoque sermone, qui animæ eorum turpitudinem obtegat, panis autem intelligi possit is, qui animam enutriat.

« Et linguæ eorum cum iniquitate, Domino non obtemperantes: quoniam nunc humiliata est gloria eorum. » Annon linguas suas exacuerunt contra Dominum, quando hasce impias emisere voces, « Tolle, tolle eum; et sanguis ejus super nos et super filios nostros [22]? » Tunc revera lingua eorum et studia eorum, secundum Aquilam, contra Dominum fuere, ad exacerbandum illum, secundum Symmachum.

VERS. 9-12. « Et linguæ eorum iniquæ: quæ Domini sunt non credunt. Itaque nunc humiliata gloria eorum, et confusio vultus eorum restitit eis. Peccatum autem suum quasi Sodomorum prædicarunt et publicarunt. Væ animæ eorum, quia inierunt consilium malum contra se, dicentes: Alligemus justum, quia inutilis est nobis. Itaque fructus operum suorum comedent. Væ iniquo, mala pro operibus manuum ejus evenient ei. Popule meus, exactores vestri demetunt vos, et exigentes dominantur vobis. Popule meus, qui beatos vos prædicunt, decipiunt vos, et semitam pedum vestrorum turbant. » Cum Judaici populi principes, Judæorum bona sibi colligere vellent per primitias et decimas, aliasque res sibi, utpote principibus et doctoribus, oblatas, non sinebant eos ad Christi cognitionem accedere. Cum ergo supra memorata lucra exigerent, ideo peccantes non coarguebant, sed omnia ad adulationem in colloquiis temperantes, beatos eos prædicabant; et a recta via ad salutare verbum ducente avertentes, gressus animæ eorum deviabant.

VERS. 13-14. « Sed nunc constituetur in judicium, sistet in judicium populum suum: ipse Dominus in judicium veniet cum senioribus populi et cum principibus ejus. » Admodum consentanee, postquam primum Salvatoris adventum ac principum populi eversionem vaticinatus est, secundi adventus ejus notitiam tradit his verbis: « Ipse Dominus veniet

A μιᾶς τάξεως οὔσης, μηδὲ λόγου Θεοῦ ἐν αὐτοῖς πολιτευομένου.

« Ὅτι ἐπιλήψεται ἄνθρωπος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἢ τοῦ οἰκείου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, λέγων· Ἱμάτιον ἔχεις, ἀρχηγὸς γενοῦ ἡμῶν, καὶ τὸ βρῶμα τὸ ἐμὸν ὑπὸ σὲ ἔστω. Καὶ ἀποκριθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐρεῖ· Οὐκ ἔσομαί σου ἀρχηγός· οὐ γάρ ἐν τῷ οἴκῳ μοῦ ἐστιν ἄρτος, οὐδὲ ἱμάτιον. Οὐκ ἔσομαι ἀρχηγὸς τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι ἀνεῖται Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἡ Ἰουδαία συμπέπτωκε. » Διὸ καὶ εἰς τοσαύτην πτωχείαν φρενῶν καὶ ἔνδειαν ἐλάσειν αὐτούς φησιν, ὡς μηδὲ ἱματίου, μηδὲ ἄρτου εὐπορεῖν· ἱματίου μὲν, ἐκλαμβάνεσθαι δυναμένου νοητῶς, τοῦ εὐσχήμονος καὶ κοσμίου λόγου τοῦ καλύπτοντος αὐτῶν τῆς ψυχῆς τὴν ἀσχημοσύνην· ἄρτου δὲ τοῦ τῆς διανοίας θρεπτι- B κοῦ.

« Καὶ αἱ γλῶσσαι αὐτῶν μετὰ ἀνομίας, τὰ πρὸς Κύριον ἀπειθοῦντες· διότι νῦν ἐταπεινώθη ἡ δόξα αὐτῶν. » (8) Ἢ οὐχὶ τὰς ἑαυτῶν ἠκόνησαν γλώσσας κατὰ τοῦ Κυρίου, ὁπηνίκα τὰς ἀσεβεῖς ἠφίεσαν φωνὰς λέγοντες· « Αἶρε, αἶρε αὐτόν· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν; » Τότε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ γλῶσσα αὐτῶν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, κατὰ τοῦ Κυρίου γέγονεν, εἰς τὸ παραπικρᾶναι αὐτὸν, κατὰ Σύμμαχον.

« Καὶ αἱ γλῶσσαι αὐτῶν μετὰ ἀνομίας, τὰ πρὸς Κύριον ἀπειθοῦντες. Διότι νῦν ἐταπεινώθη ἡ δόξα αὐτῶν, καὶ ἡ αἰσχύνη αὐτῶν τοῦ προσώπου ἀντέστη αὐτοῖς. Τὴν δὲ ἁμαρτίαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων ἀνήγ- C γειλαν καὶ ἐνεφάνισαν. Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ, πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. Λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύουσιν ὑμῶν. Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράσσουσι (9). » Βουλόμενοι τὰ παρὰ τοῦ λαοῦ συνάγειν οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους δι' ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ἄλλων τῶν αὐτοῖς ὡς ἄρχουσι καὶ διδασκάλοις προσφερομένων, οὐκ ἐπέτρεπον τὴν εἰς Χριστὸν γνῶσιν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν. Ἀπαιτοῦντες τοίνυν τὰ προλεχθέντα κέρδη, τούτων ἕνεκα οὐδὲ τοὺς ἁμαρ- D τάνοντας ἤλεγχον· πάντα δὲ πρὸς κολακείαν ὁμιλοῦντες, ἐμακάριζον αὐτούς· καὶ ἀποτρέποντες τῆς εὐθείας ὁδοῦ, τῆς ἀγούσης ἐπὶ τὸν σωτήριον λόγον, διέστρεφον αὐτῶν τὰ τῆς ψυχῆς βήματα.

« Ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ· αὐτὸς Κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ καὶ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ. » Σφόδρα δὲ ἀκολούθως τὴν πρώτην τοῦ Σωτῆρος παρουσίαν θεσπίσας, καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ διαστροφὴν, τῆς δευτέρας ἀφίξεως αὐτοῦ παραδίδωσι τὴν γνῶσιν, λέγων· « Αὐτὸς Κύριος

[22] Joan. XIX, 15. Matth. XXVII, 25.

(8) Hinc quoque Hieronymus quædam excerpsit.

(9) Hæc ita exprimit Hieronymus: « Loquitur autem sermo propheticus contra Scribas et Pharisæos, qui turpis lucri gratia, ut acciperent decimas, » etc., ubi item quæ subsequuntur legesis.

ἥξει εἰς κρίσιν, » καὶ τὰ ἑξῆς. « Ὑμεῖς δὲ ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν. » Οὓς ὡς παραστάντας τῷ τοῦ Κυρίου βήματι καταμέμφεται, καὶ εἰς πρόσωπον αὐτοὺς ἀπελέγχει· λαὸν δὲ αὐτοῦ ἀποκαλεῖ, καὶ ἀμπελῶνα αὐτοῦ ἐμπεπυρισμένον, τοὺς κατὰ συναρπαγὴν καὶ διαστροφὴν τῶν διδασκάλων ἠπατημένους, οὓς ἀνακαλούμενος καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφων, ἀποτρέπει τῆς τῶν προλεχθέντων διαστρόφου διδασκαλίας.

« Τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν πτωχῶν καταισχύνετε; » Ἔθος τοῖς ἀδικοῦσι καὶ ἀποστεροῦσιν, ἐπειδὰν ἐγκαλοῦνται παρὰ τῶν ἠδικημένων, ὕβρεσι καὶ λοιδορίαις καταισχύνειν αὐτοὺς, ἐξευτελίζοντες καὶ πληγὰς ἀπειλοῦντες. Τοῦτο οὖν φησι, Τὴν ὑμῖν προσήκουσαν ἐκ τῆς ἀδικίας αἰσχύνην ταύτην, ἐκ τῆς τυραννίδος ὑμῶν τοῖς πτωχοῖς περιτρέπετε.

« Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, καὶ τῇ πορείᾳ τῶν ποδῶν, ἅμα σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι· καὶ ταπεινώσει Κύριος ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιὼν, καὶ Κύριος ἀποκαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν. » Δύναται δὲ ταῦτα μὴ περὶ μόνων γυναικῶν λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ψυχῶν χαύνων καὶ τεθηλυμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

« Καὶ ἐπιλήψονται ἑπτὰ γυναῖκες ἀνθρώπου ἑνὸς λέγουσαι· Τὸν ἄρτον ἡμῶν φαγόμεθα, καὶ τὰ ἱμάτια ἡμῶν περιβαλούμεθα· πλὴν τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς. » Μὴ γὰρ ἐνδεῖν τι αὐταῖς ἢ μόνον τὸ αὐτοῦ ὄνομα, καὶ δοκεῖν ἔχειν τὸν προεστῶτα. Διὸ ὡς πρὸς σπάνιόν τινα τοῦτον, τῶν πολλῶν ἀπολωλότων, φασὶ πρὸς αὐτόν· « Πλὴν τὸ ὄνομά σου κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

« Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἔσται τὸ ὑπολειφθὲν ἐν Σιὼν, καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ, οἳ κληθήσονται πάντες, οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν ἐν Ἱερουσαλήμ. » Καὶ ἔστιν ἔργῳ παραλαβεῖν ὅπως οἱ πρῶτοι ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότες, ἀπόστολοι, καὶ μαθηταὶ, καὶ εὐαγγελισταὶ τοῦ Σωτῆρος, ὑψώθησαν καὶ ἐδοξάσθησαν, ὡς πανταχοῦ γῆς καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐπιφανεῖς αὐτοὺς γενέσθαι· καὶ εἰσέτι καὶ νῦν παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, δοξάζεσθαι αὐτῶν καὶ τοὔνομα καὶ τὴν διδασκαλίαν. Μόνοι οὖν οὗτοι ἅγιοι κληθήσονται οἱ καταξιωθέντες γραφῆναι εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ. Καὶ τούτοις παράθες τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν πρὸς τοὺς ἀποστόλους φωνὴν, δι' ἧς εἴρηται, « Ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

« Ὅτι ἐκπλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιὼν, καὶ τὸ αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν ἐν πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι

[11] Luc. x, 20.

in judicium, » etc. « Vos autem incendistis vineam meam, et rapina pauperis in domibus vestris. » Quos ut tribunali Domini astantes objurgat, et ipsos coram coarguit. Populum autem suum et vineam suam incensam vocat eos, qui ex rapina et perversitate doctorum decepti sunt: quos evocans et ad se reducens, a perversa memoratorum hominum doctrina avertit.

VERS. 15. « Quid vos injuria afflicitis populum meum, et vultum pauperum confunditis? » Mos est iis qui injuriam inferunt et abripiunt, ut cum a læsis expostulantur, contumeliis et conviciis ipsos confundant, vilipendentes ac plagas comminantes. Hoc igitur ait, Congruentem vobis ex illata injuria pudorem, tyrannica vi utentes, in pauperes refunditis.

VERS. 16, 17. « Hæc dicit Dominus: Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, et ambulaverunt erecto collo, et nutibus oculorum, et gressu pedum simul trahentes tunicas, et pedibus simul ludentes: et humiliabit Dominus Deus principatum agentes filias Sion, et Dominus revelabit habitum earum. » Possunt hæc non de mulieribus tantum, sed de mollibus etiam et effeminatis animabus dicta fuisse.

CAPUT IV.

VERS. 1. « Et apprehendent septem mulieres hominem unum, dicentes, Panem nostrum manducabimus, et vestimentis nostris operiemur: cæterum nomen tuum vocetur super nos. » Nihil enim aiunt deesse sibi, nisi nomen ejus tantummodo, et ut patronum habere videantur. Quamobrem eum, utpote qui, multis in perniciem datis, perrarus sit relictus, sic alloquuntur, « Cæterum nomen tuum vocetur super nos, » et cætera.

VERS. 2, 3. « In die illa illucebit Deus in consilio cum gloria super terram, ad exaltandum et glorificandum quod derelictum est ex Israel. Et erit quod relictum est in Sion, et quod relictum in Jerusalem, qui vocabuntur omnes, qui scripti sunt in vita in Jerusalem. » Licet autem ipso opere perspicere, quomodo primi ex Israele, qui in Christum crediderunt, apostoli, discipuli et evangelistæ Servatoris, exaltati et gloria affecti sint, ita ut ubique terrarum ac per universum orbem conspicui evaderent: et ad hoc usque tempus apud omnes gentes, tam Græcas quam barbaras, nomen et doctrina eorum celebretur. Hi ergo soli sancti vocabuntur, qui digni habiti sunt ut scriberentur in æterna vita cœlestis Jerusalem. His porro adde Salvatoris nostri vocem ad apostolos emissam, qua dicitur, « Quia nomina vestra scripta sunt in cœlis [11]. »

VERS. 3-6. « Quia abluet Dominus sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem purgabit ex medio eorum in spiritu judicii et spiritu

combustionis. Et veniet, et erit totus locus montis A Sion, et omnia quæ in circuitu ejus sunt, nebula diei obumbrabit, et quasi fumo, et quasi lumine noctu ardente, omni gloria obtegetur. Et erit in umbram ab æstu, et in protectionem et absconsionem a duritie et pluvia. » Lavacrum regenerationis, quod prius declarabat his verbis, « Lavamini, mundi estote, » etiam nunc aperte pollicetur. Hæc porro dicit de iis, qui cum cædis Christi participes fuissent, nec multum postea resipuerunt, et Evangelium ipsius agnoverunt. Hinc de filiabus Sion agit, quæ in superiori clausula incusabantur his verbis : « Quia exaltatæ sunt filiæ Sion, et erecta cervice incedebant, » et cætera. Sanguinem vero Jerusalem miro sane modo vocat cædem ibi in B Servatore perpetratam : quia isthæc causa fuit extremæ loci illius vastationis. Et consideres velim annon hic sermo apprime conveniat cum evangelico illo testimonio de Servatore nostro, ubi sic habetur, « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne [24]. » Illud enim, « in spiritu judicii et in spiritu combustionis, » nihil differt ab illo, « in Spiritu sancto et igne. » Ignei vero sermones illis admoti, peccatorum emundationem peragebant. Itemque Salvator noster in Evangelio dicitur baptizare non in aqua, sed in Spiritu et igne. Hoc enim edocet Joannes, de se quidem dicens, « Ego vos baptizo in aqua [25] ; » de Salvatore autem, « Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne [26]. »

C

CAPUT V.

VERS. 1. « Cantabo dilecto canticum Dilecti mei, vineæ meæ. Vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui. » Hoc igitur cantico, quæ in vinea sua operatus est enumerat, vineæque improbitatem coarguit : ac ea quæ ipsi eventura sunt vaticinatur. Dicitur ergo in cornu esse, quia in ipsa Hierosolyma regia metropolis consistit : solet autem Scriptura cornua regni memorare.

VERS. 2. « Et sepem circumposui et vallavi, et plantavi vineam Sorec : et ædificavi turrim in medio ejus, et protorcular fodi in ea. » Sepem vero circumposuit ei, videlicet omni populo, quem angelis D circumquaque munivit. Alio item modo vallavit eam, prophetis et sanctis viris ipsam fulciens et sustentans. Quin etiam plantavit eam vineam Sorec, quam Symmachus interpretatur, electam. Quæ autem isthæc vinea erat, nisi plane Scriptura divinitus inspirata, et piæ religionis sermo, vel etiam ipsum Dei Verbum, quod in Evangeliis hæc de se docet ac loquitur, « Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est [27] ? » Ex ipso quippe prior item populus divinarum disciplinarum plantationem accepit. Protorcular autem fodit in ea, altare scilicet positum ante templum.

καύσεως. Καὶ ἥξει, καὶ ἔσται πᾶς τόπος τοῦ ὄρους Σιών, καὶ πάντα τὰ περικύκλῳ αὐτῆς σκιάσει νεφέλη ἡμέρας, καὶ ὡς καπνοῦ, καὶ ὡς φωτὸς καιομένου νυκτός, πάσῃ τῇ δόξῃ σκεπασθήσεται. Καὶ ἔσται εἰς σκιὰν ἀπὸ καύματος, καὶ ἐν σκέπῃ καὶ ἐν ἀποκρύφῳ, ἀπὸ σκληρότητος καὶ ὑετοῦ. » Σαφῶς γὰρ τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ὃ καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδήλου λέγων· « Λούσασθε, καὶ καθαροὶ γένεσθε, » καὶ νῦν ἐπαγγέλλεται. Λέγει δὲ ταῦτα περὶ τῶν κεκοινωνηκότων μὲν τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος μιαιφονίᾳ, μικρὸν δὲ ὕστερον μεταβαλόντων καὶ γνωρισάντων αὐτοῦ τὸ Εὐαγγέλιον. Καὶ θυγατέρας Σιὼν ἐπιφέρει, τὰς ἐν τῇ ἔμπροσθεν περικοπῇ κατηγορηθείσας, ἐν τῷ λέγεσθαι· « Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιών, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ, » καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Αἷμα δὲ Ἱερουσαλὴμ θαυμαστῶς ἀποκαλεῖ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος προαχθεῖσαν ἐν αὐτῇ μιαιφονίαν, διὰ τὸ ταύτην αἰτίαν γεγονέναι τῆς ἐσχάτης ἐρημίας τοῦ τόπου. Καὶ θέα εἰ μὴ σφόδρα σύμφωνός ἐστιν ὁ παρὼν λόγος τῇ εὐαγγελικῇ μαρτυρίᾳ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἣ ἐδίδασκε λέγουσα· « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Τὸ γάρ, « ἐν πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι καύσεως » τοῦ, « ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, » οὐδὲν διαφέρει. Καὶ οἱ πυρωτικοὶ δὲ λόγοι, καθαπτόμενοι αὐτῶν, κάθαρσιν ἐνεποίουν τῶν ἁμαρτημάτων. Καὶ ὁ Σωτὴρ ὁμοίως ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ βαπτίσειν λέγεται οὐχὶ ὕδατι, ἀλλ' ἐν Πνεύματι καὶ ἐν πυρί. Τοῦτο γὰρ ἐδίδαξεν ὁ Ἰωάννης, περὶ μὲν ἑαυτοῦ εἰπών, « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι· » περὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος· « Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

« Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ Ἀγαπητοῦ μου, τῷ ἀμπελῶνί μου. Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι. » Διὰ τοίνυν τῆς ᾠδῆς ταύτης τὰς εἰς τὸν ἀμπελῶνα ἑαυτοῦ ἐργασίας καταριθμεῖται, καὶ τοῦ ἀμπελῶνος τὴν μοχθηρίαν ἐλέγχει· θεσπίζει δὲ καὶ τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβήσεσθαι. Λέγεται γοῦν ἐν κέρατι εἶναι, διὰ τὸ συστῆναι βασιλικὴν μητρόπολιν ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλήμ· εἴωθε γὰρ ἡ Γραφὴ κέρατα τῆς βασιλείας ὀνομάζειν.

« Καὶ φραγμὸν περιέθηκα καὶ ἐχαράκωσα, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρήχ· καὶ ᾠκοδόμησα πύργον ἐν μέσῳ αὐτοῦ, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. » Περιέθηκεν οὖν αὐτῷ φραγμόν, δηλαδὴ τῷ παντὶ λαῷ, πάντως που ἀγγέλοις αὐτὸν περιφράξας. Ἐχαράκωσε δὲ καὶ ἄλλως αὐτόν, προφήταις καὶ ἁγίοις ἀνδράσιν ὑποστηρίξας. Ἀλλὰ καὶ κατεφύτευσεν αὐτὴν ἄμπελον Σωρήχ· ἣν ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν ἐκλεκτήν. Τίς δὲ ἦν αὕτη ἡ ἄμπελος ἢ πάντως που ἡ θεόπνευστος Γραφή, καὶ ὁ τῆς θεοσεβείας λόγος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ἐν Εὐαγγελίοις περὶ ἑαυτοῦ διδάξας καὶ εἰπών, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ; » Ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ ὁ πρῶτος λαὸς τὴν τῶν θείων μαθητῶν [μαθημάτων] φυτείαν εἴληφε. Προλήνιον οὖν ὀρύττει ἐν αὐτῷ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ θυσιαστήριον.

[24] Matth. III, 11. [25] Joan. I, 26. [26] Ibid. 33. [27] Joan. XV, 1.

« Καὶ ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, καὶ ἐποίησεν A ἀκάνθας. Καὶ νῦν οἱ ἐνοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, κρίνατε ἐν ἐμοὶ, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου. Τί ποιήσω ἔτι τῷ ἀμπελῶνί μου, καὶ οὐκ ἐποίησα αὐτῷ; διότι ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. Νῦν οὖν ἀναγγελῶ ὑμῖν τί ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μου· Ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν· καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα· καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τιμηθῇ, οὐδ' οὐ μὴ σκαφῇ, καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς χέρσον, ἄκανθα. Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν. » Νεφέλας δηλῶν τοὺς προφήτας· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ καθαρὸν αὐτῶν καὶ διαυγὲς τοῦ βίου, νεφέλας αὐτοὺς καλεῖ· διὰ τούτων γὰρ ὁ οὐράνιος αὐτοῖς ἐχορηγεῖτο λόγος· οἷς ἀπειλεῖ ὁ Κύ- B ριος ἀποστήσειν αὐτῶν.

VERS. 3-6. « Et exspectavi ut faceret uvas, et fecit spinas. Et nunc qui incolitis Jerusalem, et homo Juda, judicate inter me et inter vineam meam. Quid faciam adhuc vineæ meæ, quod non feci ei? quia exspectavi ut faceret uvas, sed fecit spinas? Nunc igitur annuntiabo vobis quid faciam vineæ meæ: Auferam sepem ejus, et erit in direptionem: diruam maceriam ejus, et erit in conculcationem: et relinquam vineam meam, et non putabitur, neque fodietur, et crescent in ea, tanquam in inculta terra, spinæ. Et nubibus mandabo ne pluant super eam pluviam. » Nubes vocans prophetas: quos ob puritatem et vitæ splendorem nubes appellat: horum enim opera cœlestis ipsis sermo dabatur, quibus Dominus se discessurum interminatur.

« Ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. » Κραυγὴν γὰρ ἀφίησι πᾶσα πρὸς θάνατον ἁμαρτία, βοώσης τῆς πράξεως αὐτῆς· οὕτω γοῦν εἴρηται τὸ, « Φωνὴ αἵματος Ἄβελ τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με.

VERS. 7. « Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem, et non justitiam, sed clamorem. » Nam omne peccatum ad mortem, clamorem emittit, clamante vel ipsa actione: sic enim dictum est, « Vox sanguinis Abel fratris tui clamat ad me [28]. »

« Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν· καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία. » Σπανίους τινὰς τοὺς ἐν αὐτοῖς εὑρεθησομένους σωτηρίας ἀξίους αἰνίττεται.

VERS. 10. « Ubi enim arant decem juga boum, faciet laguncülam unam: et qui seminat artabas sex, faciet mensuras tres. » Raros quosdam homines, qui apud ipsos salute digni reperientur, subindicat.

« Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωῒ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες τὸ ὀψέ· ὁ γὰρ οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. » Τῆς ἀποστολικῆς λέξεως τὴν ἐξήγησιν τὸ C παρὸν τοῦτο μέρος τῆς προφητείας περιέχει· διότι γὰρ, φησὶ, « Μέθυσοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· » τουτέστιν οἱ ἄρτι τὴν ἐκ τῆς νεότητος ἄνοιαν ἀποθέμενοι, καὶ ἀντὶ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως εὐτόνως καταπαλαίειν τὰ πάθη, ἀνατρεπόμενοι παρ' αὐτῶν, καὶ οἷόν τινα μέθην τὰ πάθη μεταδιώκοντες. Εἰκὸς δὲ τοὺς Ἰουδαίους καὶ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τόλμαν, ὅτε ἐχρῆν αὐτοὺς πενθεῖν διὰ τὴν μέλλουσαν καταλήψεσθαι αὐτοὺς ὀργὴν, κραιπάλαις, καὶ οἰνοφλυγίαις, καὶ τῇ ἄλλῃ τρυφῇ σχολάζειν. Διὸ ταλανίζονται ὑπὸ τοῦ λόγου, ὡς ἀνεπαισθήτως ἔχοντες τῶν ὅσον οὔπω καταληψομένων αὐτοὺς κακῶν.

VERS. 11. « Væ iis qui mane surgunt, et siceram persequuntur; qui manent vespere: vinum enim comburet eos. » Apostolici dicti explanationem pars hæc prophetiæ continet: nam ideo, inquit, « Ebrii regnum Dei non possidebunt [29]; » id est, qui nondum juventutis insipientiam deposuerunt, et qui, cum turbulentos animi motus strenue oppugnare debeant, ab iis contra subvertuntur, et ceu quamdam ebrietatem, animi morbos sectantur. Verisimile porro est Judæos post editum contra Salvatorem nostrum scelus, cum par fuisset eos, ultionis qua invadendi erant metu, lugere, crapulis, ebrietatibus, aliisque voluptatibus vacasse. Quapropter miseri a Scriptura prædicantur, utpote qui nullo mox futurorum malorum sensu moverentur.

« Μετὰ γὰρ κιθάρας καὶ ψαλτηρίου, καὶ τυμπάνων D τὸν οἶνον πίνουσι· τὰ δὲ ἔργα Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσιν. » Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς θείοις προσέχειν λογίοις, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ὠφέλειαν καρποῦσθαι οἷόν τε τοὺς κωμαστικὸν βίον ἀσπαζομένους, καὶ μέθῃ καὶ κορδακισμοῖς κεχρημένους.

VERS. 12. « Nam cum cithara, psalterio et tympanis vinum potant: opera autem Domini non respiciunt, et opera manuum ejus non considerant. » Verum nec fieri poterat, ut ii, qui lascivam vitam amplectebantur, ac ebrietati saltationibusque dediti erant, divinis attenderent oraculis ab iisque fructum perciperent.

« Τοίνυν αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτοὺς τὸν Κύριον, καὶ πλῆθος ἐγενήθη νεκρῶν διὰ λιμὸν καὶ δίψος ὕδατος (10). » Ῥητῶς

VERS. 13. « Igitur captivus populus meus factus est, eo quod non cognoverint Dominum: et multitudo mortuorum fuit propter famem et sitim aquæ. »

[28] Gen. IV, 10. [29] I Cor. VI, 10.

(10) Hæc ita Hieronymus vertit, « Hæc juxta litteram accidisse populo Judæorum sub Vespasiano et Tito Romanis principibus, tam Græca quam Latina narrat historia. Quod spiritualiter, hodie quoque patiuntur, » etc.

Hæc ipsis ad litteram et secundum historiam evenerunt sub Vespasiano et Adriano Romanorum imperatoribus; secundum mentem vero etiam nunc rationabili pane vitæ privati, fame cœlestis alimenti premuntur, secundum Scripturam de illis ita loquentem, « Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem [80]. » Ac cum principem vitæ negaverint, in mortem animæ lapsi sunt: cumque redemptorem captivitatis animarum, qui prædicatum venerat captivis remissionem, et cæcis visus restitutionem, aversati sint, inimicis spiritualibus traditi, et captivitatem animarum perpessi sunt.

VERS. 20. « Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum; qui ponitis tenebras lucem, et lucem tenebras; qui ponitis amarum dulce, et dulce amarum. » Et hæc quoque præcedentibus subjiciuntur, quasi de tempore Christi dicta. Nam cum multos doctrinæ sermones a Salvatore audivissent, necnon postea ab apostolis ejus, nihil hinc utilitatis consecuti sunt, sed in incredulitate et gestorum absurditate perseverantes, peccatis suis accessionem attulerunt. Alio item modo hæc iis, qui prius incusabantur, conveniunt: etenim iidem sanam doctrinam aversantes, et in lucem Evangelii salutaris blasphema proferentes, putantesque dulces illos ac alendi vi præditos Salvatoris nostri sermones, amaros esse, improbas econtrario et malignas cogitationes, ut bonas amplectebantur, ac tenebras erroris, quæ mentem suam occupabant, vice luminis ponebant: malitiæ vero acerbam et exitiosam naturam, quasi dulcem aliquam voluptatem persequebantur. Et sane ad hoc usque tempus videas ejusdem moris Judæos esse: nam Evangelii veritatem aversantur, aniles autem fabulas, et ignorantiæ tenebras sectantur. Hoc affectu instructi, Christum quidem abnegarunt, Barabbam vero expetierunt, cum latronibus et facinorosis portionem suam ponentes. Imo etiam cum atheis et impiis nationibus congregati, idololatras quidem recipiunt, probum autem et temperantem Christi populum aversantur et persequuntur.

VERS. 21, 22. « Væ qui sapientes estis in vobismetipsis, et coram vobis ipsis prudentes. Væ fortes vestri, qui bibunt vinum, et potentes, qui miscent siceram. » Secundum aliud vero propositum, Judæorum magistri Salvatoris sermonibus animum non adhibentes, se ipsis improbis doctoribus sunt usi, utpote sapientes in seipsis, et coram semetipsis prudentes. Deinde vero, quasi potentes et multum apud plebem auctoritate valentes, animam suam ebrietate circumdedere, ignorantiæ tenebris sopiti. Jam vero aliis dolosum potum miscuere, qui vocatur sicera, quemque interpretes alii, ebrietatem appellarunt. Hoc porro fecerunt cauponantes verbum Dei.

VERS. 24. « Radix eorum pulvis erit, et flos eo-

[80] Psal. LVIII, 7.

A μὲν οὖν ἐπῆλθεν αὐτοῖς ταῦτα καθ' ἱστορίαν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων αὐτοκρατόρων· καὶ κατὰ διάνοιαν δὲ στερηθέντες τοῦ λογικοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, ἔτι καὶ νῦν τροφῆς ἐπουρανίου τὰς ψυχὰς λιμώττουσι κατὰ τὴν φάσκουσαν περὶ αὐτῶν Γραφήν· « Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν. καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν. » Καὶ τὸν ἀρχηγὸν δὲ τῆς ζωῆς ἀπαρνησάμενοι, τῷ τῆς ψυχῆς θανάτῳ περιπεπτώκασι· τόν τε λυτρωτὴν τῆς τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίας ἀποστραφέντες, τὸν ἐλθόντα κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, τοῖς νοητοῖς πολεμίοις παρεδόθησαν, καὶ τὴν ψυχῶν ὑπέμειναν αἰχμαλωσίαν.

« Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς
B σκότος· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. » Καὶ ταῦτα δὲ τοῖς προλεχθεῖσιν ἕπεται ὡς ἐπὶ Χριστοῦ. Πολλῶν γὰρ ἐπακούσαντες διδασκαλικῶν λόγων τοῦ Σωτῆρος, τῶν τε μετ' αὐτὸν ἀποστόλων αὐτοῦ, οὐδὲν μὲν πρὸς ὠφέλειαν ἐκαρποῦντο· τῇ δὲ ἀπιστίᾳ ἐπιμένοντες καὶ τοῖς τῶν ἔργων ἀτοπήμασι, προσθήκας ἐποιοῦντο τῶν ἁμαρτημάτων. Καὶ ἄλλως δὲ ταῦτα τοῖς ἀνωτέρω κατηγορηθεῖσιν ἁρμόζε.· οἱ γὰρ αὐτοὶ τὸν ὑγιῆ διαστρέφοντες λόγον, καὶ τὸ φῶς τοῦ σωτηρίου Εὐαγγελίου βλασφημοῦντες, πικρούς τε εἶναι τοὺς γλυκεῖς καὶ τροφίμους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγους ἡγούμενοι, ἀνάπαλιν τοὺς μοχθηροὺς καὶ πονηροὺς λογισμοὺς ὡς ἀγαθοὺς προσεδέχοντο, καὶ τὸ σκότος τῆς πλάνης τὸ συνέχον αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἐν χώρᾳ φωτὸς ἐτίθεν-
C το· τῆς τε κακίας τὴν πικρὰν καὶ δηλητήριον φύσιν, ὥσπερ τινὰ γλυκερὰν ἡδονὴν κατεδίωκον. Ἴδοις δ' ἂν εἰσέτι καὶ νῦν τοιούτους τοὺς τῶν Ἰουδαίων παῖδας, τὴν μὲν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου ἀποστρεφομένους, τοὺς δὲ γραώδεις μύθους καὶ τὸ τῆς ἀγνοίας σκότος μεταδιώκοντας. Ταύτῃ τῇ προαιρέσει ἠρνήσαντο μὲν τὸν Χριστὸν, ᾐτήσαντο δὲ τὸν Βαραββᾶν, μετὰ λῃστῶν καὶ κακούργων τὴν ἑαυτῶν θέμενοι μερίδα. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀθέοις καὶ ἀσεβέσιν ἔθνεσι συναγελαζόμενοι, τοὺς μὲν εἰδωλολάτρας ἀποδέχονται, τὸν δὲ σεμνὸν καὶ σώφρονα τοῦ Χριστοῦ λαὸν ἀποστρέφονται καὶ διώκουσιν.

« Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ πίνοντες
D τὸν οἶνον, καὶ οἱ δυνάσται οἱ κεραννύντες τὰ σίκερα. » Καθ' ἑτέραν δὲ ἐπιβολὴν μὴ προσέχοντες οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις, κακοῖς διδασκάλοις αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐχρήσαντο, ὡς συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες. Ἔπειτα ὡς ἰσχύοντες καὶ πολλὰ δυνάμενοι ἐν τῷ λαῷ, μέθῃ μὲν τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν περιέβαλλον, τῷ τῆς ἀγνοίας σκότῳ καρούμενοι. Ἤδη δὲ καὶ ἑτέροις ποτὸν δεδολιωμένον ἐκίρνων, τὸ καλούμενον σίκερα· ὅπερ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ μέθυσμα ὠνόμασαν· καὶ τοῦτο ἔπραττον, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

« Ἡ ῥίζα αὐτῶν ὁ χοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐ-

τῶν ὡσεὶ χονιορτὸς ἀναβήσεται.» Ἡ ὡραιότης, φησὶ, τοῦ σώματος, καὶ ἡ τοῦ πλούτου δόξα καὶ τοῦ παντὸς ἔθνους ἡ εὐπρέπεια, ὅσον οὐδέπω χονιορτοῦ δίκην διασκεδασθήσεται. «Οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον Κυρίου Σαβαώθ· ἀλλὰ τὸ λόγιον τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ παρώξυναν.» Ποῖον νόμον, ἢ τάχα περὶ οὗ ἀνωτέρω ἔλεγεν, «Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ;» Ἐπειδὴ, φησὶν, οὐκ ἠβουλήθησαν τὸν νόμον τῆς καινῆς Διαθήκης· ἀλλὰ τὸν ζῶντα τοῦ Θεοῦ Λόγον παρώξυναν.

«Τούτου χάριν ἐθυμώθη Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ·» ὃν αὐτὸς μὲν ἠβούλετο οἰκεῖον αὐτοῦ λαὸν εἶναί τε καὶ χρηματίζειν· οἱ δ' οὐκ ἐβούλοντο. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων πολεμίων ἔφοδον καὶ πλῆθος τῶν ἀναιρουμένων· ὡς καὶ αὐτὰ πληροῦσθαι τὰ ὄρη νεκρῶν σωμάτων, καὶ τὴν χώραν ἅπασαν τῶν θνησιμαίων αὐτῶν μεστὴν γενέσθαι. Πάντα δὲ ταῦτα αὐτοῖς συμβήσεται ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου· ἣν οὐκ ἐξ ἑαυτῶν ἐποιήσαντο· Θεὸς δὲ ἦγεν αὐτοὺς, μονονουχὶ σύρων καὶ ἕλκων ἐπὶ τὴν τῶν καταχωρηθέντων πολιορκίαν.

«Ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή· τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον τοῖς ἔθνεσι τοῖς μακρόθεν, καὶ συριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς.» Ὑψηλὴ γοῦν ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ κατ' αὐτῶν ὑπῆρχε διὰ τὸ ἐπίμονον αὐτῶν τῆς ἀπιστίας. Τὸ γὰρ δὴ χεῖρον, ὅτι οὐδὲ τούτων γινομένων, φησὶ, ἐπιεικέστεροι γεγόνασιν, ἀλλὰ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένουσιν.

«Καὶ βοήσει δι' αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὡς φωνὴ θαλάσσης κυμαινούσης.» Ἐνταῦθα οὖν προσήκει ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ὡς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων φωνῇ θαλάσσης ἐξομοιοῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

«Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεύς.» Διὰ τί μὴ ἔτι ζῶντος Ὀζίου τὴν προκειμένην ὄψιν ἑώρα, ἀλλ' ἐν τῷ ἔτει ᾧ ἀπέθανεν; οἶμαι, ὅτι, διὰ τὸ ἐπαρθῆναι αὐτὸν, καὶ τὴν μηδαμῶς προσήκουσαν αὐτῷ ἐγχειρῆσαι θυσίαν προσενεγκεῖν, ὥστε καὶ τὴν λέπραν ἐπανθῆσαι τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, εἰκὸς ἦν ἀνακεχωρηκέναι τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ πάντα τὸν χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καθ' ὃν λελεπρωμένος κατῴκει τὴν Ἱερουσαλήμ. Λεπροῦ γὰρ βασιλέως οἰκοῦντος τὸν τόπον, εἰκότως ἀνακεχωρήκει ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτα μὲν ἐκεῖνος, Ἰωάθαν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν διεδέξατο, περὶ οὗ γέγραπται, «Καὶ ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου·» εἰκότως κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ἐν ᾧ ὁ λελεπρωμένος μετήλλαχε τὸν βίον, ὁ δὲ εὐάρεστος τῷ Θεῷ τὴν βασιλείαν διεδέξατο, αὖθις ἡ δόξα Κυρίου ἐπανήει ἐπὶ τὸν οἶκον, δηλαδὴ τὸν ναὸν Κυρίου. Ὃ δὴ καὶ ἱστορεῖ ὁ προφήτης λέγων, «Καὶ ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ.» Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τούτων παρίστασθαι τίς ποτ' ἦν ὁ διὰ πάσης τῆς προφητείας δηλούμενος Κύριος Σαβαώθ. Τίς δὲ οὗτος; Ὁ Μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς,

rum quasi pulvis ascendet.» Species, inquit, corporis, divitiarum gloria et totius gentis decor, pulveris fere instar dissipabitur. «Noluerunt enim legem Domini Sabaoth; sed verbum sancti Israel irritaverunt.» Quam legem, nisi eam de qua superius dicebat, «Nam de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem?» Quia, inquit, Novi Testamenti legem noluerunt; imo etiam Verbum Dei vivens irritaverunt.

VERS. 25. «Ideo iratus est Dominus in populum suum.» Quem ipse quidem proprium sibi populum esse et appellari volebat; ipsi vero abnuerunt. His porro significat inimicorum irruptionem ac cæsorum multitudinem, ita ut etiam montes cadaveribus repleantur, et universa regio morticinis eorum plena evadat. Hæc autem omnia ex hostium invasione ipsis evenient: quam ipsi non suopte motu fecerunt, sed Deo agente, et tantum non trahente ac pellente illos ad reorum obsidionem.

VERS. 26. «Sed insuper manus Dei excelsa: igitur elevabit signum gentibus longinquis, et trahet eas ab extremo terræ.» Excelsa igitur contra illos fuit manus Dei, ob incredulitatis eorum perseverantiam. Quod enim deterius est, ne illis quidem ita gestis æquiores facti sunt, sed eodem in statu perseverant.

VERS. 30. «Et clamabit propter eos in die illa quasi vox maris æstuantis.» Hic animadvertendum est, ipsum multitudinem hostium maris sonitui comparare.

CAPUT VI.

VERS. 1. «Et factum est in anno, quo mortuus est rex Ozias.» Quare non vivente adhuc Ozia hanc visionem habuit, sed eo anno quo ille mortuus est? quia ille elatus animo, sacrificium offerre, quod officii sui non erat, aggressus est, ita ut lepra in vultu ejus erumperet, arbitror par fuisse, ut gratia Dei recederet toto vitæ illius tempore, quo leprosus habitabat in Jerusalem. Nam leproso rege locum incolente, gloria Dei merito recesserat. Postquam autem obiisset ille, et Joatham filius ejus regnum excepisset, de quo scriptum est, «Et fecit rectum in oculis Domini [31];» jure eodem ipso anno, quo et leprosus vitam obierat, et vir Deo placitus regnum exceperat, gloria Domini super domum reversa est, scilicet super templum Domini. Quod videlicet enarrat propheta dicens: «Et factum est in anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum: et plena erat domus gloria ejus.» Æstimo his significari, quis sit ille Dominus Sabaoth in hac tota prophetia indicatus. Ecquis autem ille? Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, qui descendens ex propria magnitudine, inde sese visibilem et comprehensibilem hominibus efficit. Visus

[31] IV Reg. XV, 34.

« Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαί μοι ἔτι λέγων, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωάμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ· ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν τὸν Ῥαασσὶν, καὶ τὸν υἱὸν Ῥωμελίου βασιλέα ἐφ' ὑμῶν. » Τί δὲ τοῦτο ἦν τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωάμ; Ὁ ἐπηγγελμένος αὐτοῖς Ἐμμανουὴλ, « Πηγὴ τυγχάνων ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, » καὶ πηγὴ ὕδατος πορευομένου εἰς ζωὴν ἡσυχῇ. Ἔτι γὰρ τότε λανθανόντως καὶ ἡσύχως συνεπορεύετο τῷ λαῷ, ἀρδεύειν αὐτὸν καὶ ἐπισκοπεῖν βουλόμενος τὰς ψυχὰς, καὶ μηδέπω κηρυττόμενος εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Διὸ κέκληται προσφυῶς τὸ ὕδωρ, πορευόμενον ἡσυχῇ, καὶ πηγὴ C τοῦ Σιλωὰμ, ὅ ἐστιν « ἀπεσταλμένος. » Ὁ δὲ ἐνταῦθα κατηγορούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου λαὸς, οὐ βουληθεὶς πιστεῦσαι τῷ προστάγματι, καὶ τὸν Ἐμμανουὴλ καλεῖν, ὃς ἦν ὕδωρ τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἔρημος αὐτοῦ γίνεται. Ἐπεὶ τοίνυν ἄπιστοι ὄντες, ἠγάπων μᾶλλον ὑποτάττειν ἑαυτοὺς τῷ βασιλεῖ Δαμασκοῦ, ἢ βασιλεῖ τῆς Σαμαρείας, πολεμίοις οὖσιν, ἢ πράττειν τὰ κεκελευσμένα· τούτου χάριν ἀπειλεῖ ὁ λόγος μὴ ἐκείνοις αὐτοὺς ὑποχειρίους ἔσεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖ.

VERS. 3. « Et accessi ad prophetissam, et peperit filium. Et dixit mihi Dominus, Voca nomen ejus, cito spolia detrahe, prædare, velociter prædare. » Quia dictum est superius, « Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium, » necessario in præsenti, quomodo id factum sit declarat ipse Dominus his verbis, « Et accessi ad prophetissam; » ac si diceret, ego ipse in prophetissam superveniam. Prophetissam quippe vocat eam, quæ Emmanuelem paritura est, quia Spiritus sancti particeps erit, secundum dictum illud, « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [88]. » Hæc igitur virtus Altissimi, quæ per prophetiam ait, « Et accessi ad prophetissam, » futura quasi jam præterita recenset secundum quamdam propheticam consuetudinem. « Cito spolia detrahe. » Ipse igitur erat, qui illum olim potentem diabolum alligavit, ac spolia ejus diripuit.

VERS. 5, 6. « Et adjecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens: Quia non vult populus hic aquam Siloam, quæ quiete fluit; sed vult habere Raassin et filium Romeliæ in regem super vos. » Quænam illa erat aqua Siloam? Emmanuel ille promissus ipsis, qui est « fons aquæ salientis in vitam æternam, » et fons aquæ fluentis ad vitam quiete. Tunc enim etiam latenter et quiete incedebat cum populo, ut illum irrigaret, et animabus eorum prospiceret, cum nondum prædicatus fuisset in omnes gentes. Quamobrem apposite vocatur aqua quiete manans, et fons Siloam, quod significat, « missus. » Populus autem hic a Domino accusatus, cum jussui parere et Emmanuelem vocare nollet, qui erat aqua illa quiete manans, ab eo desertus est. Quia igitur, infideles cum essent, regi Damasci et regi Samariæ inimicis suis sese subjicere malebant, quam jussa exsequi; ideo comminatur Scriptura, ipsos non iis subditos fore, sed regi Assyriorum.

« Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἀνάγει Κύριος ἐφ' ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ πολὺ, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἀναβήσεται ἐπὶ πᾶσαν φάραγγα ὑμῶν, καὶ περιπατήσει ἐπὶ D πᾶν τεῖχος ὑμῶν, καὶ ἀφελεῖ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἄνθρωπον. » Πρὸς ἀντιδιαστολὴν γὰρ τοῦ ὕδατος τοῦ Σιλωὰμ τοῦ πορευομένου ἡσυχῇ, τὸ ὕδωρ ἀντέθηκε τοῦ ποταμοῦ, τὸ ἰσχυρὸν καὶ τὸ πολύ· ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων. Τοσοῦτον γὰρ πλῆθος ἥξειν τῶν πολεμίων θεσπίζει, ὡς πᾶν τὸ πλάτος τῆς Ἰουδαϊκῆς χώρας πληρώσειν, ἀφαιρεθῆναι δὲ ἀπ' αὐτῆς ἄνθρωπον, ὃς δυνήσεται κεφαλὴν ἆραι, ἢ δυνατὸν συντελέσασθαί τι· ὡς μηκέτι κεφαλὴν αὐτοὺς ἔχειν τοῦ λοιποῦ, τουτέστιν, ἄρχοντας καὶ βασιλέας. Ἅπερ δι' ἔργων ἐχώρει ἐπὶ τῶν Ἱερεμίου τοῦ προφήτου χρόνων, καθ' οὓς ἐπιστὰς Ναβουχοδονόσορ ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, τέλος ἐπῆγε τοῖς προειρημένοις.

« Καὶ ἔσται ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ὥστε πληρῶσαι

VERS. 7, 8. Ideo ecce reducet Dominus super vos aquam fluminis, fortem et multam, regem Assyriorum et gloriam ejus: et ascendet super omnem vallem vestram, et ambulabit super omnem murum vestrum, et auferet a Judæa hominem. » Ad discrimen aquæ Siloam, quiete manantis, aquam fluminis fortem et multam opposuit: quæ erat rex Assyriorum. Tantam enim hostium multitudinem venturam vaticinatur, ut omnem Judaicæ regionis latitudinem impleat, et ab ea auferatur homo, qui possit caput extollere, aut quidpiam perficere: ita ut deinceps illi caput non habeant, id est principes et reges. Quæ reipsa evenerunt Jeremiæ prophetæ tempore, quo irrumpens Nabuchodonosor rex Assyriorum, prænuntiatis finem imposuit.

« Et erit exercitus ejus, ut impleat latitudinem

[88] Luc. I, 35.

regionis tuæ, Nobiscum Deus. » Hæc quoque in eodem Emmanuelis argumento insistunt : incipiunt enim ab Emmanuele, quod significat, *nobiscum Deus, cognoscite gentes;* ac rursum in fine sententiæ : « Et sermo quem loquemini non maneat in vobis, quia nobiscum Deus : » iterum Emmanuel dictus est. Postquam ergo propheta memoratos homines coarguerat, quod noluissent, invocato Emmanuele, inimicis superiores evadere, ipse ex sua et sui similium persona Emmanuelem invocat dicens :

VERS. 9, 10. « Nobiscum Deus. Cognoscite gentes et vincimini, et audite usque ad extremum terræ : qui fortes fuistis, vincimini : nam si iterum fortes sitis, iterum vincemini : et si consilium ineatis, id dissipabit Dominus : et verbum quod loquemini non manebit in vobis, quia nobiscum Deus. » Quem vero cognoscetis? Ipsum Emmanuelem : nam populus ex circumcisione neque cognovit ipsum, neque intellexit, neque prophetiæ credere voluit : sed nec victus est, nec præcepto se subdidit. Vos autem gentes, notitiam ejus, qui in prophetia fertur, accipite, atque hæc intelligentes, nolite reluctari; sed vincimini superati. Audite præceptum vos omnes, qui usque ad extremum terræ habitatis : ac si qui in vobis fortes ac potentes, verbo cedite victi et superati; idque alacriter agite, gnari etsi nolueritis, vel invitos superandos esse. Quod si Dei consilio repugnantes, machinas quasdam et insidias struxeritis contra verbum a quo vocamini; ut inania aggressi arguemini. Hæc porro dicimus, quia nobiscum Emmanuel.

VERS. 11. « Sic dicit Dominus manui forti : Non obsequuntur incessui in via populi hujus. » Transit ergo ad Judaicum populum, ipsumque ut forti manui immorigerum coarguit. Nam ab illa vocati, cum obsequi oportuisset, illi contra non obtemperabant ac contradicebant. Ne dicatis, inquit, durum esse sermonem, quod oporteat abscedere a via populi hujus : nam hic quidem populus durum illum æstimat; vos vero qui abscessistis a via populi hujus, ne dicatis hunc esse durum : quod si ii ex isto populo qui increduli sunt, insidias vobis struxerint, utpote qui defeceritis, at vos timorem eorum ne timeatis, nec ab illis pulsi conturbemini : solumque Dominum virtutum sancte colentes, eum timendum vobis ascribite : nam « initium sapientiæ timor Domini [83], » per quem hominum metus omnis eliminatur.

VERS. 12. « Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit timor tuus : et si in ipso confidas, erit tibi sanctificatio. » Si ergo, ait, in ipso confidas, erit tibi in sanctificationem, ita ut corporeo sanctificio non ultra egeas. Sanctificium autem apud Hebræos vocabatur templum olim apud illos consistens, ejusque interiora. Tibi itaque ab illis pulso, sed in Domino confidenti, sanctificium erit, non corporeum

[83] Psal. cx, 10.

A τὸ πλάτος τῆς χώρας σου, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Καὶ ταῦτα τῆς περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ ἔχεται ὑποθέσεως· ἄρχεται γοῦν ἀπὸ τοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅπερ ἐστὶ, « μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· γνῶτε ἔθνη· » καὶ αὖθις πρὸς τῷ τέλει τῷ λέγεσθαι· « Καὶ λόγον ὃν ἂν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἐν ὑμῖν, ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· » Ἐμμανουὴλ πάλιν εἴρηται. Διελέγξας τοίνυν ὁ προφήτης τοὺς δηλωθέντας, ὅτι μὴ ἐβουλήθησαν, ἐπικαλεσάμενοι τὸν Ἐμμανουὴλ, κρείττους γενέσθαι τῶν πολεμίων, αὐτὸς ἐπικαλεῖται τὸν Ἐμμανουὴλ ἐξ ἰδίου προσώπου καὶ τῶν αὐτῷ παραπλησίων, λέγων·

« Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, καὶ ἐπακούσατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, ἰσχυκότες ἡττᾶσθε, ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡττηθήσεσθε· καὶ ἣν ἂν βουλεύσησθε βουλὴν, διασκεδάσει Κύριος· καὶ λό- B γον ὃν ἐὰν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἐν ὑμῖν, ὅτι μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Τίνα δὲ γνῶτε; Αὐτὸν τὸν Ἐμμανουήλ· ὁ γὰρ ἐκ περιτομῆς λαὸς οὔτε ἔγνω αὐτὸν, οὔτε συνῆκεν, οὔτε πιστεῦσαι ἠβουλήθη τῇ προφητείᾳ· ἀλλ' οὐδὲ ἡττήθη οὐδὲ ὑπετάγη τῷ προστάγματι. Ὑμεῖς δὲ τὰ ἔθνη, γνῶσιν ἀναλάβετε τοῦ προφητευομένου, καὶ συνέντες αὐτὰ, μὴ τολμᾶτε ἀνθίστασθαι· νικᾶσθε δὲ ἡττώμενοι. Ἐπακούσατε δὲ καὶ τοῦ προστάγματος ὑμεῖς πάντες οἱ μέχρις ἐσχάτου τῆς γῆς οἰκοῦντες· οἵ τε ἐν ὑμῖν ἰσχυροὶ καὶ δυνατοὶ, παραχωρεῖτε τῷ λόγῳ, νικώμενοι καὶ ἡττώμενοι, καὶ τοῦτο πράξετε προθύμως, εἰδότες, ὅτι, κἂν μὴ θέλητε, ἄκοντες ἡττηθήσεσθε. Εἰ δὲ ἀνθιστάμενοι τῇ τοῦ Θεοῦ βουλήσει, μηχανάς τινας, καὶ ἐπιβουλὰς τυρεύετε κατὰ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς λόγου, ματαιοπονοῦν- C τες ἐλεγχθήσεσθε. Ταῦτα δέ φαμεν, ἐπεὶ μεθ' ἡμῶν ἐστιν ὁ Ἐμμανουήλ.

« Οὕτω λέγει Κύριος τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ, ἀπειθοῦσι τῇ πορείᾳ τῆς ὁδοῦ τοῦ λαοῦ τούτου. » Μεταβαίνει οὖν ἐπὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν, ἐλέγχων αὐτὸν ὡς ἀπειθοῦντα τῇ ἰσχυρᾷ χειρί· καλούμενοι γὰρ ὑπ' αὐτῆς, δέον ὑπακούειν, οἱ δὲ ἠπείθουν καὶ ἀντέλεγον. Μὴ εἴπητε, φησὶ, σκληρὸν εἶναι τὸν λόγον, τὸν περὶ τοῦ ἀποστῆναι δεῖν τῆς πορείας τοῦ λαοῦ τούτου· ὁ γὰρ λαὸς οὗτος σκληρὸν αὐτὸν νομίζει· ὑμεῖς δὲ, οἱ ἀποστάντες τῆς πορείας τοῦ λαοῦ τούτου, μὴ λέγητε τοῦτον εἶναι σκληρόν· εἰ δὲ ἐπιβουλεύοιεν ὑμῖν ὡς ἀποστᾶσιν, οἱ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἄπιστοι, ἀλλ' ὑμεῖς τὸν φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταράσσεσθε ὑπ' αὐτῶν D ἐλαυνόμενοι, μόνον δὲ τὸν Κύριον τῶν δυνάμεων ἁγιάζοντες ἐπιγράφεσθε ἑαυτοῖς φόβον· « ἀρχὴ » γὰρ « σοφίας φόβος Κυρίου· » καὶ διὰ τούτου πᾶς ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἀπελαύνεται φόβος.

« Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγίασμα. » Ἐὰν οὖν ἐπ' αὐτῷ, φησὶ, πεποιθὼς ᾖς, αὐτὸς ἔσται σοι εἰς ἁγίασμα ὡς μηκέτι δεῖσθαι τοῦ σωματικοῦ ἁγιάσματος. Ἁγίασμα δὲ ἐκαλεῖτο παρ' Ἑβραίοις ὁ πάλαι συνεστὼς παρ' αὐτοῖς νεὼς, καὶ τούτου τὰ ἐνδοτάτω. Ἔσται σοι τοίνυν τῷ ἐλαυνομένῳ ὑπ' ἐκείνων, πεποιθότι δὲ ἐπὶ Κύριον, ἁγίασμα,

οὐχ ὁ σωματικὸς νεὼς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἁγιάζων A σε, ἐὰν πεποιθὼς ᾖς ἐπ' αὐτόν. Διὸ μηδὲν φοβούμενος τὸν ναὸν τοῦτον, ἀναχώρει αὐτοῦ· πίστευε δὲ καὶ θάρσει τῷ σῷ φόβῳ· ἕξεις γὰρ αὐτὸν ἁγίασμα. «Καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε αὐτῷ, οὐδὲ ὡς πέτρας πτώματος.» Ὁρᾷς ὅπως αὐτὸν τὸν Κύριον λίθον προσκόμματος καὶ πέτραν σκανδάλου ὀνομάζει; καὶ τοιοῦτον μὲν ἔσεσθαι αὐτόν φησι τοῖς καθημένοις ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς δυσὶν οἴκοις Ἰσραήλ· τοῖς δὲ εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ἁγίασμα ἔσεσθαι διδάσκει. Πῶς οὖν ἐγένετο λίθος προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου τοῖς εἰρημένοις Ἐμμανουήλ; διὰ τῆς ἐκ Παρθένου κυήσεως. Ὅθεν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ταῦτα διδάσκων ἔλεγεν, «Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρία.» Οἱ τοίνυν ἀπειθοῦντες τῇ ἰσχυρᾷ χειρὶ Κυρίου ἔσχον αὐτὸν λίθον προσκόμματος καὶ πέτραν B πτώσεως, μὴ ὄντα τῇ φύσει τοιοῦτον· τοῖς γὰρ πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἁγίασμα τυγχάνει. Τίνες δέ; Οἱ οἶκοι, εἶπεν, Ἰακὼβ, καὶ οὐχὶ ὁ οἶκος. Δύο γὰρ ἦσαν οἶκοι Ἰσραὴλ, εἷς μὲν ὁ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀρχόντων, ἕτερος δὲ ὁ τῶν ἀρχομένων. Τούτοις δὲ τοῖς δυσὶν οἴκοις, δηλαδὴ ἀθρόως τῷ ὅλῳ ἔθνει ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις, τὸν Κύριον εἰς παγίδα καὶ εἰς σκάνδαλον ἔσεσθαί φησιν.

«Τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν.» Οἱ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον παραδεξάμενοι, καὶ ζῇν δεδιδαγμένοι κατὰ τὴν καινὴν Διαθήκην, ὥσπερ σφραγῖδα ἐπιθέντες τῷ νόμῳ, ἀποτίθενται αὐτὸν, ἅτε οὐκέτι ὄντα χρήσιμον διὰ τὴν τοῦ κρείττονος C παράθεσιν· οἱ αὐτοὶ, δηλονότι οἱ τὸ Εὐαγγέλιον παραδεξάμενοι, τὴν διὰ Χριστοῦ περιμένοντες χάριν, ἐροῦσι·

«Μενῶ Κύριον τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ.»

«Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός.» Τὰ μὲν οὖν Ἰουδαϊκὰ παιδία σωματικὰ ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός· τὰ δὲ αὐτὰ τοῦ ταῦτα χρηματίζοντος Κυρίου «οὐκ ἐξ αἱμάτων οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν,» τοῦ Πατρὸς τοιαῦτα αὐτῷ δεδωρημένου τέκνα· μηκέτι τῷ διὰ Μωϋσέως προσέχοντα νόμῳ, ἀλλ' εἰδότα περιμένειν τὸν Κύριον καὶ εἰς αὐτὸν πεποιθέναι. «Καὶ ἔσται εἰς σημεῖα καὶ τέρατα πολλὰ ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ, ὃς D κατοικεῖ ἐν τῷ ὄρει Σιών.» Ἢ καὶ ἄλλως, Οὐ μόνον τὰ παιδία ταῦτα, φησὶ, ἐκ Θεοῦ μοι παραδόξως δέδοται, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πλεῖστα σημεῖα καὶ τέρατα γενήσεται ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ κατὰ τοὺς προφητευομένους χρόνους.

«Καὶ ἐὰν εἴπωσι πρὸς ὑμᾶς, Φωνήσατε τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους οἳ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσι, οὐκ ἔθνος πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἐκζητήσουσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς· νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν, ἵνα εἴπωσιν, Οὐχ ὡς ῥῆμα τοῦτο, περὶ οὗ οὐκ ἔστι δῶρα δοῦναι περὶ αὐτοῦ.» Προειπὼν οὖν ὁ λόγος τὰ περὶ τῶν παιδίων τοῦ Χριστοῦ,

templum; verum ipse Dominus, qui te sanctum efficit, si tamen illi confidas. Ideo hoc templum nihil pertimescens, abscede ab illo: crede, et in timore tuo confide: ipsum quippe in sanctificium habebis. «Neque ad eum quasi ad petram scandali accedetis, neque quasi ad petram ruinæ.» Vides, quomodo ipsum Dominum lapidem scandali et petram scandali nuncupet? Atqui illum talem futurum prænuntiat iis, qui in Jerusalem, et in duabus Israelis domibus consident; at contra in se credentibus sanctificium fore docet. Quomodo igitur Emmanuel ille memoratis hominibus factus est lapis scandali et petra scandali? per Virginis partum. Quare divinus Apostolus hæc docens aiebat, «Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia [34].» Qui ergo forti manui Domini immorigeri fuerunt, illum in lapidem scandali et petram ruinæ habuerunt, cum natura talis minime esset: nam in se credentibus sanctificium est. Quinam vero illi? Domus, inquit, illæ Jacob, non domus illa. Duæ quippe domus Israelis erant; alia principum, subditorum alia. Duabus porro hisce domibus, id est, universæ simul genti, tam principibus, quam subditis, Dominum in laqueum et in scandalum fore significat.

Vers. 16. «Tunc manifesti erunt qui obsignant legem, ne discant.» Nam qui Evangelium susceperunt, et qui secundum Novum Testamentum vivere didicerunt, quasi sigillum imponentes legi, ipsam deponunt, quia ob meliorem invectam, non amplius utilis est: iidem ipsi, videlicet ii, qui Evangelium susceperunt, gratiam per Christum ferendam exspectantes dicent:

Vers. 17. «Exspectabo Dominum, qui avertit faciem suam a domo Jacob, et confidam in eo.»

Vers. 18. «Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Deus.» Judaici quidem pueri corporei sunt, ex viro et muliere; pueri vero Domini qui hæc oracula fundit, «non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt [35]:» Patre ipsi tales dante filios, qui non ultra Moysis legi attendant, sed sciant exspectare Dominum et in ipso confidere. «Et erunt in signa et prodigia multa in domo Israel a Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion.» Sive alio modo, non hi tantum pueri a Deo mihi mirabiliter dati sunt; sed etiam alia plurima signa et prodigia fient in domo Israel quo tempore in prophetia enuntiatur

Vers. 19, 20. «Et cum dixerint ad vos: Vocate eos, qui ex terra vociferantur, et engastrimythos qui ex ventre loquuntur: non populus ad Deum suum exquirent de vivis a mortuis: legem quippe in auxilium dedit, ut dicant, Non sicut hoc verbum, de quo non licet dona dare.» Postquam igitur de pueris Christi locutus fuerat, nempe de-

[34] I Cor. I, 23. [35] Joan. I, 13.

apostolis et discipulis ejus, necnon de signis et A prodigiis, quæ per eos edita sunt, queis gentium vocatio facta est; hæc consequenter docet populum novum et recentem ex gentibus a Christo constitutum, quem ita fere alloquitur: Hæc audite, discipuli mei, qui a gentilium multiplici superstitione translati estis. Si qui ex iis qui vobis olim noti et familiares erant, sive patres, sive cognati, vos ad pristinum repetendum errorem invitent, ut ab illis adhibitas divinationes, oracula ac similia in admiratione habeatis, ne eorum consilio obtemperetis: ne miremini dæmonas ex ventre hominum loquentes, quos vocant Pythonas, neque eos qui ex præstigiis quibusdam de terra ascendere putantur; sed solum Dominum vestrum colite. Nam si gentes singulæ, etsi errore ductæ, suo tamen Deo adhærent, B quid aliud iis agendum, qui veram notitiam acceperunt, quam ut Deum suum quærant, neque a mortuis, vita penitus orbis, curiosius inquirant, et sciscitentur de rebus ad vivos spectantibus? Dei itaque verbum et legem evangelicam datam vobis in auxilium nacti, ex ipsa discite quæcunque vultis, et hanc sectemini: quia fieri nequit, ut ille donis a vero dimoveatur.

λέγω δὴ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν αὐτοῦ, περί τε τῶν σημείων καὶ τῶν τεράτων τῶν ἐπιτελεσθέντων δι' αὐτῶν· δι' ὧν καὶ ἡ κλῆσις γεγένηται τῶν ἐθνῶν, ἀκολούθως τὸν νέον καὶ καινὸν λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν διὰ Χριστοῦ συστάντα διδάσκει τὰ προκείμενα, ὡς πρὸς αὐτοὺς λέγων· Ἀκούσατε ταῦτα, οἱ ἐμοὶ διδακτοὶ, οἱ τῆς τῶν ἐθνῶν πολυθέου πλάνης μεταθέμενοι· εἴ τινες τῶν πάλαι γνωρίμων ὑμῖν καὶ συνήθων, ἢ πατέρες, ἢ συγγενεῖς, παρακαλοῖεν ὑμᾶς ἐπανιέναι ἐπὶ τὴν προτέραν πλάνην, θαυμάζειν τε τὰς ἀπὸ δαιμόνων παρ' αὐτοῖς ἐπιτελουμένας μαντείας καὶ χρησμοὺς, καὶ τὰ τοιαῦτα· μὴ πείθεσθε τῇ τούτων συμβουλῇ· μὴ θαυμάζετε δαίμονας ἀπὸ κοιλίας ἀνθρώπων φωνοῦντας, τοὺς ὀνομαζομένους Πύθωνας, μηδὲ τοὺς ἀπὸ γῆς κατά τινας γοητικὰς τέχνας ἀνιέναι νομιζομένους· τὸν δὲ αὐτῶν Κύριον μόνον περιέπετε. Εἰ γὰρ ἕκαστον ἔθνος, καίτοι πεπλανημένως, ὅμως δ' οὖν τοῦ ἰδίου Θεοῦ περιέχεται· τοὺς τὴν ἀπλανῆ γνῶσιν εἰληφότας, τί χρὴ πράττειν, ἢ τὸν ἑαυτῶν Θεὸν ἐπιζητεῖν, καὶ μὴ τοὺς νεκροὺς πολυπραγμονεῖν, μηδὲ ἐρωτᾷν περὶ πραγμάτων ζώντων, τοὺς πάσης ζωῆς ἐστερημένους; Ἔχοντες οὖν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον καὶ νόμον τὸν εὐαγγελικὸν, εἰς βοήθειαν ὑμῖν δεδομένον, ἐξ αὐτοῦ μανθάνετε περὶ ὧν ἂν ἐθέλοιτε, καὶ τούτῳ στοιχεῖτε, ἐπεὶ μὴ οἷόν τέ ἐστιν αὐτὸν δώροις ἐκστῆναι τοῦ ἀληθοῦς.

Vers. 21. « Et veniet super vos dira fames: et erit ut esurietis, dolebitis, et maledicetis principi et patriis legibus: et respicient in cœlum supra. » Cum ergo quis divinæ legis transgressor ac desertor effectus erit, in offendiculum deductus ab C iis qui oracula et dæmoniacas divinationes prætendunt, hunc fames rationabilium ciborum occupabit, necnon excessus mentis et iracundia: atque in blasphemas cogitationes incidet, maledicens illi olim regi suo, quem deum suum vocabat. « Et non perplexus erit qui in angustia est usque ad tempus. »

« Καὶ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς σκληρὰ λιμός· καὶ ἔσται ὡς ἂν πεινάσητε, λυπηθήσεσθε καὶ, κακῶς ἐρεῖτε τὸν ἄρχοντα, καὶ τὰ πάτρια· καὶ ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω. » Ὅταν οὖν παραβάτης γένοιτό τις τοῦ θείου νόμου, καὶ ἀποστάτης αὐτοῦ, σκανδαλισθεὶς ὑπὸ τῶν τοὺς χρησμοὺς καὶ τὰς μαντείας τὰς δαιμονικὰς προϊσχομένων, λιμὸς τροφῶν λογικῶν τοῦτον διαδέξεται, καὶ ἔκστασις, καὶ παροξυσμός· καὶ εἰς βλασφήμους ἐμπεσεῖται λογισμοὺς, καταρώμενος τὸν πάλαι βασιλέα αὐτοῦ, ὃν καὶ θεὸν ἑαυτοῦ ὠνόμαζε. « Καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. »

CAPUT IX.

Vers. 1. « Hoc primum bibe: cito fac, regio Zabulon et terra Nephthalim, et cæteri qui maritima et trans Jordanem, Galilæa gentium. » Vult enim ut ii, qui magna salutaris Dei adventus luce dignati sunt, fructum rationabilis potus operibus reddant. Primo itaque Galilæis bonum nuntium declarat. Par quippe erat regionem illam non silentio præ- D terire, in qua Emmanuel in suo ad homines adventu moras facturus erat. Regio autem erat Galilæa, imo etiam trans Jordanem erat hæc Galilæa, in qua frequentius versatus Christus est: quare salutarem potum et lucem ejus incolis primo annuntiat. Hujus porro vivifici potus imaginem sensibiliter exhibuit Servator, quando, nuptiis in Cana Galilææ celebratis, primum miraculum edidit, aquæ scilicet in vinum mutationem.

Vers. 2. « Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantes in regione et umbra mortis, lux splendebit super vos. » Et alias quidem in tenebris agebant, qui antequam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

« Τοῦτο πρῶτον πίε· ταχὺ ποίει, χώρα Ζαβουλὼν, ἡ γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. » Βούλεται γὰρ δι' ἔργων τὸν καρπὸν τοῦ λογικοῦ πόματος ἀποδιδόναι τοὺς καταξιωθέντας τοῦ μεγάλου φωτὸς τῆς σωτηρίου θεοφανείας. Πρῶτον οὖν τοῖς ἐπὶ τῆς Γαλιλαίας εὐαγγελίζεται. Ἔδει γὰρ μηδὲ τὴν χώραν ἀποσιωπῆσαι, καθ' ἣν τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι ἤμελλεν ἀνθρώποις ἐπιφανεὶς ὁ Ἐμμανουήλ. Ἡ δὲ χώρα ἦν Γαλιλαία· ἀλλὰ καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου τυγχάνει ἡ Γαλιλαία αὕτη, ἐν ᾗ τὰς πλείστας ἐποιήσατο διατριβὰς ὁ Χριστός· διὸ ποτὸν σωτήριον, καὶ φῶς μέγα τοῖς ἐν αὐτῇ εὐαγγελίζεται πρώτοις. Τοῦ δὲ ζωοποιοῦ τούτου ποτοῦ εἰκόνα παρεῖχεν ὁ Σωτὴρ αἰσθητῶς, ὁπηνίκα γάμου συντελουμένου ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, πρῶτον παράδοξον εἰργάσατο, τὴν τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον μεταβολήν.

« Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα· οἱ κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς λάμψει ἐφ' ὑμᾶς. » Καὶ ἄλλως δὲ ἐν σκότει ἐτύγχανον οἱ πρὸ τῆς ἐπιλάμψεως τοῦ Χριστοῦ ἐν ἀγνωσίᾳ ὄντες τοῦ

φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ· ἐν σκιᾷ δὲ θανάτου ἦσαν οἱ τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτάνοντες, κατὰ τὸ, «Ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται.» Ἀλλ' ἕως μὲν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τυγχάνει ὁ πρὸς θάνατον ἁμαρτάνων, οὐχ οὕτω πάντη καταπέποται ὑπὸ τοῦ θανάτου, ὡς μὴ δύνασθαι μεταβαλὼν σωθῆναι, ἀλλ' οὐδὲ ἀπήλλακται αὐτοῦ παντελῶς, διὸ λέγεται εἶναι ἐν σκιᾷ θανάτου. Πλὴν ἐπιλάμψας τούτοις πρώτοις, τὴν χάριν τοῦ μεγάλου φωτὸς ἐδωρήσατο ὁ διὰ τῶν προκειμένων θεσπιζόμενος. Ἐν ταύτῃ τε τῇ χώρᾳ πρώτῃ πλεῖστον λαὸν ἐκτήσατο, ὡς καὶ τὸν ἀποστολικὸν χορὸν ἐξ αὐτῶν ἐκλέξασθαι. Τίνες οὖν ἦσαν οἱ ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου ἢ οἱ ἐν ἀγνωσίᾳ τοῦ Θεοῦ τὸ πρὶν κατεσχημένοι, καὶ οἱ τῷ θανάτῳ τῆς ψυχῆς δεδουλωμένοι;

«Τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ ὃ κατήγαγες ἐν εὐφροσύνῃ σου, καὶ εὐφρανθήσονται ἐνώπιόν σου, ὡς οἱ εὐφραινόμενοι ἐν ἀμήτῳ, καὶ ὃν τρόπον εὐφρανθήσονται οἱ διαιρούμενοι σκῦλα· διότι ἀφαιρεθήσεται ὁ ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτῶν κείμενος.» Ἢ ἐπειδὴ πλεῖστοι μὲν ἐπίστευσαν, πλείους δὲ τῇ ἀπιστίᾳ ἐναπέμειναν, εἰκότως τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ λέλεκται τῆς σωτηρίου μετειληφέναι εὐφροσύνης. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων, πρὸς τὴν πρόχειρον λέξιν· Ἐν ᾗ ποτὲ μὲν ἀπὸ πέντε ἄρτων πλῆθος ἀνδρῶν πενταχισχιλίων ἐθρέψατο ἐν τῇ δηλουμένῃ χώρᾳ, ποτὲ ἐξ ἑπτὰ τετρακισχιλίους ἄνδρας χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον «Εὐφροσύνῃ εὐφράνθησαν ἐνώπιόν σου, ὡς εὐφροσύνην ἐν θερισμῷ.» Οὕτω γοῦν οἱ ἐν θερισμῷ τρεφόμενοι ἠθροισμένως κατὰ τὸ αὐτὸ συμποσιάζειν εἰώθασι. Κατὰ διάνοιαν δὲ οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ οἱ τούτων διάδοχοι, οἵ τε εἰς δεῦρο τῶν ἐκκλησιῶν αὐτοῦ προεστῶτες, τῆς ἐνθέου εὐφροσύνης μετελάμβανον ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, δίκην ἀμώντων ἐργαζόμενοι· ἐπείπερ ἐργάται ἦσαν τοῦ θερισμοῦ τῶν ἐθνῶν, ἐμπιπλάμενοι εὐφροσύνης ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ληΐων. «Διότι ἀφῄρηται ὁ ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτῶν κείμενος, καὶ ἡ ῥάβδος ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτῶν.» Ἀπεσείσαντο τὸν βαρὺν ζυγὸν τοῦ τῇ δουλείᾳ τῆς ἁμαρτίας αὐτοὺς ὑποζεύξαντος, καὶ ῥάβδῳ τὸν τράχηλον αὐτῶν κατακάμπτοντος· ἵνα τὸ ἀποστολικὸν κήρυγμα τῆς ψυχῆς καταβάλλοντες μὴ ὑποκύψωσι τῇ δουλείᾳ τῆς ἁμαρτίας. Ἢ τάχα ὁ πάλαι τοῖς σκύλοις ἐπικείμενος, φησὶν, ἀφῄρηται ζυγὸς, καὶ ἡ ῥάβδος ἡ ἐπὶ τοῦ τραχήλου τῶν αὐτῶν σκύλων. Ζυγὸς γὰρ ἦν βαρὺς ταῖς τῷ διαβόλῳ ψυχαῖς δεδουλωμέναις ἐπικείμενος· καὶ ῥάβδος θανατικὴ τὸν τράχηλον αὐτῶν κατακάμπτουσα καὶ κάτω νεύειν ποιοῦσα· ὧν ἀφῃρημένων, εἰκότως ἔχαιρον οἱ διαιρούμενοι τὰ σκῦλα ταῦτα.

«Τὴν γὰρ ῥάβδον τῶν ἀπαιτούντων διεσκέδασε Κύριος, ὡς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἐπὶ Μαδιάμ.» Θεοδοτίων μέντοι, τοῦ «ἀπαιτοῦντος,» ἡρμήνευσεν, ἑνικῶς τὸν ἀπαιτοῦντα καὶ ἐκπράσσοντα σημήνας· δηλονότι τὸν διάβολον, ὃς ἐκπράσσων διετέλει τὰς τῶν ἀνθρώπων

A Christus illucesceret, in veræ lucis ignorantia erant: in umbra autem mortis erant, quotquot mortaliter peccaverant, secundum illud: «Anima quæ peccaverit, ipsa morietur [**].» Sed quandiu is qui peccat ad mortem, in præsenti vita degit, non ita prorsus absorbetur a morte, ut non possit resipiscendo salutem nancisci; sed nec ex illa penitus liberatur, quare dicitur esse in umbra mortis. Cæterum his prioribus illucescens, magni luminis gratiam elargitus est is, qui in hoc vaticinio fertur. In hac porro regione primo magnam populi multitudinem acquisivit, ita ut etiam apostolicum chorum ex ea deligeret. Quinam ergo erant illi in tenebris et umbra mortis versantes, nisi qui prius ignorantia Dei detinebantur, et mor- B tis animæ servituti addicti erant?

VERS. 3-4. «Multitudo populi, quam deduxisti in lætitia tua, et lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, et quemadmodum lætabuntur qui dividunt spolia: quia auferetur jugum ipsis impositum. «Sive, quia multi quidem crediderunt, sed multo plures in incredulitate manserunt, jure dicitur multos ex populo salutaris lætitiæ consortes fuisse. His porro significat, quoad obvium litteræ sensum, regionem illam, ubi aliquando ex quinque panibus turbam virorum quinque millium enutrivit; aliquando autem ex septem panibus, quatuor millia virorum, præter mulieres et parvulos. Quamobrem dictum est secundum C Symmachum, «Lætitia lætati sunt in conspectu tuo, sicut lætitia in messe.» Sic itaque qui in messe nutriuntur, confertim et simul epulari solent. Secundum intelligendi rationem vero, apostoli Salvatoris nostri, necnon eorum successores, ac ii, qui ad hoc usque tempus ecclesiarum ejus præsules fuerunt, divinæ lætitiæ in conspectu Salvatoris nostri participes erant, metentium instar operantes, quia messis gentilium operarii erant, perfusi gaudio ob fructuum in singulis ecclesiis abundantiam. «Quia ablatum est jugum ipsis impositum, et virga supra collum eorum.» Grave jugum illud excusserunt, ejus qui peccati servituti se colligabat, quique virga caput ipsorum deprimebat; ut apostolicam prædicationem in anima D fundantes, se peccati servituti non inflecterent. Sive fortasse, jugum, ait, spoliis olim impositum, ablatum est, necnon virga eorumdem spoliorum collo imposita. Grave quippe jugum erat animabus diaboli servituti subjectis impositum, ac mortalis virga, quæ collum deprimeret, ac deorsum inclinari cogeret: quibus ablatis merito gaudebant ii, qui hæc spolia dividebant.

VERS. 5. «Virgam enim exactorum dissipavit Dominus sicut in die Madian.» Theodotio sane *exactoris* interpretatus est, expetentem et exactorem singulariter exprimens, videlicet diabolum, qui exactoris humanarum animarum vicem agebat

[**] Ezech. XVIII, 4.

et quasi vectigalia exposcebat, nimirum peccata quæ illi admittebant. Historia vero Madian spectans exstat in libro Judicum : narratque tempore Gedeonis, inimicos non instructa armorum acie superatos fuisse, sed occulta, invisibili et divina virtute. Sic itaque, perinde atque Madianitis accidit, hostes occulta manu superati sunt; atque nunc ait dissipatam fuisse virgam exactoris diaboli, nec non aliorum qui cum eo animas hominum exigebant. Alius vero non *exigentium*, sed, *inobsequentium*, dixit.

« Quia omnem amictum dolo collectum, et vestimentum cum commutatione restituent et cupient, si fiant igne combusti. » Quia cum diabolus ornatum animæ et amictum ejus, atque tunicam principatus, qua induebatur, illam captivam abducens, diripuisset, nudam illam ac fœdam reliquit : ejus item comites, adversariæ potestates ab ea tributum exigebant, dolo et fallacia contra illam utentes ; jure exactores illos omnia persoluturos esse dicit Spiritus propheticus, his verbis, « Omnem amictum dolo collectum, et vestimentum cum commutatione restituent. » Iidem vero ipsi qui olim ab animabus hominum vectigalia exposcerent, omnia in memorato tempore soluturi esse dicuntur.

Vers. 6. « Quia parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis : cujus principatus factus est super humerum ejus. Et vocabitur nomen ejus, magni consilii angelus. Adducam enim pacem super principes, pacem et sanitatem ipsi. » Quosnam principes memorat, nisi eos qui ab ipso ad principatum in Ecclesia gerendum constituti sunt? Discipulos dico et apostolos ipsius, necnon eorum per totum orbem successores, quibus datum est ut sana mente essent, et pacem mutuo colerent, cum ipsis diceret, « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Magnus principatus ejus, et pacis ejus non erit finis [37]. » Secundum Theodotionem vero, « Pacis ejus non erit terminus. » Quantus porro fuerit ejus, qui in prophetia fertur, principatus intelligas, si Ecclesiam ejus in toto orbe constitutam consideres; sed multo magis si his de illo Apostoli testimoniis animum adhibeas, quibus ait, « Secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens illum in dextera sua in cœlestibus, supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem, et supra omne nomen quod nominatur [38]. » Ita magnus est Salvatoris nostri principatus, et pacis ejus non est finis ; nam interminabilis, senectutis expers et incircumscriptus ille est : quare dictum est, « Orietur in diebus ipsius justitia et abundantia pacis [39]. »

Vers. 7. « Super thronum David et regnum ejus, ad dirigendum illud, et patrocinandum ei in ju-

ψυχάς; καὶ φόρους ὥσπερ ἀπαιτῶν, τὰς χορηγουμένας αὐτῶν ἁμαρτίας. Κεῖται δὲ ἡ περὶ τῆς Μαδιὰμ ἱστορία ἐν τοῖς Κριταῖς, περιέχουσα ὡς ἐπὶ τοῦ Γεδεὼν οὐχ ὅπλων παρατάξει νενίκηνται οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἀφανεῖ καὶ ἀοράτῳ, καὶ θεϊκῇ δυνάμει. Οὕτως οὖν ὡς ἐπὶ τοῖς Μαδιὰμ ἐνικήθησαν οἱ πολέμιοι χειρὶ κρυφαίᾳ, καὶ νῦν φησι διεσκεδάσθαι τὴν ῥάβδον τοῦ ἀπαιτοῦντος διαβόλου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐκπρασσόντων. Ἕτερος δὲ οὐ « τῶν ἀπαιτούντων » ἔφη, ἀλλὰ « τῶν ἀπειθούντων » εἶπεν.

« Ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι, καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι. » Ἐπειδὴ τὸν κόσμον τῆς ψυχῆς καὶ τὴν στολὴν αὐτῆς, τόν τε τῆς ἀρχῆς χιτῶνα, ὃν περιεβάλετο, συλήσας ὁ διάβολος, ὅτε αὐτὴν ὑποχείριον ἔλαβε, γυμνὴν αὐτὴν καὶ αἰσχρὰν κατέστησεν· αἵ τε σὺν αὐτῷ δυνάμεις ἀντικείμεναι ἐξέπραττον αὐτὴν, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ κατ' αὐτῆς χρώμεναι· πάντα εἰκότως ἀποτίσειν λέγεται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, φήσαντος, ὅτι δὴ « Πᾶσαν στολὴν ἐπισυνηγμένην δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσιν. » Οἱ αὐτοὶ δὲ οὗτοι οἱ πάλαι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐκπράσσοντες ἀποτιννύειν λέγονται πάντα ἐν τῷ δηλουμένῳ καιρῷ.

« Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Ἄξω γὰρ εἰρήνην ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, εἰρήνην καὶ ὑγίειαν αὐτῷ. » Ποίους δέ φησιν ἄρχοντας, ἢ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἄρχειν τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ καθεσταμένους; Λέγω δὴ μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἀποστόλους, τούς τε τὴν τούτων διαδοχὴν ὑποδεξαμένους καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, οἷς ψυχῆς ὑγίειαν καὶ εἰρήνην ἔχειν πρὸς ἀλλήλους ἐδωρεῖτο, ἐν οἷς πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. Μεγάλη ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Κατὰ γοῦν τὸν Θεοδοτίωνα, « Τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔσται πέρας. » Νοήσεις δὲ ὅπως μεγάλη γέγονε τοῦ προφητευομένου ἡ ἀρχὴ, τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν αὐτοῦ θεωρῶν· καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπιστήσας ταῖς τοῦ Ἀποστόλου περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαις, δι' ὧν φησι, « Κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ καθίσας αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου. » Οὕτω μεγάλη ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρχὴ, καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι τέλος· ἀτελεύτητος γὰρ καὶ ἀγήρως καὶ ἀπερίγραφος αὕτη τυγχάνει· διὸ λέλεκται· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης. »

« Ἐπὶ τὸν θρόνον Δαυῒδ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτὴν, καὶ ἀντιλαβέσθαι ἐν κρίματι καὶ ἐν δικαιοσύνῃ. Ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ὁ

[37] Joan. xiv, 27. [38] Ephes. i, 19-21. [39] Psal. lxxi, 7.

ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα.» Τήρει δὲ ἀκριβῶς ὅπως οὐχ εἴρηται καθεσθήσεσθαι ἐπὶ τὸν θρόνον Δαυῒδ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτήν· ἡμῶν προσυπακουόντων τὸ ἥξειν αὐτὸν ἐπὶ τῷ κατορθῶσαι τὸν θρόνον Δαυῒδ καὶ τὴν σκηνὴν πεπτωκυῖαν. Ἐπειδὴ γὰρ κατέστραπτο καὶ καθῄρητο ἡ βασιλεία Δαυῒδ ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ· ἦσαν δὲ προφητεῖαι θεσπίζουσαι τὸν θρόνον Δαυῒδ διαλάμψειν φωτὸς ἡλιακοῦ δίκην καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· ταύτην αὐτὴν ἐλήλυθε τὴν ἐπαγγελίαν πληρῶσαι· ἐκ σπέρματος μὲν Δαυῒδ κατὰ σάρκα γεννώμενος, καταλάμπων δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ κρατύνων διὰ πάντων τῶν καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν. Ἐν τούτοις γὰρ τὸν θρόνον Δαυῒδ διωρθώσατο, παρὰ Ἰουδαίοις καθῃρημένον. Καὶ τοῦτο ἔπραξεν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· τοῦ μὲν, «ἀπὸ τοῦ νῦν,» σημαίνοντος ἀρχὴν χρόνου ὡρισμένην, δι' ἧς ὁ καιρὸς ἐδηλοῦτο τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας αὐτοῦ· τοῦ δὲ, «εἰς τὸν αἰῶνα,» τὴν ἄπειρον καὶ διαρκῆ βασιλείαν αὐτοῦ παριστῶντος. Τηρητέον δὲ, ὡς ἡ μὲν πρώτη περὶ τοῦ προφητευομένου πρόῤῥησις ἐκ Παρθένου τεχθήσεσθαι αὐτὸν ἐδήλου· ἡ δὲ δευτέρα, ὡσανεὶ ζητουμένου, πῶς ἔσται τοῦτο, τὸν Κύριον εἰσῆγε λέγοντα, «Καὶ προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν· καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκεν υἱόν·» ἡ δὲ τρίτη οὐκέτι μνημονεύει κυήσεως παρθενικῆς, οὐδὲ τοῦ τρόπου τῆς κατὰ Θεὸν παραδόξου συλλήψεως· ἅτε δὴ προμεμαθηκότων ἡμῶν ταῦτα, περὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ διεξέρχεται, παιδεύουσα ἡμᾶς τὰ ἀπόῤῥητα τῆς περὶ αὐτοῦ θεολογίας· ταῦτα δὲ πάντα περὶ τοῦ τυχόντος παιδίου λέγεσθαι, οὐκ οἶδα πῶς συστήσαιεν οἱ ἐκ περιτομῆς, μὴ βουλόμενοι παραδέξασθαι τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα, ᾧ τὰ ἔργα μαρτυρεῖ, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις τοὺς λόγους ἐπισφραγίζεται. «Ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα.» Ποῖος ζῆλος, ἢ ὃν ἐζήλωσεν ἀγαθὸν καὶ αὐτῷ πρέποντα, εἰς τὸ σῶσαι πάντας τοὺς ὑπὸ τοῦ διαβόλου καταδυναστευθέντας, καὶ εἰς ἀθεότητα κατασυρέντας;

«Θάνατον ἀπέστειλε Κύριος ἐπὶ Ἰακὼβ, καὶ ἦλθεν ἐπὶ Ἰσραήλ· καὶ γνώσονται πᾶς ὁ λαὸς τοῦ Ἐφραΐμ, καὶ οἱ καθήμενοι ἐν Σαμαρείᾳ ἐφ' ὕβρει καὶ ὑψηλῇ καρδίᾳ, λέγοντες· Πλίνθοι πεπτώκασιν· ἀλλὰ δεῦτε λαξεύσωμεν λίθους, καὶ κόψωμεν συκαμίνους, καὶ κέδρους, καὶ οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς πύργον.» Ἤτοι οἱ τὴν Σαμάρειαν οἰκοῦντες, Ἰσραὴλ χρηματίζοντες, καὶ λαὸς τοῦ Ἐφραῒμ ὀνομαζόμενοι, διὰ τὸ βασιλευθῆναι ὑπὸ τῶν ἐκ φυλῆς τοῦ Ἐφραΐμ, χλευάζοντες καὶ ἐξευτελίζοντες τὴν Ἱερουσαλὴμ, πλίνθοις ταύτην ἔφασκον οἰκοδομεῖσθαι, καὶ τὰς στέγας ἔχειν «ἀπὸ συκαμίνων» ἢ «συκομόρων» κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς. Εἶθ' ὡς αὐτοὶ βελτίονα πόλιν κατασκευάσοντες, ἐπηγγέλλοντο διὰ λίθων ξυστῶν καὶ κέδρων οἰκοδομήσειν, καὶ ἀντὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ πύργον ἑαυτοῖς ἀναστήσειν ἐν Σαμαρείᾳ· διὸ καὶ ἐπειδὴ τοιαῦτα τετολμήκασιν

A dicio et in justitia. Amodo et in sæculum zelus Domini Sabaoth faciet hæc.» Observes accurate, non simpliciter dictum fuisse ipsum in throno David sessurum esse, sed etiam super regnum ejus ad regendum illud; nobis subaudientibus venturum illum esse ad restaurandum thronum Davidis, et tabernaculum ejus, quod lapsum fuerat. Quia enim a temporibus Babylonicæ captivitatis eversum et sublatum fuerat regnum Davidis, ac prophetiæ aderant, quæ vaticinabantur thronum Davidis solaris luminis instar illustratorum esse totum orbem; hanc ille promissionem impletum venit, ex semine quidem David secundum carnem natus, animas autem hominum illuminans, ac regnum ejus apud omnes totius orbis gentes confirmans.

B In his quippe regnum Davidis erexit, a Judæis sublatum. Et hoc præstitit ab hoc tempore usque in sæculum; ita ut illud, «amodo,» initium temporis definitum significet, quo tempus ejus ad homines adventus declaratur; illud autem, «in sempiternum,» infinitum ac perpetuum regnum ejus declarat. Observandum autem est, primam de eo qui in prophetia fertur, prædictionem, illum ex Virgine nasciturum esse declarare; secundam vero, ac si quæratur, quo pacto id futurum sit, ipsum Dominum sic loquentem inducere, «Et accessi ad prophetissam: et in utero accepit, et peperit Filium;» tertiam autem, virgineum partum non ultra memorare, neque modum stupendæ illius secundum Deum conceptionis, utpote nobis

C hanc rem jam edoctis; sed de Filio ipsius verba facere, nosque in theologiæ ejus arcanis instituere. Cæterum nescio quo pacto ii qui ex circumcisione sunt, hæc de vulgari puero dici statuant, nolentes admittere Salvatorem nostrum, cui ipsa opera testimonium afferunt, cum eventus rerum sermones obsignet. «Zelus Domini Sabaoth faciet hæc.» Quis zelus nisi ille bonus et condecens, quo ille incensus est, ad salutem iis omnibus parandam, qui sub dominio diaboli erant, et in impietatem pertracti fuerant?

Vers. 8-10. «Mortem misit Dominus super Jacob, et venit super Israel: et cognoscet omnis

D populus Ephraim, et qui sedent in Samaria in contumelia et alto corde, dicentes: Lateres ceciderunt; sed venite, dolemus lapides, et cædamus sycaminos et cedros, et ædificemus nobis turrim.» Id est, ii qui Samariam incolunt, Israel nuncupati, et populus Ephraim vocati, quia regibus tribus Ephraim subditi erant, irridentes et vilipendentes Jerusalem, ipsam ex lateribus structam dicebant, ac tegulas habere *ex sycaminis*, sive secundum reliquos interpretes, *ex sycomoris*, factas. Deinde vero, ac si illi præstantiorem urbem structuri essent, eam ex incisis lapidibus et ex cedris se ædificaturos esse pollicebantur: et templi in Jerusalem stantis loco, turrim sibi excitaturos in Samaria; ideo quia illi in tantam arrogantiam ve-

nire ausi fuerant, deinceps comminatur eis his verbis :

Vers. 2. « Et franget Deus eos, qui insurgunt super montem Sion, et inimicos dissipabit. » Secundum historiam enim, quia, inquit, ii qui Samariam incolebant talia ausi sunt, et petulanter agebant contra montem Sion, et contra Deum ibidem cultum; eos se, quasi ex magna superbiæ celsitudine depressurum et fracturum comminatur. Ii quippe qui contra montem Sion insurrexerunt, etiam in ipsum Deum impie agebant: quos se humiliaturum et confracturum esse dicit; nec ipsos solos, sed etiam inimicos ejus dissipaturum esse: significans eos ex Damasco, qui Israelis commilitones erant, ut prius traditum est. Ac reliquos omnes qui contra montem Sion et contra Deum ibidem cultum insurrexerunt, se dissipaturum esse pollicetur: ex quorum numero alii ex oriente erant, alii ex occasu solis, medii autem eorum Græci erant. Hi etenim omnes memoratum Israelem pleno ore devorantes, atque in suum idololatriæ errorem dejicientes, se iis, qui contra montem Sion insurgebant, auxiliaturos ac commilitones eorum futuros esse promittebant.

Vers. 14-15. « Et abstulit Dominus ab Israel caput et caudam, magnum et parvum in una die, senes et eos qui vultum admirantur, hoc est principium; et prophetam docentem iniqua, hic est cauda. » Pro illo, « Abstulit Dominus ab Israel, » Aquila, « Et perdet Dominus; » Symmachus vero, « Et disperdet Dominus; » Theodotio, « Et auferet, » in futuro dixerunt; quasi Deus hæc facturus sit: quæ ante eventum prædicit, ut auditores ad pœnitentiam provocet, ne quæ comminatur ipsis eveniant. Una porro die se prædicta omnia, quæ quidem perspicua sunt, facturum esse dicit, id est, uno eodemque tempore. Cum autem dicit caput et caudam, brutum animal significat; id quippe non hominum proprium est, quod caudam habeant, sed brutorum animalium: quibus populum similem esse dicit: vel caput et caudam, rationabilem et irrationabilem; principem, subditum et ultimum vocat: quod etiam sic declaravit dicens, « magnum et parvum. » Pro illo, « qui vultus admirantur, » Symmachus, « et venerabilem, » interpretatus est. Hic ergo venerabilis et senex, caput esse potest; cauda vero propheta qui iniqua docet, qui quasi bruti animalis ultimum membrum est. Illos igitur de medio tollendos, atque uno tempore exterminandos esse interminatur.

Vers. 18. « Et succendetur quasi ignis iniquitas : et quasi gramen siccum devorabitur ab igne. Et succendetur in densitatibus saltus, et devorabit omnia quæ circum colles sunt. » Se ut bonum animarum agricolam, hæc facturum esse comminatur Dominus; ut iniquitas eorum deleatur instar herbæ silvestris ab igne absumptæ.

Vers. 19-21. « Propter furorem iræ Domini com-

A ἀπαυθαδιάσασθαι, ἀπειλεῖ αὐτοῖς ἑξῆς ὁ λόγος φάσκων·

« Καὶ ῥάξει ὁ Θεὸς τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς διασκεδάσει. » Κατὰ γοῦν τὴν ἱστορίαν, ἐπειδὴ, φησὶν, οἱ τὴν Σαμάρειαν οἰκοῦντες τοιαῦτα τετολμήκασι, καὶ κατεθρασύνοντο κατὰ τοῦ ὄρους Σιὼν, καὶ κατὰ τοῦ ἐν αὐτῷ τιμωμένου Θεοῦ, ὡς ἀπὸ μεγάλου ὕψους τῆς ὑπερηφανείας αὐτῶν ταπεινώσειν καὶ καταῤῥάξειν αὐτοὺς ἀπειλεῖ. Τοὺς γὰρ ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν ἐπανισταμένους ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀσεβεῖν συνέβαινεν· οὓς ταπεινώσειν καὶ ῥάξειν φησὶν, οὐ μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διασκεδάσειν· σημαίνων τοὺς ἐν Δαμασκῷ συμμαχοῦντας τῷ Ἰσραὴλ, κατὰ τὰ ἔμπροσθεν ἀποδεδομένα. Καὶ πάντας δὲ τοὺς ἐκ τῶν

B λοιπῶν ἐπανισταμένους τῷ ὄρει Σιὼν, καὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐνταῦθα τιμωμένῳ, διασκεδάσειν ἐπαγγέλλεται· ὧν οἱ μὲν ἦσαν ἀνατολικοί τινες, οἱ δὲ ἀφ' ἡλίου δυσμῶν, μέσοι δὲ τούτων οἱ Ἕλληνες. Πάντες γὰρ οὗτοι, τὸν προλεχθέντα Ἰσραὴλ ὅλῳ τῷ στόματι κατεσθίοντες καὶ καταβάλλοντες ἐπὶ τὴν τῆς εἰδωλολατρείας ἑαυτῶν πλάνην, βοηθεῖν καὶ συμμαχεῖν ἐπηγγέλλοντο τοῖς ἐπανισταμένοις κατὰ τοῦ ὄρους Σιών.

« Καὶ ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἰσραὴλ κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, μέγαν καὶ μικρὸν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, πρεσβύτην καὶ τοὺς τὰ πρόσωπα θαυμάζοντας, αὕτη ἡ ἀρχή· καὶ προφήτην διδάσκοντα ἄνομα, οὗτος ἡ οὐρά. » Ἀντὶ μέντοι τοῦ, « Ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἰσραὴλ, »

C ὁ μὲν Ἀκύλας, « καὶ ὀλοθρεύσει Κύριος· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « Καὶ ἐξολοθρεύσει Κύριος· » ὁ δὲ Θεοδοτίων, « Καὶ ἀφελεῖ, » μελλητικῶς εἰρήκασιν· ὡς μέλλοντος ταῦτα ποιήσειν τοῦ Θεοῦ· ἃ πρὶν γενέσθαι προλέγει, ἐπιστρέφων εἰς μετάνοιαν τοὺς ἀκροωμένους, ὡς ἂν μὴ πάθοιεν τὰ ἀπειλούμενα. Ἐν ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ φησι πάντα ποιήσειν τὰ προλεχθέντα σαφῆ τυγχάνοντα· τουτέστιν ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρόν. Κεφαλὴν δὲ καὶ οὐρὰν εἰπὼν, ᾐνίξατο ζῶον ἄλογον· οὐ γὰρ ἀνθρώπων ἴδιον, ἀλλὰ ζώων ἀλόγων τὸ οὐρὰν ἔχειν· οἷς τὸν λαὸν ἀφωμοίωσεν· ἢ κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, τὸν λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον, ἢ τὸν ἄρχοντα καὶ τὸν ἀρχόμενον, καὶ ἔσχατον· ὃ δὴ καὶ διεσάφησεν εἰπὼν, « μέγαν καὶ μικρόν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « τοὺς τὰ πρόσωπα θαυμάζοντας, » ὁ Σύμμαχος, « καὶ αἰ-

D δέσιμον, » ἡρμήνευσε. Καὶ οὗτος οὖν ὁ αἰδέσιμος καὶ ὁ πρεσβύτης δύναται εἶναι ἡ κεφαλή· ἡ δὲ οὐρὰ ὁ διδάσκων ἄνομα προφήτης, οἱονεὶ ἀλόγου ζώου ἔσχατον μέλος ὑπάρχων. Ἀφαιρεθήσεσθαι τοίνυν τούτους, καὶ ἐξολοθρευθήσεσθαι ὑφ' ἕνα καιρὸν ὁ λόγος ἀπειλεῖ.

« Καὶ καυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ἀνομία, καὶ ὡς ἄγρωστις ξηρὰ βρωθήσεται ὑπὸ πυρός. Καὶ καυθήσεται ἐν τοῖς δάσεσι τοῦ δρυμοῦ, καὶ συγκαταφάγεται τὰ κύκλῳ τῶν βουνῶν πάντα. » Ποιήσειν δὲ ταῦτα, ὡς ἀγαθὸς ψυχῶν γεωργὸς, ὁ Κύριος ἀπειλεῖ· ἵνα ἡ ἐν αὐτοῖς ἀνομία ἀφανισθῇ δίκην ὑλομανοῦς βοτάνης ὑπὸ πυρὸς ἀναλισκομένης.

« Διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου συγκέκαυται ἡ γῆ ὅλη,

καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς κατακεκαυμένος ὑπὸ πυρός. Ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐκ ἐλεήσει· ἀλλὰ ἐκκλινεῖ εἰς τὰ δεξιὰ, ὅτι πεινάσει καὶ φάγεται ἐκ τῶν ἀριστερῶν, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇ ἄνθρωπος ἔσθων τὰς σάρκας τοῦ βραχίονος αὐτοῦ. Φάγεται γὰρ Μανασσῆς τοῦ Ἐφραῒμ, καὶ Ἐφραῒμ τοῦ Μανασσῆ, ὅτι ἅμα πολιορκήσουσι τὸν Ἰούδαν. Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. » Ὡς ἐπαναστῆναι ἀδελφὸν ἀδελφῷ, καὶ μηδένα τοῦ πέλας φείσασθαι· πάντας δὲ ἀλλήλοις χρήσασθαι ὡς πολεμίοις· ὡς εἰς τοσοῦτον ἐλάσειν ἀναφλεγομένην αὐτοῖς τὴν πρὸς ἀλλήλοις στάσιν, καὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, ὡς καὶ τὰς δύο φυλὰς, τὴν τοῦ Ἐφραῒμ καὶ τὴν τοῦ Μανασσῆ, ἐξ ἑνὸς πατρὸς γενομένας τοῦ Ἰωσὴφ, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὄντας βασιλείαν, μίαν δὲ καὶ τὴν αὐτὴν πόλιν οἰκοῦντας Σαμάρειαν, ἀλλήλαις ἐπαναστῆναι, καὶ τοὺς ἀλλήλων βραχίονας καταφαγεῖν· μηκέτι μὲν σχολάζοντας τῷ κατὰ Ἰούδα πολέμῳ, μηδὲ τῇ πολιορκίᾳ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καθ' ἑαυτῶν δὲ ἀκονήσαντας τὰ ἑαυτῶν ξίφη, ἑαυτοὺς διαχειρίσασθαι, καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίσαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

« Οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν· γράφοντες γὰρ πονηρίαν γράφουσιν· ἐκκλίνοντες κρίσιν πτωχῶν, ἁρπάζοντες κρῖμα πενήτων τοῦ λαοῦ μου· ὥστε εἶναι αὐτοῖς χήραν εἰς διαρπαγὴν, καὶ ὀρφανὸν εἰς προνομήν. » Τοῦ καλουμένου οὖν Ἰσραὴλ, λέγω δὴ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐν Σαμαρείᾳ βασιλευομένου, καὶ ταῦτα πρὸς τοῖς προτέροις ὁ παρὼν λόγος κατηγορεῖ, φάσκων αὐτοὺς πρὸς ἔριν καὶ φιλονεικίαν τῶν τὰς ἀληθεῖς τοῦ Θεοῦ προφητείας παραγραφόντων τὰς ψευδοπροφητείας συντάττειν. Ἦσαν γοῦν, ἦσαν ψευδοπροφῆται πλεῖστοι, ὅσοι ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐναντία φθεγγόμενοι, καὶ ἐναντία γράφοντες τοῖς ἀληθέσι τοῦ Θεοῦ προφήταις. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ συγγραφὰς ἐποιοῦντο παρανόμους, καὶ πάσης πονηρίας μεστάς· πένητας οἰκτροὺς κατεδυνάστευον, βιαζόμενοί τε ἐπλεονέκτουν ἀπεριστάτους ὀρφανοὺς καὶ χήρας. Τοιούτους δ' ἂν εἴποις καὶ τοὺς διὰ μοχθηρῶν συγγραμμάτων εἰσέτι καὶ νῦν διαστρέφοντας τῶν ἀκεραιοτέρων τὰς ψυχάς.

« Καὶ τί ποιήσουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς; ἡ γὰρ θλίψις ὑμῖν πόῤῥωθεν ἥξει. Καὶ πρὸς τίνα καταφεύξεσθε τοῦ βοηθηθῆναι; καὶ ποῦ καταλείψετε τὴν δόξαν ὑμῶν, τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἀπαγωγήν; » Ἀπειλεῖ τοίνυν ἐκείνοις ὁ προφητικὸς λόγος φάσκων· « Καὶ τί ποιήσουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐπισκοπῆς, » καθ' ἣν ἡ θλίψις καὶ ἡ κατὰ τούτων ὀργὴ πόῤῥωθεν ἥξει; Μακρὰν γὰρ οὖσαν αὐτήν φησι, διὰ τὸ ἀπελαύνεσθαι ἐξ ἐμοῦ τοῦ Θεοῦ· ὑμεῖς, ὦ οὗτοι, πρὸς οὓς ταῦτα λέγεται, ὥσπερ βιαζόμενοι καθ' ἑαυτῶν αὐτὴν ἐπεσπάσασθε· ἧς ἐπελθούσης, ἐπὶ τίνα καταφεύξεσθε τοῦ βοηθηθῆναι; « Ἐπὶ πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη ἡ ὀργή· ἀλλ' ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. » Ἐπιμενόντων γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἀτοπήμασι τῶν διὰ τοῦ λόγου κατηγορουμένων, ἀκόλουθον ἦν καὶ τὴν κατ' αὐτῶν παράμονον γίνεσθαι ὀργήν.

« Οὐαὶ Ἀσσυρίοις, ἡ ῥάβδος τοῦ θυμοῦ μου· καὶ ὀργή ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Τὴν ὀργήν μου εἰς ἔθνος ἄνομον ἀποστελῶ, καὶ τῷ λαῷ ἐμῷ συντάξω

A busta est universa terra, et erit populus quasi succensus ab igne. Homo fratris sui non miserebitur; sed declinabit ad dexteram, quia esuriet, et comedet a sinistris, et non saturabitur homo comedens carnes brachii sui. Devorabit enim Manasses Ephraim, et Ephraim Manassen, quia simul obsidebunt Judam. In his omnibus non aversa est ira, sed adhuc manus excelsa. » Ita ut insurgat frater in fratrem, ac nemo proximo suo parcat: omnesque mutuo agant ut inimici, ita ut coorta et ardens inter utrosque seditio, et civile bellum eo usque veniat, ut duæ illæ tribus Ephraim et Manasses, ex uno patre Joseph ortæ, ac sub eodem regno degentes, atque unam eamdemque urbem incolentes Samariam, contra se mutuo insurgant, ac brachia in- B vicem devorent, bello contra Judam inferendo, ac obsidioni Hierosolymæ, non ultra vacantes, sed contra se mutuo gladios acuentes, ut se vulneribus conficiant ac deleant.

CAPUT X.

Vers. 1-2. « Væ scribentibus malitiam: nam scribentes, malitiam scribunt: declinantes judicium pauperum, rapientes judicium inopum populi mei; ita ut sit illis vidua in rapinam, et orphanus in direptionem. » Illum Israelem dictum, videlicet Judaicum populum regno Samariæ subditum, de his item, præter ea quæ superius memorata sunt, ac- C cusat Scriptura, dicens, eos ob contentionem et disceptationem eorum, qui veras Dei prophetias adulterabant, falsa vaticinia comminisci. Erant itaque, erant pseudoprophetæ multi, in Israele contraria loquentes et contraria scribentes iis, quæ veri Dei prophetæ tradebant. Iidem vero ipsi scripta nefaria edebant, et omni improbitate referta: in miseros pauperes dominatum exercebant, ac violenter superbeque agebant in orphanos et viduas patrocinio carentes. Tales item dixeris eos, qui hodie perversis scriptis simpliciorum animas evertunt.

Vers. 3-4. « Et quid facient in die visitationis? nam tribulatio vobis e longinquo veniet. Et ad cujus auxilium confugietis? Et ubi relinquetis gloriam vestram, ne cadatis in abductionem? » Comminatur D ergo iis propheticus sermo dicens: « Et quid facient in die visitationis, » qua tribulatio et ira procul ipsis veniet? Nam cum ea procul exsistat, quia ipsa a me Deo eliminata est; vos sane, quibus hæc dicuntur, quasi vi utentes contra vos ipsos, eam attraxistis: qua superveniente, ad cujus auxilium confugietis? « Super his omnibus non aversa est ira; sed adhuc manus excelsa. » Nam iis qui in præsenti accusantur, eadem in absurditate permanentibus, consequens erat, ut ira quoque permaneret.

Vers. 5-6. « Væ Assyriis, virgæ furoris mei: et ira est in manibus eorum. Iram meam in gentem iniquam mittam, et populo meo præcipiam ut faciat

spolia et depopulationem, et conculcet civitates, et A ponat eas in pulverem. » Ad hæc usque perseveravit accusatio populi; post quam, consequenter ad minas a prophetia enuntiatas, non diu Assyrii irrumpentes Samariam obsident, et totam ipsorum regionem depopulantur, novemque Judaicæ gentis tribus in Assyriorum terram captivas abducunt. Post enarratam ergo populi Israel dicti captivitatem, ad eos qui in captivitatem abduxerant sermo transfertur. Hi porro erant Assyrii, quibus hæc præsentia comminatur. Quod autem, cum hæc dicerentur, jam populus ab Assyriis translatus et Samaria obsessa fuisset, hinc palam est, quod ibidem ex Assyriorum regis persona dicatur, « Cepi Arabiam, et Damascum et Samariam: quemadmodum illas, sic et omnes principatus capiam; » ac rursum, « Quem- B admodum feci Samariæ, et omnibus manufactis ejus, sic faciam Jerosolymæ. » Docet autem historia in diebus Achaz ascendisse regem Assyriorum Samariam, et obsedisse illam: ac tunc quidem partem populi captivam duxisse: sub Ezechia autem Achazi successore universum populum transtulisse in Assyrios.

VERS. 7-9. « Ipse autem non sic cogitavit, et in anima non sic arbitratus est; sed avertet mens ejus ad gentes exterminandas non paucas. Et si dixerint ei, Tu solus es princeps: respondebit, Annon cepi regionem supra Babylonem et Chalanem, cujus turris ædificata est: et cepi Arabiam, et Damascum, C et Samariam? » Cum meam, inquit, potestatem acceperit, non sic ille arbitratus est, sed elatus mente fuit, ac si populum meum propria virtute debellasset. Nec illo contentus excidio, infinitas alias gentes se invasurum minatur: quia illam præstantiorem ac sub Dei tutela positam debellaverat. Quamobrem iis qui subjecti fuerant, mirantibus eum, ac dicentibus, « Tu solus es princeps, » respondet ille his verbis: Me principem nondum vocetis neque dominum, quandoquidem omnes undique regiones nondum cepi: cæterum,

VERS. 10. « Quemadmodum has cepi, sic et omnes principatus capiam. Ululate, sculptilia in Jerusalem et Samaria. » Ad ipsos Assyrios eorumque principem, qui hæc tam arroganter proferebat, D sermonem dirigit. Væ Assyriis, ait, quia non intellexerunt iram meam, contra facinorosos illos excitatam, talem ipsis inferendæ ultionis potestatem indidisse: sed opinabantur se suapte virtute gentes debellasse.

A καὶ πρὸς οἰκείους τινὰς καὶ ἀδελφοὺς ἀπεστέλλοντο, ἀλλὰ πρός τινας ἀπεξενωμένους ἀγνώστους ἄνδρας καὶ ἀλλογενεῖς, τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· ἐν οἷς ἦσαν μετέωροι ἀληθῶς, ἐπὶ μηδὲν ἑδραίου ἑστῶτες, πλανώμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς πολυθέου πλάνης. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ χαλεπὸν ἔθνος ἦσαν, ἐχθρῶς καὶ πολεμίως διακείμενοι πρὸς τὸν τῆς θεοσεβείας λόγον. Ὅμως δ' οὖν πρὸς τούτους παρακελεύεται ἀπιέναι τοὺς ἀγγέλους κούφους καὶ τούτοις κηρύττειν, διαβαίνειν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς. Διὸ ἐπιλέγει, « Τίς αὐτοῦ ἐπέκεινα; » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Μεθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα. » Τοῦτο δὲ τὸ ἀπεξενωμένον καὶ μετέωρον ἔθνος, καὶ ἀνέλπιστον ἦν· ὡς λέγειν τὸν Ἀπόστολον· « Ἦμέν που ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. »

VERS. 3. « Nunc flumina terræ omnia tamquam regio habitata: habitabitur regio eorum. » Videtur mihi subindicare, fluminibus quidem, multitudinem gentium quæ Deum cognituræ sunt; regionibus vero earum, ecclesias: quemadmodum enim superius fluctibus maris, fluctibusque turbatis, infidelium gentium turbas comparavit; sic et nunc fluviis dulcibus placideque manantibus, Christi populos similes ait; per regionem autem eorum, indicat Ecclesiam. Olim ergo isthæc flumina inhabitata erant, et a Deo aliena; ac regio eorum pia religione vacua et deserta; jam vero per nostram, inquit, prædicationem, memorata flumina et regio eorum, in habitatam terram versa sunt. Id porro procurabit illis Christi signum: « Veluti signum a monte elevabitur. »

B « Νῦν οἱ ποταμοὶ τῆς γῆς πάντες ὡς χώρα κατοικουμένη· κατοικισθήσεται ἡ χώρα αὐτῶν. » Αἰνίττεσθαι δὲ διὰ τούτων μοι δοκεῖ ποταμοὺς μὲν τὰ πλήθη τῶν τὸν Θεὸν ἐπιγνωσομένων λαῶν· χώρας δὲ αὐτῶν τὰς ἐκκλησίας· ὡς γὰρ ἀνωτέρω κύμασι θαλάσσης, καὶ κύμασι τεταραγμένοις τὰ πλήθη τῶν ἀπίστων ἐθνῶν παρέβαλεν, οὕτω νῦν ποταμοῖς γλυκέσι καὶ εὐσταθῶς κινουμένοις τοὺς Χριστοῦ λαοὺς ἀφομοιοῖ, χώραν αὐτῶν δηλώσας τὴν Ἐκκλησίαν. Πάλαι μὲν οὖν ἦσαν οἱ ποταμοὶ οὗτοι ἀοίκητοι, καὶ ἀλλότριοι Θεοῦ, ἥ τε χώρα αὐτῶν ἔρημος θεοσεβείας· νυνὶ δὲ διὰ τοῦ ἡμετέρου, φησὶ, κηρύγματος, οἱ δηλωθέντες ποταμοὶ καὶ ἡ χώρα αὐτῶν εἰς οἰκουμένην ἐστί. Προξενήσει δὲ τοῦτο αὐτοῖς τὸ τοῦ Χριστοῦ σημεῖον· « Ὡσεὶ σημεῖον ἀπὸ ὄρους ἀρθῇ. »

C

VERS. 4. « Tanquam buccinæ vox audietur: quia sic dixit Dominus mihi: Securitas erit in mea civitate. » Prædicta regio mea Domini civitas est: quare securitas in ea erit, utpote custodiente me, et undique illam tutante; ita ut jure de illa dicatur, « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [85]; » et « Fluminis impetus lætificant civitatem Dei. Veluti lux æstus meridiani, et ut nubes roris diei messis [86]. » Ab hujusmodi luce, quæ quasi æstus meridianus in civitate mea effunditur, nihil, inquit, civitati meæ damni infertur, neque dolor iis qui hujusmodi luce perfunduntur. Lux igitur illa, est ipsum Dei Verbum, quod Ecclesiam ejus semper illuminat; nubes autem roris, Spiritus sanctus, qui supremam unigeniti Filii Dei theologiam, iis, qui eam capere non valent, adumbrate tradit, ut attemperatum quidpiam efficiatur, altam et summam de Christo theologiam complectens; idque ex accessu cujusdam nubis sancti Spiritus. Hæc porro ante messem futura prædicit: hac ratione fructus in Ecclesia Dei pullulantes significans, qui instar spicarum efflorescunt: qua de re superius [87] hæc declarabat, « Et lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. » Et Salvator similiter cum diceret, « Levate oculos vestros, et videte agros, quoniam albi sunt ad messem [88]. » Erit itaque lux divinitatis Verbi, in ejus civitate, non temperata quasi vigens et meridiana; quia verò

« Ὡς σάλπιγγος φωνὴ ἀκουστὸν ἔσται· διότι οὕτως εἶπε Κύριός μοι· Ἀσφάλεια ἔσται ἐν τῇ ἐμῇ πόλει. » Ἡ δὲ προλεχθεῖσα χώρα ἐμὴ τοῦ Κυρίου ἐστὶ πόλις· διὸ ἀσφάλεια ἔσται ἐν αὐτῇ, ὡς ἂν ἐμοῦ φυλάττοντος καὶ πανταχόθεν αὐτὴν ἀσφαλιζομένου· ὥστε εἰκότως περὶ αὐτῆς λέγεσθαι· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, » καί· « Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Ὡς φῶς καύματος μεσημβρίας, καὶ ὡς νεφέλη δρόσου ἡμέρας ἀμητοῦ. » Τοιούτου δὲ φωτὸς καὶ ὥσπερ καύματος μεσημβρινοῦ γενομένου ἐν τῇ ἐμῇ πόλει, οὐκ ἔστι, φησὶ, βλάβη, οὐδὲ λύπη τοῖς ὑπὸ τοιούτῳ φωτὶ καταυγαζομένοις. Φῶς μὲν οὖν αὐτός D ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ διαπαντὸς φωτίζων· νεφέλη δὲ δρόσου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν ἄκραν θεολογίαν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῖς μὴ οἵοις τε αὐτὴν χωρεῖν ἐπισκιάζον, ὡς κεχραμένον ἀποτελεῖσθαί τι πολὺ καὶ ἀκρότατον τῆς περὶ Χριστοῦ θεολογίας, διὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὥσπερεί τινος νεφέλης ὑποδρομήν. Καὶ ταῦτα ἔσεσθαί φησι πρὸ τοῦ θερισμοῦ· τοῦτον δηλῶν τὸν τρόπον τὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ καρποφορίας, δίκην σταχύων ἀνθούσας· περὶ οὗ καὶ ἀνωτέρω ἐδήλου λέγων· « Καὶ εὐφρανθήσονται ἐνώπιόν σου, ὡς οἱ εὐφραινόμενοι ἐν ἀμητῷ. » Καὶ ὁ Σωτὴρ ὁμοίως δι' ὧν ἔλεγεν· « Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμόν. »

[84] Ephes. II, 12. [85] Psal. LXXXVI, 3. [86] Psal. XLV, 5. [87] Cap. IX, vers. 3. [88] Joan. IV, 35.

Ἔσται τοίνυν τὸ μὲν φῶς τῆς θεότητος τοῦ Λόγου ἄκρατον ὥσπερ ἀκμαῖον καὶ μεσημβρινὸν ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει· διὰ δὲ τὸ μὴ χωρηθῆναι αὐτὸ ὑπὸ ἀνθρώπων, μέση διελθοῦσα ἡ νεφέλη τοῦ ἁγίου Πνεύματος, δρόσου ἔμπλεως, ἐπισκιάσει τὴν αὐτὴν πόλιν, ἵνα, ὡς ἐν ἡμέραις ἀμητοῦ, ταῖς πρὸ τοῦ θερισμοῦ, καὶ τὸ φῶς ἐκλάμπῃ καὶ ἡ νεφέλη ἐπισκιάζῃ αὐτήν.

« Ἔσται πρὸ τοῦ θερισμοῦ, ὅταν συντελεσθῇ ἄνθος, καὶ ὄμφαξ ἐξανθήσῃ ἄνθος ὀμφακίζουσα· καὶ ἀφελεῖ τὰ βοτρύδια τὰ μικρὰ τοῖς δρεπάνοις, καὶ τὰς κληματίδας ἀφελεῖ, καὶ ἀποκόψει. » Ὥσπερ γάρ, φησίν, ἐν ταῖς ἀμπέλοις, ἐπειδὰν ὄμφακες ὦσιν οἱ βότρυες, ἐπιστὰς ὁ γεωργὸς τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα τῶν κλημάτων ἐκκόπτει, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀτελεσφόρα καὶ ὡσπερεὶ νεκριμαῖα· καὶ ταῦτα γάρ, ὡς οὐκ ἂν ἀλκαῖα, οὐδὲ ἀγαθὴν ἔχοντα ἐλπίδα πρὸς καρποῦ τελείωσιν, περιαιρεῖ ἐπιστήμῃ γεωργικῇ, ἵνα μὴ λυμαίνηται τοῖς ἐῤῥωμένοις βότρυσι τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα· διότι ταῦτα μὲν ἀφαιρεῖ καὶ παραδίδωσιν εἰς βρῶσιν « τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, » τὰ δὲ τὸν ἐντελῆ διασώζοντα καρπὸν διὰ πάσης ἐπιμελείας φυλάττει· οὕτω κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θερισμοῦ γενήσεσθαί φησι, τῶν τῆς ἀμπέλου περιττῶν κλημάτων, καὶ τῶν ἀχρήστων αὐτῇ βοτρύων περιαιρουμένων, καὶ ἀποκοπτομένων, εἰς βοράν τε ἐκδιδομένων ταῖς κολαστικαῖς δυνάμεσιν, οἱ ἀγαθοὶ βότρυες, αἱ καρποφόροι ψυχαί, τῆς παρὰ Θεοῦ τεύξονται ἀγαθῆς ἐλπίδος. Ἐν τούτοις αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἑαυτὸν εἶναι τὴν ἄμπελον ἔφησεν· τοὺς δὲ μαθητὰς τὰ κλήματα· βότρυες δὲ τῶν κλημάτων ἀκόλουθόν ἐστι νοεῖν, τοὺς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων μαθητευομένους· ὧν τὰ ὥσπερ νεκριμαῖα βοτρύδια τὰ ἄχρηστα καὶ ζωτικῆς δυνάμεως ἐστερημένα, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ἀποβληθήσεσθαι διδάσκει· καὶ τὰ κλήματα δὲ ὡσαύτως, τὰ μηδένα βότρυν φέροντα, οἷος ἦν ὁ προδότης Ἰούδας, ὁμοίως τοῖς ἀχρήστοις βότρυσιν, ἀποκοπήσεσθαι τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, ἀντικείμεναι κολαστικαὶ δηλονότι δυνάμεις.

A ab hominibus capi nequit, intercedens media quædam nubes Spiritus sancti, plena roris, eamdem civitatem inumbrabit, ut, quemadmodum in diebus messis, quæ ipsam messem prævertunt, et lumen splendeat, et nubes inumbret illam.

VERS. 5, 6. « Erit ante messem, cum fuerit consummatus flos, et uva non matura eduxerit florem germinans: et auferet racemulos parvos falcibus, et sarmenta tollet et abscindet. » Quemadmodum enim, inquit, in vineis, dum uvæ immaturæ sunt, adventans agricola inutiles palmites excidit, neque id tantum, sed etiam infructuosa quæque et arescentia resecat: etenim illa quoque, utpote quæ nihil B vigoris habeant, neque ullam ad fructus perfectionem spem relinquant, ex agriculturæ peritia de medio tollit, ne superflua et inutilia vigentibus uvis noceant: quamobrem illa quidem aufert, et in escam « volatilibus cœli et bestiis terræ » abjicit; quæ vero perfectum fructum servant retinentque, summa sollicitudine colit et tuetur; sic in tempore messis futurum esse ait, ablatis quippe supervacaneis vineæ palmitibus, succisisque inutilibus uvis, atque in escam ultricium potestatum traditis; bonæ uvæ, sive animæ fructiferæ, bonam spem a Deo consequentur. In his porro ipse Servator se vineam esse dixit; discipulos vero suos, palmites; uvas autem palmitum consequens est ut intelligamus esse eos, C qui ab apostolis instituti fuerunt: quorum illos ceu racemulos inutiles ac vitali virtute privatos, in tempore judicii abjiciendos esse docet; similiterque palmites nullam uvam ferentes, qualis erat proditor Judas, perinde atque inutiles uvas, a volatilibus cœli et bestiis terræ, videlicet adversariis et ultricibus virtutibus, excisum iri.

« Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνενεχθήσεται δῶρα Κυρίῳ Σαβαὼθ ἐκ λαοῦ τεθλιμμένου καὶ τετιλμένου, καὶ ἀπὸ λαοῦ μεγάλου, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. » Εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύων τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωήν· ὁ αὐτὸς καὶ ἐκτετιλμένος ὑπάρχει, ὡς ἂν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς ἠλλοτριωμένος, καὶ μέγας δέ ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πολύς· διὸ λέλεκται, « ἀπὸ λαοῦ μεγάλου. » Καὶ γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι δὲ αἰῶνι τὰ λογικὰ δῶρα καὶ τὰς ἀναιμάκτους τῷ Θεῷ θυσίας ἀναπέμπων οὐ διαλιμπάνει ὁ δηλωθεὶς λαός.

« Ἔθνος ἐλπίζον καὶ καταπεπατημένον, ὅ ἐστιν ἐν μέρει ποταμοῦ τῆς χώρας αὐτοῦ εἰς τὸν τόπον, οὗ τὸ ὄνομα Κυρίου Σαβαώθ, εἰς ὄρος ἅγιον. » Τὸ γὰρ ἔθνος τοῦτο ἐν μέρει ποταμοῦ τῆς χώρας τοῦ Θεοῦ ἐτύγχανεν, ὅτε ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐπολιτεύετο· ὡς λέγειν· « Ἐν μέρει γινώσκομεν καὶ ἐν μέρει προφητεύομεν. » Οὔτε γὰρ τὸν πάντα ποταμὸν

VERS. 7. « In tempore illo afferentur dona Domino Sabaoth, a populo contrito et divulso, et a populo magno, ab hoc tempore usque in perpetuum. » Fuerit autem hic populus is qui in angusta et arcta via, quæ ducit ad vitam, graditur: ipseque divulsus est, D utpote qui a communi hominum vita alienus sit, magnus item et multus est apud Deum: quare dictum est, « a populo magno. » At enim in præsenti vita et in futuro sæculo, rationabilia dona, et incruentas hostias Deo emittere nunquam cessat memoratus populus.

« Gens sperans et conculcata, quæ est in parte fluvii regionis ejus, in loco ubi nomen Domini Sabaoth, in monte sancto. » Hæc enim gens in parte fluvii regionis Dei erat, quando in Ecclesia Dei versabatur; ita ut dicat, « In parte cognoscimus et in parte prophetamus [89]. » Neque enim totum fluvium, scilicet Verbum Dei, capiebat illa regio: quare in

[89] I Cor. XIII, 9.

parte fluvii regionis Dei fuisse dicitur memoratus populus.

CAPUT XIX.

Vers. 1. « Visio Ægypti. Ecce Dominus sedet super nubem levem, et veniet in Ægyptum. » Attente considerandum est, quo pacto dicatur, « Visio Ægypti. » Non enim quemadmodum de Babylone dicebatur, « Visio contra Babylonem; » neque sicut de Judæa et Jerusalem, « Visio quam vidit Isaias filius Amos; quam vidit contra Judæam et Jerusalem; » neque ut de Damasco et de Moabitide; eodem modo de Ægypto: non enim dicitur, « Visio contra Ægyptum; » sed quasi Ægyptus visura, et oculis discernen[illegible]i præditis contemplatura erat ea quæ in vaticinio feruntur: vel quia propheta visionem habuerat Ægyptiis pulcherrima prænuntiantes. Quid enim pulchrius, quid beatius Ægyptiis eventurum erat, quam quod Dominus præsentia sua ipsos dignaturus, et notitiam sui ipsis collaturus esset, facturusque alia omnia quæ in Ægyptiorum bonum verterent?

« Et movebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum superabitur in ipsis. » Quod sane quis secundum historiæ veritatem tunc completum dixerit, cum ipse Dominus, qui in principio apud Deum erat, Deus Verbum, non incorporeo neque invisibili modo in Ægyptiorum regione peregrinabatur, sed in nube illa levi, ut existimatur, sedens advenit, scilicet in corpore, quod Christus assumpserat, ex Spiritu sancto et ex sancta Virgine constitutum. Nam si non scriptum esset ipsum nubi insidentem venturum esse, posset quispiam dicere, Deum Verbum incorporaliter et divina virtute ubique præsentem, utpote qui omnia impleat, nam « In mundo erat, et mundus per ipsum factus est [89], » eamdem in Ægypto præsentiam exhibere, quandoquidem inspectionem et providentiam ad illos usque extendit. Verum illo modo non magis in Ægypto, quam in alia qualibet mundi parte esse dicatur. At nunc specialiter et distincte dicitur, ipsum nubi levi insidentem venturum in Ægyptum esse, quo proprius quidam et corporeus ejus adventus significatur. Cui dixerit quispiam in eadem explanatione insistens, tunc propheticum dictum finem habuisse, cum is qui ex Virgine natus est Deus, quem Emmanuelem prophetia vocat, ad homines advenit. Quemadmodum enim nubes non aliunde constitutionem habet, quam ex aere et ex vapore terræ, sic et corpus quod assumpsit, ex Spiritu sancto et ex terrena substantia constitutum, jure nubi levi comparatur, cui insidens Christus, in Ægypto, dum adhuc esset infans, peregrinabatur. Id quippe erat Ægyptiis satis, qui virtute ineffabili ex adventu Salvatoris magnam sunt utilitatem nacti. At secundum profundiorem mentem, Domini præsentia Ægyptii præcipue egebant, utpote omnium hominum superstitiosissimi;

[89] Joan. i, 10.

A ἐχώρει, λέγω δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἡ δηλωθεῖσα χώρα· διὸ ἐν μέρει τοῦ ποταμοῦ τῆς χώρας τοῦ Θεοῦ λέγεται γεγονέναι τὸ δηλωθὲν ἔθνος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘʹ.

« Ὅρασις Αἰγύπτου. Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον. » Προσήκει δὲ τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι ὅπως εἴρηται· « Ὅρασις Αἰγύπτου. » Οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῆς Βαβυλῶνος ἐλέγετο· « Ὅρασις κατὰ Βαβυλῶνος· οὐδ' ὡς ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, « Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· » οὐδ' ὡς ἐπὶ τῆς Δαμασκοῦ καὶ τῆς Μωαβίτιδος, οὕτως ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου· οὐ γὰρ εἴρηται, « Ὅρασις κατὰ τῆς Αἰγύπτου· » ἤτοι ὡς αὐτῆς Αἰγύπτου μελλούσης ὁρᾷν, καὶ θεωρεῖν ὀφθαλμοῖς διορατι-
B κοῖς τὰ θεσπιζόμενα· ἢ ὡς τοῦ προφήτου τὴν ὅρασιν τεθεαμένου τὴν τὰ κάλλιστα τοῖς Αἰγυπτίοις προαναφωνήσασαν. Τί γὰρ κάλλιον, τί δὲ μακαριώτερον ὑπάρχειν ἤμελλεν Αἰγυπτίοις τοῦ τὸν Κύριον τῆς αὐτοῦ παρουσίας καταξιοῦν αὐτοὺς, καὶ τὴν αὐτοῦ γνῶσιν αὐτοῖς παρέξειν, καὶ ποιήσειν ὅσα ἄλλα ἐμφέρεται τοῖς Αἰγυπτίοις;

« Καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἡττηθήσεται ἐν αὐτοῖς. » Ὃ δὴ πεπληρῶσθαι εἴποιεν ἄν τις πρὸς ἱστορίαν, ὅτε αὐτὸς ὁ Κύριος, ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, Θεὸς Λόγος οὐκ ἀσωμάτως οὐδὲ ἀφανῶς ἐπεδήμει τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ, ἀλλὰ μετὰ τῆς νομιζομένης κούφης νεφέλης καθήμενον αὐτὸν ἀφικέσθαι,
C τοῦ σώματος δηλαδὴ, οὗ ἀνειλήφει ὁ Χριστὸς, ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου ἐπεσκευασμένου. Εἰ μὲν γὰρ μὴ προσέκειτο τὸ ἐπὶ νεφέλην καθήμενον αὐτὸν ἀφικέσθαι, ἤτοι ἠδύνατό τις λέγειν, ὅτι ἀσωμάτως καὶ θεϊκῇ δυνάμει πανταχοῦ παρὼν ὁ Θεὸς Λόγος, ἅτε δὴ πάντα πληρῶν· « Ἐν τῷ κόσμῳ » γὰρ « ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » καὶ τῇ Αἰγύπτῳ τὴν αὐτὴν παρουσίαν παρέχει, διὰ τοῦ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ καὶ τὴν πρόνοιαν μέχρις αὐτῶν ἐκτείνειν. Ἀλλ' οὐ μᾶλλον εἴποι τις αὐτὸν ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ μέρει πάντως κατὰ τοῦτον ὑπάρχειν τὸν τρόπον. Νῦν δὲ ἀφωρισμένως εἰς Αἴγυπτον αὐτὸν ἥξειν ὁ λόγος ἐπὶ νεφέλης αὐτὸν ὀχούμενον κούφης εἶπεν, ἰδιάζουσάν τινα καὶ σωματικὴν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ δηλῶν. Ὦ δὴ εἴποι ἄν τις
D ὁ ταύτῃ συνιστάμενος τῇ ἐκδοχῇ τέλους ἠξιῶσθαι τὸ ῥητὸν ἐπὶ τῇ εἰς ἀνθρώπους προόδῳ τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεννηθέντος Θεοῦ, ὃν Ἐμμανουὴλ καλεῖ ἡ προφητεία. Ὡς γὰρ ἡ νεφέλη οὐκ ἄλλοθεν ἔχει τὴν σύστασιν, ἢ ἐξ ἀέρος καὶ ἀναθυμιάσεως τῆς γῆς, οὕτως τὸ σῶμα ὃ ἀνείληφεν, ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῆς γεώδους οὐσίας ὑποστὰν εἰκότως νεφέλῃ κούφῃ παρεβλήθη, ᾗ ἐγκαθήμενος ὁ Χριστὸς ἐπεδήμει τῇ Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν νηπίαν ἡλικίαν. Ἀπήρκει γὰρ καὶ τοῦτο Αἰγυπτίοις, ἀῤῥήτῳ δυνάμει μέγιστα ὠφελουμένοις ἐκ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιβάσεως. Κατὰ δὲ βαθύτερον νοῦν, τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας ἐξαιρέτως ἐδεῖτο ἡ Αἴγυπτος, ἐπειδὴ πάντων ἀνθρώπων

A δεισιδαιμονέστεροι γεγόνασιν, ὡς μὴ μόνον εἱμαρμένῃ καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν ἄστροις τὴν τοῦ παντὸς ἀνατιθέναι αἰτίαν, ἐκπεσεῖν δὲ καὶ μέχρι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ θηρίων ἀτιθάσσων πτηνῶν τε καὶ ἑρπετῶν θεοποιίας. Οὕτω δὲ ἀδέσποτον καὶ ἀπρονόητον ἡγοῦντο τὸ πᾶν, ὡς καὶ βασιλέα αὐτῶν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ λέγειν· «Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον,» καὶ, «Τίς ἐστιν οὗ εἰσακούσομαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ;» Ταῦτα δὲ αὐτοῖς ἔργοις τέλος ἐλάμβανε καθ' ὃν χρόνον ἐκκλησίαι μὲν Θεοῦ καθ' ὅλης ἵδρυντο τῆς Αἰγύπτου, ἐπεδήμησε δὲ αὐτὸς ὁ Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐπισκοπῶν τὰς ἐκκλησίας αὐτοῦ κατὰ τό· «Ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.» Οὕτω γοῦν αἱ μὲν ἐκκλησίαι τῇ αὐτοῦ διέλαμπον χάριτι, ἡ δὲ τῶν αὐτόθι δαιμόνων καθῃρεῖτο πλάνη.

B «Καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους, καὶ πολεμήσει ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ.» Καὶ ταῦτα μὲν ἐπληροῦτο μετὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, τὸ εἰς πᾶσαν διαδοθὲν τὴν Αἴγυπτον, ἐφ' ᾧ τὰ μὲν ἄψυχα ξόανα τῆς ἐξ αἰῶνος ἀκινήτου στάσεως αὐτῶν ἐσαλεύθη, ὥστε μὴ καθιδρύσθαι καὶ βεβαίαν ἔχειν αὐτὰ στάσιν διὰ τὸν ἐγγενόμενον αὐτοῖς λαόν, οἱ δὲ ἐν αὐτοῖς ἐμφωλεύοντες δαίμονες πονηροί, τὸ μηδὲν ὄντες διηλέγχοντο ἐπὶ τούτοις. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἐμφύλιος στάσις καθ' ὅλης διηγείρετο τῆς Αἰγύπτου· διισταμένων ἀπ' ἀλλήλων καὶ τεμνομένων καὶ μεριζομένων κατ' οἴκους, καὶ πολιτῶν τὴν χώραν οἰκούντων, τῷ τοὺς μὲν αὐτῶν προστρέχειν τῷ κηρύγματι εὐαγγελικῷ ἀναχωροῦντας τῆς δαιμονικῆς καὶ Αἰγυπτιακῆς πλάνης·
C τοὺς δὲ ἐναπομένοντας ἐν αὐτῇ πόλεμον ἄσπονδον κατὰ τούτων ἐγείρειν· οὕτως οὖν ἐπανίσταντο Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους.

«Πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸς ἐπὶ νομόν. Καὶ ταραχθήσεται τὸ πνεῦμα τῶν Αἰγυπτίων ἐν αὐτοῖς, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν διασκεδάσω. Καὶ ἐπερωτήσουσι τοὺς θεοὺς αὐτῶν καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους. Καὶ παραδώσω τὴν Αἴγυπτον εἰς χεῖρας ἀνθρώπων κυρίων σκληρῶν, καὶ βασιλεῖς σκληροὶ κυριεύσουσιν αὐτῶν.» Νομοὶ δὲ καλοῦνται παρ' Αἰγυπτίοις εἰσέτι καὶ νῦν αἱ παρ' αὐτοῖς χῶραι, αἳ καὶ αὐταὶ διίστανται πρὸς ἀλλήλας τῆς αὐτῆς ἕνεκεν ὑποθέσεως.
D Ἐχωρίζετο δὲ τῆς κατὰ Θεοῦ πολιτείας ὁ τῶν ἀθέων βίος, καὶ νομὸς ἐπηγείρετο νομῷ, τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου τὰ τῶν Αἰγυπτίων ἀνατρέποντος νόμιμα, ὡς αὖ πάλιν τοῦ τῆς εἰδωλολατρείας νόμου πολεμοῦντος τὸν σωτήριον λόγον. Ταῦτα δὲ πάντα ἐγίνετο, τὴν ἐπὶ κακῷ συμφωνίαν τῶν Αἰγυπτίων καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν τὴν περὶ τὴν πολύθεον πλάνην συγχέοντος τοῦ ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς Κυρίου. Διὸ εἴρηται κατὰ τὸν Ἀκύλαν, «Καὶ στασιάσω Αἰγυπτίοις Αἰγυπτίους·» κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, «Συμβαλῶ Αἰγυπτίους Αἰγυπτίοις.» Συγγενῆ δὲ τούτοις καὶ ἀδελφά, μᾶλλον δὲ τὰ αὐτὰ ἑτέροις ῥήμασιν αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν

[91] Exod. v, 2. [92] Matth. xviii, 20.

ita ut non solum fato et stellis cœli universi causam adscriberent, sed etiam ad usque brutorum animantium, ferarum immanium, volucrum et reptilium, ut deorum, cultum delaberentur. Ita vero dominatu et providentia vacuum universum arbitrabantur, ut rex quidam eorum impudenter diceret, «Non novi Dominum,» et, «Quis est cujus vocem audiam [91]?» Hæc porro ipsis operibus finem acceperunt, quo tempore ecclesiæ Dei per totam Ægyptum constituebantur, ac ipse Dominus ad Ægyptios peregrinatus est, suas visitans ecclesias secundum illud, «Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic sum in medio eorum [92].» Ita igitur ecclesiæ quidem ejus gratia fulgebant, dæmonum autem ibi vigentium error destruebatur.

VERS. 2. «Et excitabuntur Ægyptii in Ægyptios, et bellabit homo adversus fratrem suum, et homo adversus proximum suum.» Et hæc quidem implebantur post evangelicam prædicationem, quæ per totam Ægyptum pervasit, quo tempore inanimata simulacra a statione sua quam a sæculo obtinebant, excussa sunt, ut non ultra ex populi frequentia firmiter stare, nec solida subsistere possent: dæmones vero maligni, qui in ipsis ceu in latibulis agebant, in iis ipsis nihil esse comprobati sunt. Quemadmodum enim civilis tumultus per totam Ægyptum concitabatur, populis dissidentibus, divisisque studiis per domos mutuo altercantibus: quod ex civibus regionis incolis, alii quidem relicto diabolico ac Ægyptiaco errore, ad evangelicam prædicationem accederent, alii vero in eodem errore perseverantes, inexpiabile bellum contra illos excitarent: sic igitur insurgebant Ægyptii contra Ægyptios.

VERS. 3, 4. «Civitas adversus civitatem, et nomus adversus nomum. Et turbabitur spiritus Ægyptiorum in ipsis, et consilium eorum dissipabo. Et interrogabunt deos suos et simulacra sua, et eos, qui de terra loquuntur, et ventriloquos. Et tradam Ægyptum in manus hominum, durorum dominorum, et reges duri dominabuntur eorum.» Nomi apud Ægyptios hodieque vocantur eorum regiones, quæ etiam eadem de causa mutuo dissident. Atheorum autem vita ab instituto secundum Deum dissentiebat, et nomus adversus nomum insurgebat, evangelica lege (s. νόμῳ) Ægyptiorum legalia subvertente, ac vicissim idololatriæ lege salutare verbum oppugnante. Hæc porro omnia contingebant, Ægyptiorum consensum et concordiam circa multorum deorum errorem confundente Domino, qui ad ipsos advenerat. Quare secundum Aquilam dicitur, «Et seditionem ponam inter Ægyptios et Ægyptios;» secundum Symmachum vero, «Committam Ægyptios cum Ægyptiis.» His porro affinia et similia, imo potius eadem ipsa aliis verbis Dominus noster in Evan-

geliis docuit, dicens, « Nolite putare quod venerim pacem mittere super terram: non veni pacem mittere, sed gladium [32], » et cætera. His porro gestis, conturbandum esse ait spiritum Ægyptiorum; secundum Symmachum vero, « Et rumpetur spiritus Ægypti in ipsa; » secundum Theodotionem, « Et scindetur spiritus Ægypti in ipsa; » Aquila autem sic ait, « Et tradetur spiritus Ægypti in visceribus ejus. » Hoc autem dirupto ac ex Ecclesia projecto, ad profectum Ægyptiorum consilia prava ineuntium, Ego ipse, ait Dominus, consilium eorum dissipabo. « Et interrogabunt deos suos et simulacra sua, et eos qui de terra loquuntur, et ventriloquos. » Horum nemine pro consueto more apparente, in extremas angustias delabentur. « Et tradam Ægyptum in manus hominum, dominorum durorum, et reges duri dominabuntur eorum. » His indicari puto tempus quo eventura sunt ea quæ in vaticinio feruntur: nam Ægyptiorum regni mutationem fore significat, quo tempore Dominus in Ægyptum proficiscetur. Quis vero non stupeat, si tempus conferat salutaris prædicationis cum regni Ægyptiaci eversione, quomodo scilicet exinde ad hodiernum usque diem, non ultra prisci illi principes, Ptolemæi nempe, ipsis imperent, sed Romani eorum domini?

Pro illo autem, « reges duri, » Aquila, « Et rex roboratus regnabit ipsis: » Symmachus vero, « Et rex durus potestatem habebit in illos; » Theodotio, « Et rex fortis dominabitur illis. » Hunc porro dixeris esse imperatorem, qui tempore ortus Salvatoris nostri Romanorum monarchiam obtinebat. Tunc enim Augustus vere roboratus, ac fortiter imperans, primus Ægyptum Romanis subjecit, postquam diuturnam illam ibi regnantium Ptolemæorum successionem sustulerat.

Vers. 5. « Hæc dicit Dominus Sabaoth: Et bibent Ægyptii aquam quæ est juxta mare. » Pro quo Aquila, » Et haurientur, inquit, « aquæ ex mari; » Symmachus vero, « Et exterminabuntur a mari aquæ. » Hic porro per maria turbulentam Ægyptiorum multitudinem subindicavit.

Vers. 6. « Fluvius autem deficiet et exarescet. Et deficient flumina, et canales fluvii, et exsiccabitur omnis congregatio aquarum. » Ut novo illos potu excipias: cum enim neque flumen neque alia in Ægypto aqua supersit, nec marina ad potum idonea sit, novam et peregrinam illos aquam bibituros ait. Erat porro illa quæ ex fontibus salutaris a Domino ipsis suppeditabatur. Quin etiam Judaicis deficientibus aquis, captores piscium, humanarum nempe animarum, plancturi esse dicun-

[32] Matth. x, 34.

A ἐν Εὐαγγελίοις ἐδίδασκε λέγων· « Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων δὲ γινομένων, ταραχθήσεσθαί φησιν ὁ λόγος τὸ πνεῦμα τῶν Αἰγυπτίων· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ ῥαγήσεται πνεῦμα Αἰγύπτου ἐν αὐτῇ. » Κατὰ δὲ τὸν Θεοδοτίωνα, « Καὶ σχισθήσεται τὸ πνεῦμα Αἰγύπτου ἐν αὐτῇ· » ὁ δὲ Ἀκύλας, « Καὶ παραδοθήσεται πνεῦμα Αἰγύπτου ἐν ἐγκάτῳ αὐτῆς. » Τούτου δὲ ῥηγνυμένου καὶ καταῤῥιπτουμένου ἐκ τῆς Ἐκκλησίας, προκοπῇ τῶν Αἰγυπτίων βουλὰς πονηρὰς ἐπινοούντων, Ἐγὼ, φησὶν, αὐτὸς ὁ Κύριος, τὴν βουλὴν αὐτῶν διασκεδάσω. « Καὶ ἐπερωτήσουσι τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῆς γῆς φωνοῦντας, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους. » Οὐκέτι μηδενὸς τούτων αὐ- B τοῖς συνήθως φαινομένου, εἰς ἐσχάτην ἐμπεσοῦνται ἀπορίαν, « Καὶ παραδώσω τὴν Αἴγυπτον εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, κυρίων σκληρῶν, καὶ βασιλεῖς σκληροὶ κυριεύσουσιν αὐτῶν. » Ἐνταῦθα δηλοῦσθαι τὸν χρόνον οἶμαι τῆς τῶν θεσπιζομένων ἐκβάσεως· μεταβολὴν γὰρ ἔσεσθαι τῆς βασιλείας τῶν Αἰγυπτίων σημαίνει, κατὰ τοὺς χρόνους τῆς τοῦ Κυρίου εἰς Αἴγυπτον ἀφίξεως. Καὶ τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, συμβαλὼν τοὺς τοῦ σωτηρίου κηρύγματος καὶ τῆς ἐν αὐτῷ καταλύσεως τοῦ κατ' Αἴγυπτον βασιλείου, ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο μηκέτι αὐτῶν τοὺς πρότερον ἄρχοντας, λέγω δὴ τοὺς Πτολεμαίους, κρατεῖν, Ῥωμαίους δὲ αὐτῶν κυρίους ἀποφανθῆναι;

Ἀντὶ δὲ τοῦ, « βασιλεῖς σκληροὶ, » ὁ μὲν Ἀκύ- C λας, « Καὶ βασιλεὺς κεκραταιωμένος βασιλεύσει αὐτῶν, » εἴρηκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, « Καὶ βασιλεὺς σκληρὸς ἐξουσιάσει αὐτῶν· » ὁ δὲ Θεοδοτίων, « Καὶ βασιλεὺς ἰσχυρὸς κυριεύσει αὐτῶν. » Εἴποις δ' ἂν τοῦτον εἶναι τὸν κατὰ τοὺς χρόνους τῆς γεννήσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τῶν Ῥωμαίων μοναρχήσαντα βασιλέα. Τότε γοῦν Αὔγουστος κεκραταιωμένος ἀληθῶς καὶ ἰσχυρῶς βασιλεύων, πρῶτος τὴν Αἴγυπτον ὑπέταξε Ῥωμαίοις, καθελὼν τὴν ἐκ μακροῦ κρατήσασαν διαδοχὴν τῶν παρ' αὐτοῖς βασιλευσάντων Πτολεμαίων.

« Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ· Καὶ πίονται ὕδωρ τὸ παρὰ θάλασσαν οἱ Αἰγύπτιοι. » Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας, « Καὶ ἀναποθήσεται, φησὶν, ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « Καὶ ἀφανισθήσεται ἀπὸ D θαλάσσης ὕδατα. » Τροπικῶς δὲ ὁ λόγος θαλάσσας ἐν τούτοις τὸ ταραχῶδες πλῆθος τῶν Αἰγυπτίων ᾐνίξατο.

« Ὁ δὲ ποταμὸς ἐκλείψει καὶ ξηρανθήσεται. Καὶ ἐκλείψουσιν οἱ ποταμοὶ, καὶ αἱ διώρυγες τοῦ ποταμοῦ, καὶ ξηρανθήσεται πᾶσα συναγωγὴ ὑδάτων. » Ὡς καινὸν αὐτοῖς ξενίζῃς πότον· μηκέτι γὰρ ὑφεστῶτος τοῦ ποταμοῦ, μηδὲ ἑτέρου Αἰγυπτιακοῦ ὕδατος, ἀλλὰ μηδὲ τοῦ θαλαττίου ἐπιτηδείου ὄντος πρὸς πόσιν, νέον καὶ ξένον ὕδωρ πίεσθαι αὐτούς φησι· τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου παρὰ τοῦ Κυρίου αὐτοῖς χορηγούμενον. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκλιπόντων τῶν Ἰουδαϊκῶν ὑδάτων, οἱ θηραταὶ τῶν

ἰχθύων, δηλαδὴ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, πενθήσειν λέγονται. Νοήσεις δὲ τοὺς ἐν τῷ προφήτῃ λεγομένους ἁλιεῖς καὶ ἀμφιβολεῖς ἐξ ἑτέρων ἁλιέων καὶ σαγηνευτῶν, λέγω δὴ τῶν ἀποστόλων, καὶ μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἷς ἐλέγετο, «Δεῦτε, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων.» Εἰ γὰρ οὗτοι διὰ τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ἐθήρευον τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, ἕλκοντες ἐπὶ σωτηρίαν, διὰ τί οὐκ ἂν εἴποις καὶ τοὺς Αἰγυπτίων λεγομένους ἁλιεῖς καὶ ἀμφιβολεῖς τοὺς πάλαι διδασκάλους τῆς παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίας εἶναι, οἳ διὰ τῆς Αἰγυπτιακῆς γοητείας, ἐπαγίδευον καὶ ὥσπερ ἐδελέαζον τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἁλισκομένους·

«Καὶ ἐν παντὶ ἕλει καλάμου καὶ παπύρου, καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν, πᾶν τὸ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, καὶ πᾶν τὸ σπειρόμενον διὰ τοῦ ποταμοῦ ξηρανθήσεται ἀνεμόφθορον. Καὶ στενάξουσιν οἱ ἁλιεῖς, καὶ στενάξουσι πάντες οἱ βάλλοντες ἄγκιστρον εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ οἱ βάλλοντες σαγήνας καὶ ἀμφιβολεῖς πενθήσουσιν.» Παντελῆ δὲ οἶμαι ξηρασίαν ὑδάτων διὰ τούτων σημαίνειν, ὡς μηδὲ ἴχνος νοτίδων ὑδάτων μήτε ἐν τῷ ποταμῷ φαίνεσθαι, μήτε ἐν τῷ ἕλει μήτ' ἀμφὶ τῶν ποταμῶν ἐκτὸς, μήτ' ἐν αὐτῷ μέσῳ, μήτ' ἐν διώρυξιν, μήτ' ἐν στασίμοις ὕδασιν· λεῖψιν δὲ ἀθρόως τούτων ἔσεσθαι ἁπάντων, ὡς μηδαμοῦ τῆς Αἰγυπτίων γῆς ὕδατα ὑφεστάναι. Ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος καὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα βιάζεται ἐπὶ τροπικὴν μεταβαίνειν θεωρίαν· ὥστε ἐξ ἀνάγκης ποταμοὺς καὶ ὕδατα νοεῖν Αἰγύπτια ἤτοι τὰ πλήθη τῆς Αἰγυπτιακῆς δυνάμεως, ἢ τὴν βασιλείαν αὐτῶν τὴν πάλαι ποταμοῦ δίκην πλημμυροῦσαν ἢ καθ' ἑτέραν ἐκδοχὴν, τὴν παρ' Αἰγυπτίοις τὸ παλαιὸν ἀκμάζουσαν φιλοσοφίαν, περὶ ἧς λέλεκται· «Καὶ ἐπαιδεύθη Μωϋσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων.» Πολλὴ γάρ τις ἦν αὕτη, καὶ μέγας ὁ παρ' αὐτοῖς ῥέων ποταμὸς, ὁ τῆς παρ' αὐτοῖς θαυμαζομένης σοφίας λόγος. Τούτου δὲ ὑπῆρχε μέρη πολλὰ κατακερματιζομένου εἰς διώρυγας πολλὰς, καὶ εἰς πολλοὺς μαθητὰς τῶν καθ' ἕκαστον τῶν παρ' αὐτοῖς μαθήσεων λόγων, ἐξ ὧν ἔφυον οὐκ ἄμπελοι οὐδὲ ἐλαῖαι, οὐδέ τι τῶν καρπίμων τῶν ἀναγκαίων δένδρων, ἀλλὰ πάπυρος, κάλαμος καὶ τὸ χλωρὸν ἄχι. Σαγήνας δὲ αὐτῶν νοήσεις ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παραβολῆς δι' ἧς εἴρηται· «Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ συλλαβούσῃ ἀπὸ παντὸς γένους ἰχθύων.» Ὥσπερ δὲ ἐν τῇ παραβολῇ οἱ ἄνθρωποι ἰχθύες εἴρηνται, καὶ σαγήνη ὁ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν εὐαγγελικὸς λόγος· οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἡ πολύπλοκος δεινότης τοῦ Αἰγυπτίου λόγου, εἴη ἂν σαγήνη καὶ τὰ ἀμφίβληστρα ὁμοίως· οἱ δὲ σαγηνευόμενοι πρὸς αὐτῶν ἰχθύες εἶεν οἱ ταῖς ἀπατηλαῖς σοφιστείαις εἰς πᾶν εἶδος ἀθέου δεισιδαιμονίας ὑποσυρόμενοι. Στενάξειν γοῦν καὶ πενθήσειν λέγονται οἱ ἀμφιβολεῖς τῆς Αἰγύπτου, μηκέτι ἔχοντες ἐργασίαν διὰ τὸν ἐπιδημήσαντα αὐτοῖς Χριστὸν καὶ τὴν πᾶσαν αὐτῶν σοφίαν ἀπολέσαντα, κατὰ τὸ, «Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.»

A tur. Illos autem a propheta memoratos piscatores et retia jacientes intelligas ex aliis piscatoribus et sagenis utentibus; ex apostolis dico et discipulis Salvatoris nostri, quibus dicebatur, «Venite, et faciam vos piscatores hominum [94].» Si enim isti doctrina sua hominum animas piscabantur, ad salutem illas trahentes, cur non dixeris memoratos illos Ægyptiorum piscatores et retia jacientes, fuisse illos olim philosophiæ doctores, qui per Ægyptiacas præstigias illaqueabant et inescabant eos quos capere poterant?

Vers. 7, 8. «Et in omni palude calami et papyri, et achi virens omne circum flumen, et omne quod seminatur ad flumen, arescet et vento peribit. Et B gement piscatores, et gement omnes qui mittunt hamum in flumen, et qui mittunt sagenas, et qui mittunt retia, lugebunt.» His omnimodam arbitror aquarum siccitatem indicari, ita ut neque vestigium humoris aquæ, vel in fluvio, vel in palude, vel extra flumina in circuitu, vel in medio, vel in canalibus, vel in aquis non fluentibus, appareat, sed omnium confertim vacuitas et penuria futura sit, ita ut in Ægypto nusquam aquæ compareant. Verum hic sermo vel invitum quemque ad figuratam speculationem vi pertrahit, ita ut necessario per Ægyptiaca flumina et aquas intelligas Ægyptiacæ potentiæ vim et multitudinem, nec non regnum eorum, quod olim fluminis instar exundabat; sive secundum aliam interpretandi ra- C tionem, philosophiam olim apud Ægyptios florentem: de qua dictum est, «Institutus est Moyses in omni sapientia Ægyptiorum [95].» Magna quippe antiquitus illa erat, magnum ibi flumen, magna quoque penes illos erat sapientiæ, quam mirabantur, ratio. Multæ porro partes erant hujus fluminis, divisi nempe in multos canales, in multos nimirum discipulos secundum varias singulorum disciplinas: ex quibus pullulabant non vineæ, neque olivæ, neque alia quæpiam ex fructibus ac necessariis arboribus, sed papyrus, calamus et achi virens. Sagenas porro eorum intelligas ex parabola Salvatoris, qua dicitur, «Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, et ex omni genere D piscium congreganti [96].» Quemadmodum vero in parabola homines pro piscibus, et pro sagena evangelicus de regno cœlorum sermo dicitur, ita et hoc loco implicata illa Ægyptiaci sermonis gravitas, pro sagena et retibus similiter accipiatur; pisces vero iis capti fuerint, qui fallacibus sophismatibus in omnem impiæ superstitionis speciem detrahuntur. Luctum ergo et planctum acturi dicuntur Ægyptii piscatores, quia adveniente sibi Christo, et omnem sapientiam suam destruente, nullum superest ipsis opus agendum, secundum illud: «Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium despiciam.»

[94] Matth. IV, 19. [95] Act. VII, 22. [96] Matth. XIII, 47.

VERS. 9. « Et confusio apprehendet eos, qui operantur linum scissile, et qui operantur byssum. » Hoc modo mente capias eos qui operantur linum, neque firmum quod rumpi nequeat, sed scissile, sermonem videlicet dissolutum et discissum, et byssum similiter : quia isthæc ab Ægyptio flumine fovebantur et irrigabantur. Quare ait harumce rerum artifices planctum edituros, quando nulla amplius fila sapientiæ suæ ad amictum et ornatum ipsis aderunt. Lini enim ac byssi copia ornatum sibi et indumentum excogitabant, captiosis quibusdam et fallacibus dictis mendacia sua operientes.

VERS. 10. « Et erunt qui operantur ea in dolore : et omnes qui faciunt zythum dolebunt, et animis cadent. » Gemitum edituros ait qui faciunt, non vinum ex vite, sed Ægyptiacum zythum, quod et ipsum spurium erat et turbidum; quo Ægyptii potu utebantur, antequam ipsis adveniret Dominus. Hoc porro declinante, jure dicitur futurum ut ejus artifices planctum edant et animis doleant. Hæc vero passuros comminatur Ægypti sophistas, zythi artifices, ac lini scissilis byssique operarios et piscium captores, qui Ægyptiacum flumen, et Ægyptiacæ sapientiæ sermonem sollicite curarent.

VERS. 11. « Et stulti erunt principes Taneos, sapientes consiliarii regis, consilium eorum infatuabitur. » Ibi enim maxime prius substitisse ait omnes diabolicæ idololatriæ præstigias : ibidemque tempore Moysis sedem habuisse eos, qui in Ægypto regnabant. Quare dictum est signa in campo Taneos edita fuisse, tam Moysis tempore, quam in præsenti. Itaque peregrinante Domino in Ægypto, cum Ægyptiaco flumine etiam memoratos illos principes dæmones infatuandos ait, etiamsi, absente Domino, sapientiam aperte profiterentur. Verum is argumentum ipsis obtulit, ac evicit, eos nihil sapientiæ habere; sed in Domini adventu vere stultos esse.

VERS. 12, 13. « Quomodo dicetis regi, Filii prudentum nos, filii regum, qui ab initio fuerunt ? Ubi nunc sapientes tui ? et annuntient tibi, et dicant quid consilii inierit Dominus Sabaoth super Ægyptum. Defecerunt principes Taneos, et exaltati sunt principes Mempheos, et errare facient Ægyptum secundum tribus. » Cum non amplius regem habeatis, quomodo potestis de prudentia gloriari ? Quomodo veterum regum filios vos esse dicitis, Orum, Isin et Osirin et Typhonem objicientes, atque jactitantes deorum, heroum et mortuorum genera olim in Ægypto imperasse : quorum deorum et regum vos, in prophetia indicati principes Taneos et Mempheos, filios et nepotes esse dictitatis ? Qua ratione dii ac omnis sapientiæ consortes esse potestis, qui neque futuram vestram confutationem prævidere vel prædicere po-

A « Καὶ αἰσχύνη λήψεται τοὺς ἐργαζομένους τὸ λίνον τὸ σχιστὸν, καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν βύσσον. » Οὕτω νοήσεις τοὺς ἐργαζομένους τὸ λίνον, οὔτε τὸ στεῤῥὸν καὶ ἀῤῥαγὲς, ἀλλὰ τὸ σχιστὸν, λόγον δηλαδὴ διεῤῥωγότα, καὶ διεσχισμένον, καὶ τὴν βύσσον δὲ ὡσαύτως· ἐπεὶ καὶ αὐτὰ τοῦ Αἰγυπτίων ποταμοῦ μετεῖχεν, ἐξ αὐτοῦ ἀρδευόμενα. Διὸ καὶ τοὺς τούτων φησὶν ἐργάτας στενάξειν ὁ λόγος· ὅτε μηκέτι αὐτοῖς πρὸς περιβολὴν καὶ κόσμον τῆς παρ' αὐτοῖς σοφίας τὰ διὰ τούτων ὑφάσματα ηὐπόριστο. Διὰ λίνου γὰρ ὥσπερ καὶ βύσσου κόσμον καὶ περιβολὴν ἑαυτοῖς ἐπενόουν, πιθανοῖς τισι καὶ ἀπατηλοῖς λόγοις τὸ παρ' αὐτοῖς ψεῦδος καλύπτοντες.

« Καὶ ἔσονται οἱ ἐργαζόμενοι αὐτὰ ἐν ὀδύνῃ· καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζύθον λυπηθήσονται, καὶ B τὰς ψυχὰς πεσοῦνται. » Στενάξειν δὲ πάντας φησὶ τοὺς ποιοῦντας οὐ τὸν ἐξ ἀμπέλου οἶνον, ἀλλὰ τὸν Αἰγυπτιακὸν ζύθον· ὃς καὶ αὐτὸς νόθος ἦν καὶ τεθολωμένος· ᾧ ἐκέχρηντο ἀντὶ ποτοῦ πρὶν αὐτοῖς ἐπιδημῆσαι τὸν Κύριον οἱ Αἰγύπτιοι. Καὶ τούτου δὲ ἐκκλίνοντος, εἰκότως στενάξειν λέγονται καὶ τὰς ψυχὰς ἀλγήσειν οἱ τούτου ποιηταί. Ταῦτα μὲν οὖν πείσεσθαι τοὺς τῆς Αἰγύπτου σοφιστὰς ἀπειλεῖ, ζυθοποιούς τινας καὶ λίνου σχιστοῦ καὶ βύσσου ἐργάτας, ἰχθύων τε θηρευτὰς, τὸν ποταμὸν τὸν Αἰγυπτιακὸν περιέποντας, καὶ τὸν τῆς Αἰγυπτιακῆς σοφίας λόγον.

« Καὶ μωροὶ ἔσονται οἱ ἄρχοντες Τάνεως, οἱ σοφοὶ σύμβουλοι τοῦ βασιλέως, ἡ βουλὴ αὐτῶν μωρανθήσεται. » Ἐν ταύτῃ γὰρ μάλιστά φησι τὴν πᾶσαν μαγγανείαν τῆς δαιμονικῆς εἰδωλολατρείας συνεστάναι C πρότερον· ἐνταῦθα δὲ τὸ βασίλειον ἔχειν τοὺς ἐν τοῖς Μωϋσέως χρόνοις βασιλεύοντας τῆς Αἰγύπτου. Διὸ λέλεκται ἐν πεδίῳ Τάνεως τὰ σημεῖα γεγονέναι, τὰ ἐπὶ Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος. Τοιγαροῦν ἐπιδημήσαντος τοῦ Κυρίου τῇ Αἰγύπτῳ, σὺν τῷ Αἰγυπτίῳ ποταμῷ καὶ τοὺς δηλωθέντας ἀρχοντικοὺς δαίμονάς τινας μωρανθήσεσθαί φησι, καίπερ σοφίαν ἐπαγγελλομένους ὅτε οὐ παρῆν αὐτοῖς ὁ Κύριος. Ἀλλὰ γὰρ ἔλεγχον αὐτοῖς ἐπήγαγεν, ὡς οὐδεμιᾶς μετεῖχον σοφίας· μωροὶ δὲ ἦσαν ἀληθῶς ἐν τῇ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ.

« Πῶς ἐρεῖτε τῷ βασιλεῖ, Υἱοὶ συνετῶν ἡμεῖς, υἱοὶ βασιλέων τῶν ἐξ ἀρχῆς; Ποῦ εἰσι νῦν οἱ σοφοί σου; καὶ ἀναγγειλάτωσάν σοι, καὶ εἰπάτωσαν τί βεβούλευται Κύριος Σαβαὼθ ἐπ' Αἴγυπτον. Ἐξέλιπον οἱ D ἄρχοντες Τάνεως, καὶ ὑψώθησαν οἱ ἄρχοντες Μέμφεως, καὶ πλανήσουσι τὴν Αἴγυπτον κατὰ φυλάς. » Μηκέτι γὰρ ὑπάρχοντος ὑμῖν βασιλέως, πῶς οἷοί τέ ἐστε ἐπὶ συνέσει σεμνύνεσθαι; Πῶς δὲ υἱοὺς βασιλέων παλαιῶν ἑαυτοὺς εἶναί φατε, Ὧρον, καὶ Ἶσιν, καὶ Ὄσιριν προβαλλόμενοι καὶ Τυφῶνα (23), καὶ θεῶν, καὶ ἡρώων, καὶ νεκύων γένη φάσκοντες τὸν πάλαι χρόνον τῆς Αἰγύπτου κεκρατηκέναι, ὧν θεῶν καὶ βασιλέων υἱοὺς καὶ ἀπογόνους ἑαυτοὺς εἶναί φατε ὑμεῖς οἱ διὰ τῆς προφητείας δηλούμενοι ἄρχοντες Τάνεως καὶ Μέμφεως; Πῶς δ' ἂν εἴητε θεοὶ ἢ πᾶσαν μετασχοίητε σοφίαν, μηδὲ δυνάμενοι προγνῶναι μηδὲ

(23) S. Hieronymus, « Et deos auctores gentis simulent Oron, et Irin, et Osirin, et Typhonem. »

προαγορεῦσαι τὸν ὑμέτερον ἔλεγχον καὶ τὴν τῆς βασιλείας κατάλυσιν τούτων ὧν ἐτυγχάνετε σύμβουλοι, οὓς καὶ ἐπιτρίβετε παντοίαις πλάναις περιβάλλοντες;

« Κύριος γὰρ ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως, καὶ ἐπλάνησαν τὴν Αἴγυπτον ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν, ὡς πλανᾶται ὁ μεθύων καὶ ὁ ἐμῶν ἅμα. » Τεκμαίρεσθαι δέ ἐστι ταύτῃ τῆς μέθης τὴν ὑπερβολὴν ἀπὸ τοῦ μηδὲ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις εἰδωλολατρεῦσαι αὐτούς, ἐκπεσεῖν δὲ καὶ μέχρι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ἂν εἰδωλοποιήσεως· διὸ λέλεκται, « Ὡς πλανᾶται ὁ μεθύων καὶ ὁ ἐμῶν ἅμα. » Τοιαύτῃ τινὶ μέθῃ τὰς τῶν Αἰγυπτίων ἐπλάνησαν ψυχὰς οἱ δηλωθέντες ἄρχοντες Τάνεως καὶ Μέμφεως, οἷς αὐτὸς ὁ Κύριος πνεύματα πλανήσεως ἐκέρασε. Δαίμονες γὰρ ὄντες πονηροὶ καὶ δυνάμεις ἀντικείμεναι, ἐναντία τῷ Θεῷ ἐφρόνουν, καὶ θεομαχεῖν ἐπειρῶντο. Διὸ παρεδόθησαν πλάνῃ, τοῦ Θεοῦ κρίναντος ἐπαξίως τῆς πονηρίας αὐτῶν πλάνῃ παραδοῦναι αὐτούς. Οἱ δὲ τὴν σφῶν κακίαν ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ὥσπερ τινὰ ἰὸν θανατηφόρον διέχεαν, καὶ ἐπλάνησαν τὴν Αἴγυπτον, « Ὡς πλανᾶται ὁ μεθύων καὶ ὁ ἐμῶν ἅμα. » Ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν χάριν ἐπεδήμει ὁ Κύριος τῇ Αἰγύπτῳ, ἵνα, αὐτοὺς τῆς πλάνης ἀνανῆψαι ποιήσας, μακρὰν αὐτῶν ἀποσκεδάσῃ τοὺς λαούς.

« Καὶ οὐκ ἔσται τοῖς Αἰγυπτίοις ἔργον ὃ ποιήσει κεφαλὴν καὶ οὐρὰν, ἀρχὴν καὶ τέλος. » Ἄπρακτα γὰρ αὐτοῖς ἐστι τὰ ἐνεργούμενα τὰ πολλὰ παρ' αὐτοῖς ἐπιτελούμενα, ὡς μηδὲ ἔργον ἐν αὐτοῖς μήτε ἀρχὴν ἔχειν, μήτε τέλος, τοῦ Κυρίου καὶ τοῦτο, ὡς ἀγαθοῦ, ἐργασαμένου. Πολλὰ μὲν γὰρ ἐν τῇ παρ' Αἰγυπτίοις πολυθέῳ πλάνῃ ἔργα ἀρχὴν ἔχοντα ἦν καὶ τέλος νομιζομένῃ ἀκολουθίᾳ. Κατὰ δὲ τοὺς δεδηλωμένους χρόνους τῆς τοῦ Κυρίου εἰς αὐτοὺς παρουσίας οὐκέτι ἔσεσθαι παρ' αὐτοῖς ἔργον τοιοῦτον πλῆρες καὶ ὁλόκληρον καὶ τέλειον· ἀλλ' εἰ καὶ εὑρεθῇ τί ποτε, ἀκέφαλον ἔσται καὶ ἄναρχον, ἀτελές τε καὶ ἀσυμπέραστον· ὃ δὴ καὶ ἔστιν ἔργῳ παραλαβεῖν· ἐπεὶ καὶ ἐκλέλοιπε παντελῶς αὐτῶν ἡ εἰδωλολατρεία. Τοιαῦτα δέ ἐστι μήτε κεφαλὴν ἔχειν μήτε τέλος εἰς λόνον ἱκανούμενα.

« Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονται Αἰγύπτιοι ὡς γυναῖκες ἐν τρόμῳ καὶ ἐν φόβῳ ἀπὸ προσώπου τῆς χειρὸς Κυρίου Σαβαὼθ, ἣν αὐτὸς ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς. » Κατὰ τοὺς ἀποδοθέντας χρόνους τῆς ἀφίξεως τοῦ Κυρίου τῆς εἰς Αἴγυπτον, οὐκέτι ἔσεσθαι τοῖς Αἰγυπτίοις φρόνημα ἀνδρικὸν, γυναικῶν δὲ δίκην ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ διάξειν αὐτῶν τὸν βίον διὰ τὴν ἐπαναστᾶσαν αὐτοῖς χεῖρα τοῦ Θεοῦ θεσπίζει. Χεὶρ δὲ Κυρίου τίς ἂν νοηθείη ἑτέρα παρὰ τὴν λεγομένην δεξιὰν αὐτοῦ, ἀλλ' ἡ Ῥωμαϊκὴ δύναμις ὑποτάξασα τοὺς Αἰγυπτίους καὶ ὑποχειρίους ποιησαμένη διὰ τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν; Οὕτω γάρ ποτε καὶ ὁ διάβολος πρὸς τὸν Θεὸν ἀναγέγραπται εἰρηκὼς περὶ τοῦ Ἰώβ· « Ἀλλ' ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι πάντων ὧν ἔχει, εἰ μὴ εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει. » Οἱ τοί-

[97] Job I, 11.

(24) Locus mutilus.

A testis, neque solutionem regni eorum, quorum consiliarii estis, quos etiam opprimitis, dum omnimodis erroribus ipsos complicatis?

Vers. 14. « Dominus enim miscuit eis spiritum erroris, et errare fecerunt Ægyptum in omnibus operibus ipsorum, ut errat qui ebrius est, et qui vomit simul. » Hinc porro conjectandum est quantus ibi fuerit ebrietatis excessus, quod non perinde atque cæteri homines idololatriæ dediti essent, sed eo usque decidissent impietatis, ut brutorum animantium simulacra facerent; quare dictum est, « Ut errat qui ebrius est, et qui vomit simul. » Ad hujusmodi ebrietatem prædicti principes Taneos et Memphеos Ægyptiorum animas deduxerunt, quibus ipse Dominus spiritus erroris miscuit. Nam cum dæmo-B nes maligni et adversariæ potestates essent, Deo adversaria sentiebant, ac contra Deum pugnare conabantur. Quamobrem errori traditi sunt, decernente Deo, quod nequitiæ eorum consentaneum erat, ut errori traderentur. Illi vero malitiam, ceu virus quoddam lethiferum, in Ægyptios diffuderunt, et Ægyptum in errorem induxerunt, « Ut errat is, qui ebrius est, et qui vomit simul. » Verum eorum causa Deus in Ægypto peregrinabatur, ut, illis ab errore deductis, populos ab eis procul dimoveret.

Vers. 15. « Et non erit Ægyptiis opus, quod faciat caput et caudam, principium et finem. » Infecta quippe sunt illis opera multa quæ apud illos perficiebantur, ita ut opus penes illos non reperia-C tur, quod vel principium vel finem habeat, Domino, utpote bono, hoc ita peragente. Siquidem in Ægyptiaca multorum numinum superstitione, multa opera principium et finem, secundum reputatam ibi seriem, habebant. At memorato Dominici ad illos adventus tempore, ait non ultra fore penes illos opus hujusmodi plenum, integrum et perfectum; sed si quodpiam hujuscemodi reperiatur, ipsum sine capite et principio, sine termino et fine futurum esse. Quod etiam ipso opere completum animadvertere est; nam idololatria penitus defecit. (24) Illud porro est, neque caput neque finem habere, ut satis commonstratum est.

Vers. 16. « In die illa erunt Ægyptii velut mulieres in tremore et in timore a facie manus Do-D mini Sabaoth, quam ipse immittet illis. » Memoratis adventus Domini in Ægyptum temporibus, nullum Ægyptiis futurum virilem sensum, sed eos mulierum instar in metu et tremore, ob imminentem ipsis manum Dei, vitam acturos esse vaticinatur. Manus autem Domini quæ alia putetur esse præter eam, quæ vocatur dextera ejus, nisi Romanorum potentia, quæ Ægyptios subegit ac sibi subditos reddidit, idque ob Christi præsentiam? Ita quippe diabolum de Job loquentem Deo dixisse scriptum est: « Sed mitte manum tuam, et tange omnia quæ habet, nisi in faciem benedicat tibi [97]? » Qui ergo voluntatis Dei ad subjugandum Ægyptio-

rum imperium ministri fuerunt, videlicet ipsa Romani exercitus potentia, manus vocatur. Quomodo autem mulierum instar cum timore et angustia Romanis serviant Ægyptii, id sane non est quod explicetur.

VERS. 17. « Et erit regio Judæorum in terrorem. Quicunque eam nominaverit ipsis, extimescent propter consilium, quod consuluit Dominus Sabaoth super eam. » Regionem vero Judæorum si Scripturam divinam dixeris esse, neutiquam aberraveris, quam, ob vim pietatis et fidei, qui Dominum noverunt, cum timore, tremore et reverentia adeunt, non amplius ut olim blasphema dicta in eam proferentes, sed ob Dominum in ea prædicatum, venerantes et colentes. Quamobrem quisquis illam ipsis commemorat, timorem Dei ipsis immittit, nam « Initium sapientiæ timor Domini[98]. »

VERS. 18. « In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaanitide, et jurantes per nomen Domini Sabaoth : civitas Asedec vocabitur una civitas. » Etsi quinque civitates in vaticinio ferantur, at non ignorandum est illas quinque unam esse. Quare nomen unum omnium additur, Asedec, quod interpretatur Symmachus, « solis. » Quam vero dixeris eam esse, nisi sanctam Dei Ecclesiam, quæ secundum LXX quidem dicitur Asedec, quod significat, « justitiæ ; » secundum Symmachum vero, « solis, » de quo dictum est, « Timentibus autem me orietur sol justitiæ, et medelæ in alis ejus ; » secundum accuratam vero disserendi rationem, terræ civitas dicitur, quod ita reddi possit, « Civitas terræ vocabitur una civitas. » Ipsa quippe sola in universa terra Deo civitas constituitur, ita ut de illa dicatur, « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei[99]. » Quinque autem civitates in Ecclesia fuerint diversæ instituti et officii rationes ; quinque vero sunt ordines distincti ; tres scilicet ita numeres : primus est præsulum ordo, secundus presbyterorum, diaconorum tertius, quartus illuminatorum in Christo, postremus eorum, qui initiantur. Sciendum ergo est ordines quinque in Ecclesia Dei versari ; quare quinque civitates sub una dicuntur, loquentes lingua quæ olim apud Ægyptios Chananæa reputabatur, et jurantes non per eos, qui dii patrii existimabantur, sed in nomine Domini Sabaoth, qui olim Judæis cognitus Deus erat. Hic ille erat qui in nube levi, hic erat qui ad ipsos advenit Christus.

VERS. 19. « In die illa erit altare Domino in regione Ægyptiorum, et columna ad terminum ejus Domino. » De divinitate Dei in Ægypto constituenda et de diversis in civitate ordinibus, vaticinatus, consequenter altare in civitate Dei futurum commemo-

A νων διακονησάμενοι τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ χειρώσασθαι τὴν Αἰγυπτίων ἀρχὴν, δύναμις αὕτη δὲ ἦν ἡ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ, χεὶρ ὠνόμασται. Ὅπως δὲ γυναικῶν δίκην μετὰ φόβου καὶ ἀγωνίας δουλεύουσι Ῥωμαίοις Αἰγύπτιοι, οὐδὲν δεῖ λέγειν.

« Καὶ ἔσται ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς φόβητρον. Πᾶς ὃς ἐὰν ὀνομάσῃ αὐτὴν αὐτοῖς, φοβηθήσονται διὰ τὴν βουλὴν, ἣν Κύριος Σαβαὼθ βεβούλευται ἐπ' αὐτήν. » Χώραν δὲ Ἰουδαίων τὴν θείαν οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν Γραφήν· ἣν δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας καὶ πίστεως οἱ τὸν Κύριον ἐπεγνωκότες μετὰ φόβου καὶ τρόμου καὶ εὐλαβείας προσίενται, οὐκέτι ὡς τὸ πρὶν βλασφημοῦντες αὐτὴν, ἀλλὰ τιμῶντες καὶ σέβοντες διὰ τὸν ἐν αὐτῇ κηρυττόμενον Κύριον· διὸ πᾶς ὁ ὀνομάζων αὐτὴν αὐτοῖς φόβον Θεοῦ B ἐμποιεῖ αὐτοῖς· « Ἀρχὴ » γὰρ « σοφίας φόβος Κυρίου. »

« Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονται πέντε πόλεις ἐν γῇ Αἰγύπτου, λαλοῦσαι τῇ γλώσσῃ τῇ Χαναανίτιδι, καὶ ὀμνύοντες τῷ ὀνόματι Κυρίου Σαβαώθ· πόλις Ἀσεδὲκ κληθήσεται μία πόλις. » Εἰ δὲ πέντε λέγονται πόλεις αἱ θεσπιζόμεναι, ἀλλ' οὐ χρὴ ἀγνοεῖν, ὡς αἱ πέντε μίαν τυγχάνουσι. Διὸ καὶ ἓν ὄνομα κατὰ πασῶν ἐπιλέγεται τὸ Ἀσεδὲκ, ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν « ἡλίου. » Τίνα μὲν οὖν εἴποις ἂν ταύτην εἶναι ἢ τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, κατὰ μὲν τοὺς Ἑβδομήκοντα καλουμένην Ἀσεδὲκ, ὃ δὴ σημαίνει « δικαιοσύνης· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « ἡλίου, » περὶ οὗ λέλεκται· « Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἰάσεις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ· » C κατὰ δὲ τὸ ἀκριβὲς τῆς αὐτοῦ διαλέξεως γῆς πόλις λέλεκται, ὅπερ οὕτως ἂν ἑρμηνευθείη, « Πόλις τῆς γῆς κληθήσεται ἡ μία πόλις. » Αὕτη γὰρ μόνη καθ' ὅλης γῆς ἵδρυται τῷ Θεῷ πόλις, ὡς ἐρεῖσθαι περὶ αὐτῆς, « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Πέντε δὲ πόλεις ἐν Ἐκκλησίᾳ εἶεν ἂν αἱ διάφοροι πολιτεῖαι· (25) πέντε δὲ τάγματα διῃρημένα, ἤγουν τρεῖς ἀριθμήσεις, τὸ πρῶτον τῶν προέδρων τάγμα, καὶ τὸ δεύτερον τῶν πρεσβυτέρων, τό τε τῶν διακόνων τὸ τρίτον, καὶ τῶν ἐν Χριστῷ πεφωτισμένων τέταρτον, καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν ἐν εἰσαγωγῇ τυγχανόντων. Ἰστέον, ὡς πέντε τάγματα πολιτεύεται ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· διὸ πέντε πόλεις ὑπὸ μίαν εἴρηνται, λαλοῦσαι τῇ γλώσσῃ, πάλαι παρ' Αἰγυπτίοις νομιζομένῃ Χαναανίτιδι, καὶ ὀμνύοντες οὐ τοὺς D πατρῴους θεοὺς οὓς ἐνόμιζον, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματι Κυρίου Σαβαὼθ, τοῦ πάλαι Ἰουδαίοις γνωριζομένου Θεοῦ. Οὗτος δὲ ἦν ὁ ἐπὶ νεφέλης κούφης, οὗτος δὲ ἦν ὁ ἐπιδημήσας Χριστὸς αὐτοῖς.

« Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγυπτίων, στήλη πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς τῷ Κυρίῳ. » Προφητεύσας ὁ λόγος περὶ πόλεως Θεοῦ ἐν Αἰγύπτῳ συστησομένης, καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει διαφόρων ταγμάτων, ἀκολούθως θυσιαστηρίου ἐν τῇ πόλει

[98] Psal. cx, 10. [99] Psal. LXXXVI, 3.

(25) Hic Hieronymus, « Porro qui in adventu Christi, » ait, « et Romano imperio prophetiam disserunt, quinque civitates vel legem Domini, quæ in Alexandria primum interpretata est, vel quinque Ecclesiæ ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles et catechumenos, » ubi aperte Eusebii interpretem agit.

τοῦ Θεοῦ γενησομένου μνημονεύει, καὶ τοῦτο ἔσεσθαι A παραδόξως. Τῶν γὰρ πάλαι παρ' Αἰγυπτίοις νομιζομένων θεῶν ἀπολωλότων, καὶ τοῦ ποταμοῦ αὐτῶν ἐκλελοιπότος, καὶ τῶν ἀρχόντων Τάνεως καὶ Μέμφεως ἀπομωρανθέντων, τὸ παρ' Ἰουδαίοις ὀνομαζόμενον Κυρίῳ θυσιαστήριόν φησι συστήσεσθαι· ὃ δὴ καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἔκβασις ὀφθαλμοῖς ἡμῖν αὐτοῖς δείκνυσιν· ὡς μηκέτι εἰς μέλλοντα καιρὸν προσδοκᾷν τοῦ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα. (26) Ὡς δὲ μία πίστις καὶ ἓν βάπτισμα καὶ μία Ἐκκλησία εἴρηται, οὕτω καὶ θυσιαστήριον ἓν καθ' ὅλης τῆς Αἰγύπτου ἐγηγερμένον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ θυσιαστήρια τυγχάνει, καὶ μία δὴ (27) στήλη γραφὴ σὺν τῷ θυσιαστηρίῳ ἐν δηλωθείσῃ πόλει συνέστη, διορίζουσα τοὺς πιστοὺς τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἀφορίζουσα αὐτοὺς τῶν ἀπίστων. B Ἡ μὲν οὖν ἀνωτέρω εἰς φόβητρον τοῖς Αἰγυπτίοις ἔσεσθαι λεγομένη χώρα τῶν Ἰουδαίων, τὴν Ἰουδαϊκὴν αἰνίττεται Γραφὴν, καὶ τὸν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης λόγον· ἡ δὲ τῷ Χριστοῦ θυσιαστηρίῳ συνεζευγμένη στήλη τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης εἴη ἂν Εὐαγγέλιον, διορίζον τοὺς εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύσαντας τῶν Αἰγυπτίων ἀπὸ τῶν ἀπίστων.

« Καὶ ἔσται εἰς σημεῖον εἰς τὸν αἰῶνα Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου, ὅτι κεκράξονται πρὸς Κύριον διὰ τοὺς θλίβοντας αὐτούς. Καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς ἄνθρωπον ὃς σώσει αὐτούς· κρίνων σώσει αὐτούς. Καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ γνώσονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ποιήσουσι θυσίαν καὶ δῶρον, καὶ εὔξονται εὐχὰς τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποδώσουσι. » Διὸ τῷ σημείῳ τούτῳ κατασφραγίζεσθαι μεμαθηκότες οἱ τὸν Κύριον παρα- C δεδεγμένοι Αἰγύπτιοι φυλακτηρίῳ τούτῳ κέχρηνται· ὥστε καὶ ἐν ταῖς θλίψεσιν αὐτῷ σημείῳ βοηθῷ χρώμενοι ἀναβοᾷν καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον διὰ τοὺς διαθλίβοντας αὐτούς. Τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι, ἀλλ' ἢ οἱ ἀπομείναντες τῇ ἀπωλείᾳ Αἰγύπτιοι, περὶ ὧν κατ' ἀρχὰς ἐλέγετο τῆς προφητείας, « Καὶ ἐπαναστήσονται Αἰγύπτιοι πρὸς Αἰγυπτίους, καὶ πολεμήσει ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸς ἐπὶ νομόν. »

« Καὶ πατάξει Κύριος τοὺς Αἰγυπτίους πληγῇ καὶ ἰάσεται αὐτούς· καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον, καὶ εἰσακούσεται αὐτῶν, καὶ ἰάσεται αὐτοὺς ἰάσει. » Ἐπεὶ γὰρ « ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, καὶ παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται·[1] » εἰκότως καὶ τοὺς Αἰγυπτίους πατάσσει ἀγαπῶν, ἐπειδὰν ἐν χρείᾳ D γίνωνται παιδείας καὶ ἐπιστροφῆς, ἀλλ' οὐκ εἰς μακράν· μηδὲν δὲ ὑπερθέμενος ἰᾶται τῇ αὐτοῦ ἰάσει.

« Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται ὁδὸς Αἰγύπτου πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ εἰσελεύσονται Ἀσσύριοι πρὸς Αἴγυπτον, καὶ Αἰγύπτιοι πορεύσονται πρὸς Ἀσσυρίους, καὶ δουλεύσουσιν Αἰγύπτιοι τοῖς Ἀσσυρίοις. » Ἀσσυρίους δὲ ἐνταῦθα οἶμαι καλεῖν τὴν Γραφὴν τοὺς νῦν καλουμένους Σύρους· κατὰ τὸ πάλαι δὲ οἱ τὴν Συρίαν

[1] Hebr. xii, 6.

rat, quod modo perquam mirabili fore dicit. Nam cum illi olim apud Ægyptios reputati dii perierint, flumen ipsorum defecerit, principes Taneos et Mempheos infatuati fuerint, tunc altare apud Judæos Domino nuncupatum, constituendum fore ait, quod sane rei eventus nobis ob oculos ponit; ita ut dicti complementum ad futurum tempus non exspectemus. Quemadmodum autem una fides, unum baptisma, et una Ecclesia dicitur, sic et altaria plurima in tota Ægypto constituta, pro uno altari in Ecclesiis Dei constituto habenda sunt, et una columna sive cippus cum altari in illa civitate posita est, fideles Ægyptios ab infidelibus segregans ac dividens. Regio igitur illa Judæorum, quæ in terrorem Ægyptiis futura dicitur, Judaicam subindicat Scripturam, ac Veteris Testamenti verbum; columna vero cum Christi altari conjuncta, Novi Testamenti Evangelium fuerit, Christi fideles ex Ægyptiis ab infidelibus disterminans.

Vers. 20, 21. « Et erit in signum in sæculum Domino in regione Ægypti, quoniam clamabunt ad Dominum propter opprimentes eos. Et mittet eis hominem, qui salvabit eos; judicans salvabit eos. Et notus erit Dominus Ægyptiis, et cognoscent Ægyptii Dominum in die illa, et facient sacrificium et donum, et vovebunt vota Domino, et reddent. » Quamobrem, cum hoc signo sese munire didicerint Ægyptii, qui Dominum susceperunt, hoc tutamento utentur; ita ut in ærumnis eodem signo pro adjutore usi, clament et invocent Dominum adversus eos qui se oppriment. Quinam autem illi erant, nisi ii qui in pernicie manserunt Ægyptii, de quibus in prophetiæ initio dicebatur, « Et insurgent Ægyptii contra Ægyptios, et bellabit homo adversus fratrem suum, civitas adversus civitatem, et nomus adversus nomum. »

Vers. 22. « Et percutiet Dominus Ægyptios plaga, et sanabit eos. Et convertentur ad Dominum, et exaudiet eos, et sanabit eos sanatione. » Quia enim « quem diligit Deus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem suscipit[1]; » jure Ægyptios percutiet, etsi diligat, si quando castigatione et conversione opus habeant; sed id non ad diuturnum tempus faciet; ac nihil comperendinans curationem et medelam adhibebit.

Vers. 23. « In die illa erit via Ægypti ad Assyrios, et ingredientur Assyrii in Ægyptum, et Ægyptii ibunt ad Assyrios et servient Ægyptii Assyriis. » Assyrios hic puto a Scriptura vocari eos, qui nunc Syri appellantur; olim quippe Assyrii vocabantur ii, qui Syriam et Mesopotamiam incolebant. Inimici

(26) « Ita autem unum altare dicitur, quomodo una fides, et unum baptisma, et una Ecclesia. *Et titulus juxta terminum ejus Domino*, haud dubium quin Evangelium et apostolorum scripta significet. » Hæc Hieronymus, qui etiam inferius de Syris et Ægyptiis non pauca hinc mutuatur.

(27) *Στηλογραφία* alius γραφεῖ.

autem mutuo erant Ægyptii et Assyrii, ac semper mutuo infesti. Nunc autem præsens sermo communionem ipsis et commistionem vaticinatur, quod nunquam alias factum fuerat. Nam ante Romanorum imperium proprios reges habebant Ægyptii et Assyrii; Ægyptii quidem Ptolemæos, Syri autem Antiochi et Demetrii posteros, in quorum medio sita Judæa, a propriis item principibus regebatur. Cum autem Judaica gens intermedia esset, modo a Syris, modo a Ptolemæis bello impetebatur. Imo etiam Ægyptiis inimici Syri erant, et Ægyptii Assyriis hostes; ut minime libera esset alterius populi ad alterum profectio. Hoc pacto se res olim habebant. At post adventum Domini in Ægyptum, pacem profundissimam, ac communionem commerciumque ipsis futurum præsens sermo prænuntiat. Ille vero eos, qui olim inimici erant, Syros dico, Assyrios et Israelem, mutuo conciliat, atque unam omnes a Deo benedictionem accepturos dicit; ita ut jam non amplius Israel altum sapiat, neque ut solus benedictus contra alios sese extollat. Quis ergo Romanos exercitus ex Syrorum militia videns Ægyptiorum capitibus imminere, et Ægyptios illis servire, prophetiæ eventum non admiretur? Quis non obstupescat cernens Ægyptios libero transitu Syriam petentes ac vicissim Syros sine obice in Ægyptum accedentes, atque eos vi dominatricis potentiæ subditos esse? Quodque omnium mirabilissimum est, in prophetia dixit, eodem tempore apud Syros et Ægyptios, ac in terra Israel populos Dei fore, ipsosque benedictos: ut Israel non amplius differat ab Ægyptio, neque a Syro; neque apud Deum pluris habeatur Syrus, quam Israel vel Ægyptius; neque vicissim Ægyptius minor sit apud Deum Israele et Syro.

A καὶ Μεσοποταμίαν οἰκοῦντες Ἀσσύριοι ἐχρημάτιζον. Ἐχθροὶ δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι καὶ Ἀσσύριοι, καὶ πολέμιοι διετέλουν ὄντες ἐκ τοῦ παντός. Νῦν δὲ ὁ παρὼν λόγος κοινωνίαν αὐτοῖς καὶ ἐπιμιξίαν θεσπίζει, ὅπερ οὐδὲ ἄλλοτε γέγονέ ποτε. Πρὸ γὰρ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἰδιάζοντας εἶχον βασιλέας οἵ τε Αἰγύπτιοι καὶ Ἀσσύριοι· οἱ Αἰγύπτιοι μὲν τοὺς Πτολεμαίους, Σύροι δὲ τοὺς ἀπὸ Ἀντιόχου καὶ Δημητρίου· ὧν μέση κειμένη ἡ Ἰουδαία καὶ ἰδίοις καὶ αὐτὴ ἄρχουσι ἐκυβερνᾶτο. Μεσολαβούμενον δὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ποτὲ μὲν ὑπὸ Σύρων ἐπολεμεῖτο, ποτὲ δὲ ὑπὸ Πτολεμαίων. Ἀλλὰ καὶ Αἰγυπτίοις ἐτύγχανον οἱ Σύροι πολέμιοι· Αἰγύπτιοι δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις διεμάχοντο, ὡς ἄμικτα εἶναι αὐτοῖς καὶ ἀδιαβάτας τὰς πρὸς ἀλλήλους πορείας. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἐτύγχανον τὰ πάλαι. B Μετὰ δὲ τὴν ἄφιξιν τοῦ Κυρίου τὴν εἰς Αἴγυπτον εἰρήνην βαθυτάτην, κοινωνίας τε καὶ ἐπιμιξίας ὁ παρὼν λόγος αὐτοῖς εὐαγγελίζεται. Ὁ μὲν δὴ οὖν συνάγει τοὺς πάλαι ἐχθρούς, λέγω δὴ Σύρους καὶ Αἰγυπτίους καὶ τὸν Ἰσραήλ, μιᾶς τε εὐλογίας τῆς παρὰ Θεοῦ τεύξεσθαι αὐτούς φησι· ὡς μηκέτι μέγα φρονεῖν τὸν Ἰσραήλ, μηδὲ κατεπαίρεσθαι τῶν ἄλλων, ὡς μόνον ηὐλογημένον. Τίς οὖν, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν στρατόπεδα Ῥωμαϊκὰ Σύρων ἀνδρῶν κατὰ κεφαλῆς τῶν Αἰγυπτίων ἐγκαθήμενα, Αἰγυπτίους τε τούτοις δουλεύοντας, οὐκ ἂν ἐκπλαγείη τὴν τῆς προφητείας ἔκβασιν; Τίς δὲ οὐ θαυμάσεται ὁρῶν Αἰγυπτίους ἀδεῶς ἐπὶ τὴν Σύρων διαβαίνοντας χώραν, Σύρους τε ἀκωλύτως ἐπιβαίνοντας τοῖς Αἰγυπτίοις, δυνάμει τε C ἀρχοντικῆς ἐξουσίας καταδεδουλωμένους αὐτούς; Τὸ δὲ ἁπάντων παραδοξότατον, ταύτην ἤρατο κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον παρὰ Σύροις καὶ παρ' Αἰγυπτίοις καὶ ἐν τῇ γῇ τοῦ Ἰσραὴλ λαοὺς ἔσεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ τούτους ηὐλογημένους· ὡς μηδὲ μηκέτι διαφέρειν τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Αἰγυπτίου, μήτε τοῦ Σύρου, μηδὲ διαλλάττειν παρὰ Θεῷ χρείττω τὸν Σύρον τοῦ Ἰσραήλ, μηδὲ τοῦ Αἰγυπτίου, μηδ' αὖ πάλιν τὸν Αἰγύπτιον ἐλαττοῦσθαι παρὰ Θεῷ τοῦ Ἰσραὴλ ἢ τοῦ Σύρου.

VERS. 24. « In die illa erit Israel tertius inter Ægyptios, et inter Assyrios benedictus in terra, quam benedixit Dominus Sabaoth, qui dicit, Benedictus populus meus, qui est in Ægypto, et in Assyriis, et hæreditas mea Israel. » Quod si dicatur, tertium Israel inter Ægyptios et Assyrios futurum esse, benedictum in terra, quam benedixit Dominus exercituum, ne aliam putemus esse terram ab Ecclesia Dei. Per Israel autem intelligi potest, chorus omnis sanctorum religiosorumque virorum, qui ex Judaica gente defuncti sunt. Quapropter dicitur, « Et hæreditas mea Israel. Nam quando dividebat Altissimus gentes, facta est pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel [1]. » Nunc autem Ægyptii populus ejus, et populus ejus benedictus, vocantur; et Assyrii similiter. Illud autem, « In terra, quam benedixit Dominus Sabaoth, » ad cœlestem quoque terram referatur, de qua dicit Salvator, « Beati mites, quoniam ipsi

« Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Ἰσραὴλ τρίτος ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις ηὐλογημένος ἐν τῇ γῇ, ἣν ηὐλόγησε Κύριος Σαβαὼθ ὁ λέγων· Εὐλογημένος ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ ἐν Ἀσσυρίοις, D καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ. » Ἐὰν δὲ λέγηται τρίτος Ἰσραὴλ ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις ἔσεσθαι, εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ ἣν εὐλόγησε Κύριος Σαβαώθ, μὴ ἑτέραν νομίζωμεν εἶναι τὴν γῆν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ. Ἰσραὴλ δὲ νοεῖσθαι δύναται καὶ πᾶς ὁ χορὸς τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προεξεληλυθότων τοῦ βίου. Διὸ λέλεκται· « Καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ. Ὅτε γὰρ διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Νῦν δὲ καὶ Αἰγύπτιοι λαὸς αὐτοῦ εἴρηται, καὶ λαὸς αὐτοῦ εὐλογημένος, καὶ Ἀσσύριοι ὁμοίως. Τὸ δέ, « Ἐν τῇ γῇ ἣν ηὐλόγησε Κύριος Σαβαώθ, » ἔχοι ἂν τὴν ἀναφορὰν καὶ ἐπὶ τὴν ἐπουράνιον, περὶ ἧς φησιν ὁ Σωτήρ· « Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ

[1] Deut. xxxii, 8.

κληρονομήσουσι τὴν γῆν·» ἔνθα καὶ ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ Σιὼν ὄρος ἐπουρανίου Θεοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

«Τοῦ ἔτους οὗ εἰσῆλθε Ταναθὰν εἰς Ἄζωτον, ἡνίκα ἀπεστάλη ὑπὸ Ἀρνὰ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ ἐπολέμησε τὴν Ἄζωτον, καὶ κατελάβετο αὐτήν· τότε ἐλάλησε Κύριος πρὸς Ἡσαΐαν λέγων· Πορεύου, καὶ ἄφελε τὸν σάκκον ἀπὸ τῆς ὀσφύος σου.» Θαυμάσαι δὲ ἔστι τὸν προφητικὸν βίον, ὃν ὁ μὲν Ἀπόστολος παρέστησεν εἰπὼν, «Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι·» ἡ δὲ παροῦσα Γραφὴ ἑνὶ ἐνδύματι σάκκῳ τὸν Ἡσαΐαν κεχρημένον εἰσάγει, πενθοῦντα δηλαδὴ καὶ ἀποκλαιόμενον τοὺς διὰ τὰς οἰκείας ἀσεβείας μακρὰν ἀποπίπτοντας τοῦ Θεοῦ.

«Καὶ τὰ σανδάλιά σου ὑπόλυσαι ἀπὸ τῶν ποδῶν σου. Καὶ ἐποίησεν οὕτως, πορευόμενος γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος. Καὶ εἶπε Κύριος, ὃν τρόπον πεπόρευται Ἡσαΐας ὁ παῖς μου γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος τρία ἔτη, τρία ἔτη ἔσται εἰς σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς Αἰγυπτίοις καὶ Αἰθίοψιν.» Τὸ δὲ κελευσθέντα γυμνὸν βαδίσαι καὶ μὴ μελλῆσαι, πρᾶξαι δὲ τοῦτο παραχρῆμα ἐπ' ὀφθαλμῶν τῶν παρόντων αὐτῷ, μεγίστης ὑπακοῆς καὶ προθυμίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν δεῖγμα γένοιτο, παραστήματός τε καὶ φρονήματος ἐπηρμένου, πᾶσαν τὴν παρ' ἀνθρώποις δόξαν ἐν οὐδενὶ τιθεμένου. Ταῦτα δὲ πράξαντος τοῦ προφήτου, τὰ ὅμοια πείσεσθαι τῷ τοῦ προφήτου σχήματι τοὺς Αἰγυπτίους πολεμηθέντας ὑπὸ Ἀσσυρίων φησὶν ὁ Θεὸς, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους ἀπαχθήσεσθαι, οὐ μόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπικουρήσειν καὶ συμμαχήσειν αὐτοῖς ἐλπισθέντας Αἰθίοπας. Τῷ γὰρ πλήθει τῶν Αἰθιόπων καὶ τῇ τούτων χειρὶ, μεγάλα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ δυναμένων, θαῤῥοῦντες οἱ Αἰγύπτιοι, καταφρονητικῶς εἴχοντο τῶν Ἀσσυρίων· ἀλλ' ὁ Θεὸς τὸ μέλλον προφαίνει λέγων, «Ὃν τρόπον πεπόρευται ὁ παῖς μου Ἡσαΐας γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος,» καὶ τὰ ἑξῆς.

«Ὅτι οὕτως ἄξει βασιλεὺς Ἀσσυρίων τὴν αἰχμαλωσίαν Αἰγύπτου καὶ Αἰθιόπων, νεανίσκους καὶ πρεσβύτας γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους, ἀνακεκαλυμμένους τὴν αἰσχύνην Αἰγύπτου.» Δόξει τὰ προκείμενα ἐναντία εἶναι τοῖς ἀρτίως εἰρημένοις, δι' ὧν ἔσεσθαι Αἰγυπτίων καὶ Ἀσσυρίων ἐπιμιξίαν εἴρηκεν ὁ λόγος· νῦν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων αἰχμαλώτους λήψεσθαί φησι τῶν Αἰγυπτίων τοὺς νεανίσκους καὶ τοὺς πρεσβύτας γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους. Εὑρεθείη δ' ἂν λύσις τῆς ἀπορίας, εἰ ἐπιστήσαιμεν τῷ τρόπῳ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος. Ὡς γὰρ τῇ Αἰγύπτῳ προσέσχε, συνεῖδε μὲν καὶ τὰ παραυτίκα τοῖς Αἰγυπτίοις μέλλοντα ἔσεσθαι κατὰ τὸν τοῦ προφήτου χρόνον, ἀπέβλεπε δὲ καὶ ἐπὶ τὰ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἀποβησόμενα χρηστὰ περὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν. Εἶτα πρῶτα χρηστὰ θεσπίσας διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἐπὶ τὰ παραχρῆμα γενησόμενα μεταβαίνει. Λυπηρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις ταῦτα ἦν· ἃ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἐπληροῦτο κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, καθ' οὓς ὁ προφήτης ἐγνωρίζετο χρόνους. Ἀναγκαίως δὲ τὸ θεῖον

A possidebunt terram [a], » ubi et cœlestis Jerusalem, et Sion mons cœlestis Dei est.

CAPUT XX.

VERS. 1, 2. « In anno quo ingressus est Tanathan Azotum, cum missus est ab Arna rege Assyriorum, et oppugnavit Azotum, et cepit eam: tunc locutus est Dominus ad Isaiam dicens, Vade, et aufer saccum a lumbis tuis. » Mirari subit propheticam vitam, quam Apostolus declaravit his verbis, « Circuierunt in melotis et in caprinis pellibus, egentes, angustiati, afflicti [b]. » Hæc vero Scriptura Isaiam uno vestitum sacco inducit: lugentem scilicet, et illacrymantem super iis qui ob impietates suas procul exciderant a Deo.

B VERS. 3. « Et calceamenta tua solve de pedibus tuis. Et fecit ita, ambulans nudus et discalceatus. Et dixit Dominus, quemadmodum ambulavit servus meus Isaias nudus et discalceatus tres annos, tres anni erunt in signa et prodigia Ægyptiis et Æthiopibus. » Quod jubeatur nudus incedere et nihil cunctari, idque confestim agere in oculis astantium, maximæ sane obsequentiæ erga Deum et alacritatis, parati item sublimisque animi argumentum fuerit, qui humanam gloriam ne flocci quidem faciat. Hæc autem agente propheta, iis quæ propheta repræsentabat, similia passuros Ægyptios ab Assyriis debellatos prædicit Deus; nudos videlicet et discalceatos abductum iri; neque illos tantum, sed etiam Æthiopas, quos ad auxilium et C commilitium venturos esse sperabatur. Siquidem Æthiopum eo tempore admodum potentium, multitudini et manui fidentes Ægyptii, Assyrios despectui habebant: at Deus futurum prænuntiat dicens, « Quemadmodum ambulavit servus meus Isaias nudus et discalceatus, » et cætera.

VERS. 4. « Quoniam sic aget rex Assyriorum captivitatem Ægypti et Æthiopum, juvenes et senes nudos et discalceatos, discoopertos pudore Ægypti. » Hæc certe iis, quæ paulo ante dicta sunt, contraria videantur, queis inter Ægyptios et Assyrios conjunctionem et commercium fore dicebatur: nunc autem ait regem Assyriorum juvenes et D senes Ægyptiorum nudos et discalceatos captivos abducturum esse. Cujus tamen difficultatis solutionem reperiemus, si morem attendamus prophetici spiritus. Ut enim Ægypto animum adhibebat, videbat quidem ea quæ mox Ægyptiis in ipso prophetæ tempore, eventura erant; itemque prospiciebat bona illa quæ diuturno post tempore in Ægyptiorum regione futura erant. Hinc cum prius bona vaticinatus esset, ad ea quæ mox eventura erant pertransit. Hæc porro Ægyptiis tristia, quæ nec diu postea impleta sunt, iisdem ipsis quo propheta conspicuus et notus erat temporibus. Necessario autem Spiritus divinus de Domini in Ægyptum ad-

[a] Matth. v, 4. [b] Hebr. xi, 37.

ventu, et de bonis ibidem in Ægyptios conferendis vaticinatus, ea quæ mox finem nactura erant subdidit, ut a præsentium eventu ea, quæ diuturno post tempore futura erant, credibilia essent iis qui tunc propheticorum sermonum auditores erant. Hæc ergo quæ jam tractamus, non erant ante prænuntiatis contraria: illa quippe pro temporibus in prophetia notatis; hæc vero pro rebus mox gerendis enuntiabat.

VERS. 5. « Et confundentur superati Ægyptii ab Æthiopibus, in quibus confidebant Ægyptii: erant enim ipsis gloria. » Erubescentes scilicet de iis in quibus confidebant; ita ut sese ipsi damnarent et arguerent.

VERS. 6. « Et dicent qui habitant in insula hac, Ecce nos confidebamus, ut ad eorum auxilium confugeremus, qui non potuerunt servari a rege Assyriorum, et quomodo nos servabimur? »

CAPUT XXI.

VERS. 1, 2. « Visio deserti. Sicut procella per desertum transit, ex deserto veniens a terra: terribilis visio et dura, renuntiata est mihi. Contemptor contemnit, et iniquus inique agit. Ad me Elamitæ, et legati Persarum ad me veniunt. » Persæ itaque non diu postea Medorum imperium excipientes, Babylonis reliquias everterunt. Jure igitur æstimo hæc hostilia facta de Babylone dici. Quid sibi vult autem cum ait, « Visio deserti? » Jam exhinc Babylonem vocat desertum, propter ea quæ de vastitate ejus in prophetia feruntur. Quare ex persona ipsius Babylonis hæc dicta fuisse arbitror, quasi mala, quæ eventura sibi erant auribus accepisset, ac precaretur, ut horum auditus pertransiret, utque ea, quæ exspectabantur non acciderent.

VERS. 3. « Nunc lugebo et consolabor me. Propterea impletus est lumbus meus solutione, et dolores invaserunt me tanquam parturientem. » Verum, ut par est, nunc lugebo, quod non antea feceram, quia superba eram, et adversus reliquas gentes me extollebam, ita ut aliis essem luctus causa. Nunc vero ego ipsa Babylon, cum populo meo lugebo, et luctu me consolabor; quia me rerum hujusmodi nuntium perculit: cujus causa repletus est lumbus meus solutione, qui olim præcinctus erat et lasciviebat. Dolor item et labores me occuparunt, ita ut ego Babylon, olim cæteris terribilis, nihil differam a muliere pariente. Hæc porro mihi acciderunt, quia fateor me inique egisse, cum neminem commonefacientem me audirem, et cum mihi curæ esset, ut rectum nihil aspicerem. Quare, ait, nunc confitendo dico.

VERS. 4. « Inique egi, quod non viderem: cor meum errat, iniquitas mea demergit me: anima mea in metu versatur. » Hæc sane puto a propheta dicta fuisse, Babylonis personam assumente, et quasi ejusdem, sive gentis eamdem incolentis nomine hæc dicta proferri.

VERS. 5. « Præpara mensam, comedite, bibite;

A Πνεῦμα τῆς περὶ τοῦ Κυρίου εἰς Αἴγυπτον ἀφίξεως, καὶ περὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ γενησομένων τοῖς Αἰγυπτίοις ἀγαθῶν θεσπίσαν, τὰ παραχρῆμα μέλλοντα τέλους τυγχάνειν συνῆψεν· ἵνα ἀπὸ τῆς τῶν παρόντων ἐκβάσεως καὶ τὰ μακροῖς ὕστερον χρόνοις μέλλοντα γίνεσθαι πιστευθείη τοῖς τότε τηνικαῦτα τῶν προφητικῶν λόγων ἐπακούουσι. Οὐκ ἦν οὖν ἐναντία τὰ προκείμενα τῶν διὰ τῶν ἔμπροσθεν προφητευομένων· τὰ μὲν γὰρ εἰς τοὺς προφητευομένους χρόνους· τὰ δὲ περὶ τῶν ἔγγιστα γενησομένων ἀνεφώνει.

« Καὶ ἀναισχυνθήσονται ἡττηθέντες οἱ Αἰγύπτιοι ἐπὶ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφ' οἷς ἦσαν πεποιθότες οἱ Αἰγύπτιοι· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς δόξα· » ἐρυθριῶντες ἐφ' οἷς ἐθάρσουν καὶ ἐπεποίθεισαν· ὡς καταγινώσκειν καὶ μέμφεσθαι αὐτοὺς ἑαυτούς.

B « Καὶ ἐροῦσιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ· Ἰδοὺ ἡμεῖς ἦμεν πεποιθότες τοῦ φυγεῖν εἰς αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, οἳ οὐκ ἠδύναντο σωθῆναι ἀπὸ βασιλέως Ἀσσυρίων· καὶ πῶς ἡμεῖς σωθησόμεθα; »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

« Τὸ ὅραμα τῆς ἐρήμου. Ὡς καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι, ἐξ ἐρήμου ἐρχομένη ἐκ γῆς· φοβερὸν τὸ ὅραμα, καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μοι. Ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ, ὁ ἀνομῶν ἀνομεῖ. Ἐπ' ἐμοὶ οἱ Ἐλαμῖται καὶ οἱ πρέσβεις τῶν Περσῶν ἐπ' ἐμὲ ἔρχονται. » Πέρσαι γοῦν, Μήδους οὐκ εἰς μακρὰν διαδεξάμενοι, τὰ λείψανα τῆς Βαβυλῶνος καθεῖλον. Εἰκότως οὖν περὶ Βαβυλῶνος τὰ πολεμικὰ εἰρῆσθαι ἡγοῦμαι. Τί δὲ βούλεται ὁ λόγος φάσκων, « Τὸ ὅραμα τῆς ἐρήμου; » Ἐντεῦθεν ἤδη Βαβυλῶνα ἔρημον ὀνομάζει διὰ τὰ θεσπισθέντα περὶ C τῆς ἐρημίας αὐτῆς. Διὸ ἐκ προσώπου τῆς Βαβυλῶνος αὐτῆς οἶμαι ταῦτα λέγεσθαι, ὡς εἰς ἀκοὴν παραδεξαμένης τὰ μέλλοντα αὐτῇ ἐπιέναι κακὰ, εὐχομένης τε παρελθεῖν τὴν ἀκοὴν, καὶ μὴ γενέσθαι τὰ προσδοκώμενα.

« Νῦν στενάξω καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν. Διὰ τοῦτο ἐνεπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, καὶ ὠδῖνες ἔλαβόν με ὡς τίκτουσαν. » Ἀλλ' ὡς ἔοικε νῦν στενάξω, ὅπερ πρότερον οὐκ ἔπραττον, ὑπερήφανος οὖσα, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν κατεπαιρομένη· ὡς ἑτέροις ἐμποιεῖν στεναγμούς. Νῦν δὲ αὐτὴ ἐγὼ Βαβυλὼν, καὶ ὁ ἐν ἐμοὶ λαὸς, στενάξω, καὶ παρακαλέσω ἐμαυτὴν διὰ τοῦ στεναγμοῦ· ἐπειδὴ καθήψατό μου ἡ περὶ τῶν λεχθέντων ἀγγελία, ἧς ἕνεκα ἐπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως D πάλαι κατεσφιγμένη καὶ νεανιευομένη· ὀδύνη τε καὶ πόνοι κατέλαβόν με, ὡς μηδὲν διαφέρειν με τὴν Βαβυλῶνα, τὴν πάλαι ἑτέροις οὖσαν φοβερὰν, γυναικὸς τικτούσης. Ταῦτα δέ μοι συμβέβηκεν, ἐπειδήπερ ὁμολογῶ ἠδικηκέναι, ὅτε μηδενὸς ἤκουον τῶν παραινούντων μοι, καὶ ὅτε σπουδὴν ἐποιούμην μηδὲν ὀρθὸν βλέπειν. Διὸ, φησὶ, νῦν ἐξομολογουμένη φημί·

« Ἠδίκησα τοῦ μὴ βλέπειν· πλανᾶται ἡ καρδία μου, καὶ ἡ ἀνομία μου βαπτίζει με· ἡ ψυχή μου ἐφέστηκεν εἰς φόβον. » Ταῦτα μὲν οἶμαι λελέχθαι τῷ προφήτῃ, προσωποιοῦντι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ ὡς ἐξ αὐτῆς, ἢ καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ κατοικοῦντος ἔθνους τὰ εἰρημένα προέρχεσθαι.

« Ἑτοίμασον τὴν τράπεζαν, φάγετε, πίετε· ἀνα-

στάντες, οἱ ἄρχοντες, ἀνασπάσατε θυρεούς.» Τὸ προφητικὸν πνεῦμα πρὸς τοὺς Μήδους καὶ τοὺς Ἐλαμίτας, καὶ πρὸς τοὺς πρέσβεις τῶν Περσῶν ἀποτείνεται, διεγεῖρον καὶ παρορμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὸν κατὰ Βαβυλωνίων πόλεμον. Διὸ ὡς πρὸς αὐτούς φησιν· «Ἑτοίμασον τὴν τράπεζαν, φάγετε,» καὶ τὰ ἑξῆς.

«Ὅτι οὕτως εἶπε Κύριος πρός με· Βαδίσας σεαυτῷ στῆσον σκοπὸν, καὶ ὃ ἐὰν ἴδῃς, ἀνάγγειλον. Καὶ εἶδον ἀναβάτας ἱππεῖς δύο, καὶ ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου. Ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιάν.» Σημεῖα δὲ καὶ σύμβολα ἦν ταῦτα τῆς τῶν πολεμίων παρατάξεως, ὧν οἱ μὲν ἐφ' ἁρμάτων ὀχούμενοι ἐπῄεσαν, οἱ δὲ ἐπὶ νωτοφόρων, τὰ δέοντα πρὸς χρείας ἐπαγόμενοι. «Ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλὴν, καὶ κάλεσον Οὐρίαν εἰς τὴν σκοπιὰν,» τὴν ῥηθήσεσθαι μέλλουσαν ἔπειτα, ἢ τὴν λέαιναν, ἢ τὸν Ἀριὴλ κάλεσαι, ὅπως καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ὑπὸ τοῦ σκοποῦ θεαθείη, τοῦ προφήτου ἅμα τῷ σκοπῷ θεωμένου. Ὁ δὲ σημαίνων λέγει τὰ ἑξῆς. Οἶμαι διὰ τούτων σημαίνεσθαι τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας τὴν παντελῆ καθαίρεσιν Θεοῦ κρίσει γενομένην. Ἀντὶ δὲ τοῦ, «Οὐρίαν,» ὁ μὲν Ἀκύλας, «λέοντα,» ὁ δὲ Σύμμαχος, «λέαιναν,» ὁ δὲ Θεοδοτίων, «Ἀριὴλ,» ἐξέδωκεν. Οὐδεὶς τοίνυν Οὐρίαν ὠνόμασεν· ἐπεὶ οὐδὲ ἡ Ἑβραϊκὴ φωνὴ ἐμνημόνευσε τοῦ Οὐρία.

«Καὶ εἶπεν· Ἔστην διαπαντὸς ἡμέρας, καὶ ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς ἔστην ὅλην τὴν νύκτα.» Εἱστήκει τοίνυν καὶ ὁ προφήτης ἅμα τῷ σκοπῷ, καραδοκῶν τὴν μέλλουσαν αὐτοῖς ὀφθήσεσθαι ὄψιν τοῦ λέοντος καὶ τῆς λεαίνης, ἢ τοῦ Ἀριήλ. Διακαρτερήσας δὲ τὸν πάντα τῆς ἡμέρας καὶ τὸν τῆς νυκτὸς χρόνον, ἐπιλέγει· «Καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται.» Τίς δὲ οὗτος, ἢ δηλονότι Ἀριὴλ ἐπιβεβηκὼς ξυνωρίδι; Διό φησι· «Καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἔρχεται καὶ ἀναβάτης ξυνωρίδος.» Τίς δὲ οὗτος ἄρα ἦν, ἢ τιμωρός τις ἄγγελος, δι' οὗ τὰ τῆς πολιορκίας τῆς Βαβυλῶνος ἔμελλε πληροῦσθαι; Τάχα που Ἀριὴλ ὀνομαζόμενος, ἢ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ ὡς λέων ὠρυόμενος, καὶ περιπατῶν ζητῶν τίνα καταπίῃ. Καὶ δὴ θεασάμενος αὐτὸν ὁ προφήτης, συνεῖδεν ὡς τιμωρητικὸς ὢν ἄγγελος τὴν τῆς Βαβυλῶνος ἀπώλειαν ἐργάζεται· διὸ ἐπιβοᾷ λέγων· «Πέπτωκε, πέπτωκε Βαβυλὼν, καὶ πάντα τὰ ἀγάλματα αὐτῆς, καὶ τὰ χειροποίητα αὐτῆς συνετρίβη εἰς τὴν γῆν.» Ὡς γὰρ ταῦτα πρᾶξαι κεκελευσμένου τοῦ Ἀριὴλ, ταύτην ἠφίει τὴν φωνὴν ὁ προφήτης·

«Ἀκούσατε, οἱ καταλελειμμένοι καὶ οἱ ὀδυνώμενοι, ἀκούσατε, ἃ ἤκουσα παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀνήγγειλεν ἡμῖν.» Ἃ γὰρ ἐμοὶ ἀπεκάλυψε, ταῦτα καὶ ὑμῖν ἐξέφηνεν ὡς δι' ἑρμηνέως ἐμοῦ.

«Τὸ ὅραμα τῆς Ἰδουμαίας. Πρὸς ἐμὲ κάλει παρὰ τοῦ Σηείρ. Φυλάσσετε ἐπάλξεις.» Ἔοικε δὲ τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις ὁ Θεὸς προσφωνεῖν λέγων· «Πρὸς ἐμὲ κάλει παρὰ τοῦ Σηείρ·» «τοὺς» γὰρ «φεύγοντας παρὰ τοῦ Σηεὶρ,» κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, «πρὸς ἐμὲ κάλει,» φησίν. Σηεὶρ δὲ ἐκαλεῖτο ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ὄρος τοῦ Ἠσαῦ, ἐν ᾧ συνειστήκει αὐτοῦ τὰ βασίλεια· γνωρίζεται δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις εἰσέτι καὶ νῦν οὕτω καλούμενον. Τοῖς οὖν ἀγωνιῶσι τὸν ἀπὸ τῶν Ἰδουμαίων φόβον φάσκει· Πρὸς ἐμὲ σπουδάζοντες ἥκετε, καὶ παρ' ἐμοὶ γενόμενοι φυλάσσετε τὰς ἑαυτῶν ἐπάλξεις·

A surgentes, principes, arripite clypeos.» Medos, Elamitas, et Persarum legatos compellat propheticus spiritus, excitans eos ad bellum contra Babylonios. Quare quasi ad illos talia fatur, «Præpara mensam, comedite,» et cætera.

Vers. 6-8. Quoniam sic dixit Dominus ad me, Profectus statue tibi speculatorem, et quod videris, renuntia. Et vidi sessores equites duos, sessorem asini, et sessorem cameli. Audi auditionem multam, et voca Uriam ad speculam.» Signa vero et symbola hæc erant aciei inimicorum, quorum alii curribus vecti irruebant, alii jumentis sarcinas et commeatum agebant. «Audi auditionem multam, et voca Uriam ad speculam;» videlicet eam, de
B qua postea sermo, sive leænam, sive Ariel evoca; ut et ipse veniens a speculatore videatur, propheta item cum speculatore una conspiciente. Ille vero speculator monens sequentia dicit. His autem puto significari Assyriorum regnum, judicio Dei funditus eversum. Pro illo autem, «Uriam,» Aquila, «leonem,» Symmachus, «leænam,» Theodotio, «Ariel,» edidit. Nemo igitur Uriam memoravit: quoniam nec Hebraica vox Uriam nominat.

Vers. 9. «Et dixit: Steti tota die, et in castris steti tota nocte.» Stetit ergo propheta cum speculatore, exspectans futuram illam visionem, leonis, vel leænæ, vel Ariel. Cum autem toto diei et no-
C ctis tempore perstitisset, subdit, «Et ecce ipse venit.» Quis ille autem est, nisi Ariel biga vectus? Quare ait, «Et ecce ipse venit, ascensor bigæ.» Quis vero erat ille, nisi ultor quidam angelus, cujus opera Babylonis obsidio perficienda erat? Fortasse Ariel dicitur vel idem ipse qui quasi leo rugiens circuit quærens quem devoret. Et sane conspecto illo, propheta intellexit eum, utpote angelum ultorem, Babylonis exitium procurare: quare exclamat his verbis, «Cecidit, cecidit Babylon, et omnia simulacra ejus, et manufacta ejus contrita sunt in terram.» Nam quasi id peragere jussus esset Ariel, hanc emittit propheta vocem:

D Vers. 10. «Audite qui derelicti estis, et qui doletis audite, quæ audivi a Domino Sabaoth, Deus Israel annuntiavit nobis.» Quæ enim ille revelavit mihi, eadem vobis me interprete declaravit.

Vers. 11. «Visio Idumææ. Ad me voca de Seir. Custodite propugnacula,» Notos suos alloqui Deus videtur his verbis, «Ad me voca de Seir:» nam «fugientes de Seir,» secundum reliquos interpretes, «ad me voca,» inquit. Seir autem vocabatur in Arabia mons Esau, in quo stabat ejus regia: hodieque notus incolis est eodem nomine appellatus. Iis itaque ex Idumæis qui metu laborabant, ait, «Ad me festinantes venite, et cum ad me accesseritis, custodite propugnacula vestra:»

VERS. 12. « Et ego custodiam vos die ac nocte, et apud me eritis. » Si quis in vobis auxilio opus habeat, a me quærat opem : et si quis salutem curat suam, ad me veniat. » Hæc quidem dicta mihi videntur ad eos ex Idumæis, qui terrore consternati erant, quos ad se vocat Deus, pollicitus ipsis auxilium suum, si tamen in se permaneant.

A « Κἀγὼ δὲ φυλάξω ὑμᾶς δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ παρ' ἐμοὶ γένεσθε. » Εἴ τις ἐν ὑμῖν βοηθείας δεῖται, παρ' ἐμοῦ ζητείτω τὴν βοήθειαν· καὶ εἴ τις αὐτοῦ πεφρόντικε σωτηρίας, παρ' ἐμοὶ ἡκέτω. Ταῦτα μὲν εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ πρὸς τοὺς ἐπτοημένους τὸν φόβον τῶν Ἰδουμαίων, οὓς πρὸς ἑαυτὸν ἀνακαλεῖ ὁ Θεὸς, ἐπαγγελλόμενος τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν, εἰ παραμένοιεν ἐν αὐτῷ.

VERS. 13-15. « In saltu vespere dormias, aut in via Dedan, in occursum sitienti aquam ferte, qui habitatis in regione Thæman : panibus occurrite fugientibus, propter multitudinem occisorum, propter multitudinem errantium, propter multitudinem gladii, et propter multitudinem arcuum intensorum, et propter multitudinem eorum qui ceciderunt in bello. » Jam enim instantibus vosque cædentibus adversariis, quam plurimi vestrum peribunt : si autem unus ex vobis, vel duo, vel admodum pauci incolumes evaserint, fuga salutem nacti ; his ego, utpote fugientibus, et fuga defatigatis et solutis, cum urbes incolendas non habeant, præcipio ut in saltu et in desertis locis, occupante vespera, dormiant. Verum ne fame pereant, lassis illis et sitientibus offerri aquam et panem jubeo. Illis autem vos alloquor, qui Thæman, sic dictam regionem, incolitis : quos convenit fugientes perhumaniter excipere et tractare. Puto autem eos cum civitatem incolere non possint, in viis et saltibus habitaturos esse. Quamobrem ne despiciatis eos qui tam miserabiliter fame pereunt, qui ex inimicorum gladio salvi evaserunt : quod maxime ex tanta multitudine evaserint, cæteris pereuntibus, aut in aliis desertis locis errantibus.

« Ἐν τῷ δρυμῷ ἑσπέρας κοιμηθῇς, ἢ ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδάν· εἰς συνάντησιν διψῶντι ὕδωρ φέρετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐν τῇ χώρᾳ Θαιμάν· ἄρτοις συναντᾶτε τοῖς φεύγουσιν διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεφονευμένων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν πλανωμένων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῆς μαχαίρας, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν τοξευμάτων τῶν διατεταμένων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν πεπτωκότων B ἐν τῷ πολέμῳ. » Ἤδη γὰρ ἐπιστάντων τῶν κατακοπτόντων ὑμᾶς πολεμίων, οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν ἐν ὑμῖν ἀπόλλυνται, εἷς δέ που καὶ δεύτερος, ἢ καὶ σφόδρα βραχεῖς εἰ περισωθεῖεν φυγῇ τὴν σωτηρίαν ποριζόμενοι, τούτοις αὐτοῖς ἐγὼ παρακελεύομαι, ὡσανεὶ φεύγουσι καὶ ἐκ τῆς φυγῆς παρειμένοις ἤδη καὶ ἐκλελυμένοις, μηκέτι γοῦν πόλιν οἰκεῖν ἔχοντες, οὗτοι ἐν δρυμῷ καὶ ἐν ἐρήμοις τόποις, καταλαβούσης αὐτοὺς ἑσπέρας κοιμηθήσονται. Ἀλλ' ἵνα μὴ λιμῷ διαφθαρεῖεν, κεκμηκόσιν αὐτοῖς καὶ διψῶσιν ἀπὸ καμάτου, προσφέρειν ὕδωρ καὶ ἄρτον παρακελεύομαι. Ταῦτα δὲ πρὸς ὑμᾶς φημι τοὺς τὴν Θαιμὰν οὕτω καλουμένην χώραν οἰκοῦντας, οὓς πρέπει δεξιῶς ἀποδέχεσθαι καὶ φιλανθρωπεύεσθαι τοὺς φυγάδας. C Οἶμαι δὲ πόλιν ἔτι κατοικεῖν οὐ δυνάμενοι, ἐν ὁδοῖς καὶ δρυμοῖς αὐλισθήσονται. Διὸ μὴ παρίδητε οὕτως οἰκτρῶς λιμῷ φθειρομένους τοὺς διασωθέντας ἐκ τῆς τῶν πολεμίων μαχαίρας· οἳ μάλιστα ἐκ τοσούτου πλήθους δεδύνηνται διαφυγεῖν, τῶν λοιπῶν ἀπολωλότων, ἢ καὶ ἀποπλανηθέντων ἐν ἑτέροις ἀπῳκισμένοις τόποις.

VERS. 16, 17. « Quoniam sic dixit mihi Dominus, Adhuc annus tanquam annus mercenarii, deficiet gloria illorum Cedar : et quod reliquum est arcuum fortium filiorum Cedar, erit exiguum, quoniam Dominus Deus Israel locutus est. » Quod prope, et quasi intra januas ingressum sit Idumææ exitium : et quod omnino in perniciem ituri sint, Babyloniis eorum urbes incendentibus, ac totam regionem populantibus, clare prænuntiat. Unus quippe, ait, intercedet annus, et sagittarii Cedar, etiamsi, inquit, mirum sit, in ejus rei suspicionem venientes, deficient et peribunt. Veraque prædictio est, Dominus enim Deus Israel locutus est. Veritas autem nunquam mentietur.

« Διότι οὕτως εἶπέ μοι Κύριος· Ἔτι ἐνιαυτὸς ὡς ἐνιαυτὸς μισθωτοῦ, ἐκλείψει ἡ δόξα τῶν υἱῶν Κηδὰρ, καὶ τὸ κατάλοιπον τῶν τοξευμάτων τῶν ἰσχυρῶν υἱῶν Κηδὰρ ἔσται ὀλίγον, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἐλάλησεν. » Ὅτι γέγονεν ἐγγὺς, καὶ οἷον εἴσω βέβηκε θυρῶν ὁ τῆς Ἰδουμαίας ὄλεθρος, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως οἰχήσονται πρὸς ἀπώλειαν, κατεμπιπράντων αὐτοῖς τὰς πόλεις τῶν Βαβυλωνίων, καὶ ἅπασαν δὲ καταδῃούντων τὴν χώραν, προαπαγγέλλει σαφῶς. Εἷς γὰρ ἔσται, φησὶν, ὁ ἐνιαυτὸς ὁ μεταξὺ, D καὶ οἱ τῆς Κηδὰρ τοξόται, καίτοι, φησὶν, οὐκ ἀθαύμαστον· ἐπ' αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν ὑπόληψιν ἐσχηκότες, ἐκλείψουσί τε καὶ ἀπολοῦνται. Καὶ ἀληθὴς ἡ προαγόρευσις· Κύριος γὰρ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ψεύσεται δὲ μᾶλλον οὐδαμῶς ἡ ἀλήθεια.

CAPUT XXII.

VERS. 1. « Visio vallis Sion. Quid factum est tibi, quoniam nunc ascendistis omnes in tecta vana? » Præsens vallis Sionis visio, non de ipsa Sione, sed de adjacente valle dicitur. Quamobrem ait postea : « Et erunt electæ valles tuæ, replebuntur curribus : equites vero occludent portas tuas. » Arbitror porro Deum his abjectionem Israelis et extremam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

« Τὸ ὅραμα τῆς φάραγγος Σιών. Τί ἐγένετό σοι, ὅτι νῦν ἀνέβητε πάντες εἰς δώματα μάταια; » Τό γε μὴν προκείμενον φάραγγος Σιὼν ὅραμα οὐ τῆς αὐτῆς Σιὼν, ἀλλὰ περὶ τῆς προκειμένης αὐτῇ φάραγγος εἴρηται. Διόπερ ἑξῆς προϊὼν ὁ λόγος φησί· « Καὶ ἔσονται ἐκλεκταὶ φάραγγές σου, πλησθήσονται ἁρμάτων· οἱ δὲ ἱππεῖς ἐμφράξουσι τὰς πύλας

σου. » Οἶμαι διὰ τούτων τὸν Θεὸν τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπόπτωσιν σημῆναι βουλόμενον, ἐν τῷ τάγματι τῶν ἀλλοφύλων αὐτοὺς κατατάξαι, μέσους παραληφθέντας τῆς τῶν ἀλλοφύλων Γραφῆς. Ἀλλὰ καὶ τὴν πτῶσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἡγοῦμαι δηλοῦσθαι, διὰ τοῦτο φάραγγα Σιὼν ὀνομάζων. Καὶ ἄλλως δὲ μέμφεται ὁ Θεὸς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τοὺς ἀποπεσόντας τοῦ ὕψους τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος, ὥσπερ δὴ ἐν κοιλάσι καὶ ἐν φάραγξι τοῦ τῆς κακίας βυθοῦ καταπεπτωκότας. Σιὼν μὲν γὰρ ὄρος ἐστὶν ὑψηλὸν, ἐφ' οὗ ὁ νεὼς τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμητο· διὸ λέλεκται· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ εὐαγγελικὸς διὰ τοῦ Σιὼν ὄρος σημαίνεσθαι διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐπεδείκνυτο. Οἱ δὲ ταύτης ἐκπεσόντες τῆς ἐλπίδος ἐν φάραγγι παρακειμένῃ τῆς Σιὼν πεπτώκασι· πάλιν γὰρ ἀρετῇ κακία παρέπεται, εἰς ἣν ἐμπίπτει ὁ τῆς ἀρετῆς ἐξολισθαίνων. Οὕτω γοῦν οἱ τῆς πίστεως ἐξαμαρτάνοντες εἰς ἀπιστίαν περιτρέπονται. Ὁ τοίνυν ἐκ περιτομῆς λαὸς, τοῦ εὐαγγελικοῦ ὕψους ἐκπεσὼν, καὶ τῆς ἐπουρανίου Σιὼν ἀπαλλοτριωθεὶς, εἰς τὸν τῆς ἀπιστίας περιετράπη κρημνόν· διὸ καὶ ἐν ἀλλοφύλοις ἐλογίσθη. Ὅθεν ἡ προφητεία τὴν ἐσχάτην αὐτῶν ἀποβολὴν αἰνιττομένη, τὸ ῥῆμα τῆς φάραγγος ἀνέγραψεν. Ἐπεὶ μὴ ἔστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ, τούτου χάριν ἐν τοῖς κατὰ τῶν ἀλλοφύλων ἐλέγχοις μέσος ἐμβέβληται καὶ ὁ περὶ τῆς Σιὼν λόγος. Διὸ καὶ τοὺς τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκήτορας ὥσπερ ἐν ἀλλοφύλοις κατατάττει ὁ Θεὸς, καὶ τὴν κατ' αὐτῶν προφέρει ψῆφον.

« Ἐνεπλήσθη ἡ πόλις βοώντων· οἱ τραυματίαι σου οὐ τραυματίαι μαχαίρας· οὐδ' οἱ νεκροί σου νεκροὶ πολέμου. » Θεωρῶν δὲ ὁ προφήτης τῷ πνεύματι τὰς κατὰ τοῦ Σωτῆρος βοὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ἀθέους κατ' αὐτοῦ βλασφημίας, δι' ἃς ἀπεβλήθησαν, ἐπιφέρει·

« Ἐνεπλήσθη ἡ πόλις βοώντων. Πάντες οἱ ἄρχοντές σου πεφεύγασι, καὶ οἱ ἁλόντες σκληρῶς δεδεμένοι εἰσὶ, καὶ οἱ ἰσχύοντες ἐν σοὶ πόῤῥω πεφεύγασι. » Διὸ οὐκέτι κατὰ τὸ παλαιὸν παρ' αὐτοῖς οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγούμενοι, οὐκ ἀρχιερεῖς, οὐ προφῆται, ἀλλ' οὐδὲ Φαρισαῖοι, οὐδὲ Σαδδουκαῖοι, οὐδὲ ὅσοι τὸ παλαιὸν ταῖς παρ' αὐτοῖς ἀρχαῖς τετίμηντο. Ταῦτα συνιδὼν ὁ προφήτης τῷ πνεύματι, καὶ τὴν ἐκ τοσούτου ὕψους ἐπὶ τὴν ἐσχάτην κακίαν ὥσπερ τινὰ φάραγγα, τὴν πτῶσιν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ ἀπολοφύρεται λέγων·

« Διὰ τοῦτο εἶπα, Ἄφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι, μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου. » Οἶδα γὰρ, φησὶν, ἀκριβῶς, καὶ τῷ πνεύματι προορῶ, καὶ διὰ τὰ προλεχθέντα πάντα, καὶ ἡ πόλις ἡ τῷ Θεῷ ἀνακειμένη ἁλώσεται, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐτῇ εἰς χεῖρας ἐχθρῶν παραδοθήσονται. Διόπερ ἐντεῦθεν ἤδη ἀποδύρομαι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ γνησίοις ἐμαυτοῦ σπλάγχνοις ἀποκλαίομαι.

A ejus ruinam significare velle, ipsosque in alienigenarum ordine reponere; nam medii inter alienigenas in Scriptura locantur. Sed etiam puto eum Hierosolymæ ruinam declarare, ideoque vallem Sion ipsam vocare. Alioquin vero e Judæorum gente Deus eos coarguit, qui a religiosi instituti cacumine deciderunt, ceu in valles et voragines profundissimæ malitiæ delapsi. Etenim Sion mons est præaltus, in quo templum Dei ædificatum erat : quare dicitur : « Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion[a]; » et : « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem[b]. » Evangelicum autem sermonem per Sion montem significari superius commonstratum est. Qui porro ex hac spe deciderunt, in vallem Sioni B adjacentem delapsi sunt : nam rursus virtutem sequitur malitia, in quam decidit qui ex virtute delabitur. Sic igitur qui ex fide aberrant ad incredulitatem vertuntur. Populus itaque ex circumcisione, ex evangelico cacumine lapsus, et a cœlesti Sion abalienatus, in præcipitium incredulitatis corruit : quare inter alienigenas reputatur. Unde prophetia extremam eorum repulsam adumbrans, verbum vallis descripsit. Quia vero non est personarum acceptio apud Deum, ideo in alienigenarum reprehensionibus medius de Sione sermo insertus est. Quocirca Hierosolymæ incolas, quasi in alienigenis Deus constituit, sententiamque profert adversum illos.

C

VERS. 2. « Repleta est civitas clamantibus : vulnerati tui, non vulnerati gladio; neque mortui tui, mortui bello. » Spiritu conspicatus propheta eorum contra Salvatorem clamores, impiasque in ipsum blasphemias, quarum causa rejecti sunt, subjungit illud :

VERS. 3. « Repleta est civitas clamantibus. Omnes principes tui fugerunt, et capti duriter vincti sunt, et qui potentes sunt in te, longe fugerunt. » Quare non amplius ut antiquitus reges, non duces, non sacerdotes, non prophetæ apud illos sunt; sed neque Pharisæi, neque Saducæi, neque alii quotquot olim eorum magistratibus perfuncti sunt. Hæc D cum spiritu cerneret propheta, necnon illum ex tanta sublimitate in extremam malitiam, ceu in quamdam vallem, Judaici populi lapsum, luctu se discruciat dicens :

VERS. 4. « Propterea dixi, sinite me, amare flebo, non poteritis consolari me super contritione filiæ generis mei. » Nam accurate novi, inquit, et spiritu prævideo, etiam ex iis omnibus quæ supra dicta sunt, civitatem Deo addictam capiendam, et omnes qui in illa sunt, in gaudium inimicorum dandos esse. Quare jam exhinc lugeo, et quasi genuina viscera mea deploro.

[a] Isai. XL, 9. [b] Hebr. XII, 22.

A VERS. 5. « Quia dies turbationis et interitus, et conculcationis : et error * a Domino Sabaoth. In valle Sion errant : a parvo ad magnum errant in montibus. » Hæc quoque æstimo dicta de iis, qui convenerunt in unum, dum insidiæ contra Servatorem nostrum strueruntur.

VERS. 6. « Elamitæ autem sumpserunt pharetras, et homines qui ascendunt equos, et congregatio aciei. » Significat autem virtutes occultas et inimicas, queis a Deo traditi sunt. Quare Elamitæ significant *despicientes* ; quia pereuntium salutem negligunt, ac nemini parcunt; ideo verisimiliter ita vocantur eorum turmæ obsidentes. Verum magno cum exercitu instructa acie in valle Sion ab iis obsessa versantes, eam in extremam egerunt vastitatem.

B VERS. 7. « Et erunt electæ valles tuæ, replebuntur curribus, equites autem occludent portas tuas. » Non nunc neque in præsenti tempore, sed in illa die; nimirum in tempore per prophetiam enuntiato.

VERS. 8, 9. « Et recludent portas Juda, et intuebuntur in die illa electas domos urbis. Et retegent abscondita domorum arcis David. Et viderunt, quod plures sunt, et quod avertit aquam veteris piscinæ in civitate. » Hæc porro erant arcana regni symbola, et quæ in sanctuario reposita erant : quæ nemini, præterquam sacerdoti tantum, conspicere licebat : quæ etiam inimicis tradenda dicit. Hac de causa valiis Sion incolas criminatur, quod veteris in urbe piscinæ aquas averterint, aliamque sibi intra duos muros aquam excogitarint. Aqua porro veteris in urbe piscinæ, erat veteris et divinitus inspiratæ Scripturæ sermo, quem derivantes, alienam sibi aquam excogitarunt, seniorum videlicet traditiones, doctrinas et præcepta hominum edocentes : qua de re ipsos Servator coarguit, eorumque nequitiam criminatur his verbis : « Et irritum fecistis verbum Dei propter traditionem vestram *. »

A « Ὅτι ἡμέρα ταραχῆς καὶ ἀπωλείας, καὶ καταπατήματος· καὶ πλάνησις παρὰ Κυρίου Σαβαώθ. Ἐν φάραγγι Σιὼν πλανῶνται· ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου πλανῶνται ἐπὶ τὰ ὄρη. » Καὶ ταῦτα δὲ οἶμαι λέγεσθαι περὶ τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ συνελθόντων ἐν τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῇ.

« Οἱ δὲ Ἐλαμῖται ἔλαβον φαρέτρας, καὶ ἀναβάται ἄνθρωποι ἐφ' ἵππους, καὶ συναγωγὴ παρατάξεως. » Δηλοῖ δὲ δυνάμεις ἀφανεῖς καὶ πολεμίους, αἷς ὑπὸ Θεοῦ παρεδόθησαν. Διὸ καὶ οἱ Ἐλαμῖται ἑρμηνεύονται « παραβλέποντες· » διὰ τὴν παρορᾷν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀπολλυμένων, καὶ μηδενὸς φείδεσθαι, εἰκὸς οὕτω κεκλῆσθαι τὰ πολιορκήσαντα αὐτοὺς στρατιωτικὰ πλήθη. Ἀλλὰ μετὰ πλείστης δυνάμεως παραταξάμενοι τῇ πολιορκηθείσῃ φάραγγι Σιὼν, εἰς ἔσχατον ἐρημίας αὐτὴν ἤγαγον.

B « Καὶ ἔσονται αἱ ἐκλεκταὶ φάραγγές σου, πλησθήσονται ἁρμάτων, οἱ δὲ ἱππεῖς ἐμφράξουσι τὰς πύλας σου. » Οὐχὶ νῦν, οὐδὲ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ἀλλὰ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· λέγει δὲ ἐν τῷ προφητευομένῳ καιρῷ.

« Καὶ ἀνακαλύψουσι τὰς πύλας Ἰούδα, καὶ ἐμβλέψονται τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς τοὺς ἐκλεκτοὺς οἴκους τῆς πόλεως. Καὶ ἀνακαλύψουσι τὰ κρυπτὰ τῶν οἴκων τῆς ἄκρας Δαυΐδ. Καὶ εἴδοσαν, ὅτι πλείους εἰσὶ, καὶ ὅτι ἀπέστρεψε τὸ ὕδωρ τῆς ἀρχαίας κολυμβήθρας εἰς τὴν πόλιν. » Ταῦτα δὲ ἦν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς βασιλείας σύμβολα, καὶ τὰ ἐν τῷ ἁγιάσματι ἀποκείμενα· ἃ οὐδενὶ ἐξῆν εἰ μὴ μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ ἐποπτεύειν· ἃ δὴ καὶ αὐτὰ τοῖς πολεμίοις παραδοθήσεσθαί φησιν. C Ἐπὶ τούτοις μέμφεται τοὺς ἐν τῇ φάραγγι Σιὼν, ὡς ἀποστρέψαντας τὰ ὕδατα τῆς ἀρχαίας κολυμβήθρας τὰ ὄντα ἐν τῇ πόλει, ἕτερον δὲ ὕδωρ αὐτοῖς ἐπινοήσαντας μεταξὺ τῶν δύο τειχέων. Ὕδωρ δὲ ἦν παλαιᾶς κολυμβήθρας ἐν τῇ πόλει ὁ τῆς παλαιᾶς καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς λόγος, ὃν ἀποστραφέντες, ἀλλότριον ὕδωρ ἑαυτοῖς ἐπενόησαν, τὰς παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων, διδάσκοντες διδασκαλίας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπων· ἐφ' ᾧ καὶ μέμφεται αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ, ἀπελέγχων αὐτῶν τὴν παρανομίαν ἐφ' οἷς φησι· « καὶ ἠκυρώσατε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. »

D VERS. 10, 11. « Et quod diruerunt domos Jerusalem in munitionem muri civitati. Et fecistis vobis aquam in medio murorum duorum intra piscinam veterem. » Id autem illos hodieque peragentes videas, quia, assumptis Scripturæ verbis, iis commenta sua ceu muris muniunt, ipsaque quasi sepem, præsidium et mœnia fabulis suis circumponunt. Quemadmodum enim peregrinum sibi locum excogitarunt, ac murum sibi circumquaque struxerunt, divinarum Scripturarum verbis ceu lapidibus usi, ita et aquam veteris in urbe piscinæ averterunt, et novam sibi aquam inter duos muros excogitarunt, nimirum inter Vetus et Novum Testamentum : hæc quippe muri duo sunt civitatis Dei, scilicet vitæ instituti secundum Deum : in quorum medio ii, qui incusantur, alienam et peregrinam

D « Καὶ ὅτι καθείλοσαν τοὺς οἴκους Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀχύρωμα τείχους τῇ πόλει. Καὶ ἐπεσπάσατε (27*) αὐτοῖς ὕδωρ ἀνὰ μέσον τῶν δύο τειχέων ἐσώτερον τῆς κολυμβήθρας τῆς ἀρχαίας. » Ἴδοις δ' ἂν αὐτοὺς εἰσέτι καὶ νῦν τοῦτο πράττοντας, ἐπειδὰν, τὰ ῥήματα τῆς θείας Γραφῆς ἀπολαμβάνοντες, τὰς οἰκείας περιτειχίζωσι μυθολογίας, ὥσπερ τινὰ φραγμὸν καὶ ἀσφάλειαν καὶ τεῖχος τοῖς ἰδίοις περιβάλλοντες μύθοις. Ὥσπερ γὰρ ξένον τόπον ἑαυτοῖς ἐπενόησαν, καὶ τεῖχος ἴδιον περιέβαλον, λίθοις χρησάμενοι ταῖς τῶν θείων Γραφῶν λέξεσι· οὕτως οὖν ἀπέστρεψαν τὸ ὕδωρ τῆς παλαιᾶς κολυμβήθρας τὸ ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐπενόησαν ἑαυτοῖς ξένον ὕδωρ μεταξὺ τῶν δύο τειχέων, λέγω δὴ τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης· δύο γὰρ τὰ τείχη τῆς τοῦ Θεοῦ πόλεως, δηλαδὴ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας τυγχάνει· ὧν μέσον ἀλλότριον καὶ ξένον ὕδωρ ἑαυτοῖς

* Matth. xv, 6

(27*) Ἐποιήσατε.

οἱ κατηγορούμενοι ἐπενόησαν, τὰς τῶν πρεσβυτέρων A παραδόσεις, ἐφ' αἷς καὶ μέγα φρονοῦσιν οἱ παρ' αὐτοῖς καλούμενοι δευτερωταί. « Καὶ οὐκ ἐνεβλέψατε εἰς τὸν ἀπ' ἀρχῆς ποιήσαντα αὐτήν, καὶ τὸν κτίσαντα αὐτὴν οὐκ εἴδετε. » Λέγω δὴ τὴν παλαιὰν τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν κολυμβήθραν, τὴν ἀπὸ πηγῶν τοῦ θείου Πνεύματος προχεομένην.

« Καὶ ἐκάλεσε Κύριος Σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ κλαυθμὸν καὶ κοπετὸν καὶ ξύρησιν, καὶ ζῶσιν σάκκων· αὐτοὶ δὲ ἐποιήσαντο εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα, σφάζοντες μόσχους καὶ θύοντες πρόβατα, ὥστε φαγεῖν κρέατα, καὶ πιεῖν οἶνον, λέγοντες, Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. » Ὁ μὲν οὖν Θεὸς μεγάλα τολμήσασι, μὴ βουλόμενος θάνατον ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, θρηνεῖν αὐτοὺς καὶ ἀποκλαίεσθαι τὴν ἑαυτῶν ἀπώλειαν παρεκελεύσατο· οἱ B δὲ ἐν τοιούτοις κακοῖς ἐξεταζόμενοι, ὡς ἂν ἀπεγνωκότες ἑαυτῶν σωτηρίαν, εἰς ἀπόνοιαν ἐξώκειλαν, μέθῃ καὶ τρυφῇ ἑαυτοὺς ἐκδόντες, ὡς οὐ διαδεξομένης αὐτοὺς Θεοῦ κρίσεως μετὰ τὴν τοῦ θνητοῦ βίου τελευτήν.

« Καὶ ἀνακεκαλυμμένα ταῦτά εἰσι ἐν τοῖς ὠσὶ Κυρίου Σαβαώθ. » Διὸ ὥσπερ δεσμῷ Θεοῦ καταδεθεῖσιν αὐτοῖς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπόφασις ἐξενήνεκται κατ' αὐτῶν, φήσασα· « Οὐκ ἀφεθήσεται ἡ τοιαύτη ἁμαρτία ὑμῶν, ἕως ἀποθάνητε. »

« Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ· Πορεύου εἰς παστοφόριον πρὸς Σομνὰν τὸν ταμίαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί σοι ὧδε; Καὶ τί σοί ἐστιν ὧδε, ὅτι ἐλατόμησας σεαυτῷ ὧδε μνημεῖον; καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ἐν ὑψηλῷ μνη- C μεῖον, καὶ ἔγραψας σεαυτῷ ἐν πέτρᾳ σκηνήν; Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐκβαλεῖ καὶ ἐκτρίψει ἄνδρα, καὶ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην καὶ ἀμέτρητον, καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ· καὶ θήσει τὸ ἅρμα σου τὸ καλὸν εἰς ἀτιμίαν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ ἄρχοντός σου εἰς καταπάτημα· καὶ ἀφαιρεθήσῃ ἐκ τῆς οἰκονομίας σου καὶ ἐκ τῆς στάσεώς σου. » Ἔλεγε τοίνυν ὁ Ἑβραῖος ἀρχιερέα γεγενῆσθαι τὸν Σομνὰν τρυφητήν τινα, καὶ τὸν βίον ἄσεμνον ἄνδρα· ὡς καὶ προδοῦναι τὸν λαὸν (28) καὶ αὐτομολῆσαι πρὸς Σεναχηρεὶμ τὸν τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα, πρὸς ὃν ἐκελεύετο βαδίζειν ὁ προφήτης εἰς τὸ παστοφόριον, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « τὸν σκηνοποιοῦντα, » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « πρὸς τὸν σκηνοῦντα· » οὕτω γὰρ ἡρμήνευσαν Θεοῦ τὸ πα- D στοφόριον· εἰπεῖν τε αὐτῷ· Μάτην, ὦ οὗτος, καὶ προπετῶς ἐνθάδε σαυτῷ πρὸς τῇ πέτρᾳ τῇ ὑψηλῇ ἐλατόμησας μνημεῖον, κοιλαίνας ἐν αὐτῷ γράμμασι τῆς σαυτοῦ γνώμης σύμβολα· οὐκ εἰδώς, ὅτι ὅρος κατὰ σοῦ ἐξενήνεκται παρὰ Κυρίου Σαβαώθ, ὁ κελεύων καθαιρεθέντα σε τῆς τιμῆς, ἧς ἐπὶ τοῦ παρόντος μετεῖχες, καὶ γυμνωθέντα τῆς περικειμένης σοι στολῆς, τοῦ τε στεφάνου καὶ τῆς ἄλλης δόξης, πορρωτάτω τῆς ἐνταῦθα γῆς, ἐπὶ ξένης τινὸς καὶ μακρὰν ἀπῳκισμένης χώρας ἀποθανεῖν. Περιττῶς ἄρα ἐφιλοκάλεις τὸν πολὺν ἐκεῖνον συνάγων πλοῦτον, τὰ ἅρματα καὶ τὸν λοιπὸν τῦφον, ὃν εἰσέτι καὶ νῦν περιβέβλησαι.

aquam sibi excogitarunt, videlicet seniorum traditiones, in quibus altum sapiunt ii, qui apud illos Deuterotæ appellantur. « Et non respexistis in eum qui ab initio fecit illam, et conditorem ejus non vidistis. » De veteri divinarum Scripturarum piscina loquor, quæ a fontibus divini Spiritus emanat.

VERS. 12, 13. « Et vocavit Dominus Sabaoth in die illa fletum, et planctum, et abrasionem et cincturam saccorum : illi autem læti et gavisi sunt, jugulantes vitulos et mactantes oves, ut ederent carnes, et biberent vinum, dicentes, comedamus et bibamus, cras enim moriemur. » Deus igitur, qui non vult mortem peccatoris, sed magis pœnitentiam, ipsos magna facinora aggressos, lugere et perniciem flere suam jubet; illi vero in hujusmodi malis versantes, quasi de salute desperantes sua, in insaniam proruerunt, ebrietati et voluptati sese dedentes; quasi nempe post exitum ex hac vita Dei judicium neutiquam illos excepturum esset.

VERS. 14. « Et hæc revelata sunt in auribus Domini Sabaoth. » Quare illis peccato ceu vinculo Dei vinctis, hæc sententia profertur : « Non dimittetur vobis hoc peccatum, donec moriamini. »

VERS. 15-19. « Hæc dicit Dominus Sabaoth : Vade in pastophorium ad Somnam penuarium, et dic ei : Quid tibi hic? Et quid tibi est, quod excidisti tibi hic monumentum ? et fecisti tibi in excelso monumentum, et scripsisti tibi in petra tabernaculum? Ecce certe Dominus Sabaoth ejiciet et atteret virum, et auferet amictum tuum, et coronam tuam gloriosam, et projiciet te in regionem magnam et immensam, et ibi morieris; et ponet currum tuum pulchrum in dedecus, et domum principis tui in conculcationem : et a dispensatione tua et a statione tua arceberis. » Ait itaque Hebræus, Somnam fuisse pontificem, voluptarium et indecoræ vitæ hominem, ita ut etiam populum proderet et transfugeret ad Senacherim Assyriorum regem, quem jubetur propheta in pastophorio adire; sive, secundum Symmachum, « ad tabernaculorum artificem; » seu, secundum Aquilam, « ad tabernacula figentem, » ita enim pastophorium Dei interpretati sunt : ipsique dicere præcipitur, Heus tu, frustra et temere hic tibi in alta petra monumentum excidisti, insculptis litteris voluntatis tuæ symbola repræsentans : ignorans decretum a Domino Sabaoth contra te prodire, quo te jubet, honore quem nunc obtines deturbatum, amictu, quo indueris, corona ac reliquo decore exutum, procul hac terra, in peregrina et remotissima regione defungi. Superflue igitur tantas illas divitias studiose colligere satagebas, ac currus superbumque alium apparatum, quo nunc indueris. Hæc item quispiam tempori passionis Servatoris nostri congruenter apta-

(28) Sic Hieronymus, « Supra diximus Sobnam fuisse pontificem, qui Assyriis prodidit civitatem. Sed quia hoc traditionis est Hebraicæ, et Scriptura non loquitur, etc.

verit, dixeritque Somnam, qui a sacerdotio excidit, figuram esse eorum qui secundum Moysis legem sacerdotium corporeo more obibant apud Judæos; quos post passionem Salvatoris, cessante sacerdotio, ea quæ in prophetia feruntur, passuros esse vaticinatur. Eliacim vero, qui significat *Dei resurrectio*, symbolum esse novi sacerdotii, quod Servatoris nostri resurrectio in ejus Ecclesia per totum orbem constituit.

A Ἁρμόσει δέ τις τὰ προκείμενα εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· τὸν μὲν ἐκπίπτοντα τῆς ἱερωσύνης Σομνὰν εἰκόνα εἶναι λέγων τῶν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον σωματικῶς ἱερωμένων παρὰ Ἰουδαίων· οὕς τε μετὰ τὸ πάθος τὸ σωτήριον πείσεσθαι τὰ προφητευόμενα, παυομένης τῆς ἱερωσύνης, θεσπίζει. Τὸν δὲ Ἐλιακεὶμ, *Θεοῦ ἀνάστασις* ἑρμηνευόμενον, σύμβολον εἶναι τῆς νέας καὶ καινῆς ἱερωσύνης, ἣν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάστασις ἐν τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συνεστήσατο.

VERS. 20-24. « Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliacim Chelciæ filium, et induam eum amictu tuo, et coronam tuam dabo ei, et potentiam et dispensationem tuam dabo in manus ejus. Et erit tanquam pater habitantibus Jerusalem, et habitantibus Juda. Et dabo ei clavem domus David in humero ejus: et aperiet, neque erit qui claudat; et claudet, neque erit qui aperiat. Et dabo gloriam David ei, et imperabit, et non erit qui contradicat. Et constituam eum principem in loco tuto: et erit in thronum gloriæ domus patris sui. Et erit confidens in ipso omnis gloriosus in domo patris sui, a parvo usque ad magnum. Omne vas parvum a vase aganoth. Et erunt appensi ei in die illa. » Tibi quidem [Somnæ] illa conferet: alium vero a te diversum Eliacim puerum et servum suum, ab se probatum, amictu induet tuo, et corona sacerdotii exornabit, tradetque ipsi eam, quæ tibi jam concredita est, dispensationem. His quippe dignus est, quia a Deo productus et selectus, non est similis tui, superbus et arrogans. Patris autem loco erit iis, qui sub ejus administratione degent: quamobrem ipsi ut miti et mansueto dabit gloriam regis David mitissimi et justissimi, ita ut populo cum potentia magna imperet, et jussis ejus nullus repugnet. Eritque fixus et firmiter stabilitus in ministerio suo, ita ut quisquis in populo clarus erit, non contendat, neque futura unquam suspicio sit invidiæ aut livoris in eum, sed omnes ipsi tanquam patri confidant. Omnes ergo confertim a parvo usque ad magnum ab ejus ore pendebunt, ejus erga omnia sollicitudini confidentes.

« Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καλέσω τὸν παῖδά μου Ἐλιακεὶμ τὸν τοῦ Χελκίου, καὶ ἐνδύσω αὐτὸν τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ, καὶ τὸ κράτος καὶ τὴν οἰκονομίαν σου δώσω εἰς τὰς B χεῖρας αὐτοῦ. Καὶ ἔσται ὡς πατὴρ τοῖς ἐνοικοῦσι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς ἐνοικοῦσιν Ἰούδα. Καὶ δώσω αὐτῷ τὴν κλεῖδα οἴκου Δαυῒδ ἐπὶ τῷ ὤμῳ αὐτοῦ· καὶ ἀνοίξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀποκλείων· καὶ κλείσει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀνοίγων. Καὶ δώσω τὴν δόξαν Δαυῒδ αὐτῷ, καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων. Καὶ στήσω αὐτὸν ἄρχοντα ἐν τόπῳ πιστῷ· καὶ ἔσται εἰς θρόνον δόξης τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ ἔσται πεποιθὼς ἐπ' αὐτὸν πᾶς ἔνδοξος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Πᾶν τὸ σκεῦος τὸ μικρὸν ἀπὸ σκεύους τῶν ἀγανώθ. Καὶ ἔσονται ἐπικρεμάμενοι αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. » Σοὶ μὲν ταῦτα ἐποίσει· τὸν δὲ ἕτερόν σου τὸν Ἐλιακεὶμ παῖδα καὶ δοῦλον ἑαυτοῦ, δοκιμάσας, C τὴν σὴν ἐνδύσει στολὴν, καὶ τῷ στεφάνῳ τῆς ἀρχιερωσύνης τιμήσει, ἐγχειρίσας αὐτῷ ἣν τέως ἐπὶ τοῦ παρόντος σὺ ἐπιστεύθης οἰκονομίαν· ἄξιος γὰρ ὁ ἀνὴρ τούτων. Ἐπειδὴ δὲ προαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔστι σοι ὅμοιος, ὑπερήφανός τε καὶ ἀλαζών. Χώραν δὲ πατρὸς ἐφέξει πρὸς τοὺς μέλλοντας ὑπ' αὐτοῦ διοικεῖσθαι· διόπερ ὡς ἠπίῳ καὶ πρᾴῳ τὴν δόξαν τοῦ βασιλέως Δαυῒδ τοῦ πραοτάτου καὶ δικαιοτάτου καὶ δώσει, ὥστε ἄρχειν τοῦ λαοῦ μετὰ πολλῆς ἐξουσίας, καὶ μηδένα ἀντιλέγειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προστασσομένοις. Ἔσται δὲ ἐστηλωμένος, βεβαίως ἱδρυμένος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ λειτουργίαν· ὡς πάντα τὸν ἐν τῷ λαῷ ἔνδοξον μὴ ἀγωνιᾷν μηδὲ ὑφορᾶσθαι φθόνον ἢ βασκανίαν ἐξ αὐτοῦ γενησομένην ποτέ· πεποιθέναι δὲ ἐπ' αὐτῷ ὡς ἐπὶ πατρί. Πάντες γοῦν ἀθρόως ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου ἔσονται ἀνηρτημένοι αὐτοῦ, θαῤῥοῦντες αὐτοῦ τῇ περὶ πάντων κηδεμονίᾳ.

VERS. 25. « Hæc dicit Dominus Sabaoth: Commovebitur homo stabilitus in loco tuto, et auferetur et cadet, et exterminabitur gloria in eo: quia Dominus locutus est. » Quoniam non recte neque fideliter concreditum sibi ministerium obiit, in ordinem redigetur et honore privabitur, cadetque gloria in eo. Et hæc omnia ipsi evenient, Deo ipsum ad hanc calamitatem damnante. His porro nos sermo ad temperantiam hortatur, docetque ne in rebus prosperis molliores evadamus, neque de imperio superbiamus, neve judicium Dei obliviscamur.

D « Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ· Κινηθήσεται ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐστηριγμένος ἐν τόπῳ πιστῷ, καὶ ἀφαιρεθήσεται καὶ πεσεῖται, καὶ ἐξολοθρευθήσεται ἡ δόξα ἐπ' αὐτόν· ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ἐπειδὴ μὴ ὀρθῶς, μηδὲ πιστῶς διῴκησεν ἣν ἐπιστεύθη οἰκονομίαν, μεταχθήσεται καὶ ἀφαιρεθήσεται τῆς τιμῆς, καὶ πεσεῖται ἡ δόξα ἐπ' αὐτῷ· καὶ ταῦτα πάντα περὶ αὐτὸν ἔσεται, κρίναντος αὐτὸν ταῦτα παθεῖν τοῦ Θεοῦ. Σωφρονίζει δὲ διὰ τούτων καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος παιδεύων μὴ χαυνοῦσθαι ἐν ταῖς εὐπραγίαις, μηδὲ ἐπαίρεσθαι ταῖς ἀρχαῖς, μηδὲ τῆς κρίσεως ἀμνημονεῖν τοῦ Θεοῦ.

CAPUT XXIII.

VERS. 1. « Verbum Tyri. Ululate, naves Carthaginis, quia periit. » Verbum igitur Tyri in primis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

« Τὸ ῥῆμα Τύρου. Ὀλολύζετε, πλοῖα Καρχηδόνος, ὅτι ἀπώλετο. » Τὸ ῥῆμα τοίνυν τῆς Τύρου ἐν τοῖς

πρώτοις σημαίνει τὴν ἐπελθοῦσαν τῇ Τύρῳ πολιορκίαν· καθ' ὃν χρόνον ἐπιστὰς ὁ Ἀσσύριος μετὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν καὶ αὐτὴν εἷλε καὶ τὴν Σιδῶνα, ὡς καὶ ἐν ταῖς ἔξωθεν ἐμφέρεται ἱστορίαις. Ἐν τῷ καιρῷ τοίνυν ἐκείνῳ, καθ' ὃν τὴν τοσαύτην ἐκείνην ὑπέμεινεν ἐρημίαν ἡ Τυρίων πόλις, εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μηκέτι μηδὲ συνήθει κεχρῆσθαι ἐμπορίᾳ, ναυτικοὺς ὄντας, καὶ πάντοτε πραγματείαις ταῖς διὰ θαλάσσης σχολάζοντας. Ἀφανισθείσης τοίνυν τῆς Τύρου, οὐκέτι ἦσαν οἱ τὰς ἐμπορίας ἐξ αὐτῆς κομίζοντες, ἀπὸ Καρχηδόνος εἰωθότες διαπλεῖν ἐπὶ τὴν Τύρον. « Καὶ οὐκέτι ἔρχονται ἐκ γῆς Κιττιέων· ἦκται αἰχμάλωτος. » Λέγεται δὲ ἡ Κύπρος οὕτω δηλοῦσθαι καὶ Κιττίων εἶναι πόλιν ἐν αὐτῇ, δι' ἧς παρέπλεον οἱ ἀπὸ τῆς Τύρου ναυτιλλόμενοι.

B « Τίνι ὅμοιοι γεγόνασιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ, μετάβολοι Φοινίκης, διαπερῶντες τὴν θάλασσαν ἐν ὕδατι πολλῷ; σπέρμα μεταβόλων ὡς ἀμητοῦ εἰσφερομένου· οἱ μετάβολοι τῶν ἐθνῶν. Αἰσχύνθητι, Σιδὼν, εἶπεν ἡ θάλασσα. Ἡ δὲ ἰσχὺς τῆς θαλάσσης εἶπεν· Οὐκ ὤδινον, οὐδὲ ἔτεκον, οὐδὲ ἐξέθρεψα νεανίσκους, οὐδὲ ὕψωσα παρθένους. » Νῦν δὲ πάντων ἀθρόως ἀφῃρημένους, καὶ τῶν νομιζομένων αὐτοῖς ἀγαθῶν στερηθέντας, αἰσχύνην καταχέεσθαι προσήκει· μὴ μόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ γειτόνων αὐτοῖς οἰκοῦντας Σιδωνίους· μονονουχὶ καὶ τῆς θαλάσσης αὐτῆς, φωνὴν ἀφιείσης, καὶ ἀποθρηνούσης αὐτῆς διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν οὓς θρέψει νεανίσκους καὶ παρθένους. Ὅτι τὸ παλαιὸν ὥσπερ θαλάσσης αὐτῆς γεννήματα ὑπ' αὐτῆς ἐτρέφοντο, ὅτε ἤνθει τὰ Τυρίων πράγματα· νῦν δὲ ὅτε μηκέτι ἐστὶν, εἰκότως ἀποκλαίεται αὐτοὺς ἡ θάλασσα, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῆς ἀποθρηνεῖται, ἐπὶ τέκνοις ἀπολωλόσιν ὀλοφυρομένη.

C « Ὅταν δὲ ἀκουστὸν γένηται ἐν Αἰγύπτῳ, λήψεται αὐτοὺς ὀδύνη περὶ Τύρου. Ἀπέλθετε εἰς Καρχηδόνα, ὀλολύξατε οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ. Οὐχ αὕτη ἦν ἡ ὕβρις ἀπ' ἀρχῆς, πρινὴ παραδοθῆναι αὐτήν; Τίς ταῦτα ἐβούλευσεν ἐπὶ Τύρον; Μὴ ἥσσων ἐστὶν, ἢ οὐκ ἰσχύει; Οἱ ἔμποροι αὐτῆς οἱ ἔνδοξοι ἄρχοντες τῆς γῆς. Κύριος Σαβαὼθ ἐβουλεύσατο παραλῦσαι πᾶσαν τὴν ὕβριν τῶν ἐνδόξων, καὶ ἀτιμάσαι πᾶν ἔνδοξον ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἀλλὰ καὶ ἡ Αἴγυπτος, ἐκ γειτόνων παρακειμένη, ἐν ὀδύνῃ, φησὶ, καταστήσεται, φροντίζουσα καὶ ἀγωνίζουσα περὶ αὐτῆς, μή πη τὰ ὅμοια πάθῃ τῇ Τυρίων. Ὧν οὕτω γενομένων, εἰ δύνασθε, φησὶ, μετὰ τοὺς ἀπολωλότας ὑπολειφθέντες ἐν τῇ Τύρῳ, διάβητε φεύγοντες ἐπὶ τοὺς ὑμετέρους ἀποίκους τὴν Καρχηδόνα οἰκοῦντας· κἀκεῖσε ἀπομείναντες ἀποκλαύσασθε τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, καταμεμφόμενοι μὴ ἑτέρους ἐφ' οἷς πεποίθατε, ἀλλὰ τὴν ὑμῶν αὐτῶν ὑπερηφανίαν καὶ τὴν ὕβριν, ᾗ πάντας αὐτοὺς περιβάλλειν ἐπειρᾶσθε. Τὰ δὲ συμβεβηκότα ὑμῖν, ὦ Τύριοι, μὴ εἱμαρμένης ἐπιγράφετε ἀνάγκῃ· ἀλλὰ ζητήσατε παρ' ἑαυτοῖς, τίς ταῦτα ἐβουλεύσατο, τίς ἔκρινε ταῦτα παθεῖν τὴν ὑμετέραν πατρίδα. Ζητοῦντες γὰρ εὑρήσετε ἐν δικαίᾳ κρίσει τὰ τοιαῦτα συμβεβηκέναι· Κύριος γὰρ Σαβαὼθ, ὁ παρὰ μόνοις Ἑβραίοις θεολογούμενος, τοῦτον ἐξήνεγκε τὸν ὅρον·

A significat futuram Tyri obsidionem: quo tempore superveniens Assyrius cum aliis gentibus, et ipsam et Sidonem cepit, ut etiam in exterorum historiis narratur. Illo itaque tempore, quo Tyriorum civitas tantam passa est vastitatem, consequens erat illos non solito commercio uti; nautici quippe erant, ac semper marinis negotiationibus vacabant. Deleta itaque Tyro, nulli erant qui pro more merces inde transveherent: ii vero Carthagine Tyrum navigare solebant. « Et non ultra veniunt de terra Citiensium: abductus est captivus. » His indicari Cyprum dicitur, Cittiorumque urbem ibidem exstare, cui adnavigabant qui Tyro solvebant.

Vers. 2-4. « Cui similes facti sunt qui habitant in insula, negotiatores Phœniciæ, trajicientes mare in aqua multa? semen negotiatorum quasi messis comportatæ; negotiatores gentium. Erubesce, Sidon, dixit mare. Fortitudo autem maris dixit, Non parturivi, nec peperi, nec enutrivi juvenes, nec exaltavi virgines. » Nunc autem eos omnibus confertim orbatos, et bonis, ita illi opinabantur, suis eversos, pudore suffundi convenit; nec eos solum, sed etiam vicinos eorum Sidonios: vel ipso mari quasi vocem emittente, ac lugente, quod juvenes et virgines, quos enutriat, non habeat. Quoniam antiquitus, ceu maris ipsius proles, ab eo alebantur, quo tempore res Tyriorum florebant: nunc autem, Tyro deleta, jure ipsos luget mare, et fortitudo ejus lamentatur, filiorum exitium deplorans.

Vers. 5-9. « Quando autem auditum fuerit in Ægypto, eos capiet dolor de Tyro. Abite Carthaginem: ululate qui incolitis insulam hanc. Numquid hæc erat injuria ab initio, priusquam traderetur ipsa? Quis hæc consuluit super Tyrum? Num imbecillior est, aut non viribus valet? Mercatores ejus gloriosi, principes terræ. Dominus Sabaoth deliberavit dissolvere universam contumeliam gloriosorum, et ignominia afficere omne gloriosum in terra. » Verum etiam Ægyptus e vicino posita, in dolore, inquit, constituetur, sollicita et anxia propter illam, ne videlicet parem Tyriæ calamitatem D patiatur. Rebus autem ita gestis, Si potestis, ait, vos qui, cæsis aliis, in urbe Tyro residui estis, trajicite profugi ad colonos vestros Carthaginenses. Illic vero commorantes patriam lugete, et accusate, non alios quospiam, quibus fidebatis, sed vestram superbiam et contumeliam, qua illos omnes complicare conati estis. Casum porro vestrum, o Tyrii, ne fati necessitati ascribatis; sed in vobis ipsis quærite, quis hæc consilia inierit, quis ad tantam calamitatem patriam vestram damnaverit. Nam disquirentes deprehendetis, hæc justo judicio accidisse: Dominus quippe Sabaoth, qui apud solos Hebræos pro Deo habetur, hoc decretum protulit.

Vers. 10, 11. « Operare terram tuam : naves enim non amplius veniunt Carthagine. Manus autem tua nihil potest amplius in mari, quæ provocabat reges. » Ne igitur amplius superbias, neve arroganter agas, ob divitias et opes mari advectas tibi : verum depressa et humilis, colendæ terræ vaca, ut fructibus terræ ex agricultura partis nutriaris : marina siquidem tibi lucra cessarunt. Nam dum iis fruebaris, felicitatem ferre tuam non poteras, sed vicinos reges omnes contumeliis provocabas. Cæterum hæc ultra facere tibi non licebit, neque contra alios quospiam, neque contra finitimam Sidonem, quam lædere tentabas. « Manus autem tua nihil potest amplius ; » videlicet potestas regia, qua olim firmata erat.

Vers. 12-16. « Dominus exercituum præcepit de Chanaan, ut perderetur ejus robur. Et dicent, Non ultra adjicietis contumelias et injurias inferre filiæ Sion. Et si abieris ad Cittienses, neque ibi requies erit tibi : et si ad terram Chaldæorum, ipsa quoque ab Assyriis vastata est, neque ibi erit tibi requies, quia murus ejus cecidit. Ululate, naves Carthaginis, quia periit munitio vestra. Et erit in die illa relinquetur Tyrus LXX annis, sicut tempus regis, sicut tempus hominis. Et erit post annos septuaginta, erit Tyrus tanquam canticum adulteræ. Sume citharam, circui, civitas adultera, oblivioni tradita : bene pulsa citharam, multa cane, ut tui memoria exsistat. » Quæ porro contra Tyrum in vaticinio feruntur, omnia paucis annis absolventur : quibus etiam civitas Deo consecrata, deserta fuit. Decrevit quippe Deus, unius hominis vitæ spatio, sive etiam unius annosi regis dominatu, nempe septuaginta annis, futuram Tyri solitudinem definire. In his autem septuaginta annis, canticum et carmen de vastitate tua canent omnes homines, qui te olim accurate noverant, quemadmodum de muliere a decore suo lapsa. Tu vero ipsa toto solitudinis tuæ tempore, circumquaque oberra, gyrans et a loco in locum transmeans, atque apud reliquas gentes fornicans. Quod si vales, sumas licet citharam tuam, non ut meretricio, sed ut prudenti more, instrumento utaris tuo. Multum cithara lude, et multum cane, ac preces supplicationesque ad Deum emitte : sic enim erit tui memoria apud Deum, si modulationibus cantici, et si sensibus ejus, citharæ instar, prudenter utaris, temperanter vivens, ac Deo placitum cantum edens. Sic erit memoria tui, Deo te recordatione sua dignante.

Vers. 17. « Et erit post annos septuaginta, visitabit Deus Tyrum, et rursum restituetur in pristinum, et erit emporium omnibus regnis orbis super faciem terræ. » Supradicto elapso tempore, visitationem ejus nancisceris, ac restitueris in statum pristinum ; ita ut rursum penes te emporium constituatur, ac gentes undequaque festinanter affluant, et merces suas ad te deferant.

A « Ἐργάζου τὴν γῆν σου · καὶ γὰρ πλοῖα οὐκέτι ἔρχεται ἐκ Καρχηδόνος. Ἡ δὲ χείρ σου οὐκέτι ἰσχύει κατὰ θάλασσαν, ἡ παροξύνουσα βασιλεῖς. » Μηκέτι τοίνυν ἐπαίρου ὡς αὐτὴ μεγαλαυχουμένη ἐπὶ τῷ ἐκ θαλάσσης ποριζομένῳ σοι πλούτῳ · ταπεινωθεῖσα δὲ, περὶ τὴν σαυτῆς ἀσχολοῦ γῆν γεωπονοῦσα, καὶ ἀπὸ τῶν ἀπὸ γῆς καρπῶν τρεφομένη · πέπαυται γάρ σοι τὰ ἀπὸ τῆς θαλάσσης κέρδη. Καὶ γὰρ τούτων ἀπολαύουσα, οὐκ ἔφερες αὐτῆς τὴν εὐδαιμονίαν· ἀλλ' ἐξύβρισας παροξύνουσα βασιλεῖς πάντας τοὺς πλησιοχώρους. Πλὴν οὐκέτι σοι ταῦτα πράττειν ἐξέσται, οὐδὲ καθ' ἑτέρων, οὐδὲ κατὰ τῆς πλησίον σοι Σιδῶνος, ἣν καὶ αὐτὴν ἀδικεῖν ἐπιχειρεῖς. « Ἡ δὲ χείρ σου οὐκέτι ἰσχύει · » λέγω δὴ ἡ δύναμις ἡ βασιλικὴ, δι' ἧς τὸ πάλαι ὠχύρωται.

B « Κύριος Σαβαὼθ ἐνετείλατο περὶ Χαναὰν, ἀπολέσαι αὐτῆς τὴν ἰσχύν. Καὶ ἐροῦσιν· Οὐκέτι οὐ μὴ προσθήσετε τοῦ ὑβρίζειν καὶ ἀδικεῖν τὴν θυγατέρα Σιών. Καὶ ἐὰν ἀπέλθῃς εἰς Κιττιεῖς, οὐδὲ ἐκεῖ ἀνάπαυσις ἔσται σοι · καὶ εἰς γῆν Χαλδαίων, καὶ αὐτὴ ἠρήμωται ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, οὐδὲ ἐκεῖ σοι ἀνάπαυσις ἔσται · ὅτι ὁ τοῖχος αὐτῆς πέπτωκεν. Ὀλολύξατε, πλοῖα Καρχηδόνος, ὅτι ἀπώλετο τὸ ὀχύρωμα ὑμῶν. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καταλειφθήσεται Τύρος ἔτη ο', ὡς χρόνος βασιλέως, ὡς χρόνος ἀνθρώπου. Καὶ ἔσται μετὰ τὰ ο' ἔτη, ἔσται Τύρος ὡς ᾆσμα πόρνης. Λάβε κιθάραν, ῥέμβευσον, πόλις πόρνη ἐπιλελησμένη, καλῶς κιθάρισον, πολλὰ ᾆσον, ἵνα σου μνεία γένηται. » Τὰ δὲ προφητευόμενα κατὰ τῆς Τύρου πάντα ἐν ὀλίγοις ἔτεσι συντελεσθήσεται · C ἐν οἷς καὶ ἡ τῷ Θεῷ ἀφιερωμένη πόλις κατέστη ἔρημος. Ἔκρινε γὰρ ὁ Θεὸς ἀνθρώπου ἑνὸς ζωῆς χρόνῳ, λέγω δὲ ἑβδομήκοντα ἔτεσιν, ὁρίσαι τὴν μέλλουσαν διαλήψεσθαι ἐρημίαν τὴν Τύρον, ἢ καὶ βασιλέως ἑνὸς πολυετοῦς ἀρχήν. Ἐν δὲ τούτοις τοῖς ο' ἔτεσιν, ᾠδὴν καὶ ᾆσμα περὶ τῆς σῆς ἐρημίας ᾄσουσι πάντες ἄνθρωποι οἱ πάλαι σε ἀκριβῶς εἰδότες, ὡς ἐπὶ γυναικὶ ἐκπεσούσῃ τῆς ἰδίας τιμῆς. Καὶ σὺ δὲ αὐτὴ περίελθε τὸν σὸν χρόνον τῆς ἐρημίας, ῥεμβομένη, καὶ τόπον ἐκ τόπου μεθισταμένη, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἔθνη ἐκπορνεύουσα. Εἰ δὲ δύνασαι λαβοῦσα τὴν σεαυτῆς κιθάραν μηκέτι πορνικῷ, ἀλλ' ἐπιστημονικῷ χρήσασθαι τῷ σαυτῆς ὀργάνῳ, πολλὰ κιθάρισον, καὶ πολλὰ ᾆσον, καὶ δι' εὐχῶν καὶ ἱκετηρίων λόγων τῶν πρὸς Θεόν· οὕτω γὰρ ἔσται σου μνεία πρὸς τὸν Θεὸν, D εἰ τοῖς μέλεσι τοῦ ᾄσματος καὶ τοῖς αἰσθητηρίοις αὐτῆς ἐνηρμοσμένοις κιθάρας δίκην ἐπιστημόνως χρήσαιο, σωφρόνως βιοῦσα, καὶ Θεῷ ἀρεσκόντως ᾄδουσα· οὕτω γάρ σου μνεία γενήσεται, καταξιώσαντός σε τῆς αὐτοῦ μνήμης τοῦ Θεοῦ.

« Καὶ ἔσται μετὰ ο' ἔτη, ἐπισκοπὴν ποιήσει ὁ Θεὸς Τύρου, καὶ πάλιν ἀποκαταστήσεται εἰς τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἔσται ἐμπόριον πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς οἰκουμένης ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς. » Αὐτίκα, συμπερανθέντος τοῦ προλελεγμένου χρόνου, ἐπισκοπῆς τῆς παρ' αὐτοῦ τεύξῃ, καὶ αὖθις ἀποκατασταθήσῃ εἰς τὸ ἀρχαῖον · ὥστε πάλιν συστῆναι ἐν σοὶ ἐμπόριον, καὶ τοὺς ἁπανταχόθεν συῤῥεῖν ἐπισπεύδοντας, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἐπὶ σοὶ πραγματείας κομίζοντας.

« Καὶ ἔσται αὐτῆς ἡ ἐμπορία, καὶ ὁ μισθὸς ἅγιος A Κυρίῳ. » (29) Ὃ δὴ καὶ πληροῦται καθ' ἡμᾶς αὐτούς. Τῆς γὰρ Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἱδρυμένης ἐν τῇ Τυρίων πόλει, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, πολλὰ τῶν ἐν αὐτῇ μισθωμάτων ἐκ πραγματείας κομιζομένων ἁγιάζεται τῷ Κυρίῳ προσφερόμενα τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ· ἅπερ οἱ κομίζοντες προσφέρουσι σὺν εὐλαβείᾳ. « Οὐχ αὐτοῖς συναχθήσεται, ἀλλὰ τοῖς κατοικοῦσιν ἔναντι Κυρίου· πᾶσα ἡ ἐμπορία αὐτῆς, φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἐμπλησθῆναι, καὶ εἰς συμβολὴν, μνημόσυνον ἔναντι Κυρίου· » δηλαδὴ τοῖς παρέδροις τοῦ θυσιαστηρίου· οὕτω γὰρ Κύριος διετάξατο τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου ζῆν· καὶ οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζεσθαι. Τούτοις οὖν αὐτοῖς, ὡς ἂν ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ τοῖς κατοικοῦσιν ἔναντι Κυρίου, τὰς ἀπαρ- B χὰς προσφέροντες οἱ δηλωθέντες, ἔργῳ πληροῦσι τὴν φάσκουσαν προφητείαν· « Καὶ ἔσται ἐμπόριον αὐτοῖς, καὶ μισθὸς αὐτοῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

« Ἰδοὺ Κύριος καταφθείρει τὴν οἰκουμένην ὅλην, καὶ ἐρημώσει αὐτὴν, καὶ ἀνακαλύψει τὸ πρόσωπον αὐτῆς. » Ἐπειδὴ γὰρ « τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, » ὡσανεὶ πάντων ἀνθρώπων κηδόμενος, διαστέλλεται τῇ οἰκουμένῃ τὰ περὶ τῆς μελλούσης ἅπαντας ἀνθρώπους διαλήψεσθαι τοῦ Θεοῦ κρίσεως, ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, « καὶ διασπερεῖ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ. » Ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Θεοδοτίωνα, C « διασκορπίζει ἄλλους ἀλλαχοῦ, » κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἑκάστου πράξεων· πολλαὶ γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ, μέγας τε καὶ πολὺς ὁ τοῦ Θεοῦ κόσμος, ὡς δύνασθαι πάσας ὑποδέχεσθαι καὶ τὰς ἐξ αἰῶνος ἐν τῇ γῇ πεπολιτευμένας ψυχὰς, τῶν μὲν ἀσεβῶν τὸν ᾅδην καὶ τὸ ὑπὸ γῆν οἰκητήριον, σκοτίους καὶ ἀοράτους μυχοὺς κληρωσαμένων, κατὰ τὸ, « Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς· παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται· » τῶν δὲ εὐσεβῶν ἁρπαγησομένων ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν Κυρίῳ γενησομένων.

« Καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὁ ἱερεὺς, καὶ ὁ παῖς ὡς ὁ κύριος, καὶ ἡ θεράπαινα ὡς ἡ κυρία. Ἔσται ὁ ἀγοράζων ὡς ὁ πωλῶν, καὶ ὁ δανείζων ὡς ὁ δανειζό- D μενος, καὶ ὁ ὀφείλων ὡς ὁ ᾧ ὀφείλει· » σημαίνοντος τοῦ λόγου τοῦ προφητικοῦ τὸν τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως τρόπον. Ἐπειδὰν δὲ ἀνακαλυφθῇ τὰ ἐγκεκρυμμένα ἐν τῇ γῇ σώματα, παραστήσονται οἱ κρινόμενοι πρὸ τοῦ βήματος τοῦ μεγάλου κριτοῦ ἐξ ἴσου πάντες, ὡς μηδὲ διαφέρειν τοὺς ἐν τῷ θνητῷ βίῳ ποτὲ δόξαντας πλέον τι ἐσχηκέναι ἤτοι ἐν ἀξιώματι, ἢ γένει, ἢ πλούτῳ, τῶν ἐνδεεστέρων. Πάντες γὰρ ἐξ ἴσου τότε παραστήσονται τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ· καὶ τῷ ἱερεῖ παραπλησίως ὁ λαὸς, καὶ ὁμοίως

VERS. 18. « Et erit ejus negotiatio et merces sancta Domino. » Quod certe nostro tempore completum cernimus. Nam cum Ecclesia Dei in urbe Tyriorum, perinde atque in reliquis gentibus fundata sit, multæ ex ejus mercibus negotiatione partis Domino consecrantur, Ecclesiæ ejus oblatæ: quæ cum pietate a præbentibus offeruntur. « Non ipsis congregabitur; sed iis, qui habitant coram Domino. Omnis negotiatio ejus, ut edat, et bibat, et satietur, et in symbolum, monumentum coram Domino; videlicet ministris altaris: sic enim præcepit Dominus iis qui Evangelium annuntiant, ut ex Evangelio vivant, et ut ii qui altari astant, in portionem altaris admittantur. His ergo ipsis, utpote sacerdotibus Dei, habitantibus in conspectu Domini, primitias offerentes memorati homines, re ipsa et opere implent prophetiam quæ ait, « Et erit emporium ipsis, et merces ipsis. » et cætera.

CAPUT XXIV.

VERS. 1. « Ecce Dominus corrumpet totum orbem, et vastabit eum, et revelabit faciem ejus. Quia » enim « Domini est terra et plenitudo ejus[a]; » tanquam qui hominum omnium curam gerat, orbi terrarum explicat ea quæ ad Dei judicium pertinent, de universis hominibus habendum, qua die judicabit Deus occulta hominum, « Et disperget eos qui habitant in ipso. » Sive secundum Aquilam et Theodotionem, « Dissipat alios alibi, » pro ratione operum cujusque: nam multæ mansiones apud Patrem: magnusque et vastus est Dei mundus, ut possit illas omnes continere animas, quæ a sæculo in terra versatæ sunt: impiis infernum et subterraneum domicilium, tenebrosos scilicet et occultos recessus nactis, secundum illud, « Introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt[b]; » piis vero raptis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino futuris.

VERS. 2. « Et erit populus tanquam sacerdos, et servus tanquam dominus, et famula tanquam domina. Erit qui emit tanquam qui vendit, qui fenori dat tanquam qui accipit, qui debet tanquam is cui debet. » Prophetico more resurrectionis mortuorum modum significat. Cum autem revelata fuerint ea quæ in terra condita corpora, qui judicandi sunt ante tribunal magni judicis, ex æquo omnes sistentur, ita ut qui olim in mortali vita aliquid plus aliis habere videbantur sive dignitate, sive genere, sive divitiis, nihil differant a pauperioribus. Omnes enim æqualiter tribunali Christi sistentur, perinde ut sacerdos, ita et populus, et

[a] Psal. 23, 1. [b] Psal. LXII, 11.

(29) Hæc ita exprimit Hieronymus, « Cernamus in Tyro exstructas Christi ecclesias; consideremus opes omnium, quod non reponantur, nec thesaurizentur, sed dentur his qui habitant coram Domino. »

perinde alii omnes, quia non est personarum acceptio apud Deum. Quamobrem apud Job dictum est : « Parvus et magnus illic sunt, et famulus non metuens dominum suum [10]. »

Vers. 3, 4. « Corruptione corrumpetur terra, et direptione diripietur terra : os enim Domini dixit hæc. Luxit terra, et corruptus est orbis : luxerunt excelsi terræ. » Nam prolata per prophetam a Deo sententia, hæc contingent iis, qui pejorem sortem nacti fuerint : quos terreni sensus causa terram vocat. Quemadmodum enim olim Adæ dictum est, « Terra es, et in terram reverteris [11], » sic et iis qui tempore divini judicii, voluptarii et corporis amantes, ac proinde terreni et carnales deprehensi fuerint, corruptionis supplicium comminatur. Quæ autem sit terra lugens et quis orbis corruptus, in sequentibus declarat, « Luxerunt excelsi terræ : » hos quippe maxime ira Dei invadet, quoniam « superbis resistit, humilibus autem dat gratiam [12]. »

Vers. 5. « Terra egit impie propter habitatores suos : quia prævaricati sunt legem Domini, et dissipaverunt et mutaverunt præcepta, testamentum æternum. » Omnes quippe homines qui a sæculo orbem incoluerunt, Græci simul et barbari, naturali accepta lege, et præcepta Dei in animabus suis insculpta habentes, atque testamentum a sæculo in communi cogitandi modo complectentes : postea ubi se peccatis contra naturam dediderunt, naturalis legis transgressores effecti sunt. Quamobrem jure ad tribunal Dei sistentur, in judicio transgressionis suæ rationem daturi.

Vers. 6-10. « Propter hoc maledictio vorabit terram, quoniam peccaverunt qui incolunt eam. Ideo pauperes erunt habitatores terræ, et relinquentur homines pauci. Lugebit vinum, lugebit vinea : ingemiscent omnes qui lætabantur animo. Cessavit gaudium tympanorum, cessavit vox citharæ. Erubuerunt, non biberunt vinum : amara facta est sicera bibentibus : desolata est omnis civitas ; claudet domum ne pateat ingressus. » Quemadmodum in principio creationis, nondum exsistente peccato, benedixit Deus hominem, sic et in consummatione sæculorum. Neque enim omnes in præsenti vita versantes ingemituros ait, sed tantum eos, qui in lata et spatiosa via incesserunt, qui compotatione et luxu sua omnia dilapidarunt : qui non ultra voluptatibus fruuntur, sed de turpibus ac nefariis gestis suis convicti, pudore suffunduntur. Plerumque autem Theologus vinum memorans, hominum voluptatem subindicavit, sive mercedem malitiæ, atque animæ veternum, qui cogitationum rectarum et naturalium rationem evertit. Qua ebrietate quasi evigilantes qui tunc supplicio afficientur, voces et clamores lugubres effundent.

[10] Job III, 19. [11] Gen. III, 19. [12] Jacob. IV, 6.

A πάντες· ἐπεὶ μή ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. Διὸ εἴρηται παρὰ τῷ Ἰώβ· « Μικρὸς καὶ μέγας ἐκεῖ ἐστι, καὶ θεράπων οὐ δεδοικὼς τὸν κύριον αὐτοῦ. »

« Φθορᾷ φθαρήσεται ἡ γῆ, καὶ προνομῇ προνομευθήσεται ἡ γῆ· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Ἐπένθησεν ἡ γῆ καὶ ἐφθάρη ἡ οἰκουμένη· ἐπένθησαν οἱ ὑψηλοὶ τῆς γῆς. » Φωνῆς γὰρ ἀποφαντικῆς Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου προενεχθείσης, ταῦτα ἔσται τοῖς τὴν χείρονα λῆξιν εἰληχόσιν· οὓς διὰ τὸ γεῶδες φρόνημα γῆν ὀνομάζει. Ὥσπερ γάρ ποτε ἐλέχθη τῷ Ἀδάμ, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » οὕτω καὶ τοῖς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως φιληδόνοις καὶ φιλοσώμασι, καὶ διὰ τοῦτο γηΐνοις καὶ σαρκίνοις εὑρεθησομένοις ἡ διαφθορᾶς ἠπείληται
B τιμωρία. Τίς δέ ἐστιν ἡ πενθοῦσα γῆ καὶ φθαρεῖσα οἰκουμένη, διασαφεῖ ἐπιφέρων· « Ἐπένθησαν οἱ ὑψηλοὶ τῆς γῆς· » μάλιστα γὰρ τούτους ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μετελεύσεται, ἐπεὶ « ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. »

« Ἡ γῆ ἠνόμησε διὰ τοὺς κατοικοῦντας αὐτήν· διότι παρέβησαν τὸν νόμον Κυρίου καὶ διεσκέδασαν, ἤλλαξαν τὰ προστάγματα, διαθήκην αἰώνιον. » Πάντες γὰρ ἄνθρωποι οἱ ἐξ αἰῶνος τὴν οἰκουμένην οἰκήσαντες, Ἕλληνες ὁμοῦ καὶ βάρβαροι, τὸν φυσικὸν νόμον παρειληφότες καὶ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς ἔχοντες ἐγγεγραμμένα, τήν τε διαθήκην τὴν ἐξ αἰῶνος ἐν ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ὑποδεδεγμένοι, κἄπειτα ἑαυτοὺς τοῖς παρὰ φύσιν ἁμαρτή-
C μασι ἐκδεδωκότες, παραβάται τοῦ φυσικοῦ γεγόνασι νόμου. Διὸ δὴ εὐλόγως παραστήσονται τῷ θείῳ δικαστηρίῳ, κριθησόμενοι ὡς λόγον ὀφέξοντες τῆς ἑαυτῶν παραβάσεως.

« Διὰ τοῦτο ἀρὰ ἔδεται τὴν γῆν, ὅτι ἡμάρτοσαν οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. Διὰ τοῦτο πτωχοὶ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν τῇ γῇ, καὶ καταλειφθήσονται ἄνθρωποι ὀλίγοι. Πενθήσει οἶνος, πενθήσει ἄμπελος, στενάξουσι πάντες οἱ εὐφραινόμενοι τὴν ψυχήν. Πέπαυται εὐφροσύνη τυμπάνων, πέπαυται φωνὴ κιθάρας. Ἠσχύνθησαν, οὐκ ἔπινον οἶνον· πικρὸν ἐγίνετο τὸ σίκερα τοῖς πίνουσιν· ἠρημώθη πᾶσα πόλις· κλείσει οἰκίαν τοῦ μὴ εἰσελθεῖν. » Ὥσπερ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, μήπω ἁμαρτίας ὑποστάσης, ηὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, οὕτως ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώ-
D νων. Οὐδὲ γὰρ πάντας στενάξειν φησὶ τοὺς ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἢ τοὺς τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδευκότας, οἰνοφλυγίαις καὶ ἀσωτίαις τὰ ἑαυτῶν κατατρίψαντας· οἱ καὶ μηκέτι ἔχοντες τὴν τῶν ἡδονῶν ἀπόλαυσιν· ἀλλὰ καὶ ἐλεγχόμενοι ἐφ' αἷς ἔπραξαν αἰσχραῖς καὶ ἀθεμίτοις πράξεσιν, αἰσχύνην καταχεοῦνται. Πολλάκις δὲ ὁ Θεολόγος οἴνου μνημονεύσας, τὴν τῶν ἀνθρώπων τρυφὴν ᾐνίξατο, ἢ τὸ τῆς κακίας μίσθωμα καὶ τὸν τῆς ψυχῆς κάρον, παρατρέποντα τὴν διάνοιαν τῶν ὀρθῶν καὶ κατὰ φύσιν λογισμῶν· οὗ μεθύσματος ὥσπερ διανήψαντες οἱ τότε κολαζόμενοι, φωνὰς ἀφήσουσι καὶ βοὰς πενθικάς.

« Ὀλολύζετε περὶ τοῦ οἴνου πανταχῇ· πέπαυται A πᾶσα εὐφροσύνη, ἀπῆλθε πᾶσα εὐφροσύνη τῆς γῆς. Καὶ καταλειφθήσονται πόλεις ἔρημοι, καὶ οἶκοι ἐγκαταλελειμμένοι ἀπολοῦνται. Ταῦτα πάντα ἔσται ἐν τῇ γῇ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν. Ὃν τρόπον ἐάν τις καλαμήσηται ἐλαίαν, οὕτως καλαμήσονται αὐτούς· καὶ ἐὰν παύσηται ὁ τρυγητός. » Ὡς μηδένα περιλειφθῆναι τῶν ἀσεβῶν, ἀλλὰ καὶ μέχρις ἑνὸς τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ μετελθεῖν. Ὡς γὰρ οἱ τὸν τῆς ἐλαίας καρπὸν ἀναλεγόμενοι καλάμοις εἰώθασι διακρούειν καὶ καταβαλεῖν μέχρι καὶ μιᾶς, εἴπου περιλειφθείη, καὶ ὡς μετὰ τὸν τρυγητὸν ἐπανιόντες τινὲς ἀναλέγονται ῥῶγάς τινας βραχεῖς ἢ βότρυας τοὺς παραλειφθέντας· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀσεβεῖς ἀναλέξονται καὶ μέχρις ἑνὸς, ὡς μηδένα διαφυγεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν.

« Οὗτοι βοῇ φωνήσουσιν. » Τίνες δὲ οὗτοι ἀλλ' ἢ B οἱ τοῦ κρείττονος τάγματος; Εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ τῆς παρὰ Θεῷ μεγαλειότητος ἠξιωμένοι. « Οἱ δὲ καταλειφθέντες ἐπὶ τῆς γῆς εὐφρανθήσονται ἅμα τῇ δόξῃ Κυρίου· ταραχθήσεται τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης. » Οἱ δὲ τῆς μερίδος γενόμενοι τοῦ Θεοῦ εὐφρανθήσονται ἅμα τῇ δόξῃ τοῦ Κυρίου· τότε γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐλεύσεται ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Ἐπὶ ταύτῃ τοίνυν τῇ δόξῃ τοῦ ἑαυτῶν Κυρίου εὐφρανθήσονται οἱ πάλαι εἰς αὐτὸν ἠλπικότες. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Ταραχθήσεται τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, » « Ἤχησαν ὕδατα θαλάσσης, » Θεοδοτίων ἡρμήνευσε, σημαίνων τὸ μέγεθος τῆς ζωῆς, ᾗ χρήσονται οἱ δοξάζοντες τὸν ἑαυτῶν Κύριον· ἤχῳ γὰρ θαλάσσης παραβληθήσεται αὐτῶν ἡ φωνή.

« Διὰ τοῦτο ἡ δόξα Κυρίου ἐν ταῖς νήσοις ἔσται C τῆς θαλάσσης. » Ταῖς Ἐκκλησίαις δηλαδὴ ταῖς μεταξὺ πάλαι τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, ὥσπερ ἐν μέσῳ θαλάσσης, ἀπειλημμέναις, ἐφ' ἃς ἡ δόξα Κυρίου ἐπιλάμψει τότε. « Τὸ ὄνομα Κυρίου ἔνδοξον ἔσται. Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ἀπὸ τῶν πτερύγων τῆς γῆς τέρατα ἠκούομεν, ἐλπὶς τῷ εὐσεβεῖ. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον καὶ Θεοδοτίωνα, « Ἀπὸ τῶν πτερύγων τῆς γῆς ψαλμοὺς ἠκούσαμεν· » κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « μελῳδίας. » Οἱ γὰρ τῆς μερίδος τοῦ Θεοῦ, τὴν δικαίαν αὐτοῦ κρίσιν ἀποθαυμάζοντες, εὐφραίνονται ἅμα τῇ δόξῃ τοῦ Κυρίου, καὶ εὐφραινόμενοι ὕμνους αὐτῷ καὶ ψαλμῳδίας εὐχαριστηρίους ἀναπέμπουσιν. Εἶτ' ἐπιλέγει, « Ἐλπὶς τῷ εὐσεβεῖ. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ τοῖς ἀσεβέσι διῆλθεν ἠπειλημένα, ἑξῆς περὶ τῆς μερίδος D τῆς Θεοῦ ἐπήγαγεν, ὡς « Εὐφρανθήσονται ἅμα τῇ δόξῃ Κυρίου, » καὶ ὡς « Ἡ δόξα Κυρίου ἐν ταῖς νήσοις ἔσται· » ὡς δὴ τὴν δικαιοκρισίαν τοῦ Θεοῦ παραστήσας, ἀκολούθως ἐπήγαγε τό· « Ἐλπὶς τῷ εὐσεβεῖ· » παντὶ γὰρ δικαίῳ καὶ εὐσεβεῖ ἀνδρὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ σωτηρίας ἀπόκειται.

« Καὶ ἐροῦσι· Οὐαὶ τοῖς ἀθετοῦσι, οἱ ἀθετοῦντες τὸν νόμον· » κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν εἴρηται, « Ὢ οἴμοι ἀθετοῦντες· ἠθέτησαι. » Ὁρᾷς ὅπως συνέπασχον τοῖς ἀπολλυμένοις, καὶ ὑπερήλγουν αὐτῶν οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι διὰ φιλανθρωπίαν, ὡς εἰς ἑαυτοὺς ἀναστρέφειν τὸν ταλανισμὸν, καὶ λέγειν, ὢ οἴμοι ἐφ' οἷς ἠθέτησαν οἱ παραβάται!

VERS. 11-13. « Ululate pro vino ubique : cessavit omnis lætitia, discessit omnis lætitia terræ. Et relinquentur urbes desertæ, et domus derelictæ peribunt. Hæc omnia erunt in terra, in medio gentium. Quemadmodum si quis excutiat olivam, sic excutient ipsos; et si quiescat vindemia. » Ita ut nullus impiorum residuus sit, sed ad unum usque omnes judicium Dei subeant. Quemadmodum enim qui olivæ fructum colligunt, perticis solent olivæ grana excutere ac dejicere usque ad unum, sicubi derelinquatur : ac quemadmodum post vindemiam, revertentes quidam parvos acinos et uvas residuas colligunt, ita et impios colligent usque ad unum; ita ut judicium Dei nemo subterfugiat

VERS. 14. « Hi clamore vociferabuntur. » Quinam hi, nisi qui superioris ordinis sunt? Isti porro fuerint, qui ea, quæ apud Deum est magnificentia, dignati sunt. « Qui autem relicti fuerint super terram, lætabuntur cum gloria Domini : conturbabitur aqua maris. » Qui autem ex portione Dei erunt, lætabuntur cum gloria Domini : tunc enim ipse Dominus veniet in gloria Patris sui cum potestate et majestate grandi. In hac ergo Domini sui gloria lætabuntur, qui olim in ipsum speraverunt. Pro illo autem, « conturbabitur aqua maris, » sic Theodotio interpretatus est, « sonuerunt aquæ maris, » vitæ illius magnitudinem significans, qua fruentur ii qui Dominum suum gloria afficiunt : vox enim eorum sonitui maris comparabitur.

VERS. 15. « Propterea gloria Domini in insulis maris erit. » In Ecclesiis videlicet, quæ olim inter incredulas gentes, quasi in medio mari, inclusæ erant : in queis gloria Domini tunc effulgebit. « Nomen Domini gloriosum erit. Domine Deus Israel, ab alis terræ prodigia audivimus : spes pio. » Secundum Symmachum vero et Theodotionem, « Ab alis terræ psalmos audivimus; » secundum Aquilam, « melodias. » Nam qui ex portione Dei sunt, justum ejus judicium admirantes, lætantur cum gloria Domini, ac læti hymnos ipsi atque psalmodias in gratiarum actionem emittunt. Postea infert, « Spes pio. » Cum enim comminationem impiis intentatam præteriisset, sub hæc de portione Dei ista subjungit, « Lætabuntur cum gloria Domini, » et « Gloria Domini in insulis erit : » ac postquam justum Dei judicium enuntiaverat, consequenter adjecit illud, « Spes pio : » nam omni justo pioque viro bona salutis reposita spes est.

VERS. 16. « Et dicent : Væ prævaricatoribus, qui prævaricantur legem ! » Secundum Aquilam dicitur : « O, væ mihi, prævaricantes ! prævaricatus es. » Viden' quo pacto Dei homines de pereuntium casu dolebant et angebantur, nempe ex humanitatis affectu, ita ut in seipsos miseriæ planctum converterent, ac dicerent : O, væ mihi pro prævaricatione transgressorum !

A **Vers. 17, 18.** « Timor et fovea, et laqueus super vos, qui habitatis terram. Et erit qui fugerit timorem, cadet in foveam; qui autem exierit de fovea, laqueo capietur: quia fenestræ de cœlo apertæ sunt, et concutientur fundamenta terræ. » Dei inspectionem, et ejus virtutem subindicat, qua omnibus providet, et omnia speculatur quasi ex fenestris cœli universa respiciens. Quæ quidem fenestræ tunc claudi videntur, cum Deus in terra peccatores circumlustrat, nec tamen ipsos castigat: tunc enim ceu aversus nihil peccantes inspicere videtur. Cum autem peccantes ulcisci decrevit, tunc fenestræ cœli apertæ videntur.

« Φόβος καὶ βόθυνος καὶ παγὶς ἐφ' ὑμᾶς τοὺς ἐνοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἔσται ὁ φεύγων τὸν φόβον, ἐμπεσεῖται εἰς τὸν βόθυνον· ὁ δὲ ἐκβαίνων ἐκ τοῦ βοθύνου ἁλώσεται ὑπὸ τῆς παγίδος· ὅτι θυρίδες ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνεῴχθησαν, καὶ σεισθήσεται τὰ θεμέλια τῆς γῆς. » Τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐποπτικὴν καὶ τὴν θεωρητικὴν αὐτοῦ τῶν ὅλων δύναμιν αἰνιττόμενος, ἐφορῶσαν τὰ πάντα, ὥσπερ διὰ θυρίδων τοῦ οὐρανοῦ, αἳ δοκοῦσι μὲν κεκλεῖσθαι, ἐπειδὰν τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπὶ γῆς περιέρχεται ὁ Θεὸς, μὴ ἐπεξιὼν τοῖς πλημμελοῦσι· τότε γὰρ ὥσπερ ἀποστραφεὶς, οὐδ' ὁρῶντι τοὺς ἁμαρτάνοντας ἔοικεν. Ἐπειδὰν δὲ κρίνῃ ἐπεξελθεῖν τοῖς ἡμαρτηκόσιν, ὥσπερ ἀναπετάννυνται τοῦ οὐρανοῦ αἱ θυρίδες.

Vers. 19, 20. « Turbatione turbabitur, et angustiis angustiabitur terra: inclinavit et movebitur sicut B tugurium terra, sicut ebrius et crapulatus. » Hæc porro omnia patietur terra; sic vocatis illis ejus olim habitatoribus, quos hæc perpessuros ait; ita ut ex malorum vi et gravitate, ebriis et crapulatis similes sint. « Et cadet, et non poterit resurgere: nam prævaluit in ea iniquitas. »

« Ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ, καὶ ἀπορίᾳ ἀπορηθήσεται ἡ γῆ· ἔκλινε καὶ σεισθήσεται ὡς ὀπωροφυλάκιον ἡ γῆ, ὡς ὁ μεθύων καὶ κραιπαλῶν. » Καὶ ταῦτα πάντα πείσεται ἡ γῆ, τῶν ποτε κατοικησάντων αὐτὴν οὕτω δὴ καλουμένων· τοιαῦτα δέ φησι πείσεσθαι αὐτοὺς, ὡς ἐοικέναι μεθύουσι καὶ κραιπαλῶσιν ἐκ τῆς τῶν κακῶν ὑπερβολῆς. « Καὶ πεσεῖται, καὶ οὐ μὴ δύνηται ἀναστῆναι· κατίσχυσε γὰρ ἐπ' αὐτῆς ἡ ἀνομία. »

Vers. 21. « Et erit in die illa, inducet Deus in ornatum cœli manum. » Siquidem semel in fine humanæ vitæ lapsa terra, sive carne terrestri et anima corporis amante; tum ii, qui olim terram incolebant, resurrectionem postea consequentur, ut sistantur tribunali Christi, et unusquisque referat secundum ea quæ corpore perpetravit, sive bonum C sive malum. Cum autem lato judicio a bona spe exciderint, et suppliciis olim prænuntiatis traditi fuerint; tunc a Deo lapsi, non ultra resurgere poterunt. Queis universi consummationem declaravit, qua cœlum et terra transibunt. Ornatum vero cœli solet Moyses appellare solem, lunam et stellas. « Inducet Deus in ornatum cœli manum; » nempe memorato judicii Dei tempore.

« Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ τὴν χεῖρα. » Ἅπαξ μὲν γὰρ πεσοῦσα κατὰ τὴν τοῦ θνητοῦ βίου τελευτὴν ἡ γῆ, ἤτοι σὰρξ γεώδης καὶ φιλοσώματος ψυχὴ, οἱ πάλαι τὴν γῆν οἰκήσαντες τῆς καθεξῆς ἀναστάσεως τεύξονται εἰς τὸ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ κομίσασθαι ἕκαστον τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν· ἐπειδὰν δὲ κριθέντες ἐκπέσωσι τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος, καὶ ταῖς ἠπειλημέναις κολάσεσι παραδοθῶσι, τὸ τηνικαῦτα τοῦ Θεοῦ ἐκπεσόντες, οὐκέτι ἀναστῆναι δυνήσονται. Ἐν οἷς τὴν συντέλειαν ἐδήλωσε τοῦ παντὸς, ἐν ᾗ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται. Κόσμον δὲ οὐρανοῦ εἴωθε λέγειν ὁ Μωϋσῆς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας. « Ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ τὴν χεῖρα· » λέγω δὲ κατὰ τὸν δηλούμενον τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως καιρόν.

Vers. 22. « Et in reges terræ, et congregabunt congregationem ejus in carcerem, et occludent in munitionem; per multas generationes visitatio erit eorum. » Videtur mihi per reges terræ, principes hujus D sæculi significare; sic enim Danieli declarabat Gabriel, dum oracula ipsi ederet his verbis: « Et venit in occursum meum princeps regni Medorum. » Postquam invisibiles hujusmodi gentium reges hic memoravit, ipsos manu Dei congregandos ait, atque in carcerem conjiciendos, et occludendos in munitione. Nam cum futurum esset ut regnum Dei tunc temporis resplenderet, ac novum sæculum, principatus, potestates et rectores mundi tenebrarum, ac spiritualia nequitiæ superaret, consequens erat ut ii in lacum quem foderant conjicerentur. Lacum enim impius omnis aperuit et effodit eum, et cadet in foveam quam fecit.

« Καὶ ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ συνάξουσι συναγωγὴν αὐτῆς εἰς δεσμωτήριον, καὶ ἀποκλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα· διὰ πολλῶν γενεῶν ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν. » Δοκεῖ μοι τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου σημαίνειν διὰ τῶν βασιλέων τῆς γῆς· οὕτω γοῦν καὶ τῷ Δανιὴλ ὁ χρηματίζων αὐτῷ Γαβριὴλ ἐδήλου λέγων· « Καὶ ἐξῆλθεν εἰς συνάντησίν μου ἄρχων βασιλείας Μήδων. » Τοὺς τοιούτους ἀοράτους τῶν ἐθνῶν βασιλεῖς ἐνταῦθα προειπὼν ὁ λόγος, συναχθήσεσθαι αὐτούς φησιν ὑπὸ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐμβληθήσεσθαι εἰς δεσμωτήριον καὶ ἀποκλεισθήσεσθαι εἰς ὀχύρωμα. Ἀκόλουθόν μοι γὰρ ἦν τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ μελλούσης τότε διαλάμπειν, τοῦ τε νέου αἰῶνος ἐπικρατεῖν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, εἰς τὸν προσήκοντα αὐτοὺς καταβληθῆναι λάκκον, ὃν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ὤρυξαν. Λάκκον γὰρ πᾶς ἀσεβὴς ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο.

« Καὶ ταχήσεται ἡ πλίνθος, καὶ πεσεῖται τὸ τεῖχος, ὅτι βασιλεύσει Κύριος ἐκ Σιὼν καὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων δοξασθήσεται. » Ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ συντελείας λόγῳ, καὶ τὰ περὶ τῆς κηρυττομένης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπουρανίου βασιλείας μαθεῖν, ἥτις ἔσται μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν. Σιὼν δὲ καὶ Ἱερουσαλὴμ πολλάκις εἶναι ἐπουρανίους ἀπὸ τῆς ἀποστολικῆς μαρτυρίας παρεστήσαμεν· ἔνθα ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία στήσεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

« Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, δοξάσω σε, ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγματα, βουλὴν ἀρχαίαν, ἀληθινήν· γένοιτο, Κύριε. » Ταῦτά φησι σπεύδων ὥσπερ καὶ ἐπιθυμῶν ᾗ τάχος ἐπιστῆναι τὸ τῶν ἀγαθῶν τέλος. Νοήσομεν δὲ ὅπως ἦν ἀρχαία ἡ βουλὴ αὕτη, ἐπιστήσαντες τῇ φωνῇ τοῦ Σωτῆρος, τῇ λεγούσῃ τοῖς εἰς τὰ δεξιὰ στησομένοις αὐτοῦ· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ἔγραφε· « Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν ἑαυτῷ. » Ἀρχαία τοίνυν ἦν αὕτη βουλή. Καὶ ταῦτ' ἦν ἀληθῶς τὰ θαυμαστὰ πράγματα τὰ προωρισμένα μου πρὸ καταβολῆς κόσμου, ἐπὶ συντελείᾳ δὲ τῶν αἰώνων πληρωθησόμενα. Ἀρχαία μὲν οὖν ἦν ἡ βουλὴ αὕτη διὰ τὴν πρόγνωσιν καὶ προορισμὸν τοῦ Θεοῦ· ἀληθινὴ δὲ διὰ τὴν τοῦ τέλους ἔκβασιν.

« Ὅτι ἔθηκας πόλεις εἰς χῶμα, πόλεις ὀχυρὰς, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια. Τῶν ἀσεβῶν πόλις τὸν αἰῶνα οὐ μὴ οἰκοδομηθῇ. Διὰ τοῦτο εὐλογεῖ σε ὁ λαὸς ὁ πτωχὸς, καὶ πόλεις ἀνδρῶν ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. » Καὶ ἐπὶ τούτοις οὖν, φησὶ, δοξάσω σε, ὅτι τῶν ἀσεβῶν περιεῖλες τὰς πόλεις, ἀφανίσας αὐτῶν τὰς ἀθέους πολιτείας καὶ τὰ ἀσεβῆ οἰκοδομήματα. Οἵ γε μὴν, διασωθέντες ἐξ αὐτῶν ἐκείνων, εὐλογήσουσί σε· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, « δοξάσουσί σε. » Εἰσὶ δὲ οὗτοι ὁ λαὸς διὰ σὲ πτωχεύσας κατὰ τὸν πρότερον αἰῶνα, καὶ πόλεις τῶν πάλαι ἀδικουμένων, οὓς ἠδίκουν οἱ διῶκται τῆς θεοσεβείας. Οὗτοι εὐλογήσουσί σε ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ σου ἐν διαφόροις πολιτεύμασιν ἐξετασθέντες καὶ δικαίως εὐλογήσουσι.

« Ἐγένου γὰρ πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθὸς, καὶ τοῖς ἀθυμήσασι δι' ἔνδειαν σκέπη· ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύσῃ αὐτούς· σκέπη διψώντων, καὶ πνεῦμα ἀνθρώπων ἀδικουμένων. »

« Εὐλογήσουσί σε, ὡς ἄνθρωποι διψῶντες ἐν Σιών· ὅτι ῥύσῃ αὐτοὺς ἀπὸ ἀνθρώπων ἀσεβῶν, οἷς ἡμᾶς παρέδωκας. » Καὶ ὅτε ἦσαν ταπεινοὶ καὶ ἐν ἀθυμίᾳ καὶ ἐν ἐνδείᾳ πάσης τρυφῆς μεταξὺ τῶν φαύλων ἀναστρεφόμενοι, σὺ αὐτῶν ἦσθα βοηθὸς καὶ σκέπη·

A VERS. 23. « Et tabescet later, et cadet murus : quia regnabit Dominus ex Sion et ex Jerusalem, et coram senioribus glorificabitur. » Par quippe erat nos in sermone de consummatione etiam illa ediscere, quæ ad cœleste nobisque prædicatum Salvatoris nostri regnum spectabant, quod post principatuum et potestatum eversionem futurum est. Sion autem et Jerusalem, cœlestia esse loca jam plerumque ex apostolico testimonio docuimus : ubi Christi regnum consistet.

CAPUT XXV.

VERS. 1. « Domine Deus noster, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum, verum : fiat, Domine. » Hæc autem ait quasi festinans et concupiscens bonorum
B finem celeriter adesse. Qui porro se habuerit antiquum hoc consilium intelligemus, si Salvatoris nostri voci attendamus, quæ ad dexteram positis ait : « Venite, benedicti Patris mei, hæreditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi [13]. » Atque hinc sumpta occasione Apostolus scribit, « Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate : qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum sibi ipsi [14]. » Antiquum ergo consilium illud erat. Et revera hæ ipsæ erant res admirabiles a me prævisæ ante constitutionem mundi, quæ in consummatione sæculorum implendæ sunt. Igitur antiquum illud consilium erat propter præscientiam et prædestinationem Dei ;
C verum autem, propter finis exitum.

VERS. 2. « Quia posuisti civitates in tumulum, civitates fortes, ut caderent fundamenta earum. Impiorum civitas in sæculum non ædificabitur. Propterea benedicet tibi populus pauper, et civitates virorum injuriam sustinentium benedicent tibi. » Et in his quoque, ait, celebrabo te, quia impiorum urbes evertisti, earum impia instituta delens, impiaque domicilia evertens. Qui autem ex iis evaserint, ii benedicent tibi : sive secundum reliquos interpretes, *glorificabunt te*. Hi vero sunt populus ille qui in priori sæculo propter te pauper effectus est, et urbes eorum, qui olim injuria sunt affecti, quibus injuriam inferebant piæ religionis adversarii. Hi benedicent tibi in Ecclesia tua in
D variis vitæ institutis versantes, ac jure merito benedicent.

VERS. 4. « Fuisti enim omni civitati humili adjutor, et tristibus propter inopiam protectio, ab hominibus malis liberabis eos : umbraculum sitientium, et spiritus hominum injuriam patientium. »

VERS. 5. « Benedicent tibi, quasi homines sitientes in Sion, quia liberabis eos ab hominibus impiis, quibus nos tradidisti. » Cum autem essent afflicti mœstique, atque omnis voluptatis expertes, in medio improborum versantes tu ipsis adjutor

[13] Matth. xxv, 34. [14] Ephes. i, 4, 5.

et tegumentum eras: imo etiam illis tunc sitientibus, ac dicentibus, « Sitivit anima mea ad Deum fortem et viventem, » tu item fons eras, qui eos sancti Spiritus alveo refrigerabas atque potabas, ac eos animo deficientes recreabas, ipsosque virtute unigeniti Verbi tui confortabas. Ne vero hæc de se dicta fuisse suspicarentur Judæi, effusam in omnes gentes Christi gratiam necessario adjicit his verbis:

VERS. 6. « Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus in monte hoc. » Quid vero faciet? Secundum reliquos quidem interpretes, « potum, » dicitur; secundum autem LXX, « Bibent, inquit, lætitiam, bibent vinum. » Convivium ergo non Israeli, neque Judaico populo, sed omnibus gentibus paraturum esse Dominum vaticinatur, non in convallibus, non in planitie, sed neque multis in montibus, neque in alio quovis monte, sed in illo, quem explicans dicebat, « Quoniam regnabit Dominus in montibus, et in conspectu seniorum suorum glorificabitur. » Nam in monte regni sui, in quo gloriam suam senioribus suis præbebit, ac gentibus convivium apparabit, immortalitatis potum ipsis elargietur. Hunc vero montem explicat Apostolus dicens [15], « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui descripti sunt in cœlis. » Hoc igitur in loco constituti, non Israel, sed quotquot ex gentibus omnibus promissionibus dignati sunt, bibent lætitiam, bibent item illud ex vera vite expressum vinum, de quo Salvator ait, « Non utique bibam illud, donec bibam illud novum vobiscum in regno cœlorum [16]. »

VERS. 7. « Ungentur unguento in monte hoc. Trade omnia hæc gentibus: consilium enim hoc super omnes gentes. » Horum porro imagines et symbola in mysteriis novi Testamenti per mysticum chrisma et salutarem sanguinem nobis tradidit evangelicus sermo; ut in his probati, etiam meliorum participes simus: etenim Israel his dignus non est. Quemadmodum autem quis depositum cum mensura tradit, sic, inquit, mysticum de prædictis rebus sermonem trade omnibus gentibus: nam hoc consilium super omnes gentes est.

VERS. 8. « Absorpsit mors prævalens, et rursus abstulit Deus omnem lacrymam ab omni vultu: opprobrium populi abstulit ab universa terra: os enim Domini locutum est. » Tum igitur, cum sancti una cum Filio Dei regnabunt, ipsa mors, quæ olim deglutiebat eos, omnino absorbebitur. Pro illa autem, erit unctio qua inungentur omnes gentes. Etenim uncti illo unguento, non ultra morti erunt obnoxii, sed immortalitatis et æternæ vitæ consor-

A ἀλλὰ καὶ διψώντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὡς λέγειν, « Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν καὶ ζῶντα, » σὺ πάλιν ἦσθα πηγὴ, δροσίζων αὐτοὺς καὶ ποτίζων τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιῤῥοῇ, καὶ σὺ τῆς ὀλιγοψυχίας αὐτοὺς ἀνεκτῶ, ἐνισχύων αὐτοὺς τῇ δυνάμει τοῦ μονογενοῦς σου Λόγου. Ἵνα δὲ μὴ περὶ αὐτῶν ταῦτα λέγεσθαι ὑπολάβωσιν Ἰουδαίων παῖδες, ἀναγκαίως τὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη χυθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ χάριν ἐπιφέρει λέγων·

« Καὶ ποιήσει ὁ Κύριος Σαβαὼθ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο. » Τί δὲ ποιήσει; κατὰ μὲν τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, « πότον, » ἑξῆς εἴρηται· κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, « Πίονται, » φησὶν, « εὐφροσύνην, πίονται οἶνον. » Συμπόσιον τοίνυν οὐ τῷ Ἰσραὴλ, οὐδὲ τῷ Ἰουδαίων λαῷ, πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσι B παρασκευάσειν τὸν Κύριον ἐν τούτοις θεσπίζει, οὐκ ἐν κοιλώμασιν, οὐδὲ ἐν φάραγξιν, οὐδὲ ἐν πεδιάσιν· ἀλλ' οὐδὲ ἐν πολλοῖς ὄρεσιν, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἑνὸς ὄρους· ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ, ὅπερ δεικνὺς ἔλεγεν· « Ὅτι βασιλεύσει Κύριος ἐν ὄρεσι, καὶ ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ δοξασθήσεται. » Ἐν γὰρ τῷ ὄρει τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, ἐν ᾧ καὶ τὴν δόξαν ἑαυτοῦ τοῖς ἑαυτοῦ πρεσβυτέροις παρέξει, καὶ τοῖς ἔθνεσι τὸ συμπόσιον παρασκευάσας, τὸ τῆς ἀθανασίας αὐτοῖς ποτὸν δωρήσεται. Παρίστησι δὲ τὸ ὄρος ὁ Ἀπόστολος εἰπών· « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. » Ἐνταῦθα τοίνυν γε- C νόμενοι, οὐχ ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οἱ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν καταξιούμενοι τῶν ἐπαγγελιῶν πίονται εὐφροσύνην, καὶ πίονται τὸν ἐκ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου οἶνον, περὶ οὗ ὁ Σωτὴρ ἔλεγε· « Οὐ μὴν πίω αὐτὸν, ἕως ἂν πίω αὐτὸν καινὸν μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. »

« Χρίσονται μύρον ἐν τῷ ὄρει τούτῳ. Παράδος ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν· ἡ γὰρ βουλὴ αὕτη ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. » Τούτων δὲ εἰκόνας ἡμῖν καὶ σύμβολα ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς καινῆς Διαθήκης διὰ τοῦ μυστικοῦ χρίσματος καὶ τοῦ σωτηρίου αἵματος ὁ εὐαγγελικὸς παραδέδωκε λόγος· ἵνα, ἐν τούτοις δοκιμασθέντες, καὶ τῶν κρειττόνων μεταλάβωμεν· ὁ γὰρ Ἰσραὴλ οὐκ ἄξιος τούτων. Ὥσπερ δέ τις παρα- D καταθήκην ἐν μέτρῳ παραδίδωσι, οὕτω, φησὶ, τὸν περὶ τῶν λεχθέντων μυστικὸν λόγον παράδος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ γὰρ βουλὴ αὕτη ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη.

« Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου· τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ ἀφεῖλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε. » Τότε τοίνυν, ὅτε τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ οἱ ἅγιοι συμβασιλεύσουσιν, αὐτὸς ὁ θάνατος ὁ πάλαι καταπίνων αὐτοὺς, πάντως καταποθήσεται. Ἀντὶ δὲ τούτου ἔσται ἡ χρίσις ἡ κεχρισμένη εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Χρισθέντες γὰρ τῷ χρίσματι, οὐκέτι γενήσονται ὑποχείριοι τῷ θανάτῳ· ἀθανασίας δὲ καὶ ζωῆς αἰω-

[15] Hebr. XII, 22. [16] Matth. XXVI, 29.

υἱοῦ μετέχοντες, τὸν θάνατον ἀνενέργητον καὶ ὥσπερ νεκρὸν καταστήσουσι. Ἀλλ' ὅμως ὁ φιλάνθρωπος τῶν ἀνθρώπων Σωτὴρ, ῥυσάμενος τοῦ θανάτου τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, τῆς τε πολυθέου καὶ δαιμονικῆς πλάνης ἐλευθερώσας, ἀφεῖλε πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. Ὄνειδος δὲ ἦν τοῦ λαοῦ τοῦ ἐξ ἐθνῶν ἡ κρατήσασα αὐτῶν εἰδωλολατρεία· ὅπερ ὄνειδος ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ ἐπὶ τούτῳ δάκρυον, τῶν διὰ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν τῶν τοσούτων ψυχῶν ἀποκλαιομένων ἀπώλειαν. Ὄνειδος γὰρ ἦν οὐ μικρὸν τοῖς κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ πεποιημένοις τὸ ἐκπεσεῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ θανάτῳ ὑποβληθῆναι. Ἀλλ' ἀρθήσεται τὸ ὄνειδος, τοῦ μὲν θανάτου καταργηθέντος καὶ τοῦ σκότους ἀφανισθέντος· τῆς δὲ τοῦ Χριστοῦ βασιλείας αἰωνίῳ ζωῇ διαλαμπούσης, ἀπολαύσουσιν οἱ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τῶν μὲν προτέρων ἠλευθερωμένοι κακῶν, τῶν δὲ ἐπαγγελιῶν Θεοῦ καταξιωθησόμενοι.

« Καὶ ἐροῦσι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν, καὶ σώσει ἡμᾶς. Οὗτος Κύριος, ὑπεμείναμεν αὐτῷ καὶ ἠγαλλιώμεθα, καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν. Ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο. » Καταποθέντος τοῦ θανάτου κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, οἱ τοῦ νέου αἰῶνος υἱοὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εὐχαριστήριον ᾄσουσιν ᾠδὴν, ὁρῶντες ἐν δόξῃ τὸν ἑαυτῶν Σωτῆρα, καὶ ἐροῦσιν· « Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν. » Πάλαι μὲν γὰρ αὐτὸν ἐν ἐλπίσιν εἴχομεν, πιστεύοντες ταῖς θείαις περὶ αὐτοῦ διδασκαλίαις· νῦν δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς ὁρῶμεν αὐτὸν, διὸ ὑπεμένομεν πάλαι τὰ ἐπιόντα ἡμῖν λυπηρά. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐροῦσιν· ὁ δὲ ἀνάπαυσιν αὐτοῖς δώσει ἐν τῷ προλεχθέντι τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὄρει.

« Καὶ καταπατηθήσεται ἡ Μωαβῖτις, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις. Καὶ ἀνήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι. Καὶ ταπεινώσει τὴν ὕβριν αὐτοῦ, ἐφ' ἃ τὰς χεῖρας ἐπέβαλε, καὶ τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τοῦ τοίχου ταπεινώσει· καὶ καταβήσεται ἕως τοῦ ἐδάφους. » Οἶμαι δὲ ἐνταῦθα Μωὰβ λέγεσθαι τὸν πονηρὸν δαίμονα, καὶ τὴν ἀντικειμένην δύναμιν, τὴν πάλαι παρὰ τοῖς Μωαβίταις ὡς θεὸν τιμωμένην· ἥτις ἐπειδὴ μέγα ἐφρόνει, κατεπαιρομένη τοῦ Θεοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὸ ὑφ' ἑαυτὴν ἔθνος ἐπιτρίβουσα, ὡς καὶ ἐπ' αὐτοῦ Μωϋσέως τοιαῦτα τολμῆσαι, ὡς ἐκπορνεῦσαι τὸν λαὸν καὶ τελεσθῆναι τῷ Βεελφεγώρ· τοῦτο δὲ ἦν τὸ τῶν Μωαβιτῶν εἴδωλον· τούτου χάριν τὰ προκείμενα ὡς περὶ δεινῆς τινος καὶ θεομάχου δυνάμεως προφητεύεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚʹ.

« Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ᾄσονται τὸ ᾆσμα τοῦτο ἐπὶ γῆς Ἰούδα λέγοντες. » Μεθ' ἣν, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀπειληφότος ἐν τῷ ἐπουρανίῳ ὄρει, οἱ τῶν ἐπαγγελιῶν ἄξιοι ᾄσονται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὸ ἐπουράνιον ᾆσμα ἐν τῇ ἐπουρανίῳ Ἱερουσαλὴμ γενόμενοι, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος Ἰουδαίαν ὠνόμασεν ὁ λόγος, ἀκολούθως τῇ χώρᾳ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλήμ. Οὕτω γὰρ ὁμοῦ καὶ τοῖς ἀκροωμένοις τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ παισὶ θυμηδίαν τινὰ καὶ προτροπὴν εἰς τὴν τῶν

A tes, mortem imbecillam et quasi mortuam reddent. Attamen clemens ille hominum Servator, ereptis a morte atque a superstitioso et diabolico numinum errore liberatis animabus hominum, abstulit omnem lacrymam ab omni vultu. Opprobrium autem populi ex gentibus erat idololatria penes illos obtinens: quod opprobrium et lacrymas inde consequentes abstulit Deus, iis qui ob humanum affectum animarum hujusmodi perniciem lugebant. Sane opprobrium non modicum erat iis qui ad imaginem Dei conditi erant, quod a vita æterna laberentur ac morti subjicerentur. Sed opprobrium auferetur, deleta morte, tenebrisque sublatis. Christi autem regno in æterna vita fulgente, illo fruentur ii ex gentibus, qui a pristinis quidem malis B erepti sunt, et qui promissis Dei donabuntur.

VERS. 9, 10. « Et dicent in illa die, Ecce Deus noster, in quo sperabamus, et salvabit nos. Iste Dominus, sustinuimus eum, et exsultabamus et lætabimur in salute nostra. Requiem dabit Deus super montem hunc. » Absorpta morte resurrectionis tempore, novi sæculi filii in illa die gratiarum actionis canticum canent, videntes in gloria Servatorem suum, et dicent, « Ecce Deus noster, in quo sperabamus. » Olim namque ipsum in spe habebamus, doctrinæ ipsum annuntianti fidem habentes; jam vero ipsis oculis videmus eum, quare jam diu sustinebamus ingruentia nobis mala. Et illi qui-C dem hæc dicturi sunt; ille vero requiem ipsis dabit in memorato regni sui monte.

VERS. 11, 12. « Et conculcabitur Moabitis, quomodo calcant aream plaustris. Et remittet manus suas, sicut et ipse humiliavit, ut perderet. Et deprimet injuriam ejus, in quæ manus injecit, et altitudinem refugii muri humiliabit: et descendet usque ad pavimentum. » Arbitror hic Moab vocari malignum dæmonem, et adversariam virtutem, quæ olim apud Moabitas ut deus colebatur; quæ quia altum sapiebat, contra Deum Israel superbiens, sibique subditam gentem depravans, ut etiam tempore Moysis talia auderet, ac populum D ad fornicationem, et ad initiationem Beelphegor deduceret; erat autem illud Moabitarum idolum; idcirco hæc quæ jam tractamus, quasi de gravi quadam et Deo inimica virtute prænuntiantur.

CAPUT XXVI.

VERS. 1. « In illa die cantabunt canticum hoc in terra Juda, dicentes. » Post quam diem, ubi Salvator noster in cœlesti monte regnum suum acceperit, qui promissis digni erunt, tunc cœleste canticum emittent, in cœlesti Jerusalem constituti, quam in præsenti Judæam sermo nuncupat, habita regionis in qua terrena Jerusalem sita est, ratione. Ita enim et Judæis qui audiebant, alacritatem et incitamentum ad rerum propositarum spem indi-

dit; atque simul veram Judæam declaravit, nempe cœlestis Hierosolymæ regionem, ingentem ejus latitudinem hoc pacto significans; ut locus quidem Judæa esse intelligeretur, religiosa autem conversatio, quam ibidem servant divini et evangelici spiritus, pro Dei civitate haberetur. Quo in loco constituti ii qui in prophetia indicantur, subsequens canticum in die illa cantabunt.

A πτῶμα αὐτῆς ἔσται ὡς σύντριμμα ἀγγείου ὀστρακίνου ἐκ κεραμίου λεπτά, ὥστε μὴ εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς ὄστρακον, ἐν ᾧ πῦρ ἀρεῖς, καὶ ἐν ᾧ ἀποσυριεῖς ὕδωρ μικρόν. Οὕτω λέγει Κύριος Κύριος, ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ· Ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, καὶ γνώσῃ ποῦ ἦσθα, ὅτε ἐπεποίθεις ἐπὶ τοῖς ματαίοις· ματαία ἡ ἰσχὺς ὑμῶν ἐγενήθη· καὶ οὐκ ἠβούλεσθε ἀκούειν· ἀλλ' εἴπατε, Ἐφ' ἵππων φευξόμεθα· διὰ τοῦτο φεύξεσθε· καὶ ἐπὶ κούφοις ἀναβάταις ἐσόμεθα. » Φεύξεσθε μέν· ποῦ μὴν διαφυγεῖν δυνήσεσθε τὴν τῶν Βαβυλωνίων χεῖρα, καταληψομένην ὑμᾶς, καὶ ἐν αὐτῇ ἕξουσαν; « Διὰ τοῦτο κοῦφοι ἔσονται οἱ διώκοντες ὑμᾶς. »

« Χίλιοι διὰ φωνὴν ἑνὸς φεύξονται, καὶ διὰ φωνὴν πέντε φεύξονται πολλοί, ἕως ἂν καταλειφθῆτε ὡς ἱστὸς B ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημαίαν φέρων ἐπὶ βουνοῦ. » Ὥσπερ νηὸς παραπεσούσης καὶ ἀπολομένης ἐν θαλάττῃ σημεῖον τυγχάνει ἀποτεθεὶς ἐπ' ἄκρου ὄρους ἱστός, τοῦ μηκέτι αὐτοῦ χρείαν εἶναι· οὕτως ἐπίσημον γενήσεσθαι τὴν ἀπώλειαν τῶν δηλουμένων· πλὴν οὐ πάντη πάντας ἀπολεῖσθαί φησι, περιλειφθήσεσθαι δὲ βραχεῖς τινας, οὓς ἐλεήσας ὁ Θεός, καὶ οἶκτον λαβὼν διασώζει δοξαζόμενος, καὶ ὑψούμενος διὰ τοῦ ἐλεῆσαι αὐτούς· οὕτω γὰρ αὐτὸν κριτὴν δίκαιον εἶναι, ὡς τοὺς μὲν ἀξίους τιμωρίας κολάζειν, τοὺς δὲ δυναμένους ἐλέου τυχεῖν, τῆς παρ' αὐτοῦ καταξιοῦν σωτηρίας. Διό φησι·

« Καὶ πάλιν μένει ὁ Θεὸς τοῦ οἰκτειρῆσαι ὑμᾶς· καὶ διὰ τοῦτο ὑψωθήσεται τοῦ ἐλεῆσαι ὑμᾶς· διότι C κριτὴς Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Μακάριοι οἱ ἐμμένοντες ἐν αὐτῷ. » Δίκαιος γὰρ ὢν κριτής, τοὺς μὲν ἀξίους αἰχμαλωσίᾳ παρεδίδου· οὓς δὲ δίκαιον ἐλεεῖν, ἔσωζεν· ὅθεν καὶ μακάριόν ἐστι τὸ ἐμμένειν ἐν αὐτῷ· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ὑπομένειν αὐτόν. » Καλὸν γὰρ τὸ μὴ λειποτακτεῖν, καὶ μὴ ἀπογινώσκειν τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἐν ταῖς καταλαμβανούσαις συμφοραῖς. Ὡς δίκαιος τοιγαροῦν κριτής, καὶ ὡς ἀγαθὸς πάλιν οἰκτειρήσει· ὡς τὴν Σιὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ δεύτερον οἰκοδομηθῆναι, καὶ αὖθις ἐν αὐτῇ κατοικῆσαι λαόν.

« Διότι λαὸς ἅγιος ἐν Σιὼν οἰκήσει, καὶ Ἱερουσαλὴμ κλαυθμῷ οὐκ ἔκλαυσεν. Ἐλέησόν με· ἐλεήσει σε. Τὴν φωνὴν τῆς κραυγῆς σου ἡνίκα εἶδεν, ἐπήκουσέ σου. » Οὕτω γὰρ περιέχει ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις· D διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· « Ἱερουσαλήμ, κλαυθμὸν οὐ κλαύσεις· » ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸν Θεοδοτίωνα εἴρηται· « Ἐν Ἱερουσαλὴμ κλαυθμὸς οὐ κλαυσθήσεται. » Οὐκέτι γὰρ ἦν καιρὸς κλαυθμοῦ τοῖς διὰ τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ ἀπολαβοῦσι τὸ πατρῷον ἔδαφος, καὶ ἐπὶ τούτῳ χαίρουσι καὶ εὐφραινομένοις, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. » Ἁγίους δὲ καλεῖ τοὺς διὰ τῆς μετανοίας τὸν ἁγιασμὸν ἐφελκυσαμένους. Κλαίουσαν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰσάγει ὁ προφήτης, προανατυπῶν αὐτὴν τοιαύτην κατὰ νοῦν ἑαυτοῦ τοῖς τῆς συμπαθείας σπλάγχνοις. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Τὴν φωνὴν τῆς κραυγῆς σου ἡνίκα εἶδεν, ἐπήκου-

σέ σου, » ὁ Σύμμαχός φησι, « Τὴν φωνὴν τῆς βοῆς σου, καθὼς ἂν ἀκουσθῇ, ἀκούει σου. » Ὅμοιον δὲ τούτῳ, « Κατὰ τὴν πίστιν σου γενηθήτω σοι, » εἰωθότι λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος. Νῦν μὲν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἔκλαυσε, καθ' ἕτερον δὲ καιρὸν τοῦτο ποιεῖ. Πλὴν ὁ λόγος παραινεῖ αὐτῇ βοᾷν πρὸς τὸν Θεὸν πάντοτε. « Πρὸς τὴν φωνήν σου, φησὶν, ἀποκριθήσεταί σοι ὁ Θεός. »

« Καὶ δώσει Κύριος ὑμῖν ἄρτον θλίψεως, καὶ ὕδωρ στενόν· καὶ οὐκέτι μὴ ἐγγίσωσί σοι οἱ πλανῶντές σε· ὅτι οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται τοὺς πλανῶντάς σε· καὶ τὰ ὦτά σου ἀκούσονται τοὺς λόγους τῶν ὀπίσω σε πλανησάντων· οἱ λέγοντες· Αὕτη ἡ ὁδὸς, πορευθῶμεν ἐν αὐτῇ, εἴτε δεξιὰ, εἴτε ἀριστερά. » Διδάσκει δὲ διὰ τούτων, ὡς ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ τῆς ἐπανόδου πολλῆς θλίψεως μετέσχον οἱ ἀπὸ τῆς γῆς πολεμίας ἐπανελθόντες, τῶν περιχώρων θλιβόντων αὐτοὺς, ὡς καὶ τὸ ἔργον ἐπισχεῖν τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ἱεροῦ. Τοῦτο οὖν καὶ ἐν τῇ ἱστορίᾳ ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ἔσδρα διδάσκει. Διὸ οὐκέτι πλανήσουσί σε· εἰ γὰρ καὶ πειραθεῖεν τοῦτο πρᾶξαί τινες, ἀλλ' οἱ ὀφθαλμοί σου ὄψονται αὐτούς. Ἰδόντες δὲ αὐτοὺς καὶ νοήσαντες, οὐ πλανηθήσονται. Καὶ πάλιν εἰ πειραθεῖεν ἑτέροις λόγοις ἀπατηλοῖς διαστροφὰς πρὸς ὑμᾶς λαλεῖν, καὶ τούτων τὰ ῥήματα οὐ παραδέξονται τὰ ὦτά σου· κἂν ἀπατῶντες λέγοιεν· « Αὕτη ἡ ὁδὸς, πορευθῶμεν ἐν αὐτῇ, εἴτε δεξιὰ, εἴτε ἀριστερά· » οὐ πεισθήσῃ γὰρ αὐτοῖς λέγουσι ταῦτα· ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ πορεύσῃ, τὴν μέσην ὁδεύων, καὶ μὴ ἐκκλίνων μήτε εἰς δεξιὰ μήτε εἰς ἀριστερά.

« Καὶ μιανεῖς τὰ εἴδωλα τὰ περιηργυρωμένα, καὶ περικεχρυσωμένα λεπτὰ ποιήσεις, καὶ λικμήσεις ὡς ὕδωρ ἀποκαθημένης, καὶ ὡς κόπρον ὤσεις αὐτά. Τότε ἔσται ὁ ὑετὸς τῷ σπέρματι τῆς γῆς σου, καὶ ὁ ἄρτος τοῦ γεννήματος τῆς γῆς σου ἔσται πλησμονὴ καὶ λιπαρός. » Πάντα εἰς σὲ πληρωθήσεται ἐν εὐθηνίᾳ πολλῇ, καὶ βαθυτάτῃ εἰρήνῃ τὴν ζωὴν διατελοῦντι· ὡς καὶ παρὰ σοὶ ζῶα, καὶ μάλιστα τὴν χώραν γεωργοῦντα, πληροῦσθαι τῆς αὐτοῖς κατὰ φύσιν τροφῆς.

« Καὶ βοσκηθήσεταί σου τὰ κτήνη τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τόπον πίονα καὶ εὐρύχωρον. Οἱ ταῦροι ὑμῶν καὶ οἱ βόες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν γῆν φάγονται ἄχυρα ἀναπεποιημένα ἐν κριθῇ λελικμημένῃ. Καὶ ἔσται ἐπὶ παντὸς ὄρους ὑψηλοῦ καὶ ἐπὶ παντὸς βουνοῦ μετεώρου ὕδωρ διαπορευόμενον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅταν ἀπόλωνται πολλοὶ, καὶ ὅταν πέσωσι πύργοι, » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς πολλῆς, ἐν τῷ πεσεῖν μεγάλους. » Πότε δὲ ἔσται ἡ πολλὴ σφαγὴ, καὶ πότε πεσοῦνται οἱ μεγάλοι, ἢ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς καθόλου κρίσεως τῆς μετὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος τούτου γεγενημένης (38); Διὸ εἴρηται κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα, « Ὅταν πέσωσι πύργοι, καὶ ὅταν ἀπόλωνται πολλοί. » Πολλοὶ γὰρ κατ' ἐκεῖνον ἀπολοῦνται τὸν χρόνον, ἐν ᾧ καὶ τὰ ἐπηγγελμένα τοῖς ἀξίοις ἀποδοθήσεται. Ἐνταῦθα οὔτε τοῦ Ἰσραὴλ μνημονεύει, οὐδὲ ὅλως τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· ὡς πάντας τοὺς ἀξίους χρηματίζειν λαὸν Θεοῦ, τῆς ἐπαγγελίας ἐξαπλουμένης.

(38) Forte leg. γενησομένης. Edit.

A Simile autem huic est illud, « Secundum fidem tuam fiat tibi, » quod a Salvatore dici solet. Et nunc quidem, ait, non flevit, sed alio tempore id præstabit. Cæterum hic monetur, ut ad Deum semper clamet. « Ad vocem tuam, inquit, respondebit tibi Deus. »

Vers. 20, 21. « Et dabit vobis Dominus panem afflictionis, et aquam angustam: et nequaquam ultra appropinquabunt tibi [qui errare faciunt te, quia oculi tui videbunt eos, qui errare faciunt te: et aures tuæ audient verba eorum qui retrorsum te errare fecerunt: qui dicunt: Hæc via, ambulemus in ea, sive ad dextram, sive ad sinistram. » Hic
B docet, eos qui ex inimica terra reversi sunt, in principio reditus multas ærumnas atque molestias a finitimis suis esse perpessos, ita ut templi fabricam cohiberent. Id vero in historia libri Esdræ declaratur. Quamobrem non ultra errare te facient; etiamsi enim quidam id tentaverint, at oculi tui videbunt illos. Cum porro videant et intelligant, nequaquam in errorem deducentur. Rursumque si subdolis fallacibusque dictis perversa vobis loqui conentur, horum verba non excipient aures tuæ: etiamsi fallaciter dicant, « Hæc via, ambulemus in ea, sive ad dextram, sive ad sinistram: » his quippe talia effutientibus non obtemperabis; sed in regia via ambulabis, mediam tenens, neque declinans
C ad dexteram vel ad sinistram.

Vers. 22-25. « Et contaminabis idola deargentata, et deaurata comminues, et disperges sicut aquam menstruatæ, et sicut stercus abjicies ea. Tunc erit pluvia semini terræ tuæ, et panis frugum terræ tuæ erit abundans et pinguis. » Omnia apud te copia rerum implebuntur, et altissima pace frueris; ita ut animalia tua, maximeque ea quæ colendis agris usui sunt, pabulo naturæ suæ congruenti abundent. »

« Et pascentur jumenta tua in die illa in loco pingui et spatioso. Tauri vestri et boves, qui operantur terram, comedent paleas commixtas hordeo ventilato. Et erit super omnem montem excelsum et super omnem collem sublimem aqua decurrens
D in die illa, cum perierint multi, et cum ceciderint turres, » sive secundum Symmachum, « In die cædis multæ, cum cadent magni. » Quandonam cædes multa continget, et quandonam magni cadent, nisi tempore universalis judicii, quod post consummationem sæculi hujus ferendum est? Quare secundum LXX Interpretes dicitur, « cum cadent turres, et cum peribunt multi. » Nam eo tempore multi peribunt, quo iis, qui digni erunt, promissa retribuentur. Hic porro neque Israelem neque Judæos memorat, sed populum suum; ita ut, expletis promissionibus, omnes qui digni erunt, populus Dei nominentur.

VERS. 26, 27. « Et erit lux lunæ, quasi lux solis, A et lux solis erit septempliciter in die, cum sanaverit Dominus contritionem populi sui, et dolorem plagæ tuæ curabit. Ecce nomen Domini venit per multum tempus : ardens furor cum gloria. Eloquium labiorum ejus, eloquium iræ plenum, et ira furoris ejus sicut ignis devorat. » Pro dicto illo, « per multum tempus, » reliqui interpretes, « de longe, » ediderunt. Observes porro velim, non ipsum Dominum venturum dici, sed nomen Domini, quo Christus subindicatur ; de illo quippe dictum est, « Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus et illuxit nobis [19]. » Cum venerit autem, ac secundum gloriosumque adventum suum exhibuerit, subsequentur ultrices virtutes, per quas supplicia impiis inferentur, quas hæc Scriptura furorem iramque vocat : siquidem post prolatam sententiam B supplicio dignis ultio inferetur.

« Καὶ ἔσται τὸ φῶς τῆς σελήνης ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἔσται ἑπταπλάσιον ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ὅταν ἰάσηται Κύριος τὸ σύντριμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς πληγῆς σου ἰάσεται. Ἰδοὺ τὸ ὄνομα Κυρίου ἔρχεται διὰ πολλοῦ χρόνου, καιόμενος θυμὸς μετὰ δόξης. Τὸ λόγιον τῶν χειλέων αὐτοῦ, λόγιον ὀργῆς πλῆρες, καὶ ἡ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ ὡς πῦρ ἔδεται. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « διὰ πολλοῦ χρόνου, » οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, « μακρόθεν, » εἰρήκασι. Καὶ τήρει, ὡς οὐχ ἂν αὐτόν φησι τὸν Κύριον ἔρχεσθαι, ἀλλὰ τὸ ὄνομα Κυρίου, τὸν Χριστὸν αἰνιττόμενος, περὶ ου εἴρηται· « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » Ἐρχομένου δὲ καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἔνδοξον παρουσίαν ποιουμένου, ἐπακολουθήσουσι τιμωρητικαὶ δυνάμεις, δι' ὧν αἱ κολάσεις τοῖς ἀσεβέσιν ἐπαχθήσονται, ἃς ἡ παροῦσα Γραφὴ θυμὸν καὶ ὀργὴν ὀνομάζει· ἀκολούθως γὰρ τῇ τοῦ λόγου ἀποφάσει τὰ τῆς ὀργῆς τοῖς κολασθησομένοις ἐπενεχθήσεται.

VERS. 28. « Et spiritus ejus sicut aqua in valle trahens, veniet usque ad collum, et dividetur. » Hic spiritus ultor multas in partes dividetur, quia multum est inter puniendos discrimen. « Ut turbet gentes super errore vano, et persequetur eos error, et capiet eos in conspectu eorum. » Hic Dei inspectio ad omnia extensa declaratur; quia non in his tantum consistet ira, sed gentes pervadet ultio. Atenim ut non possent Israelitæ, soli a Deo reprehensi, dicere, Deum sua tantum, non vero gentium peccata punire, necessario vindictam in C gentes quoque transituram declarat, atque erroris ultionem ipsos invasuram esse prædicit.

« Καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὡς ὕδωρ ἐν φάραγγι σύρον, ἥξει ἕως τοῦ τραχήλου, καὶ διαιρεθήσεται. » Καὶ διαιρεθήσεται τὸ κολαστικὸν τοῦτο πνεῦμα εἰς πολλὰς διαιρέσεις, διὰ τὸ πλείστην εἶναι τῶν κολαζομένων διαφοράν. « Τοῦ ταράξαι ἔθνη ἐπὶ πλανήσει ματαίᾳ, καὶ διώξεται αὐτοὺς πλάνησις, καὶ λήψεται αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον αὐτῶν. » Τὴν κατὰ πάντων θεοπτίαν καὶ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔσω τούτων στήσεται τὰ τῆς ὀργῆς· διαβήσεται δὲ καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἡ τιμωρία. Ἵνα γὰρ μὴ ἐξῇ τοῖς Ἰσραηλίταις, μόνοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐλεγχομένοις, λέγειν αὐτοὺς μόνον τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρηθήσεσθαι, οὐχὶ δὲ καὶ τὰ ἔθνη, ἀναγκαίως καὶ τὴν ἐπὶ τὰ ἔθνη διαβήσεσθαι ἐκδικίαν φάσκει, καὶ καταλήψεσθαι τὴν ἐκ τῆς πλανήσεως δίκην προαγορεύει.

VERS. 29-32. « Nunquid semper oportet vos lætari, et semper ingredi in sancta mea, quasi festa celebrantes, quasi lætantes ingredi cum tibia ad montem Domini, ad Deum Israel? Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, et furorem brachii sui, ut ostendat cum furore et ira et flamma devorante, fulminabit vehementer, et sicut aqua et grando, quæ vi deorsum fertur. Per vocem enim Domini superabuntur Assyrii plaga, qua percutiet eos : et erit ei in circuitu. » Tunc, ait, ii qui percutiebant et verberabant eos, pœnas dabunt : dæmones enim circumsistentes illos suppliciis afficient. Quinam vero sint illi mox aperit dicens : « Unde erat illis spes auxilii, in quo ipse confidebat. Ipsi cum tympanis et cithara pugnabunt. » Impiis spes D auxilii erat a diis suis, adversariis nempe potestatibus, et malignis spiritibus. His quippe quasi diis adhærebant, ac spem auxilii in iis locarant; ignorantes ipsos tortores sibi futuros. Nam ira et furor contra impios immissus per angelos malos inferetur. « Ipsi cum tympanis et cithara pugnabunt

« Μὴ διὰ παντὸς δεῖ ὑμᾶς εὐφραίνεσθαι, καὶ εἰσπορεύεσθαι εἰς τὰ ἅγιά μου διαπαντὸς, ὡσεὶ ἑορτάζοντας, ὡσεὶ εὐφραινομένους εἰσελθεῖν μετ' αὐλοῦ εἰς τὸ ὄρος Κυρίου πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραήλ; Καὶ ἀκουστὴν ποιήσει Κύριος τὴν δόξαν τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ τὸν θυμὸν τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, δεῖξαι μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς καὶ φλογὸς κατεσθιούσης, κεραυνώσει βιαίως, καὶ ὡς ὕδωρ καὶ χάλαζα συγκαταφερομένη βίᾳ. Διὰ γὰρ τῆς φωνῆς Κυρίου ἡττηθήσονται Ἀσσύριοι τῇ πληγῇ, ᾗ ἂν πατάξῃ αὐτούς· καὶ ἔσται αὐτῷ κυκλόθεν. » Τότε δὴ, φησὶν, οἱ παίοντες αὐτοὺς καὶ τύπτοντες τιμωρηθήσονται· δαίμονες γὰρ, κυκλόθεν αὐτοὺς περιστοιχησάμενοι, τὰς τιμωρίας ἐπάξουσι. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι διασαφεῖ φάσκων· « Ὅθεν ἦν αὐτοῖς ἡ ἐλπὶς τῆς βοηθείας, ἐφ' ἧς αὐτὸς ἐπεποίθει. Αὐτοὶ μετὰ τυμπάνων καὶ κιθάρας πολεμήσουσιν. » Ἐλπὶς τοῖς ἀσεβέσι βοηθείας ἦν ἀπὸ τῶν θεῶν αὐτῶν, τῶν ἀντικειμένων δηλαδὴ δυνάμεων, καὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων. Τούτοις γὰρ ὡς θεοῖς προσεῖχον, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς βοηθείας ἐκ τούτων αὐτοῖς ἔσεσθαι ἤλπιζον, οὐκ εἰδότες, ὅτι οὗτοι κολασταὶ

[19] Psal. CXVII, 26, 27.

αὐτῶν ἔσονται. Ἡ γὰρ ὀργὴ καὶ ὁ θυμὸς κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἀποστελλόμενος δι' ἀγγέλων γενήσεται πονηρῶν. « Αὐτοὶ μετὰ τυμπάνων καὶ κιθάρας πολεμήσουσιν αὐτὸν ἐκ μεταβολῆς· » ἅτε ἐπιχαιρεσίκακοί τινες ὄντες· ἀντὶ γὰρ τῶν φίλων ἐχθροὶ καταστήσονται.

« Σὺ γὰρ πρὸ ἡμερῶν ἀπαιτηθήσῃ. Μὴ καὶ σοὶ ἡτοιμάσθη βασιλεύειν; » Ταῦτα δὲ, φησὶ, σὲ περιμένει, τὸν πάλαι τρυφερὸν καὶ ὑπερήφανον· εἰ μὴ ἄρα σαυτὸν ἀπατῶν προσδοκᾷς ὅτι καὶ σοὶ βασιλεύειν ἡτοίμασται ὁμοίως τοῖς στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύσασι τρίβον, καὶ πτωχοῖς διὰ Θεὸν γενομένοις ἕνεκεν δικαιοσύνης. Πᾶσι γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται ἡ βασιλεία, ἀλλ' οὐ σοὶ τῷ τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν πορευομένῳ. « Φάραγγα βαθεῖαν, ξύλα κείμενα, πῦρ καὶ ξύλα πολλά. Ὁ θυμὸς Κυρίου ὡς φάραγξ ὑπὸ θείου καιομένη. » Θεῖον καὶ πῦρ ὑποκαίουσιν εἰς τὴν τῶν αὐτόθι κατακριθησομένων κόλασιν. Τοσαῦτα δὲ διὰ μέσου εἰπὼν, ἀναλαμβάνει τὴν πρὸς τοὺς καταφεύγοντας εἰς Αἴγυπτον προφητείαν.

A contra eum ex commutatione; » utpote qui alienis malis gaudeant : nam ex amicis inimici evadent.

VERS. 33. « Tu enim ante dies rationem reddere cogeris. Numquid etiam tibi paratum est regnare? » Hæc, inquit, te olim voluptarium et superbum exspectant : nisi fortasse teipsum decipiens, exspectas tibi quoque paratum regnum esse, perinde atque iis, qui in angusta et arcta via incesserunt, et pauperes propter Deum propterque justitiam effecti sunt. His quippe omnibus paratum regnum est, non tibi, qui in lata et spatiosa via incedis. « Vallem profundam, ligna jacentia, ignem et ligna multa. Furor Domini sicut vallis sulphure accensa. » B Sulphur et ignem succendunt, ad eorum, qui istic condemnabuntur, supplicium. His porro adductis in medium, prophetiam super iis, qui in Ægyptum confugiebant, resumit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

« Οὐαὶ οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν, οἱ ἐφ' ἵπποις πεποιθότες καὶ ἐφ' ἅρμασιν. Ἔστι γὰρ πολλὰ, καὶ ἐφ' ἵπποις πλῆθος σφόδρα. Καὶ οὐχ ἦσαν πεποιθότες ἐπὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐζήτησαν. Καὶ αὐτὸς σοφῶς ἦγεν ἐπ' αὐτοὺς κακὰ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ οὐ μὴ ἀθετηθῇ, καὶ ἐπαναστήσεται ἐπ' οἴκους ἀνθρώπων πονηρῶν, καὶ ἐπὶ τὴν ἐλπίδα αὐτῶν τὴν ματαίαν, Αἰγύπτιον ἄνθρωπον καὶ οὐ Θεὸν, ἵππων σάρκας καὶ οὐκ ἔστι βοήθεια. Ὁ C δὲ Κύριος ἐπάγει τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ κοπιάσουσιν οἱ βοηθοῦντες, καὶ ἅμα πάντες ἀπολοῦνται μαχαίρᾳ. » Μέμφεται αὐτοὺς ὁ λόγος, ὅτι, μὴ πεποιθότες ἐπὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ, εἰς Αἰγυπτίους κατέφυγον· διὸ καὶ καταλήψεσθαι αὐτοὺς ἃ μὴ προσεδόκησαν κακὰ ἐπ' αὐτῆς τῆς Αἰγύπτου ἀπειλεῖ. Διδάσκει δι' ὅλης τῆς προκειμένης ἱστορίας ὁ λόγος, ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, εἴ ποτε κρινεῖεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἢ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ παραδοῦναι τοῖς τὴν θεοσέβειαν ἐλαύνουσι, μὴ δεῖν ἀναχωρεῖν τῆς ἐνθέου πίστεως, μηδὲ τῆς ἐπὶ τὸν Θεὸν πεποιθήσεως ἀφίστασθαι, μηδὲ ἀπογινώσκειν τὰς τούτου διαλλαγὰς, μηδὲ ἐπὶ τὸν Αἰγυπτιακὸν βίον αὐτομολεῖν, λέγω δὴ τὸν τῶν εἰδωλολατρῶν. Πολλοὶ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ἀποστήσαντες τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου, τὰς ἐλπίδας ἀνήρτησαν ἑαυτῶν τῆς τῶν εἰδωλολατρῶν βοηθείας.

CAPUT XXXI.

VERS. 1-3. « Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, qui confidunt in equis et in curribus. Sunt enim multi, et in equis multitudo ingens. Et non confisi sunt in Sancto Israel, et Dominum non quæsierunt. Et ipse sapienter induxit super eos mala, et verbum ejus non frustrabitur, et insurget in domos hominum malorum, et in spem eorum vanam, Ægyptium hominem et non Deum, equorum carnes, et non est auxilium. Dominus autem inducet manum suam in eos, et laborabunt qui auxiliantur, et simul omnes peribunt gladio. » Ipsos coarguit, quia Sancto Israel non fidentes, ad Ægyptios confugerunt : quamobrem ipsos inexspectatis malis in Ægypto invadendos esse comminatur. In tota igitur præsenti historia docet, si quando visum Deo fuerit, populum suum, sive Ecclesiam suam, persecutionis tempore piam religionem vexantibus tradere, a divina fide recedendum non esse, neque abstinendum a fiducia erga Deum, nec de ejus reconciliatione desperandum, nec declinandum ad Ægyptiacam vitam, videlicet ad idololatrarum institutum. Multi namque in hujusmodi temporibus a piæ religionis doctrina discedentes, spem suam in idololatrarum auxilio locaverunt.

« Ὅτι οὕτως εἶπέ μοι Κύριος· Ὃν τρόπον ὅταν D βοήσῃ ὁ λέων, ἢ ὁ σκύμνος ἐπὶ τῇ θήρᾳ ᾗ ἔλαβε, καὶ κεκράξῃ ἐπ' αὐτὴν ἕως ἂν ἐμπλησθῇ τὰ ὄρη τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἡττήθησαν, καὶ τὸ πλῆθος τοῦ θυμοῦ ἐπτοήθησαν· οὕτως καταβήσεται Κύριος Σαβαὼθ ἐπιστρατεῦσαι ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν, ἐπὶ τὰ ὄρη αὐτῆς ὡς ὄρνεα πετόμενα· οὕτως ὑπερασπιεῖ Κύριος, καὶ ἐξελεῖται, καὶ περιποιήσεται, καὶ σώσει. Ἐπιστράφητε οἱ τὴν βαθεῖαν βουλὴν βουλευόμενοι καὶ ἄνομον, υἱοὶ Ἰσραήλ· ὅτι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀπαρνηθήσονται οἱ ἄνθρωποι τὰ χειροποίητα αὐτῶν, τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησαν αἱ χεῖρες αὐτῶν. » Ἔξεστι

VERS. 4-7. « Quoniam sic dixit mihi Dominus : Quemadmodum cum clamabit leo, aut catulus, super præda quam cepit, et vociferabitur super ea, donec impleantur montes voce ejus, et victi sunt, et vehementiam furoris ejus expavere; sic descendet Dominus Sabaoth, ut prælietur in monte Sion, supra montes ejus, sicut aves volantes; sic proteget Dominus, et eripiet, et fovebit, et servabit. Convertimini, qui profundum consilium inieratis et iniquum, filii Israel : quia in die illa abnegabunt homines idola sua argentea et aurea, quæ fecerunt manus eorum. » Licet enim ipsis etiam nunc, si

pœnitentiam agant, in suam remigrare terram, cum edidicerint qualia Deus circa eam pollicitus sit. Id etiam declarat historia : nam post reditum ex Babylone, ac excitatum denuo templum in Jerusalem, non ultra idolis usi fuisse videntur.

Vers. 8. « Et cadet Assur non gladio viri, neque gladius viri devorabit eum : et fugiet, non a facie gladii : juvenes autem superabuntur. » Significat autem idololatrarum regni excidium, ruinamque eorum : pristina illa regia dignitate, quasi ab alto humilem in locum dejecta. Id autem illis continget, ait, non ex humana irruptione : sed ex divina contra illos accensa ira. Etiamsi enim homines excidii eorum ministri quam maxime videantur esse; at ipse Deus erat qui hominum opera funditus illos evertit.

Vers. 9. « Petra enim circumdabuntur, quasi vallo, et vincentur. » Petram vocat illam olim Assyriorum firmitatem, regnique robur, quod transiturum esse dicit. « Qui autem fugiet, capietur. Hæc dicit Dominus : Beatus, qui habet in Sion semen, et domesticos in Jerusalem. » His item hortatur eos qui in Ægyptum confugerant, ut ne recederent a loco ubi erat templum Dei : sed etiam beatos prædicat eos, qui semen in Sion habituri sunt, et domesticos in Jerusalem; quoniam illa restauranda, et pristinam gloriam suam recuperatura erat, seu etiam majorem illa, quam prius nacta fuerat. Quapropter aliis dicebatur, « Et erit gloria domus istius novissima super priorem [30]. » Scias oportet, illud, « beatus, » a nemine alio interpretum dictum fuisse : pro illo autem, « Qui habet in Sion semen, et domesticos in Jerusalem, » Symmachus habet, « ignem in Sion et clibanum in Jerusalem ; » Aquila vero et Theodotio, « Lux ipsi in Sion, et clibanus ipsi in Jerusalem. » Queis docetur universorum Deum et Dominum, qui hasce contra Assyrios minas protulit, ignem habere in Sion, et clibanum in Jerusalem ; ut si quando voluerit, hoc igne et clibano comburat et excoquat eos qui combustione opus habent. Quocirca Dei illa civitas despectui habenda non est. Hæc porro de Ecclesia item jure dicantur, quia ipsa est civitas illa Dei gloriosa, de qua dicitur, « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [31]. » Est item in illa ignis et clibanus, quo uniuscujusque animæ ligna, fenum et stipulam comburat et absumat. Quod si dicatur, « Lux ipsi in Sion, et clibanus ipsi in Jerusalem, » ignem intelligamus oportet, propter eos ex cœtu, qui lumine sunt digni ; clibanum autem in Jerusalem, propter eos qui combustione et purgatione opus habent.

CAPUT XXXII.

Vers. 1, 2. « Ecce enim rex justus regnabit, et

γὰρ εἰσέτι καὶ νῦν μετανοήσαντας ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτῶν γῆν, μαθόντας ὁποῖα ἐπήγγελται περὶ αὐτῆς ὁ Θεός. Καὶ τοῦτο δὲ παρίστησιν ἡ ἱστορία· μετὰ γὰρ τὸ ἐπανελθεῖν αὐτοὺς ἀπὸ Βαβυλῶνος, καὶ ἀνεγεῖραι δεύτερον τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν, οὐκέτι φαίνονται εἰδώλοις χρησάμενοι.

« Καὶ πεσεῖται Ἀσσοὺρ οὐ μαχαίρᾳ ἀνδρὸς, οὐδὲ μάχαιρα ἀνθρώπου καταφάγεται αὐτὸν, καὶ φεύξεται οὐκ ἀπὸ προσώπου μαχαίρας· οἱ δὲ νεανίσκοι ἔσονται εἰς ἥττημα. » Σημαίνει δὲ τὴν καθαίρεσιν τῆς τῶν εἰδωλολατρῶν βασιλείας, καὶ τὴν πτῶσιν αὐτῶν, ὥσπερ ἀφ' ὕψους τοῦ προτέρου βασιλικοῦ ἀξιώματος ἐπὶ τὸ ταπεινὸν φερομένου· καὶ τοῦτο αὐτοῖς, φησὶ, συμβήσεται οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης ἐφόδου, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ κατ' αὐτῶν ὀργῆς. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἐδόκουν ἄνθρωποι ὑπηρέται γεγονέναι τῆς καθαιρέσεως αὐτῶν, ἀλλ' αὐτὸς ἦν ὁ Θεὸς, ὁ διὰ τῶν ἀνθρώπων καθαιρῶν αὐτούς.

« Πέτρᾳ γὰρ περιληφθήσονται ὡς χάρακι, καὶ ἡττηθήσονται. » Πέτραν λέγει τοῦ Ἀσσυρίου τὸ πάλαι στεῤῥὸν καὶ βέβαιον καὶ ἰσχυρὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὅπερ παρελεύσεσθαί φησιν ὁ λόγος. « Ὁ δὲ φεύγων ἁλώσεσαι. Τάδε λέγει Κύριος· Μακάριος ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ. » Καὶ διὰ τούτου προτρέπει τοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὁρμήσαντας μὴ ἀναχωρεῖν τοῦ τόπου ἔνθα ἦν ὁ νεὼς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ καὶ μακαρίζει τοὺς ἕξοντας ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ οἰκείους, διὰ τὸ μέλλειν αὐτὴν ἀνανεοῦσθαι, καὶ τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπολαμβάνειν δόξαν, ἢ καὶ κρείττονα ἧς εἶχε πρότερον. Διὸ ἐλέγετο ἑτέροις· « Καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην. » Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι τὸ μὲν, « μακάριος, » οὐδεὶς τῶν ἑρμηνευτῶν εἴρηκεν· ἀντὶ δὲ τοῦ, « Ὃς ἔχει ἐν Σιὼν σπέρμα καὶ οἰκείους ἐν Ἱερουσαλὴμ, » ὁ μὲν Σύμμαχος ἔχει, « πῦρ ἐν Σιὼν, καὶ κλίβανον ἐν Ἱερουσαλήμ· » ὁ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, « Φῶς αὐτῷ ἐν Σιὼν καὶ κλίβανος αὐτῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ, » εἰρήκασι· διδάσκοντος τοῦ λόγου, ὅτι ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Κύριος, ὁ κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ἀπειλήσας τὰ λεγόμενα, ἔχει πῦρ ἐν Σιὼν, καὶ κλίβανον ἐν Ἱερουσαλήμ· ἵν' ὅτε βούληται, τῷ πυρὶ τούτῳ καὶ τῷ κλιβάνῳ κατακαύσῃ καὶ κατοπτήσῃ τοὺς καύσεως δεομένους. Διὸ οὐ προσήκει καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ πόλεως. Ταῦτα δὲ καὶ περὶ τῆς Ἐκκλησίας εἰκότως ἂν ῥηθείη, ἐπειδήπερ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ ἡ δεδοξασμένη αὐτή ἐστι, περὶ ἧς εἴρηται· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ. » Ἔστι καὶ ἐν αὐτῇ πῦρ καὶ κλίβανος, εἰς τὸ καταφλέγειν καὶ ἀναλίσκειν τὰ ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ ξύλα καὶ χόρτον καὶ καλάμην. Ἐὰν δὲ λέγηται, « Φῶς αὐτῷ ἐν Σιὼν, καὶ κλίβανος αὐτῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ, » διὰ μὲν τοὺς φωτὸς ἀξίους τῶν συναγομένων τὸ φῶς εἰρῆσθαι ἐκδεξόμεθα· διὰ δὲ τοὺς καύσεως καὶ καθάρσεως χρείαν ἔχοντας τὸ, *κλίβανος ἐν Ἱερουσαλήμ*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

« Ἰδοὺ γὰρ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρ-

[30] Agg. II, 10. [31] Psal. LXXXVI, 3.

χοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. Καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κρυβήσεται ὡς ἀφ' ὕδατος φερομένου. Καὶ φανήσεται ἐν Σιὼν ὡς ποταμὸς φερόμενος, ἔνδοξος ἐν γῇ διψώσῃ. » Θεσπίζει τὰ πέρὶ τῆς θεοφανείας τοῦ Χριστοῦ· μόνος γὰρ οὗτος δίκαιος ἐν ἀνθρώποις ἀνεφάνη ὁ βασιλεύς. Καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ αὐτοῦ μετὰ κρίσεως τοῦ ἑαυτῶν βασιλέως, τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ καθηγήσαντο. Ἐβασίλευσε τοίνυν εἰς δικαιοσύνην ὁ Χριστὸς καινήν τινα ταύτην τὴν βασιλείαν· οὐ γὰρ εἰς ἀνθρωπίνην ἀξίαν ἀποβλέπων, οὐδὲ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν τὴν παρὰ ἀνθρώποις, τὴν βασιλείαν ἐπανήρατο, ἀλλ' εἰς δικαιοσύνην· ὥσπερ οὖν καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, οὐκ ἐν ἀξιώμασι κοσμικοῖς προαχθέντες ἦρχον, ἀλλ' εἰς κρίσιν. Διὸ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς εἴρηται, « Καὶ ἄρχοντες εἰς κρῖμα ἄρξουσιν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ, » ὁ Σύμμαχος, « Καὶ ἔσται, φησὶν, ἀνὴρ ὡς ἀποκρυφὴ ἀπὸ πνεύματος καὶ λαίλαπος. » Ποῖος οὖν ἄνθρωπος ἔσται ἀλλ' ὁ ἀνωτέρω δίκαιος ὠνομασμένος; Αὐτὸς γὰρ οὗτος ἔσται ἀνὴρ, οὐκοῦν τῇ φύσει ἀνὴρ, ἀλλὰ κρείττων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν. Πλὴν ἔσται ἄνθρωπος ἐπικρύπτων αὐτοῦ τὴν θεότητα. Ὕδωρ γὰρ φερόμενον ἦν καὶ ἀπολλύμενον τὸ πλῆθος τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ· διὸ καὶ ἀπέκρυπτεν αὑτὸν ἐξ αὐτῶν, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἀπ' ἐκείνων μὲν ἐκάλυπτε, τοῖς δὲ αὐτοῦ μαθηταῖς ἐφανέρου. Τίς δὲ φανήσεται ἢ αὐτὸς δίκαιος βασιλεύς; αὐτὸς γὰρ φανήσεται ὡς ποταμὸς φερόμενος ἔνδοξος. Τίς δέ ἐστιν ἡ Σιὼν αὕτη ἢ ἡ τὸν ἀπ' ἐκείνων κρυπτόμενον ἐμφανῶς παραδεξαμένη; ἡ γὰρ πάλαι ἔρημος καὶ διψῶσα ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, αὕτη ἐστὶν ἡ Σιών.

A principes cum judicio imperabunt. Et erit homo occultans sermones suos, et occultabitur ut ab aqua manante. Et apparebit in Sion, sicut fluvius currens, inclytus in terra sitienti. » Quæ ad divinum Christi adventum spectant vaticinatur: is namque solus rex justus in hominibus apparuit. Apostoli vero ejus cum judicio regis sui Ecclesiæ ipsius præfuerunt. Reguavit itaque in justitiam Christus, novum sane regni genus; non in humanam quippe dignitatem, non in honorem et gloriam hominum respiciens, regnum erexit; sed in justitiam: quemadmodum principes ejus, non ad mundanas dignitates evecti, imperabant; sed ad judicium. Quapropter secundum reliquos interpretes dictum est, « Et principes ad judicium imperabunt. » Pro illo autem, « Et erit B homo abscondens sermones suos, » Symmachus, « Et erit vir sicut absconsio a spiritu et procella. » Quis igitur homo erit, nisi is qui superius justus appellatus est? Hic enim ipse vir erit, natura vir quidem, sed hominis natura longe præstantior. Cæterum homo erit suam occultans deitatem. Nam aqua fluxa et perdita erat multitudo Judaici populi: quare sese ab illis, et verba sua ab illorum verbis occultabat, sed discipulis suis ea declarabat. Quis autem apparebit, nisi ipse rex justus? ipse quippe sese conspiciendum præbebit, quasi fluvius manans inclytus. Quæ vero Sion illa, nisi quæ eum, qui se ab illis occultabat, publice accepit? nam quæ olim deserta et sitibunda erat, Ecclesia ex gentibus, ipsa C vere Sion est.

« Καὶ οὐκέτι ἔσονται πεποιθότες ἐπ' ἀνθρώπους, ἀλλὰ τὰ ὦτα δώσουσιν ἀκούειν, καὶ ἡ καρδία τῶν ἀσθενούντων προσέξει τοῦ ἀκούειν, καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι ταχὺ μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. » Σιὼν τοίνυν καὶ γῆ διψῶσα πάλαι ἔρημος εἴη ἂν ἡ Ἐκκλησία· καὶ καρδία ἀσθενούντων, καὶ γλῶσσαι τραυλίζουσαι, αἱ τῶν πάλαι τὸν Θεὸν μὴ νοούντων, μηδὲ ὀρθὰ λαλούντων ἐθνῶν, οἷς ἐπαγγέλλεται τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολήν. Τούτοις ἐπιλέγει·

VERS. 3, 4. « Et non erunt amplius confidentes in hominibus: sed aures ad audiendum dabunt, et cor infirmorum attendet, ut audiat: et linguæ balbutientium cito discent loqui pacem. » Sion itaque et terra sitiens olim deserta, Ecclesia fuerit: et cor infirmorum, et linguæ balbutientes, gentium fuerint, quæ olim nec Deum noverant, nec recte loquebantur, quibus conversionem ad meliora pollicetur. His subjungit:

« Καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εἴπωσι τῷ μωρῷ ἄρχειν· » ὥσπερ οὖν πρότερον ἐποίουν, ὅτε τοῖς ὡς ἀληθῶς μωροῖς διδασκάλοις αὐτῶν ἐπέτρεπον τὰς ἑαυτῶν ψυχάς· ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, ὧν ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν. Τοιοῦτος δὲ ἦν πᾶς ὁ τὴν σοφίαν ἐπαγγελλόμενος τοῦ αἰῶνος τούτου. « Καὶ οὐκέτι μὴ εἴπωσιν οἱ ὑπηρέται σου, Σίγα. »

VERS. 5. « Neque amplius dicent stulto, ut imperet: » quemadmodum olim agebant, cum animas D suas stultis vere magistris concredebant: erant porro ii sapientes hujus sæculi, quorum Deus sapientiam infatuavit. Talis erat quisquis sapientiam hujus sæculi profitebatur. « Neque amplius dicent servi tui, Tace. »

« Ὁ γὰρ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει, τοῦ συντελεῖν ἄνομα, καὶ λαλεῖν πρὸς Κύριον πλάνησιν, τοῦ διασπεῖραι ψυχὰς πεινώσας, καὶ τὰς ψυχὰς τὰς διψώσας κενὰς ποιήσει. Ἡ γὰρ βουλὴ τῶν πονηρῶν ἄνομα βουλεύεται, καταφθεῖραι ταπεινοὺς ἐν λόγοις ἀδίκοις, καὶ διασκεδάσαι λόγους ταπεινῶν ἐν κρίσει. » Μωρὰ δὲ ταῦτα γὰρ πάντα πάλαι ἔπραττον οἱ πάλαι μωροὶ ἄρχοντες τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἡ βουλὴ αὐτῶν πονηρὰ οὖσα ἄνομα ἐβου-

VERS. 6, 7. « Nam stultus stulta loquetur, et cor ejus vana cogitabit ad perficiendum iniqua, et loquendum errorem ad Dominum, ut dispergat animas esurientes, et animas sitientes vacuas faciet. Consilium enim malorum iniqua cogitabit, ad interficiendum humiles in sermonibus iniquis, et ad dissipanda verba humilium in judicio. » Hæc quippe stulta omnia olim agebant illi olim stulti principes hominum: et consilium eorum malum iniqua deli-

berabat, ut sermonibus suis humilium animas perderet.

Vers. 8. « Pii autem prudentia consilia inierunt: et hoc consilium manebit. » Queis significantur apostoli Servatoris nostri, in principio salutis ab se datæ, quæ ut probe dirigeretur, rex justus datus est.

Vers. 9. « Mulieres divites, surgite, et audite vocem meam: filiæ, in spe audite sermones meos. » Nunc proponit, ad lacrymas, fletum et luctum provocare eos, quod ex sua erga Deum incredulitate a Dei gratia exciderint: eorum autem emollitos et effeminatos animos vituperans, mulieres nuncupat. Aiunt porro hac prophetia synagogas ipsorum indicari. Hortatur itaque illos, ut ne supine et perfunctorie dictis attendant; sed pervigili et composito animo. Fortasse dixeris, per priores illas mulieres significari priscos illos Judæorum conventus, ac multitudinem ibi congregatam; per filias vero, posterioribus temporibus nascituras, eorum synagogas.

Vers. 10. « Diei anni memoriam facite in dolore cum spe: consumpta est vindemia, cessavit semen, et non amplius veniet. » Annum porro vocat propheticus sermo, tempus prædicationis evangelicæ, quo Salvator et Dominus noster, cum hominibus versans et docens prædicavit. Id vero declarat deinde cum ex persona Dei sic loquitur: « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me; prædicare captivis dimissionem, et cæcis visus restitutionem, vocare annum Domini acceptabilem [31]. »

Vers. 11. « Obstupescite, contristemini confidentes, exuite vos, nudæ estote: accingite saccis lumbos vestros. » Illa, inquit, quæ secundum Deum est, tristitia vos compungat, et a pristina incredulitate discedite, pœnitentiæque vos date. Nam ea quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam ad salutem nulli pœnitentiæ obnoxiam, operatur.

Vers. 12, 13. « Et super mammas tundite vos, propter agrum desiderii, et vineam germinis: terra populi mei, spina et fenum proferet, et ex omni domo lætitia auferetur. » Id vero superius declarabat his verbis, « Et exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas, » quas spinas mox explicans ait: « Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem; et non justitiam, sed clamorem. » De his itaque planctum edere jubebat, maxime ob intentatas minas.

Vers. 14. « Urbs opulenta, domus derelictæ, divitias civitatis relinquent, domos desiderabiles. Et erunt pagi speluncæ usque in sæculum, lætitia onagrorum, pascua pastorum. » Quis advenas cernens Hierosolymæ incolas, ipsosque idololatras variis ex gentibus congregatos, non merito dicat,

[31] Isa. LXI, 1.

(39) Forte leg. παρουσης. Edit.

A λεύετο, εἰς τὸ καταφθεῖραι τοῖς ἑαυτῶν λόγοις τοὺς τὰς ψυχὰς ταπεινούς.

« Οἱ δὲ εὐσεβεῖς συνετὰ ἐβουλεύσαντο· καὶ αὕτη ἡ βουλὴ μενεῖ. » Δι' ὧν σημαίνονται οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς σωτηρίας αὐτοῦ, καὶ τὸ ἡγεῖσθαι αὐτῆς, δίκαιος δεδώρηται βασιλεύς.

« Γυναῖκες πλούσιαι, ἀνάστητε, καὶ ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου· θυγατέρες, ἐπ' ἐλπίδι ἀκούσατε τοὺς λόγους μου. » Διὰ τῶν προκειμένων προσφωνεῖ παρακελευόμενος ἀποκλαίεσθαι καὶ κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν, ὡς ἂν ἐκπέσοιεν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἀπιστίαν αὐτῶν· διαβάλλων δὲ τὸ ἄνανδρον τῆς ψυχῆς αὐτῶν καὶ τὸ τεθηλυμένον, γυναῖκας αὐτοὺς ἀποκαλεῖ. Φασὶ δὲ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν δη-
B λοῦσθαι διὰ τῆς φασκούσης (39) προφητείας. Παρακελεύεται τοίνυν ὁ λόγος αὐτοῖς μὴ ὑπτίως, μηδὲ παρέργως προσέχειν τοῖς λεγομένοις, διεγηγερμένως δὲ καὶ συντεταγμένως. Εἴποις δ' ἂν τὰς μὲν πρώτας γυναῖκας σημαίνειν τὰς ἐπὶ τῶν παλαιῶν χρόνων παρὰ Ἰουδαίοις συνόδους, καὶ τὰ πλήθη τὰ ἐν αὐτοῖς συναγόμενα· τὰς δὲ θυγατέρας ἐν τοῖς ὑστέροις χρόνοις ὑποστησομένας, τὰς αὐτῶν συναγωγάς.

« Ἡμέρας ἐνιαυτοῦ μνείαν ποιήσασθε ἐν ὀδύνῃ μετ' ἐλπίδος· ἀνήλωται ὁ τρύγητος, πέπαυται ὁ σπόρος, καὶ οὐκέτι μὴ ἔλθῃ. » Ἐνιαυτὸν δὲ καλεῖ ὁ προφητικὸς λόγος τὸν χρόνον τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελικοῦ, καθ' ὃν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν συνὼν ἀνθρώποις ἐκήρυξε διδάσκων. Καὶ τοῦτο δηλοῖ
C ἀπὸ τοῦ ἑξῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. »

« Ἐκστητε, λυπήθητε αἱ πεποιθυῖαι, ἐκδύσασθε, γυμναὶ γένεσθε· περιζώσασθε σάκκους τὰς ὀσφύας ὑμῶν. » Ἁψάσθω, φησὶν, ὑμῶν ἡ κατὰ Θεὸν λύπη, καὶ τῆς προτέρας ἀπιστίας ἔκστητε ἐπιδοῦναι ἑαυτὰς εἰς μετάνοιαν. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.

« Καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν κόπτεσθε, περὶ ἀγροῦ ἐπιθυμήματος, καὶ ἀμπέλου γεννήματος. Ἡ γῆ τοῦ λαοῦ μου, ἄκανθα καὶ χόρτος ἀναβήσεται, καὶ ἐκ πάσης
D οἰκίας εὐφροσύνη ἀρθήσεται. » Τοῦτο δὲ ἐδήλου διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰπών· « Καὶ ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· » καὶ ταύτας διερμηνεύων ἐπήγαγε λέγων· « Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. » Ἐπὶ τούτοις τοιγαροῦν κόπτεσθαι παρεκελεύετο, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιφερομένην ἀπειλήν.

« Πόλις πλουσία, οἶκοι ἐγκαταλελειμμένοι, πλοῦτον πόλεως ἀφήσουσιν, οἴκους ἐπιθυμητούς. Καὶ ἔσονται αἱ κῶμαι σπήλαια ἕως τοῦ αἰῶνος, εὐφροσύνη ὄνων ἀγρίων, βοσκήματα ποιμένων. » Τίς δὲ, ὁρῶν μετοίκους ἄνδρας οἰκοῦντας τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἰδωλολάτρας τε ἐκ διαφόρων ἐθνῶν συνειλεγμένους, οὐχ

ἂν εὐλόγως εἴποι ὄνους ἀγρίους, καὶ διαφόρους ἀγέλας καταβόσκεσθαι αὐτήν. Διὸ λέλεκται· « Εὐφροσύνη ὄνων ἀγρίων, βοσκήματα ποιμένων. » Διὰ ταῦτα τοιγαροῦν προσέταξεν ὑμῖν ὁ λόγος ἰσχυρὸν ποιεῖσθαι κοπετὸν, καὶ τῷ θρήνῳ παραμένειν ἐπὶ τοσοῦτον.

« Ἕως ἂν ἐπέλθοι ἐφ' ὑμᾶς Πνεῦμα ἀφ' ὑψηλοῦ. » Τοῦτο δὲ ἦν περὶ οὗ ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀπέρχομαι, καὶ ἀποστελῶ ὑμῖν τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· » καὶ πάλιν· « Ἕως ἂν λάβητε ἐξ ὕψους δύναμιν. » Ἐπεὶ τοίνυν « Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται, » καὶ, « Μακάριοι οἱ κλαίοντες, ὅτι γελάσουσιν· » εἰκότως ταῖς προλεχθείσαις, αἳ διὰ θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ κοπετοῦ τὴν μετάνοιαν ἐνεδείξαντο, ἐπαγγελίαν δίδωσιν ἀγαθὴν τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος.

« Καὶ ἔσται ἔρημος ὁ Χερμὲλ, καὶ ὁ Χερμὲλ εἰς δρυμὸν λογισθήσεται· καὶ ἀναπαύσεται ἐν τῇ ἐρήμῳ κρίμα, καὶ δικαιοσύνη ἐν τῷ Καρμήλῳ κατοικήσει. » Λίβανος μὲν τὸ ὄρος τὸ ἐπὶ τῆς Φοινίκης ἐδήλου τὰ ἔθνη· Κάρμηλος δὲ τὸ ὄρος τὸ ὑπὸ Ἰουδαίοις ὂν πρότερον τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν, ὅθεν καὶ ἑρμηνεύεται ὁ Χερμὲλ, δηλαδὴ Κάρμηλος, « Ἐπίγνωσις περιτομῆς. » Τὸν Λίβανον τοίνυν, τὸν ἀλλόφυλον καὶ ἀλλογενῆ λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν μεταβληθέντα, ἔσεσθαί φησιν, ὁποῖος ἦν ὁ πάλαι παρὰ τῷ Θεῷ τετιμημένος λαὸς ὁ ἐκ περιτομῆς· αὐτὸν δὲ τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν, Χερμὲλ ἢ Κάρμηλον ὀνομαζόμενον, εἰς δρυμὸν λογισθήσεσθαι. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας σημαίνει φάσκων ὁ λόγος κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Καὶ ἔσται ἡ ἔρημος εἰς Κάρμηλον· » ὡς γὰρ ἐκεῖ ὁ Λίβανος εἰς Κάρμηλον ἐλέγετο μεταβάλλεσθαι, οὕτως ἐνταῦθα ἡ ἔρημος, ἵνα ᾖ ταὐτὸν καὶ ἔρημος ὁ Λίβανος, οὕτω δηλουμένης τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, ἥτις μεταβέβληται εἰς Κάρμηλον. Ὥσπερ γὰρ ἦν πάλαι πρότερον « μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ· » ὅ τε Κάρμηλος ἦν ἐπίγνωσιν ἔχων περὶ ταύτης· οὕτως ὁ Λίβανος καὶ ἡ πάλαι ἔρημος, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλοῦσα, γέγονε μερὶς τοῦ Θεοῦ· ὡς αὖ πάλιν ὁ Κάρμηλος εἰς δρυμὸν ἐλογίσθη. Δρυμὸς δέ ἐστι χωρίον φυτῶν ἀγρίων καὶ ἀκάρπων πλῆρες· διὸ σύνηθες τῇ θείᾳ Γραφῇ τὰ ἔθνη τὰ τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότα, δρυμὸν ὀνομάζειν, ὡς πολλάκις ἀπεδείξαμεν.

« Καὶ ἔσται τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης εἰρήνη, καὶ κρατήσει ἡ δικαιοσύνη ἀνάπαυσιν, καὶ πεποιθότες ἕως τοῦ αἰῶνος. Καὶ κατοικήσει ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐν πόλει εἰρήνης, καὶ ἐνοικήσει πεποιθὼς, καὶ ἀναπαύσονται μετὰ πλούτου. » Ἀντὶ γὰρ τῆς καθαιρεθείσης πόλεως τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ γαυριώσης, ἑτέραν τῷ Θεῷ συστήσεσθαι πόλιν, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πολίτευμα, θεσπίζει. Βέβαιον γὰρ τῶν εἰς Θεὸν πεπιστευκότων τὸ φρόνημα. Πόλιν εἰρήνης τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς λέγει· « Ἡ γὰρ ἄνω, φησὶ, Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶ, μήτηρ πάντων ἡμῶν. »

A onagros diversosque greges ipsam depascere? Quamobrem dicitur : « Lætitia onagrorum, pascua pastorum. » Ideo planctum magnum vos edere jubet, et in luctu perseverare.

VERS. 15. « Donec veniat in vos Spiritus ex alto. » Ille autem erat de quo Salvator hæc protulit : « Ecce ego vado, et mittam vobis Paracletum, Spiritum veritatis [33] ; » iterumque : « Donec accipiatis virtutem ex alto [34]. » Quia igitur « Beati qui lugent, quoniam consolabuntur, » et, « Beati qui flent, quoniam ridebunt [35]; » jure prædictis mulieribus, quæ fletu, lacrymis et planctu pœnitentiam præferebant, promissionem confert bonam per Spiritum
B afferendam.

VERS. 16. « Et erit desertum Chermel, et Chermel in saltum reputabitur : et requiescet in deserto judicium, et justitia in Carmelo habitabit. » Libanus mons Phœniciæ imminens, gentes significabat, Carmelus autem mons, qui antehac Judæorum erat, populum ex circumcisione : unde Chermel, sive Carmelus, ita vertitur : *Cognitio circumcisionis.* Libanum ergo, videlicet alienigenam et extraneum populum ex gentibus conversum, talem futurum ait, qualis erat ille olim populus ex circumcisione, apud Deum honoratus, ipsum vero populum ex circumcisione, qui Chermel aut Carmelus dicitur, in saltum reputandum fore. Quod ipsum indicat præsentis loci interpretatio secundum Sym-
C machum, quæ sic habet : « Et erit desertum in Carmelum. » Quemadmodum enim ibi Libanus in *Carmelum* vertendus dicebatur ; sic et hoc loco *desertum* ; ut idem sit quod desertum Libanus, quo indicatur Ecclesia ex gentibus, quæ mutata est in Carmelum. Quemadmodum enim prius erat « portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel [36], » et Carmelus in cognitionem ejus venerat ; sic et Libanus, et illud olim desertum in meliorem conditionem mutatum, factum est portio Dei ; ut e contrario Carmelus in saltum reputatus est. Saltus porro locus est agrestibus et infructuosis arboribus repletus : quapropter mos est Scripturæ divinæ gentes, quæ Deum non norunt, saltus
D nuncupare, ut plerumque commonstravimus.

VERS. 17, 18. « Et erunt opera justitiæ pax, et obtinebit justitia requiem, et confidentes erunt usque in æternum. Et habitabit populus ejus in urbe pacis, et inhabitabit confidens, et requiescent cum divitiis. » Nam pro magna et tripudiante urbe jam deleta, aliam Deo constituendam urbem, sive catholicam Ecclesiam, a terminis usque ad terminos terræ pertingentem, et pium in illa vitæ institutum, vaticinatur. Firma quippe est eorum, qui in Deum credunt, mens et sententia. Civitatem pacis vocat illam quæ in cœlis est : nam « illa, inquit, quæ sursum est Jerusalem, libe-

[33] Joan. XV, 26. [34] Luc XXIV, 49. [35] Matth. V, 5. [36] Deut. XXXII, 9.

ra est, mater omnium. nostrum [37]. » Urbem autem securitatis vocat varias illas mansiones : nam apud Patrem, inquit [38], mansiones multæ, quæ divitias nunquam expilandas servant. Etenim « Thesaurizate, inquit [39], ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, neque fures effodiunt et furantur. »

VERS. 19, 20. « Grando autem si descenderit, non ad vos veniet. Et erunt qui habitant in saltibus confidentes, sicut qui in planitie. Beati qui seminant super omnem aquam, ubi bos et asinus calcant. » Hic beatos prædicat apostolos Salvatoris nostri, et primos Evangelii præcones, qui et Judæis et Græcis prædicarunt, ac semen suum conjecerunt in omnem hominem, Judæum primo, deinde Græcum : bos enim, utpote mundum animal, populus ex circumcisione, patrum suorum causa, vocatur; asinus autem, utpote impurus, dicitur populus ex patribus idololatris progenitus. Quoniam igitur in Judæos primum, deinde in Græcos evangelicum semen apostoli Salvatoris nostri jaciebant; jure dicitur : « Beatus qui seminat super omnem aquam, ubi bos et asinus calcant. » Hic porro per aquam subindicat divinam Scripturam, quæ a Judæorum et gentilium populo calcatur.

CAPUT XXXIII.

VERS. 1. « Væ iis qui vos miseros faciunt, sed nemo vos miseros facit : et qui reprobat vos, non reprobat : capientur reprobantes et tradentur, et quasi tinea in vestimento, sic superabuntur. » His consimilia sunt ea, queis Salvator discipulos suos alloquebatur : « Qui vos spernit, me spernit, » et vos non læditmini, et, « qui me spernit, spernit eum, qui misit me [40]. » Nam cum duo, ut quispiam dixerit, in tempore persecutionis ordines sint, alius agentium, patientium alius; beatus est qui patitur, sed non agit; infelix vero qui agit, sed non patitur.

VERS. 2. « Domine, miserere nostri, in te enim confidimus. Factum est semen incredulorum in perditionem; salus autem nostra in tempore tribulationis. » Ex persona apostolorum orationem emittit : eorum quippe semen, qui evangelicæ prædicationi non crediderunt, perniciei traditum est : nostra vero salus tu ipse es, o Domine, qui nobis ades in tempore tribulationis.

VERS. 3. « Propter vocem timoris tui sedibus moti sunt populi a timore tuo, et dispersæ sunt gentes. » Id dicitur de iis qui sacræ prædicationi fidem non habuerunt. Significat autem Judaicæ gentis obsidionem, et quod, ingruente ipsis hostium multitudine, ex terra sua pulsi, et inter gentes dispersi sint.

VERS. 4. « Nunc autem congregabuntur spolia vestra, parvi et magni, tanquam si quis congreget locustas, sic illudent vobis. » His quam invalidus et quam expugnatu facilis Judaicus populus esset declarat : ac multitudinem eorum locustis comparans,

A Πόλιν δὲ ἀμεριμνίας καὶ τὰς διαφόρους λέγει μονάς· πολλαὶ γάρ, φησὶ, μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου, ἔχουσι δὲ καὶ τὸν πλοῦτον τὸν ἄσυλον. « Θησαυρίζετε γὰρ, φησὶν, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις οὐκ ἀφανίζει, οὐδὲ κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσιν. »

« Ἡ δὲ χάλαζα, ἐὰν καταβῇ, οὐκ ἐφ' ὑμᾶς ἥξει. Καὶ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν τοῖς δρυμοῖς πεποιθότες, ὡς οἱ ἐν τῇ πεδινῇ. Μακάριοι οἱ σπείροντες ἐπὶ πᾶν ὕδωρ, οὗ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ. » Μακαρίζει δὲ διὰ τούτων τοὺς ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τοὺς πρώτους κήρυκας τοῦ Εὐαγγελίου, τοὺς καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι κηρύξαντας, καὶ τὸν σπόρον αὐτῶν καταβαλομένους ἐπὶ πάντα ἄνθρωπον Ἰουδαῖόν τε πρῶτον καὶ Ἕλληνα· βοῦς γὰρ διὰ B τοὺς πατέρας, ὡσανεὶ καθαρὸν ζῶον, ὁ ἐκ περιτομῆς λαὸς ὠνόμασται· ὄνος δὲ, ὡσανεὶ ἀκάθαρτος, ὁ ἐκ πατέρων εἰδωλολατρῶν λαός. Ἐπεὶ τοίνυν Ἰουδαίοις πρώτως, ἔπειτα Ἕλλησι τὸν εὐαγγελικὸν κατεβάλλοντο σπόρον οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι, εἰκότως εἴρηται· « Μακάριος ὁ σπείρων ἐπὶ πᾶν ὕδωρ, οὗ βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ. » Ὕδωρ δὲ ἐνταῦθα ᾐνίξατο τὴν θεόπνευστον Γραφὴν, ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ πατουμένην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

« Οὐαὶ τοῖς ταλαιπωροῦσιν ὑμᾶς, ὑμᾶς δὲ οὐδεὶς ποιεῖ ταλαιπώρους· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς οὐκ ἀθετεῖ· ἁλώσονται οἱ ἀθετοῦντες καὶ παραδοθήσονται, καὶ ὡς σὴς ἐφ' ἱματίου, οὕτως ἡττηθήσονται. » Τούτοις ἀδελφὰ τυγχάνει τὰ δι' ὧν ὁ Σωτὴρ τοῖς ἑαυτοῦ μα- C θηταῖς ἔλεγεν· « Ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν ἐμὲ ἀθετεῖ, » καὶ οὐκ ἀδικεῖσθε ὑμεῖς, καὶ, « Ὁ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. » Δύο γὰρ ὄντων ταγμάτων, ὡς ἂν εἴποι τις, κατὰ τοὺς καιροὺς τῶν διωγμῶν, τῶν μὲν δρώντων, τῶν δὲ πασχόντων, μακάριος ἂν εἴη ὁ πάσχων, ἀλλὰ μὴ δρῶν· ἄθλιος δὲ ὁ δρῶν, ἀλλὰ μὴ πάσχων.

« Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς· ἐπὶ σοὶ γὰρ πεποίθαμεν. Ἐγενήθη τὸ σπέρμα τῶν ἀπειθούντων εἰς ἀπώλειαν· ἡ δὲ σωτηρία ἡμῶν ἐν καιρῷ θλίψεως. » Ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων τὴν εὐχὴν ἀναπέμπει· τῶν μὲν γὰρ ἀπειθησάντων τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι τὸ σπέρμα παρεδόθη ἀπωλείᾳ· ἡμῶν δὲ σωτηρία σὺ αὐτὸς τυγχάνεις, ὦ Κύριε, παριστάμενος ἡμῖν ἐν D καιρῷ θλίψεως.

« Διὰ φωνὴν τοῦ φόβου σου ἐξέστησαν λαοὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου, καὶ διεσπάρησαν τὰ ἔθνη· » περὶ τῶν ἀπιστησάντων τῷ ἱερῷ κηρύγματι. Σημαίνει δὲ τὴν πολιορκίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ὡς πολυπληθείας πολεμίων ἐπελθούσης αὐτοῖς ἐξέστησαν τῆς ἑαυτῶν γῆς, καὶ διεσκορπίσθησαν εἰς τὰ ἔθνη.

« Νῦν δὲ συναχθήσεται τὰ σκῦλα ὑμῶν, μικροῦ καὶ μεγάλου, ὃν τρόπον ἐάν τις συναγάγῃ ἀκρίδας, οὕτως ἐμπαίξουσιν ὑμῖν. » Τὸ εὐχείρωτον καὶ εὐάλωτον τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ παριστὰς, τό τε πλῆθος αὐτῶν ἀκρίσι παραβάλλων, σημαίνει ὡς οἱ πολέμιοι

[37] Gal. IV, 26. [38] Joan. XIV, 2. [39] Matth. VI, 19. [40] Luc. X, 16.

ἀντὶ παιγνίου αὐτοὺς ἕξουσιν, οὐ μόνον τὰ σκῦλα αὐτῶν διαρπάξοντες μικροῦ καὶ μεγάλου, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἐμπαίζοντες. Ταῦτα περὶ τούτων εἰπὼν, μεταβαίνει ἐπὶ τὸ τάγμα τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἐφ' ᾧ καὶ δοξάζει τὸν Θεὸν λέγων·

« Ἅγιος ὁ Θεὸς ὁ κατοικῶν ἐν ὑψηλοῖς· ἐνεπλήσθη Σιὼν κρίσεως καὶ δικαιοσύνης. » Νοήσεις δὲ τὴν Σιὼν ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι κρίσεως καὶ δικαιοσύνης πεπληρῶσθαι αὐτήν. Ἐν δὲ τοῖς ἀνωτέρω ἐλέγετο· « Καὶ ἀναπαύσεται ἐν τῇ ἐρήμῳ κρῖμα καὶ δικαιοσύνη. » Τὴν ἀνωτέρω τοίνυν ἔρημον ὠνομασμένην νῦν Σιὼν ἀποκαλεῖ, οὕτω τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ σημαίνων. Αὕτη γὰρ ἦν ἡ πάλαι ἔρημος, ἐν ᾗ ἀνεπαύσατο κρῖμα καὶ δικαιοσύνη· διὸ καὶ εὐλογεῖται νῦν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐνεπλήσθη κρίσεως καὶ δικαιοσύνης.

« Ἐν νόμῳ παραδοθήσονται, ἐν θησαυροῖς ἡ σωτηρία ἡμῶν· ἐκεῖ σοφία καὶ ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια πρὸς τὸν Κύριον. Οὗτοί εἰσι θησαυροὶ δικαιοσύνης.» Νόμῳ γὰρ, δηλαδὴ εὐαγγελικῷ, οἳ (40) ἐν τῇ κοινῇ ταύτῃ Σιὼν παρεδόθησαν· ἐν ἐλπίσι γὰρ τοῖς ἁγίοις ἀπόκειται τὰ ἀγαθά. Ποίοις δὲ θησαυροῖς ἢ τοῖς ἀποκειμένοις ἐν οὐρανοῖς;

Ἰδοὺ δὲ ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν οὗτοι φοβηθήσονται, οὓς ἐφοβεῖσθε· βοήσονται ἀφ' ὑμῶν. » Ταῦτα πρὸς τοὺς ἀποστόλους εἴρηται· ἐπιπεσεῖται γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τοὺς ἀπίστους ὁ ὑμέτερος φόβος.

« Ἄγγελοι ἀποσταλήσονται πικρῶς κλαίοντες. Ἐρημωθήσονται γὰρ αἱ τούτων ὁδοί· πέπαυται ὁ φόβος τῶν ἐθνῶν, καὶ ἡ πρὸς τούτους διαθήκη αἴρεται, καὶ οὐ μὴ λογίσησθε αὐτοὺς ἀνθρώπους. Ἐπένθησεν ἡ γῆ, ᾐσχύνθη ὁ Λίβανος, ἕλη ἐγένετο ἡ Σάρων, φανερὰ ἔσται ἡ Γαλιλαία καὶ ὁ Χέρμελ. » Ὁ μὲν οὖν φιλάνθρωπος Θεὸς ἀγγέλους εἰρήνης ἀπέστειλε πρὸς τὸν Ἰουδαίων λαὸν, πικρῶς κλαίοντας καὶ παρακαλοῦντας ὑποδέξασθαι τὴν εὐαγγελικὴν αὐτοῖς εἰρήνην. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐδέξαντο αὐτοὺς, ἐπιφέρει φάσκων·

« Νῦν ἀναστήσομαι, λέγει ὁ Κύριος, νῦν δοξασθήσομαι, νῦν ὑψωθήσομαι· » τοῦ λόγου παριστῶντος σαφῶς ὀφθήσεσθαι τὸν Θεὸν αὐτοῖς. Τίσι δὲ αὐτοῖς, ἢ τοῖς θησαυρίσασιν ἑαυτοῖς τοὺς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς σοφίας θησαυρούς; Τούτοις γὰρ, φησὶν, ὀφθήσομαι· ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἷς ἐγὼ μὲν ὤφθην· οἱ δὲ ἔκραξαν ἐκτενῶς, ἄγγελοι ὄντες εἰρήνης· διὸ καὶ πικρῶς ἔκλαυσαν βοῶντες ἐν εὐχαῖς ἐκτενῶς ὑπὲρ τῆς ἀπωλείας τοῦ προτέρου λαοῦ. Ἦσαν γὰρ οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἄγγελοι, οἳ πικρῶς ἔκλαιον πενθοῦντες, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι μηδὲ πιστεύειν αὐτοῖς τοὺς δι' αὐτῶν κεκλημένους ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰρήνην.

« Νῦν ὄψεσθε, νῦν αἰσθήσεσθε· ματαία ἔσται ἡ ἰσχὺς τοῦ πνεύματος ὑμῶν· » ἡ διὰ Μωσέως αὐτοῖς παραδοθεῖσα, καὶ ὅτι οὐδεὶς οὐκέτι αὐτοὺς εἰς ἀνθρώπους λογιεῖται. « Πῦρ κατέδεται ὑμᾶς· » τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον παρουσίαν ἐπαγγελλόμενος, καθ' ἣν ὄψονται.

A significat ipsos ab inimicis ludibrio habendos esse: qui non modo tam parvi, quam magni eorum spolia diripient, sed etiam ipsis illudent. Hæc porro de iis locutus, ad Ecclesiam Dei pertransit, ubi Deum his verbis celebrat:

Vers. 5. « Sanctus Deus, qui habitat in excelsis: repleta est Sion judicio et justitia. » Sion quæ sit vel inde intelligas, quod dicatur illam judicio et justitia repletam esse. Superius autem dicebatur: « Et requiescet in deserto judicium et justitia. » Eam igitur, quæ superius desertum vocatur, jam Sion nuncupat; atque ita Ecclesiam Dei significat. Hæc quippe erat illa olim solitudo, in qua requievit judicium et justitia: quamobrem nunc Deus benedicitur, quia repleta est judicio et justitia.

B

Vers. 6. « In lege tradentur, in thesauris salus nostra: illic sapientia et scientia et pietas apud Dominum. Hi sunt thesauri justitiæ. » Legi enim, videlicet evangelicæ, qui in hac communi Sion habitant traditi sunt: sanctis quippe bona in spe recondita sunt; in quibus autem thesauris, nisi in iis qui in cœlis sunt repositi?

Vers. 7. « Ecce certe in timore vestro isti timebunt, quos timebatis: clamabunt a vobis. » Hæc apostolis dicuntur: incidet enim, ait, timor vestri in incredulos.

Vers. 8, 9. « Angeli mittentur amare flentes. Deserentur enim eorum viæ: cessavit timor gentium, et testamentum cum illis initum tollitur: nec reputabitis eos homines. Luxit terra; erubuit Libanus; palus facta est Saron, manifesta erit Galilæa et Chermel. » Clemens itaque Deus angelos pacis misit ad Judæorum populum, amare flentes, ac cohortantes ut evangelicam sibi pacem reciperent. Quoniam vero non receperunt eos, ita subjungit:

C

Vers. 10. « Nunc exsurgam, dicit Dominus, nunc glorificabor, nunc exaltabor. » His porro manifeste declaratur ipsis videndum Deum esse. Quibusnam, nisi iis, qui justitiæ et sapientiæ thesauros sibi compararunt? Ab ipsis, inquit, videbor: erant porro isti discipuli et apostoli Salvatoris nostri; a quibus, inquit, ego quidem visus sum; illi vero assidue clamabant, ut angeli pacis: quapropter amare flebant, clamoribus et orationibus assiduis prisci populi perniciem deplorantes. At enim apostoli Salvatoris nostri angeli erant, qui acerbis sese lacrymis dediderant, quod ii, qui ab se ad pacem Christi vocabantur, non obtemperarent, neque sibi fidem haberent.

D

Vers. 11. « Nunc videbitis, nunc sentietis: vana erit fortitudo spiritus vestri: » quæ ipsis a Moyse data fuerat, quia nemo ipsos in posterum homines reputabit. « Ignis devorabit vos, » his secundum et gloriosum adventum suum pollicetur, quo illi videbunt.

VERS. 1, 2. « Consolamini, consolamini populum meum, dicit Deus. Sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem : consolamini eam. » Quinam ii sint, qui populum consolari jubentur accurate disquirere operæ pretium fuerit : necnon quid sit cor Jerusalem, et quænam illa Jerusalem sit æstimanda, quæ ceu animal quoddam cor habeat. Nam hic animata et rationabilis esse declaratur, cum dicitur, « Lo-
D quimini ad cor Jerusalem. » Ac dici forte posset, Jerusalem populum ipsam incolentem significare, ut plerumque urbs pro populo dicitur; verum hic ipse quoque populus memoratur his verbis, « Consolamini populum meum; » ac postea seorsim subjungit, « Loquimini ad cor Jerusalem. » Quinam porro sint qui consolari jubentur, et quis populus ille, quem consolantur, quid item sit cor Jerusalem, jam expendendum est. Consolatores sane fuerint, qui Spiritum consolatorem acceperunt, nimirum apostoli, discipuli Salvatoris nostri, evangelistæ, et iis similes, quibus Servator dicebat : « Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum, Spiritum veritatis; » ac rursum : « Cum autem venerit Paracletus, Spiritus san-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

« Παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου, λέγει ὁ Θεός. Ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ· παρακαλέσατε αὐτήν. » Τίνες δέ εἰσιν οἷς ὁ λόγος παρακαλεῖν τὸν λαὸν προστάττει, ἄξιον ἐπιστῆσαι· τίς δὲ ἡ καρδία Ἱερουσαλὴμ, καὶ ποταπὴν χρὴ νοεῖν τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὥσπερ τι ζῶον καρδίαν ἔχουσαν. Ἔμψυχον γὰρ καὶ λογικὴν σαφῶς παρίστησιν αὐτὴν ὁ φήσας λόγος· « Λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. » Καὶ ἦν μὲν εἰπεῖν Ἱερουσαλὴμ τὸν λαὸν εἶναι τὸν ἐν αὐτῇ κατοικοῦντα, ὡς πολλάκις τὴν πόλιν ἀντὶ τῶν οἰκητόρων ὀνομαζομένην· νυνὶ δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ τοῦ λαοῦ μέμνηται λέγων· « Παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου· » καὶ πάλιν ἰδίως ἐπιφέρει τὸ, « Λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. » Τίνες οὖν εἰσιν οἱ παρακαλεῖν προσταττόμενοι, καὶ τίς ὁ παρακαλούμενος λαὸς, τί τε ἡ καρδία Ἱερουσαλὴμ, ὥρα διευκρινῆσαι. Οἱ μὲν οὖν παρακαλοῦντες εἶεν ἂν οἱ τὸ Πνεῦμα τὸ παράκλητον ὑποδεδεγμένοι, ἀπόστολοι δηλαδὴ καὶ μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ εὐαγγελισταὶ, καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι, πρὸς οὓς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· « Ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα μου, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα εἴη μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· » καὶ αὖθις· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ

Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατήρ A μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Πάντες τοιγαροῦν οἱ τὸ παράκλητον Πνεῦμα ὑποδεξάμενοι προστάττονται παρακαλεῖν τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' οὐ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τὸν Ἰακὼβ, οὐδὲ τὸν Ἰούδαν. Ὥσπερ δὲ ἀποδέδεικται, ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἡ καρδία Ἱερουσαλὴμ νοηθήσεται, τὸ κρεῖττον τάγμα τοῦ λαοῦ. Ὡς γὰρ ἐν σώματι ἡ καρδία τὸ κυριώτατόν ἐστι τοῦ παντὸς, οὕτω καὶ ἐν τῷ τῆς Ἐκκλησίας σώματι τὸ κυριώτατον τάγμα εἰκότως ἂν λεχθείη τὸ τῶν λογικωτέρων, φρονήσει τε καὶ διανοίᾳ καὶ λογισμῷ διαφερόντων. Ἐὰν τοίνυν λέγηται, « Λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ, » οὕτω δεκτέον τὸν λόγον, ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγε· « Λαλήσατε τοῖς ἐν τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ νοήμοσι καὶ λογικωτέροις. » Τούτοις μὲν οὖν λαλεῖν προστάττονται οἱ ἱερεῖς· τὸν δὲ λοιπὸν λαὸν B παρακαλεῖν, ὡς δεόμενον παρακλήσεως καὶ παραμυθίας.

« Ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς· λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς Κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. » Προσήκει δὲ λοιπὸν παρακλήσεως καὶ παραμυθίας αὐτὴν τυγχάνειν διὰ τὴν ἐπιλάμψασαν τῷ βίῳ τοῦ καινοῦ πάντων ἀνθρώπων Σωτῆρος ἐπιφάνειαν. Διπλῆν δὲ κόλασιν εἴποις ἂν ἐπεληλυθέναι τῇ καρδίᾳ Ἱερουσαλήμ· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν συναπήλαυον τοῖς κακοῖς τοῦ πλήθους οἱ δηλούμενοι, ὑπ' ἀλλοφύλοις ἔθνεσι ταπεινούμενοι, καὶ κατὰ διάνοιαν ἐκόλαζον ἑαυτοὺς, διὰ τὴν τοῦ πλήθους ἀναβολὴν πενθοῦντες καὶ ἀποκλαιόμενοι τὴν πτῶσιν καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν πολλῶν· C ἀλλὰ δεύτερον πολιορκηθεῖσα ἡ Ἱερουσαλὴμ, ὡς εἰς ἔδαφος κατενεχθῆναι τὸν ἐν αὐτῇ νεὼν, διπλῆν τιμωρίαν τῶν ἐν αὐτῇ τετολμημένων ἀσεβημάτων ὑπέμεινε.

« Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Σαφῶς παρίστησι μὴ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ γεγενῆσθαι τὰ θεσπιζόμενα, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου· λέγω δὴ τὸ ὀφθήσεσθαι τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὸ πάσῃ σαρκὶ γνωσθήσεσθαι τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπληροῦτο πρὸς ἱστορίαν καὶ λέξιν ἐπὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου κηρύσσοντος τὴν σωτήριον ἐπιφάνειαν Θεοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ Ἰορδάνου, ἐν ᾗ καὶ τὸ σωτήριον ὤφθη τοῦ Θεοῦ. Αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς, ἥ τε δόξα αὐτοῦ τοῖς πᾶσιν ἐγνώσθη, ὅτε βαπτισθέντος D αὐτοῦ, ἠνοίχθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς καταβὰν ἔμεινεν ἐπ' αὐτοῦ, φωνή τε ἠνέχθη πατρικὴ τῷ Υἱῷ μαρτυροῦσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε. » Ὡς γὰρ μέλλοντος ἐπιδημεῖν τῇ ἐρήμῳ καὶ τῇ ἐξ αἰῶνος ἀβάτῳ τοῦ Θεοῦ, ταῦτα ἐλέγετο. Ἦν δὲ τὰ ἔθνη πάντα ἔρημα Θεοῦ γνώσεως, καὶ ἄβατα πᾶσι τοῖς τοῦ Θεοῦ δικαίοις τε καὶ προφήταις ἀνδράσι. Διόπερ ἡ φωνὴ παρακελεύεται ὁδὸν εὐτρεπίζειν τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, καὶ τὴν ἄβατον καὶ τραχεῖαν ὁμαλὴν ποιεῖν, ἵν' ἐπιβῇ ἐπιδημήσας ὁ Θεὸς ἡμῶν. « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· » τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν

A ctus, quem mittet Pater meus, ille vos docebit omnia [60], » et cætera. Quotquot igitur Spiritum sanctum acceperunt, populum Dei consolari jubentur; sed non Israelem, non Jacobum, non Judam. Ut autem populum Dei intelligendum esse commonstratum est, ita et cor Jerusalem intelligatur oportet, pro populi scilicet ordine et parte præstantiore. Quemadmodum enim in corpore cor præstantissimum omnium est; ita et in Ecclesiæ corpore, præstantissima portio jure dicatur esse eorum, qui ratione, prudentia, mente et cogitandi vi cæteris antecellunt. Cum ergo dicitur, « Loquimini ad cor Jerusalem, » sic dictum accipias, ac si clarius ita loqueretur, « Loquimini iis e populo Dei, qui intelligentia et ratione præstantiores sunt. » Hos itaque B alloqui jubentur sacerdotes; residuum vero populum consolari præcipiuntur, utpote qui consolatione opus habeat.

« Quia repleta est humiliatio ejus: solutum est peccatum illius, quoniam suscepit de manu Domini duplicia peccata sua. » Par est ut demum consolationem obtineat, ob illucescentem toti humano generi novi Salvatoris adventum. Duplex vero supplicium cordi Jerusalem inflictum dicas: tum quia secundum historiam memorati homines ab alienigenis gentibus oppressi, in partem calamitatis populi veniebant; tum quia secundum mentem de multitudinis abjectione flentes ac multorum perniciem et exitium lugentes, sese macerabant: quin etiam se- C cundo obsessa Jerosolyma, ita ut templum ejus solo æquaretur, duplex scelerum ab se perpetratorum supplicium luit.

VERS. 3. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. » Aperte declarat ea, quæ in vaticinio feruntur, non Jerosolymæ, sed in deserto gerenda esse; nempe quod futurum sit, ut gloria Domini appareat, et salutare Dei in omnis carnis notitiam veniat Et hæc quidem secundum historiam et ad verbum, tunc impleta sunt, cum Joannes Baptista salutarem Dei adventum prædicavit in deserto Jordanis, ubi salutare Dei visum fuit. Nam tunc Christus ejusque gloria D omnibus innotuit, cum, ipso baptizato, aperti sunt cœli, et Spiritus sanctus in columbæ specie descendens, super eo insedit, paternaque vox delata est, Filio testimonium reddens, « Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite [61]. » Hæc quippe dicebantur, quia Deus in desertum, a sæculo impervium et inaccessum, adventurus erat. Erant porro gentes omnes Dei cognitione vacuæ, a quarum aditu omnes justi Dei ac prophetæ arcebantur. Quamobrem jubet vox illa, viam parare Dei Verbo, et inviam asperamque complanare, ut eo adveniens Deus noster progredi valeat. « Parate viam Domini; » ea est evangelica prædicatio, novaque consolatio,

[60] Joan. xiv, 16. [61] Matth. iii, 17.

quæ salutare Dei in omnium hominum notitiam venire exoptat.

Deinde vero, in profundo malitiæ depressas animas excitat, his additis verbis:

VERS. 4. « Omnis vallis implebitur. » Superbis vero illis animabus, quæ contra Dei cognitionem sese erigebant, contrarium eventurum esse docet. his verbis: « Et omnis mons et collis humiliabitur; » sed etiam, inquit, erunt « omnia tortuosa in rectam, et aspera in planities. » Hic asperam animam planam effici jubet, ut adventum Dei excipere valeat.

VERS. 5. « Et videbitur gloria Domini, et videbit omnis caro salutare Dei, quia Dominus locutus est. » Caro autem erant homines omnes, qui solummodo carnei, Spiritus sancti participes nullatenus erant. « Quia Dominus locutus est: » mentiri enim nequit is, qui promisit.

VERS. 6-8. « Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fenum, et omnis gloria hominis, sicut flos feni. Exaruit fenum, et flos decidit: verbum autem Dei nostri manet in æternum. » Hæc quippe universæ carnis natura est, necnon hominis imaginem terreni ferentis, videlicet corpus amantis, et secundum carnem viventis: nam perinde atque fenum terræ ac speciosi flores, ad breve tempus floret, et decore nitescit; nec diu postea, ob infirmam et fluxam naturam marcescit: quod his verbis Scriptura docet, « Exaruit fenum, et flos decidit. »

VERS. 9. « Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. » Hæc præmissorum sententiæ apprime conveniunt, atque opportune evangelistarum mentionem faciunt, et adventum Dei ad homines annuntiant, postquam de voce in deserto clamante sermo habitus est. Atenim prophetiam de Joanne Baptista, evangelistarum mentio congruenter sequebatur. Quænam igitur hæc Sion est, nisi quæ antea Jerusalem vocabatur? Nam et ipsa mons erat, quod declarat Scriptura illa quæ dicit: « Mons Sion hic, in quo habitasti [44]; » et Apostolus: « Accessistis ad Sion montem [45]. » Num forte chorus apostolicus ex prisco populo ex circumcisione delectus, hac ratione significatur? Hæc enim Sion et Jerusalem est, quæ salutare Dei accepit, quæ et ipsa monti Dei, videlicet unigenito Verbo ejus, sublimis imponitur: quam jubet, conscenso monte sublimi, salutare verbum annuntiare. Quis autem ille est, qui evangelizat, nisi evangelicus chorus? Quid est evangelizare? universis hominibus, et ante omnes, civitatibus Juda, Christi in terram adventum prædicare.

VERS. 10. « Attollite, nolite timere. Dic civitatibus

[44] Psal. LXXIII, 2. [45] Hebr. XII, 22.

A κήρυγμα, ἡ καινὴ παράκλησις αὕτη, ἡ πᾶσιν ἀνθρώποις γνωσθήσεσθαι τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἐπιζητοῦσα.

Εἶτα διεγείρει τὰς ἐν βάθει κακίας τεταπεινωμένας ψυχὰς, ἐπιλέγων·

« Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται. » Καὶ τὰς ὑπερηφάνους τε καὶ ὑπεραιρομένας κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ τὸ ἐναντίον πείσεσθαι διδάσκει λέγων· « Καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· » ἀλλὰ καὶ ἔσται, « Πάντα τὰ σκολιὰ, » φησὶν, « εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς πεδία. » Καὶ τὴν τραχεῖαν δὲ ψυχὴν ὁμαλὴν γίνεσθαι προστάττει, ὡς ἂν δεκτικὴ γένοιτο τῆς ἐπιβάσεως τοῦ Θεοῦ.

« Καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα B σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησε. » Σὰρξ δὲ ἦσαν οἱ αὐτοὶ μόνον σάρκινοι, καὶ οὐδαμῶς Πνεύματος ἁγίου μέτοχοι πάντες ἄνθρωποι. « Ὅτι Κύριος ἐλάλησεν· » ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.

« Φωνὴ λέγοντος, Βόησον. Καὶ εἶπα, Τί βοήσω; Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Αὕτη γοῦν ἐστι πάσης σαρκὸς φύσις καὶ τοῦ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φέροντος ἀνθρώπου, λέγω δὴ τοῦ φιλοσωμάτου καὶ τοῦ κατὰ σάρκα ζῶντος· ὁμοίως γοῦν τῷ χόρτῳ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι πρὸς βραχὺ θάλλει καὶ ὡραΐζεται, εἶτ' οὐκ εἰς μακρὰν ὑπὸ τῆς ἀστάτου καὶ ῥευστῆς φύσεως ἀπομα- C ραίνεται· ὅπερ διδάσκει ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν. »

« Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. Ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. » Σφόδρα καὶ ταῦτα τῇ τῶν προλεχθέντων ἕπεται διανοίᾳ, εὐκαίρως καὶ τῶν εὐαγγελιστῶν μνήμην ποιούμενα, καὶ παρουσίαν Θεοῦ ἀνθρώποις εὐαγγελιζόμενα, μετὰ τὰ περὶ τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ βοώσης φωνῆς. Εἵπετο γὰρ τῇ περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ προφητείᾳ ὁ περὶ τῶν εὐαγγελιστῶν τοῦ Σωτῆρος λόγος. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη ἡ Σιὼν, ἢ πάντως που ἡ διὰ τῶν ἔμπροσθεν Ἱερουσαλὴμ ὠνομασμένη; Καὶ αὕτη γὰρ ὄρος ἦν, ὃ δηλοῖ ἡ φάσκουσα Γραφή· « Ὄρος Σιὼν τοῦτο ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ· » καὶ ὁ Ἀπόστολος· « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει. » D Καὶ μήποτε νῦν ὁ χορὸς ὁ ἀποστολικὸς, ὁ ἐκ τοῦ προτέρου λαοῦ, ὁ ἐκ περιτομῆς ἐξειλεγμένος, τοῦτον σημαίνεται τὸν τρόπον; Αὕτη γάρ ἐστι Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἡ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ παραδεδεγμένη, ἐπηρτημένη τις οὖσα καὶ αὕτη τῷ ὄρει τοῦ Θεοῦ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ· ᾗ προστάττει εὐαγγελίζεσθαι ἀνελθούσῃ ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν, αὐτὸν τὸν σωτήριον λόγον. Τίς δὲ ὁ εὐαγγελιζόμενος, ἢ ὁ εὐαγγελικὸς χορός; Τί δὲ εὐαγγελίζεσθαι; κηρύττειν πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐπὶ γῆς παρουσίαν, καὶ πρὸ πάντων ταῖς πόλεσιν Ἰούδα.

« Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. Εἶπον ταῖς πόλεσιν

Ἰούδα· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν· » λέγω δὴ ταῖς Ἰουδαίαις συναγωγαῖς, ὡς ἄρα εἴη ἐληλυθὼς ὁ πάλαι ἥξειν καὶ ἐπιδημήσειν ἀνθρώποις διὰ τῶν προφητῶν κηρυττόμενος Θεὸς, καὶ αὐτὸς Κύριος, ὁ ἐκ μακροῦ προσδοκώμενος αὐταῖς.

« Ἰδοὺ Κύριος, Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας· » ὡς εἰ σαφέστερον ἔλεγεν, μετὰ δεσποτικῆς κυρίας καὶ αὐθεντίας. « Ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ. » Ταῦτα μὲν περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καθ' ἣν ἥξει ἐν δόξῃ ἀποδώσων ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τοῦτο μὲν οὖν ὡς δεσπότης καὶ Κύριος ποιήσει μετὰ ἰσχύος καὶ μετὰ τοῦ καλουμένου βραχίονος αὐτοῦ.

« Ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. » Κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ πάροδον ἐπληροῦτο, ἐν ᾗ, « κενώσας ἑαυτὸν, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, » ἐποίμαινε τὸ ποίμνιον αὐτοῦ· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « τὴν ἀγέλην αὐτοῦ ἔβοσκεν. » Οὐ γὰρ ὡς Κύριος μετὰ ἰσχύος, οὐδ' ὡς βραχίων μετὰ τῆς οἰκείας κυρίας καὶ δεσποτείας· ἀλλ' ὡς ποιμὴν, φησὶ, ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. Ὃ δὴ καὶ ἐμαρτύρει λέγων αὐτὸς ἐν Εὐαγγελίοις· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκουσί με τὰ ἐμά· καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. »

« Καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας, καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσει. » Ἄρνας δὲ τοὺς ἀρτιγενεῖς καὶ ἐν Χριστῷ ἀναγεννωμένους δηλοῖ (37). Καὶ ἄλλως δὲ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ αἱ ψυχαὶ κύουσαι καὶ ὠδίνουσαι τοὺς δι' αὐτῶν ἐν Χριστῷ ἀναγεννωμένους, παράκλητον αὐτὸν εἶχον· ὅπερ νοήσεις ἐξ ἑνὸς τοῦ λέγοντος· « Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Ὁρᾷς πῶς ὁ Παῦλος ὑπὲρ τῶν μαθητευομένων αὐτῷ εἶχεν ὠδῖνας· οὕτως οὖν καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι. Ὥσπερ γὰρ ἐν γαστρὶ κύουσι μητέρες, τοὺς δι' αὐτῶν ἐν Χριστῷ γεννωμένους ὤδινον, ὑπεραγωνιῶντες μήπου τις ἔκτρωμα γένηται ἀπολισθήσας καὶ ἐξαμβλωθεὶς τῆς ἐν Χριστῷ μορφώσεώς τε καὶ τελειώσεως. Διόπερ αὐτὸς ὁ προλεχθεὶς ποιμὴν παρακαλέσειν αὐτοὺς εἴρηται.

« Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; » Τῶν γὰρ σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου τὸ πᾶν ἀναθέντων αὐτοματισμῷ καί τινι συντυχίᾳ φυσικῇ εἱμαρμένης, ἀνάγκῃ ὁ παρὼν λόγος μηδὲν ὡς ἔτυχε τῶν ὄντων εἶναι, πάντα δὲ μέτρῳ καὶ ἀριθμῷ ὑπὸ τοῦ θεολογουμένου Κυρίου συνεστάναι παρίστησι. Τροπικῶς δὲ τοῖς παρ' ἡμῶν συνήθεσι μέτροις κέχρηται, ὡς ἂν ἐκ τῶν ἡμῖν γνωρίμων καὶ συνήθων ὀνομάτων εἰς ἔννοιαν ἀφικοίμεθα τῆς τῶν δηλουμένων διδασκαλίας. Εἶτ' ἐπειδήπερ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται, εἰκότως τὰ ἡμῖν ὑπερ-

Juda, Ecce Deus noster, » Judaicis videlicet synagogis, advenisse eum, quem olim prophetæ apud homines peregrinaturum annuntiabant, Deum, ipsumque Dominum, qui jamdiu ab illis exspectabatur.

« Ecce Dominus, Dominus cum fortitudine venit, et brachium ejus cum dominatione; » ac si apertius diceret, cum imperio et auctoritate. « Ecce merces ejus cum eo, et opus in conspectu illius. » Hæc quidem de secundo Christi adventu, quo cum gloria venturus est, redditurus unicuique secundum opera sua. Id igitur, utpote dominator et Dominus cum fortitudine et cum memorato brachio suo præstabit.

Vers. 11. « Sicut pastor pascet ovile suum. » Id in primo ejus adventu impletum est, quando « humilians semetipsum, et formam servi accipiens, » pascebat ovile suum, sive, secundum Symmachum, « gregem suum pascebat. » Non enim tanquam Dominus cum fortitudine, neque tanquam brachium proprio dominatu et auctoritate instructum; sed sicut pastor, ait, pascet gregem suum. Quod etiam ipse testificabatur in Evangeliis, hæc dicens: « Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et cognoscunt me meæ, et animam meam pono pro ovibus [44]. »

« Et brachio suo congregabit agnos, et prægnantes consolabitur. » Agnos, recens natos, et in Christo regeneratos appellat. Alio autem modo, apostolorum ipsius animæ prægnantes et parturientes eos, qui ipsorum opera in Christo regenerabantur, ipsum consolatorem habebant: quod ex unius testimonio intelligas, sic loquentis, « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis [45]. » Viden' quomodo Paulus pro discipulis suis dolores partus subierit; sic et reliqui apostoli. Quemadmodum enim matres in utero gestant, sic illi eos, qui ipsorum opera in Christo nascebantur, parturiebant, anxii ne quis abortivus esset, atque ex immaturo partu excideret a Christi conformatione et perfectione. Quapropter præfatus ille pastor ipsos consolaturus dicitur.

Vers. 12. « Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo, et omnem terram pugillo? Quis libravit pondere montes, et valles statera? » Nam cum sapientes hujus sæculi omnia spontaneo cuidam rerum motui ac fortuito naturali casui, et fato ascribant, necessario præsens sermo nullam rerum fortuito casu exsistere, sed omnia cum mensura et numero a Domino, qui Deus prædicatur, constituta fuisse declarat. Tropice vero, vulgarium apud nos mensurarum exemplo est usus; ut ex rebus nobis cognitis, et ex assuetis vocabulis, ad rei traditæ doctrinam accedamus. Deinde quoniam ex magnitudine et pulchritudine creaturarum, proportione quadam

[44] Joan. x, 14. [45] Galat. iv, 19.

(37) Hæc ita exprimit Hieronymus: « Possumus oves fetas apostolos et apostolicos viros, omnesque Ecclesiæ doctores dicere, qui salutem parturiunt plurimorum, et dicunt cum Apostolo: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* »

opifex dignoscitur, jure ea quæ penes nos maxima habentur, collata cum Deo extenuat, ad conditoris omnium notitiam nos evocans.

VERS. 13, 14. « Quis novit mentem Domini? et quis ejus consiliarius fuit, qui instruat eum? aut quem consuluit qui instruxerit eum? aut quis ostendit ei judicium, aut viam prudentiæ quis monstravit ei? » Quia enim interrogaverat, quis esset qui hæc exsistere fecisset, et quis cum mensura et pondere hæc adornasset, consequenter tradit neminem, nisi unam tantum omnibus incomprehensibilem mentem : quare subdit, « Quis novit mentem Domini? » quæ prædicta omnia condidit, quæ nullo egens consiliario, neque alicujus sententia usa, suapte sapientia, quæ nullatenus exsistebant ad essentiam traduxit.

VERS. 15, 16. « Si omnes gentes tanquam gutta situlæ, et tanquam momentum stateræ reputatæ sunt, tanquam saliva habebuntur. Libanus autem non sufficit ad comburendum, et omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum. » Quænam hæ gentes, nisi quæ Deum non noverunt, sed idololatriæ errori addictæ sunt? Quæ tanquam stilla situlæ, tanquam momentum stateræ, et tanquam saliva reputandæ dicuntur.

VERS. 17, 18. « Et omnes gentes quasi nihil sunt, et in nihilum reputabuntur. Cui assimilastis Dominum? et cui imagini eum assimilastis? » Quæ consequenter induxit, postquam Dei theologiam in medium attulit, et postquam gentibus enuntiavit, quantus esset is, qui aquam manu mensus est, palma cœlum, et terram omnem pugillo, quique montes pondere, et valles statera constituit. His itaque apposite confert errorem illum, quo gentes detinebantur : ab eoque illas avertens, ad notitiam ejus, qui Deus esse prædicatur, evocat.

VERS. 19-23. « Annon imaginem fecit faber, et aurifex conflato auro inauravit eam? similitudinem fecit eam? Lignum enim, quod non putrescat, eligit faber, et sapienter quæret quomodo statuat imaginem ex eo, et ut non commoveatur. Nonne scietis? nonne audietis? Annon annuntiatum est vobis a principio? non cognovistis fundamenta terræ : qui continet gyrum terræ, et habitatores ejus quasi locustæ. Qui statuit cœlum quasi fornicem, et extendit ut tabernaculum ad habitandum : qui dat principes ut nihilum ad imperandum : terram autem tanquam nihil fecit. » Etiamsi a patribus eruditi non estis; at vel nunc saltem ad sapientiam revocati, ejus ope ediscite, quis sit qui continet fundamenta terræ. Nam si non potuistis, inquit, mentem ad cœlum erigere; at saltem in terram cogitationes et ratiocinia vestra flectite, in iisque moramini. Quærite in quo illa fundetur, quis ille sit qui tantum elementum, immotum et inconcussum detinet. Quis, ait, est ille, qui tot gentes in terra disseminavit, ut locustis parvitatis corporeæ causa compararentur? Deinde sermonem e terra erigens, ad cœlestem fornicem, et ad

A μεγέθη τῇ τοῦ κρείττονος παραθέσει σμικρύνει, ἡμᾶς εἰς ἔννοιαν προσκαλούμενος τοῦ τὰ σύμπαντα συστησαμένου.

« Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιβᾷ αὐτόν; ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο, καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; ἢ τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; ἢ ὁδὸν συνέσεως τίς ἔδειξεν αὐτῷ; « Ἐπειδὴ γὰρ ἠρώτησε, τίς ὁ ταῦτα ὑποστησάμενος, καὶ τίς ὁ μέτρῳ καὶ σταθμῷ ταῦτα διαταξάμενος, ἀκολούθως ἀποδίδωσιν, ὡς οὐδεὶς ἢ εἷς μόνος ὁ τοῖς πᾶσιν ἀκατάληπτος νοῦς, διὸ ἐπιλέγει· « Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; » τὸν τῶν εἰρημένων ἁπάντων ποιητικὸν, ὃς οὔτε συμβούλου δεηθεὶς, οὔτε παρά τινος γνώμην λαβὼν, τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς ὑφεστῶτα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν.

B

« Εἰ πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, ὡς σίελος λογισθήσονται. Ὁ δὲ Λίβανος οὐχ ἱκανὸς εἰς καῦσιν, καὶ πάντα τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν. » Ποῖα δὲ ταῦτα ἢ τὰ τὸν Θεὸν μὴ εἰδότα, προστετηκότα δὲ τῇ πλάνῃ τῆς εἰδωλολατρείας; Ἃ δὴ καὶ ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ, καὶ ὡς σίελος λογισθήσεσθαι ἐλέγετο.

« Καὶ πάντα τὰ ἔθνη ὡς οὐδέν εἰσι, καὶ εἰς οὐθὲν ἐλογίσθησαν. Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον; καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; » Ἃ καὶ ἀκολούθως ἐπήγαγε μετὰ τὸ παραθέσθαι τὴν περὶ Θεοῦ θεολογίαν, κηρύξαι τε τοῖς ἔθνεσιν ὅσος ἦν ὁ μετρήσας
C
τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν δρακὶ, τά τε ὄρη σταθμῷ καὶ τὰς νάπας ζυγῷ συστησάμενος. Τούτοις γοῦν ἀναγκαίως παραβάλλει τὴν κατέχουσαν πλάνην τῶν ἐθνῶν, ἀποστρέφων αὐτῆς, ἀνακαλούμενος δὲ εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ θεολογουμένου.

« Μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων; ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτόν; ὁμοίωμα κατεσκεύασεν αὐτόν; Ξύλον γὰρ ἄσηπτον ἐκλέγεται τέκτων, καὶ σοφῶς ζητήσει πῶς στήσει εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἵνα μὴ σαλεύηται. Οὐ γνώσεσθε; οὐκ ἀκούσεσθε; Οὐκ ἀνηγγέλη ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν; οὐκ ἔγνωτε τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐτῇ ὡς ἀκρίδες· ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν· ὁ διδοὺς ἄρχοντας
D
ὡς οὐδὲν ἄρχειν, τὴν δὲ γῆν ὡς οὐδὲν ἐποίησε. » Εἰ καὶ μὴ ἐκ πατέρων ἐδιδάχθητε, ἀλλὰ νῦν γοῦν σωφρονισθέντες, ὠφελήθητε, καὶ μάθετε τίς ποτέ ἐστιν ὁ κατέχων τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Εἰ γὰρ μὴ ἠδύνασθε, φησὶν, εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν διάνοιαν ἐπαίρειν, ἀλλ' ἐπιστήσατε, φησὶν, ἐν τῇ γῇ ἐμποιεῖσθαι τὰς διατριβάς. Ἐπὶ τίνος τε ἥδρασται ζητήσατε, καὶ τίς ἐστιν οὗτος, ὁ τὸ τοσοῦτον στοιχεῖον ἀκλινές τε καὶ ἀσάλευτον διακρατῶν. Τίς δὲ, φησὶν, ἐστὶν ὁ καὶ τὰ τοσαῦτα σπείρας ἐπὶ τῆς γῆς ἔθνη, ὡς παραβάλλεσθαι αὐτὰ σμικρότητος ἕνεκα τῶν σωμάτων ἀκρίσιν; Εἶτα, πάλιν ἀναβὰς ἀπὸ τῆς γῆς τῷ λόγῳ, τὴν ἁψῖδα τὴν οὐράνιον, τό τε ὑπὲρ γῆν ἡμισφαίριον, καμάρας δίκην ἐπηωρημένον, τοῖς πᾶσιν ἀποθαυμάζειν, καὶ τὴν

συστησάμενον τὸν οὐρανὸν ἐννοῆσαι ὁπόσης ἐστὶ δυνάμεως, παρορμᾷ, λογίσασθαί τε, ὡς οὐκ ἀργῶς αὐτὸν ὑπεστήσατο σκηνῆς δίκην, ἄνωθεν μὲν ἐφηπλωμένον κατὰ τῶν εἴσω οὐρανοῦ πάντων, τοῖς δὲ ἐπέκεινα οὐρανοῦ ὑπεστρῶσθαι ἐνδιαίτημα, ὥσπερ δὲ τῆς σκηνῆς προυνόησεν, οὕτω καὶ τῶν εἴσω τῆς σκηνῆς οἰκούντων. Διόπερ κατὰ χρόνους καὶ καιροὺς τοῖς ἐν τῇ γῇ βιοῦσιν ἀνθρώποις ἄρχοντας ἐφίστησι, προνοησάμενος ἀρχόντων τοῖς ἀρχομένοις καταλλήλων. Διὸ ἐπιλέγει· « Διδοὺς ἄρχοντας εἰς οὐδὲν ἄρχειν. » Οὐδὲν δὲ ὀνομάζει τὸν θνητὸν βίον, ἢ καὶ τὴν γῆν αὐτήν· ὥσπερ οὖν διδάσκει φάσκων ἑξῆς· « Τὴν δὲ γῆν εἰς οὐδὲν ἐποίησε. » Ταῦτα πάντα περὶ τῶν κατὰ καιροὺς ἀρξάντων καὶ τυραννησάντων ἐπὶ τῆς γῆς εἴρηται, ὡς εἰς τοιοῦτο περιστησαμένων τέλος.

A hemisphærium, cameræ instar elatum omnibusque imminens, admirandum, et ad eum qui cœlum condidit (quantæ nempe sit virtutis), contemplandum invitat, et ad considerandum, non sine causa cœlum ab eo tabernaculi instar constitutum fuisse, superne quidem expansum, super omnia, quæ intra cœlum continentur; iis vero qui supra cœlum sunt substratum ad domicilium. Quemadmodum autem tabernaculo, ita et iis, qui intra tabernaculum sunt, providit. Quapropter variis temporibus hominibus in terra viventibus principes constituit, congruentes subditis moderatores procurans. Quare subdit, « Dans principes in nihilum ad imperandum. » Nihilum porro dixit mortalem vitam, sive ipsam terram, ut etiam docet inferius his verbis,
B « Terram autem in nihilum fecit. » Hæc omnia ait de iis, qui variis temporibus imperarunt, et tyrannidem obtinuerunt, utpote qui talem finem et exitum habuerint.

« Οὐ γὰρ μὴ φυτεύσωσιν, οὐδὲ μὴ σπείρωσιν, οὐδὲ μὴ ῥιζωθῇ εἰς τὴν γῆν ἡ ῥίζα αὐτῶν. Ἔπνευσεν ἐπ' αὐτούς, καὶ ἐξηράνθησαν, καὶ καταιγὶς ὡς φρύγανα λήψεται αὐτούς. Νῦν οὖν τίνι με ὡμοιώσατε, καὶ ὑψωθήσομαι; εἶπεν ὁ ἅγιος. Ἀναβλέψατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα; Ὁ ἐκφέρων κατ' ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτοῦ πάντας ἐπ' ὀνόματι καλέσει ἀπὸ πολλῆς δόξης, καὶ ἐν κράτει ἰσχύος αὐτοῦ· οὐδέν σε ἔλαθε. » Διὸ πρὸς αὐτοὺς ἀποτείνεται λέγων· Διὰ τί παρὰ σεαυτῷ ταῦτα λογίζῃ, καὶ λέγειν τολμᾷς, ὡς τὸν Θεὸν ἡ σὴ ὁδὸς ἔλαθε, καὶ οὐχ ὑπόκεισαι κρίσει, διὰ τὸ ἀγνοεῖν αὐτὸν τὰ ὑπὸ σοῦ δρώμενα;

« Μὴ γὰρ εἴπῃς, Ἰακώβ, καὶ τί ἐλάλησας, Ἰσραήλ; Ἀπεκρύβη ἡ ὁδός μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεός μου C τὴν κρίσιν ἀφεῖλε, καὶ ἀπέστη. Καὶ νῦν οὐκ ἔγνως; εἰ μὴ ἤκουσας; Θεὸς αἰώνιος, ὁ Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ· διδοὺς τοῖς πεινῶσιν ἰσχὺν, καὶ τοῖς μὴ ὀδυνωμένοις λύπην. Πεινάσουσι γὰρ νεώτεροι, καὶ κοπιάσουσι νεανίσκοι, καὶ ἐκλεκτοὶ ἀνίσχυες ἔσονται. » Ἀκατάληπτος δὲ καὶ ἀνέφικτος ἡ παρ' αὐτῷ τυγχάνει σοφία, δι' ἧς τὰ σύμπαντα διοικεῖ· οὕτω δ' οὖν αὐτῷ μέλει καὶ τῶν καθ' ἕκαστον καὶ κατὰ μέρος, ὡς, διὰ τὸ ἐφορᾷν αὐτὸν καὶ λόγῳ θείῳ διακρίνειν τὰ κατ' ἀνθρώπους πράγματα, ἰδιάζειν ἑκάστῳ μεμερισμένον τὸν βίον· ὡς τοῖς μὲν δι' ἔνδειαν τροφῆς πεινῶσιν ἰσχὺν παρεῖναι πολλάκις καὶ ῥώμην σώματος φυσικήν, D τοῖς δὲ μὴ πεινῶσι, πλούτῳ δὲ περιῤῥεομένοις, φροντίδας ὑπάρχειν καὶ λύπας, τὰς τὴν τρυφὴν αὐτῶν κολαζούσας. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον, νέους μὲν καὶ νεανίσκους, οὓς εἰς τὸ ἀνδρίζεσθαι προσήκει, ἀσθενεῖς ἀπεργάζεται, πάθεσι καὶ νοσήμασι περιβάλλων. Μυρίους δὲ νεότητι σφριγῶντας θᾶττον ἀποβῆναι παρεσκεύασε τοῦ βίου. Ἀνάπαλιν δὲ τούτοις οἱ ἐν διωγμῶν καιροῖς τὸν Θεὸν ὑπομένοντες, ἀσθενεῖς ὄντες καὶ οἰκτροὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ζωήν, μεταβολῆς θείας ἠξιώθησαν, ὡς μὴ μόνον ἀνέσεως καὶ ἐλευθερίας τυχεῖν, ἀλλὰ καὶ δίκην ἀετῶν πτεροφυῆσαι· ὥστε ἀναβῆναι καὶ ὑψωθῆναι καὶ μετεωροπορῆσαι,

Vers. 24-26. « Siquidem non plantabunt, neque seminabunt, neque radices aget in terra radix eorum. Flavit super eos, et exaruerunt, et procella tanquam stipulas apprehendet eos. Nunc igitur cui me assimilastis, et exaltabor? dicit sanctus. Attollite sursum oculos vestros, et videte, quis ostendit hæc omnia? Qui effert in numero ornatum suum: omnes nomine vocabit a multa gloria et in robore fortitudinis suæ; nihil tibi latet. » Quamobrem eos sic alloquitur: Cur apud te talia cogitas, et dicere audes; quod scilicet Deo lateat via tua, et quod tu judicium non subiturus sis, quia ipse gesta tua ignorat?

Vers. 27-30. « Ne dixeris enim, Jacob, et quid locutus es, Israel? Abscondita est via mea a Deo, et Deus meus judicium abstulit et recessit. Et nunc an nescis? Annon audivisti? Deus æternus, Deus qui fabricatus est terminos terræ, non esuriet, non laborabit, neque est investigatio sapientiæ ejus: qui dat esurientibus virtutem, et non dolentibus dolorem. Esurient enim juvenes, et laborabunt adolescentes, et electi infirmi erunt. » Incomprehensibilis quippe est ejus sapientia, qua omnia moderatur: atque ita singulatim minutatimque omnia curat, ut illo dispiciente, et ratione quadam divina res hominum discernente, singulis quæ sibi propria ad vitam sunt distribuantur; ita ut iis qui ex cibi penuria fame laborant, robur ac naturalis corporis valetudo plerumque adsit; iis vero qui non esuriunt, sed divitiis abundant, sollicitudines et dolores adsint, queis eorum voluptas castigetur. Eademque ratione juvenes et adolescentes, quos vegetos et fortes esse convenit, infirmos reddit, ægritudinibus et morbis subjiciens. Innumeros autem juventute florentes, quam celerrime e vita decedere fecit. Vice versa autem, qui persecutionum tempore Deum exspectantes, infirmi miserabilesque in præsenti vita erant, divina mutatione dignati sunt, ut non modo dimissionem ac libertatem assequerentur, sed etiam instar aquilarum seu pennis su-

blimes volarent; ita ut ascenderent, exaltarentur, ac deinum in cœlos cursum dirigerent. Hæc quippe aquilarum natura est.

VERS. 31. « Qui autem exspectant Deum, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ; current, et non laborabunt; ambulabunt, et non esurient. » Ingentibus perfuncti doloribus, demum visitatione Dei dignati, in pace vitam egerunt, aquilarum instar pennis instructi, ac in sublime elati. Quod si contigerit eos, qui pro pietate concertarunt et vicerunt, martyrio consummatos esse; multo magis illis memorata promissio competat.

CAPUT XLI.

VERS. 1. « Innovamini ad me, insulæ, principes enim mutabunt potentiam: accedant et loquantur simul; tunc judicium annuntient. » Jubet nimirum insulas, « obmutescere et tacere, » secundum Theodotionem, ut divinum sermonem et salutarem prædicationem audire valeant. Insulas vero frequenter vocat Ecclesias omnibus ex gentibus constitutas, quia illas nequitiæ salsugo ceu mare circumfluit. « Principes enim mutabunt potentiam; » ut mores mutent, et a pejoribus ad meliora convertantur. « Accedant et loquantur simul; » nimirum gentes, inquit, ad me Deum suum accedant, et verba mea loquantur, quæ simul et in cœtu recitabuntur, videlicet in Ecclesia mea.

VERS. 2. « Tunc judicium annuntient. Quis excitavit ab oriente justitiam? vocavit eam ad pedes suos et vadet? » Peroptat enim ut gentes, quem didicerunt Dei sermonem aliis annuntient. Justitiæ namque opus erat, ut non domestici tantum, sed etiam reliquæ gentes ad Dei notitiam evocarentur.

« Dabit in conspectu gentium, et reges obstupefaciet: et dabit in terram gladios eorum, et sicut stipulas expulsas arcus eorum. » Subdidit illi multos, ut Babylonem, quod jus postulabat, dirueret. Ipse namque erat, qui et priscis illis olim religiosis hominibus notus fuit, et qui post priscum illum populum Ecclesiam gentium sibi concreditam habuit.

VERS. 3, 4. « Et persequetur eos: transibit in pace via pedum ejus. Quis operatus est et fecit hæc? Vocavit eam, qui vocat eam a generationum principio. » Testificatur non vulgarem utilitatem gentibus obventuram, si a pristina cæcitate et deorum multitudine translatæ, videant eum qui dixit, « Ego Deus primus, et in ventura tempora ego sum. » Quem cum viderent extimuerunt, ad initium sapientiæ profectæ; nam « Initium sapientiæ timor Domini [66]. »

VERS. 5-7. « Termini terræ accesserunt, et venerunt simul, judicans unusquisque proximo suo, et fratri auxiliari. Et dicet, Prævaluit vir artifex, et ærarius percutiens malleo: simul cudens, aliquando quidem dicet, Solidatio bona est. Corroborarunt ea clavis, ponent ea, et non movebuntur. »

[66] Psal. cx, 10

A καὶ τέλος τὴν εἰς οὐρανοὺς πορείαν στείλασθαι. Τοιαύτη γὰρ ἡ ἀετῶν φύσις.

« Οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Θεὸν ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, πτεροφυήσουσιν ὡς ἀετοί· δραμοῦνται, καὶ οὐ κοπιάσουσι· βαδιοῦνται, καὶ οὐ πεινάσουσιν. » Μετὰ οὖν τὰς ὑπερβαλλούσας θλίψεις, ἐπισκοπῆς Θεοῦ καταξιωθέντες, ἐν εἰρήνῃ διετέλεσαν τὸν βίον, ἀετῶν δίκην πτεροφυήσαντες, καὶ εἰς ὕψος ἀρθέντες. Εἰ δὲ καὶ μαρτυρίῳ τελειωθῆναι συμβέβηκε τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἠγωνισμένους καὶ νενικηκότας, πολὺ μᾶλλον τούτοις ἁρμόσειεν ἡ εἰρημένη ἐπαγγελία.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑʹ.

Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι· οἱ γὰρ ἄρχοντες ἀλλάξουσιν ἰσχύν· ἐγγισάτωσαν καὶ λαλησάτωσαν
B ἅμα· τότε κρίσιν ἀναγγειλάτωσαν. » Παρακελεύεται δῆτα ταῖς νήσοις, κατὰ Θεοδοτίωνα, « κωφεύειν καὶ σιγᾷν, » ὡς ἂν ἐπήκοοι γένοιντο θεϊκῆς ὁμιλίας, σωτηρίου τε κηρύγματος. Νήσους δὲ ὀνομάζει συνεχῶς τὰς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας, διὰ τὸ ὥσπερ ὑπὸ θαλάσσης περιῤῥέεσθαι ὑπὸ τῆς ἁλμυρᾶς τοῦ βίου κακίας. « Οἱ γὰρ ἄρχοντες ἀλλάξουσιν ἰσχύν· » ὡς ἂν μεταβάλοιεν τὸν ἑαυτῶν τρόπον, καὶ ἀλλαγὴν τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω ποιήσοιντο. « Ἐγγισάτωσαν καὶ λαλησάτωσαν ἅμα· » δηλονότι τὰ ἔθνη πρός με, φησὶ, τὸν Θεὸν ἐγγισάτωσαν, καὶ τὰ ἐμὰ ῥήματα λαλησάτωσαν, ὁμοῦ κατὰ τὸ αὐτὸ γενόμενα, ἐν τῇ ἐμῇ δηλαδὴ Ἐκκλησίᾳ.

« Τότε κρίσιν ἀναγγειλάτωσαν. Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην; ἐκάλεσεν αὐτὴν κατὰ πόδας
C αὐτοῦ, καὶ πορεύσεται; » Τὸν γὰρ περὶ τῆς κρίσεως λόγον βούλεται μαθόντα τὰ ἔθνη καὶ ἑτέροις ἀπαγγέλλειν. Δικαιοσύνης γὰρ ἔργον ἦν τὸ μὴ ἰδίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν.

« Δώσει ἐναντίον ἐθνῶν, καὶ βασιλεῖς ἐκστήσει· καὶ δώσει εἰς γῆν τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ ὡς φρύγανα ἐξωσμένα τὰ τόξα αὐτῶν. » Ὑπέταξεν αὐτῷ πολλοὺς, ἵνα καθέλῃ Βαβυλῶνα δικαίως. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ τοῖς πρώτοις πρόπαλαι καὶ ἐξ ἀρχῆς θεοφιλέσι γενομένοις γνωσθεὶς, καὶ ὁ μετὰ τὸν πρότερον λαὸν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν πεπιστευμένος.

« Καὶ διώξεται αὐτούς· διελεύσεται ἐν εἰρήνῃ ἡ ὁδὸς τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Τίς ἐνήργησε καὶ ἐποίησε ταῦτα; Ἐκάλεσεν αὐτὴν ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν
D ἀρχῆς. » Μαρτυρεῖ δὲ ὁ λόγος ὠφέλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν τοῖς ἔθνεσιν, εἴ γε μεταβάλλοντα τῆς προτέρας ἀβλεψίας καὶ πολυθεΐας, ἴδοιεν τὸν εἰρηκότα· « Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἰμι. » Καὶ ἰδόντα ἐφοβήθησαν, ἐν ἀρχῇ γενόμενα σοφίας· « Ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου. »

« Τὰ ἄκρα τῆς γῆς ἤγγισαν, καὶ ἦλθον ἅμα, κρίνων ἕκαστος τῷ πλησίον, καὶ τῷ ἀδελφῷ βοηθῆσαι. Καὶ ἐρεῖ· Ἴσχυσεν ἀνὴρ τέκτων, καὶ χαλκεὺς ὁ τύπτων σφύρᾳ, ἅμα ἐλαύνων, ποτὲ μὲν ἐρεῖ, Σύμβλημα καλόν ἐστιν. Ἰσχύρωσαν αὐτὰ ἐν ἥλοις, θήσουσιν αὐτὰ, καὶ οὐ κινηθήσονται. » Τὸ γὰρ παραδοξότατον

τοῦτό ἐστιν, ὅτι καὶ τὰ βάρβαρα φῦλα καὶ τὰ πορρωτάτω ἀπῳκισμένα Ἰουδαϊκῆς χώρας, καθ' ἣν μόνην γνωρίζεσθαι ἐνομίζετο τὸ παλαιὸν ὁ Θεὸς, γνῶσιν ἀνείληφε τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς θεοσεβείας· ὡς ἐκπλαγῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης τὴν χάριν, σπεῦσαί τε καὶ ἐλθεῖν ἀκολούθως τῷ φήσαντι κηρύγματι· « Ἐγγισάτωσαν, καὶ λαλησάτωσαν ἅμα. » Οὐ γὰρ μόνον ἑαυτοὺς σώζειν οἱ κεκλημένοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλησίον κατὰ τοὺς τῆς φιλανθρωπίας νόμους. Ἦν ποτε χρόνος ὅτε καὶ ἡμῶν αὐτῶν κατίσχυσεν ἀνὴρ τέκτων ὁ τὴν εἰδωλολατρείαν κατεργασάμενος, καὶ χαλκεὺς τύπτων σφύρᾳ τοὺς ἑαυτοῦ θεούς· ἀλλὰ νῦν ἔγνωμεν τὸ μηδὲν ὄντας ἐκείνους, καὶ τῆς πατρικῆς κατέγνωμεν πλάνης, ὃ δὴ καὶ ὑμᾶς προσήκει μανθάνοντας ὠφελεῖσθαι. Δεῖγμα δὲ τῆς ἀδρανείας τῶν πάλαι νομισθέντων ἡμῖν θεῶν τὸ μὴ ἑστάναι δύνασθαι, εἰ μὴ γόμφοις τισὶ καὶ ἥλοις ἐμπαρεῖεν.

« Σὺ δὲ, Ἰσραὴλ παῖς μου, Ἰακὼβ, καὶ ὃν ἐξελεξάμην, σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα. » Παῖδα πρῶτον ὀνομάζει, ἔπειτα ἐκλεκτὸν, εἶτα ἀγαπητόν. Τὸν μὲν ὡς ἐν ἀρχαῖς ὄντα καὶ φόβῳ δουλείας παιδαγωγούμενον, οἷος ἦν ὁ ἀποστολικὸς χορὸς, τὸν πρῶτον βίον ὑπὸ τὸν παιδαγωγὸν νόμον γεγονώς· τὸν δὲ αὐτὸν ἐκλεκτὸν ὀνομάζει, ὡς ἂν προκόψαντα καὶ τῆς σωτηρίου κλήσεως καὶ ἐκλογῆς κατηξιωμένον. Σπέρμα δὲ Ἀβραὰμ ἕτερον τάγμα τυγχάνον παρὰ τὸ τῶν ἐκλεκτῶν, ὁποῖον ἂν εἴη τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, πρὸς οὓς διαλεγόμενος ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· « Οἶδα, ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε. » Ἕτεροι δὲ ἦσαν οὗτοι παρὰ τὰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, περὶ ὧν ἐδίδασκε λέγων· « Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε. » Ἀβραὰμ μὲν οὖν ἀγαπητὸς ἦν τοῦ Θεοῦ καὶ φίλος· διὸ λέλεκται· « Σπέρμα Ἀβραὰμ, ὃν ἠγάπησα· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Σπέρμα Ἀβραὰμ τοῦ φίλου μου· » κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « Σπέρμα ἀγαπητόν μου. » Τό γε μὴν σπέρμα αὐτοῦ οὐκέτι ἠγαπῆσθαι ὁμοίως τῷ Ἀβραὰμ λέγεται· πλὴν ἀλλὰ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ καλεῖ διὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, εἰπὼν αὐτοῖς· « Πορεύεσθε πρὸς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. »

« Οὗ ἀντελαβόμην ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἐκ τῶν σκοπιῶν αὐτῆς ἐκάλεσά σε, καὶ εἶπά σοι· Παῖς μου εἶ· ἐξελεξάμην σε, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπόν σε. » Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοὺς ἐν τῇ διασπορᾷ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, οὓς πρώτους κατηξίου τῆς αὐτοῦ κλήσεως. Πολλοὶ γὰρ κατὰ τοὺς ἀποστολικοὺς χρόνους οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων τὸν Χριστοῦ λόγον παραδεδεγμένοι, οὐ μόνον ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας γῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.

« Μὴ φοβοῦ· μετὰ σοῦ γάρ εἰμι· μὴ πλανῶ. » Ἐπιθαρσύνει τὴν ἐκλογὴν ταύτην, εἰς τὸ ἀδεῶς εἰς πάντα τὰ ἔθνη κηρύξαι τὸ Εὐαγγέλιον· ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐδήλου ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Σωτὴρ φάσκων· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ Θεός σου, ὁ ἐνισχύσας σε, καὶ ἐβοήθησά σοι.

A Nam quod per quidem mirum est, barbaræ nationes, et longissime remotæ a Judaica regione, in qua sola Deus olim notus esse putabatur, ad pietatis et religionis notitiam accesserunt, ita ut de gratia divinæ justitiæ obstupescerent, atque maturarent et venirent, prædicationi obsequentes, quæ ait, « Accedant et loquantur simul. » Vult enim ut secundum humanitatis leges, qui vocati sunt, non suæ tantum, sed proximi etiam saluti consulant. Fuit olim tempus, quo faber idolorum opifex, et ærarius malleo cudens deos suos, in nos prævalerent: at jam novimus eos nihil esse, et paternum errorem damnamus, quod vos ad utilitatem vestram ediscere opus est. Imbecillitatis autem eorum qui a nobis B olim pro diis habebantur, argumentum est, quod ne stare quidem possint, nisi palis et clavis defigantur.

Vers. 8. « Tu autem Israel puer meus, Jacob, quem elegi, semen Abraham, quem dilexi. » Puerum primo vocat, hinc electum, postea dilectum. Puerum quidem, quasi in primis initiis degeret, ac metu servitutis institueretur; qualis erat apostolicus chorus, qui primo vitæ suæ tempore sub lege quasi sub pædagogo fuit: eumdem porro electum nuncupat, utpote qui profectu auctus salutari vocatione et electione dignatus sit. Semen autem Abraham alius et distinctus ordo est ab electis, qualis erat multitudo Judæorum, quos alloquens Salvator dicebat, « Scio quia semer Abrahæ C estis [67]. » At illi diversi erant a filiis Abrahæ, de quibus hæc edocebat, « Si Abrahæ filii essetis, opera Abrahæ faceretis [68]. » Abraham ergo dilectus et amicus Dei erat: quare dictum est, « semen Abraham, quem dilexi; » sive, secundum Symmachum, « semen Abraham amici mei; » secundum Aquilam vero, « semen dilectum meum. » Et vero semen ejus non periude atque Abraham amari dicitur. Attamen per electos suos semen ejus vocat; nam ait illis, « Ite ad oves quæ perierunt, domus Israel [69]. »

Vers. 9. « Quem assumpsi ab extremis terræ, et a speculis ejus vocavi te, et dixi tibi, Puer meus es: elegi te, et non dereliqui te. » His porro significat eos in dispersione Judaici populi, quos primos vocatione sua dignatus est. Apostolicis quippe D temporibus ex Judæis multi verbum Christi susceperunt, non modo ex iis qui Judæam incolebant, verum etiam ex iis, qui penes reliquas gentes habitabant.

Vers. 10. « Noli timere, tecum enim sum: ne erres. » His ab se electis fiduciam addit, ut Evangelium in omnibus gentibus sine formidine prædicent; quod ipsum declarabat in Evangeliis Servator his verbis, « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [70]. Ego enim sum Deus tuus, qui confortavi te, et auxiliatus sum tibi. »

[67] Joan. VIII, 37. [68] ibid. 39. [69] Matth. X, 6. [70] Matth XXVIII, 20.

VERS. 11. « Erunt enim quasi non sint, et peribunt omnes adversarii tui. » Cave, inquit, putes te tua virtute posse tantæ prædicationi ministrare. Nihil quippe eras, nec quidquam agere potuisses, nisi ego tecum exsistens tecumque ambulans, apud omnes gentes te corroborassem, teque patientia, perseverantia et virtute muniissem; ut tibi Evangelium omnibus prædicanti impedimentum nullum occurreret.

VERS. 12. « Quæres eos, et non invenies homines, qui debacchentur in te. Erunt enim quasi non sint, et non erunt adversarii tui. » Etiamsi enim quo tempore te impugnabant et divexabant, aliqui ad breve temporis spatium viderentur esse; at tu quidem subsistes ac permanebis, eorumque perniciem videbis; illi vero quamprimum esse desinent, ex hac vita deleti. Quamobrem perseverare te oportet, et ab iis illatas ærumnas sustinere.

VERS. 13, 14. « Quoniam ego Deus tuus, qui teneo dexteram tuam, qui dico tibi, Ne timeas Jacob, perexigue Israel. » Nam paucissimi sane numero erant discipuli Salvatoris nostri; nimirum duodecim apostoli, et post illos septuaginta alii.

VERS. 15. « Ecce feci te quasi plaustri rotas triturantes, recentes, in serrarum modum. » Sic enim virtus corroborantis eos ostendebatur, dum ipsi nihil a verme differrent, sed etiam paucissimi essent, ac mortui cadaveraque Israelis viderentur. Hujusmodi tamen cum essent, rotarum et currus instar, ceu quamdam paleam diffindebant, diabolicum impiarum gentium cultum et idololatriam triturantes et secantes. « Et triturabis montes, et comminues colles, et tanquam pulverem pones. »

VERS. 16. « Et ventilabis, et ventus auferet eos, et turbo disperget eos. Tu autem lætaberis in sanctis Israel. » Per montes et colles adversarias potestates, olim contra Dei cognitionem insurgentes subindicans; ita ut error ille diabolicus apud gentes non ultra subsistat. His porro montibus et collibus de medio sublatis ac deletis, tu ipse servus meus electus, per quem hæc perpetranda sunt, lætaberis in Domino, et in sancto Israel laudaberis.

VERS. 17. « Et exsultabunt pauperes et inopes. Quærent enim aquam, et non erit: lingua eorum præ siti exaruit. Ego Dominus Deus: ego exaudiam Deus Israel, et non derelinquam eos. » Qui autem isthæc ad finem deducta sint, et etiamnum peragantur in ecclesiis Dei, quæ per discipulos Salvatoris nostri omnibus in locis fundatæ sunt, intelliges, si animum adhibueris. Animæ igitur quæ olim in gentibus inopes ac Dei cognitione egentes erant, nec vel stillam vivifici potus habebant, ita ut lingua earum, et sermo ea prolatus exaresceret, quod ne guttæ quidem salutaris verbi participes essent; eædem ipsæ per cœlestem gratiam inexspectatum beneficium acceperunt, fontibus, fluminibus et omnimodis aquis vivificis repletæ; utpote

A « Ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες, καὶ ἀπολοῦνται πάντες οἱ ἀντίδικοί σου. » Ὅρα γὰρ, φησὶ, μήποτε νομίσῃς, ὡς τῇ αὐτοῦ ἰσχύϊ δεδύνησαι τοσούτῳ κηρύγματι διακονήσασθαι. Οὐδεὶς γὰρ ἂν ἦσθα, οὐδ' ἂν ἠδυνήθης τι, εἰ μὴ ἐγὼ μετὰ σοῦ ὢν, καὶ σὺν σοὶ πορευόμενος, εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἐνίσχυσά σε, ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν καὶ δύναμίν σοι δωρησάμενος· ὡς μηδὲν ἐμποδὼν σοι γενέσθαι κώλυμα κηρύττοντι τὸ Εὐαγγέλιον εἰς πάντας.

« Ζητήσεις αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς τοὺς ἀνθρώπους οἳ παροινήσουσιν εἰς σέ. Ἔσονται γὰρ ὡς οὐκ ὄντες, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἀντιπολεμοῦντές σε. » Εἰ γὰρ καὶ πρὸς ὀλίγον ἔδοξαν εἶναί τινες, καθ' ὃν καιρὸν ἐπολέμουν καὶ ἐδίωκόν σε· ἀλλὰ σὺ μὲν ἔσῃ καὶ διαμενεῖς, καὶ ὄψει αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν· οἱ δὲ οὐκ
B ἔσονται, ᾗ τάχος ἀφανιζόμενοι τοῦ βίου. Διὸ καρτερεῖν σε προσήκει, καὶ ὑπομένειν τὰς ἐξ αὐτῶν ἐπαγομένας θλίψεις.

« Ὅτι ἐγὼ ὁ Θεός σου, ὁ κρατῶν τῆς δεξιᾶς σου, ὁ λέγων σοι· Μὴ φοβοῦ, Ἰακὼβ, ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ. » Ὀλίγοι γὰρ τὸν ἀριθμὸν ἐτύγχανον οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, δώδεκα μὲν ὄντες ἀπόστολοι· ἑβδομήκοντα δὲ οἱ μετ' αὐτούς.

« Ἰδοὺ ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης ἀλοῶντας, καινοὺς, πριστηροειδεῖς. » Οὕτω γὰρ ἡ δύναμις τοῦ ἐνισχύοντος αὐτοὺς ἐδεικνύετο, ὅτε αὐτοὶ σκώληκος οὐδὲν διέφερον, ἀλλὰ καὶ ὀλιγοστοὶ ἦσαν, καὶ νεκροὶ καὶ τεθνεῶτες τοῦ Ἰσραὴλ ἐτύγχανον. Ὅμως τοιοῦτοι ὄντες, ὥσπερ τινὰ καλάμην διέτεμνον τροχῶν καὶ ἁμάξης τρόπον, ἀλοῶντες καὶ καταπρίζοντες τῶν
C ἀλλοφύλων καὶ ἀθέων ἐθνῶν τὴν δαιμονικὴν θεοποιΐαν. « Καὶ ἀλοήσεις ὄρη, καὶ λεπτυνεῖς βουνοὺς, καὶ ὡς χνοῦν θήσεις. »

« Καὶ λικμήσεις, καὶ ἄνεμος λήψεται αὐτοὺς, καὶ καταιγὶς διασπερεῖ αὐτούς. Σὺ δὲ εὐφρανθήσῃ ἐν τοῖς ἁγίοις Ἰσραήλ. » Ὄρη καὶ βουνοὺς τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, πάλαι κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐπαιρομένας, αἰνιττόμενος· ὡς μηκέτι ὑφεστάναι παρὰ τοῖς ἔθνεσι τὴν δαιμονικὴν πλάνην. Τῶν δὲ ἀποδοθέντων ὀρῶν καὶ τῶν δηλωθέντων βουνῶν ἀφανῶν γενομένων, σὺ αὐτὸς ὁ δοῦλός μου ὁ ἐκλεκτὸς, δι' οὗ ταῦτα κατώρθωται, εὐφρανθήσῃ ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰσραὴλ ἐπαινεθήσῃ.

D « Καὶ ἀγαλλιάσονται οἱ πτωχοὶ καὶ ἐνδεεῖς. Ζητήσουσι γὰρ ὕδωρ, καὶ οὐκ ἔσται· ἡ γλῶσσα αὐτῶν ἀπὸ τῆς δίψης ἐξηράνθη. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός· ἐγὼ ἐπακούσομαι ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτούς. » Ὅπως δὲ ταῦτα τέλους ἔτυχε, καὶ εἰσέτι νῦν ἐνεργεῖται ἐν ταῖς διὰ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατὰ πάντα τόπον ἱδρυθείσαις ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, τὴν διάνοιαν ἐπιστήσας εἴσῃ. Αἱ γοῦν τὸ παλαιὸν πτωχεύουσαι ἐν τοῖς ἔθνεσι ψυχαὶ καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἐνδεεῖς οὖσαι, καὶ μηδὲ ῥανίδα ζωτικοῦ πόματος κεκτημέναι, ὡς τὴν γλῶσσαν αὐτῶν καὶ τὸν δι' αὐτῆς προσφερόμενον λόγον ἐξηράνθαι, διὰ τὸ μηδεμιᾶς νοτίδος λόγου σωτηρίου μετέχειν· αὗται παραδόξου τετυχήκασιν εὐεργεσίας διὰ τῆς οὐρανίου χάριτος πληρωθεῖσαί τε πηγῶν, καὶ ποταμῶν καὶ

παντοίων ζωτικῶν ὑδάτων, ὡς ἀπολαύουσαι ὕδατος, περὶ οὗ ἀνωτέρω ἐλέγετο· « Καὶ πίονται ὕδωρ ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου· » εἴτε ἀπὸ πηγῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ὧν ἐμνημόνευσεν ὁ φήσας λόγος, « Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν Κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ. » Τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ πηγάζον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνομβροῦν ὕδατα ζῶντα, ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς καινῆς καὶ εὐαγγελικῆς διδασκαλίας.

« Ἀλλὰ ἀνοίξω ἐπὶ τῶν ὀρέων ποταμοὺς, καὶ ἐν μέσῳ πεδίων πηγάς. Ποιήσω τὴν ἔρημον εἰς ἕλη ὑδάτων, καὶ τὴν διψῶσαν γῆν ἐν ὑδραγωγοῖς. Θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον γῆν κέδρον καὶ πύξον, μυρσίνην καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην. » Ταῦτα πάντα, οὐδ' ἄλλως ἢ ἐν ὑδάτων πλήθει τρεφόμενα καὶ αὐξανόμενα, εἰς τὴν εἰκόνα περιείληπται τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ εὐθαλῶν ψυχῶν, ἀπὸ πολυπληθίας θείων καὶ λογικῶν ὑδάτων εἰς ὕψος ἐπηρμένων. Ὅτε μὲν οὖν τοὺς καρποὺς τῆς Ἐκκλησίας βούλεται παραστῆσαι ὁ λόγος, εἰκόνι χρῆται ἐλαίας, ἢ φοίνικος, ἢ ἀμπέλου· ὅτε δὲ τὸ εὐθαλὲς καὶ διηρμένον, νεαρόν τε καὶ ἀκμαῖον, τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ προκοπτόντων δηλοῖ, τῇ τῶν προλεχθέντων φυτῶν συνεχρήσατο εἰκόνι· ἃ οὐχ ἄλλως ἢ ἐξ ὑδάτων πλήθους καὶ γῆς ἑδραίας καὶ μονίμου συνίστασθαι πέφυκεν· ὃ δὴ καὶ ἀντὶ παραδόξου παρείληφεν, εἰ ἐν τῇ ἀνύδρῳ καὶ καταξήρῳ καὶ δειλαίᾳ γῇ τοσαύτην ὑδάτων χορηγίαν ἔσεσθαι ἐπήγγελται, ὡς τοιαῦτα βλαστῆσαι φυτὰ, ὁποῖα κατείλεκται. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔσεσθαι καὶ ἐπὶ τῆς πάλαι ἐρήμου καὶ ἀνύδρου γῆς τῶν πάλαι ἀλλοφύλων καὶ ἀθέων ἐθνῶν· τοσαύτην γὰρ γενήσεσθαι καὶ ἐπ' αὐτῷ μεταβολὴν προφητεύει εἰς ἔνδειξιν τῆς σωτηρίου εὐεργεσίας.

« Ἵνα ἴδωσι καὶ γνῶσι, καὶ ἐννοήσωσι καὶ ἐπίστωνται ἅμα, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἐποίησε ταῦτα, καὶ ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ κατέδειξεν. » Εἰ γὰρ μὴ Θεὸς ἦν καὶ χεὶρ Κυρίου, ἡ διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὴν τοσαύτην μεταβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν εἰργασμένη, πῶς ἂν συνέστησαν ἐν τῇ τοσαύτῃ τῶν ἐθνῶν ἐρημίᾳ ἐκκλησίαι Θεοῦ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ λογικὰ ὕδατα πληθύνοντα πανταχοῦ γῆς, ὡς γεωργεῖσθαι τῶν πρότερον ἐρήμων καὶ ἀνημέρων ἐθνῶν τὰς ψυχὰς τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ, φύειν τε καὶ ὑψηλὰ καὶ μετέωρα βλαστήματα· καὶ τὰ μὲν ἐπὶ γῆς ἐῤῥιζωμένα, λέγω δὴ ἐν τῷ θνητῷ καὶ ἀνθρωπίνῳ βίῳ· τὰ δὲ εἰς ὕψος ἐπαιρόμενα, ὡς καὶ μέχρι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐκτείνεσθαι, κἀκεῖ τὰς ἑαυτῶν ἀναρτᾶν ἐλπίδας; Διὸ φυτοῖς εὐώδεσι καὶ εἰς ὕψος ἐπηρμένοις παραβέβληνται.

« Ἐγγίζει ἡ κρίσις ὑμῶν, λέγει Κύριος ὁ Θεός· ἤγγισαν αἱ βουλαὶ ὑμῶν, λέγει ὁ βασιλεὺς Ἰακώβ. » Ἀναπολόγητοι γάρ ἐστε, φησὶν, ὦ εἰδωλολάτραι, οἱ μετὰ τὴν τοσαύτην χάριν τὴν τὰ τοσαῦτα κατεργασαμένην, τῇ πολυθέῳ ἐναπομείναντες πλάνῃ, μὴ ἐννοήσαντες, ὡς χεὶρ ἦν ἀληθῶς Θεοῦ ἡ τὰ τοσαῦτα κατεργαζομένη, καὶ πρὶν γενέσθαι μαρτυραμένη, ὅτι ταῦτα ἔσται.

A quæ ea ipsa fruerentur aqua, de qua superius [71] dicebatur, « Et bibent aquam ex fontibus salutaris; » sive ex fontibus Israelis, quos memorat sermo ille qui ait, « In ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel [72]. » Hæc porro aqua fuerit Spiritus sanctus, in Ecclesia Dei scaturiens, et aquas viventes instillans, modo ex Veteri Testamento, modo ex nova et evangelica doctrina.

VERS. 18, 19. « Sed aperiam in montibus flumina, et in medio camporum fontes. Faciam desertum in paludes aquarum, et sitientem terram in aquæductus. Ponam in terra inaquosa cedrum, et buxum, et myrtum, et cupressum, et populum. » Hæc omnia, quæ nonnisi in aquarum copia aluntur
B et accrescunt, ad similitudinem animarum in Ecclesia Dei florentium, quæ ex divinarum et rationabilium aquarum abundantia in altum excreverunt, usurpantur. Cum igitur Scriptura fructus Ecclesiæ repræsentare cupit, imagine utitur olivæ, aut palmæ, aut vitis; cum vero florentem, sublimem, vegetum et prosperum eorum, qui in Ecclesia proficiunt, statum significat, prædictarum arborum similitudine utitur, quæ nonnisi ex aquarum copia atque in terra firma solidaque consistere solent : quod sane pro re stupenda et mirabili usurpavit, quod videlicet in inaquosa, arida, et misera terra, tantam fore aquarum abundantiam polliceatur, ut tales arbores, quales enumerantur, proferre valeat. Eodem autem modo even-
C turum dicit in illa olim deserta et inaquosa alienarum et impiarum gentium terra : nam ut salutare beneficium exprimat, tantam in illa fore mutationem vaticinatur.

VERS. 20. « Ut videant et cognoscant, et cogitent et sciant simul, quoniam manus Domini fecit hæc, et sanctus Israel ostendit. » Nisi enim Deus et manus Domini esset, quæ per apostolos suos tantam in gentibus mutationem induxit, quomodo in tanto gentium deserto Ecclesiæ Dei constitissent, et rationabiles ejus aquæ ubique terrarum largiter manassent, ita ut illæ olim desertæ et immites gentium animæ, piæ religionis verbo excoli possent, ac celsas sublimesque plantas emit-
D tere : quarum aliæ in terra, scilicet in mortali humanaque vita, radices posuere; aliæ vero sursum erectæ sunt, ita ut ad usque regnum cœlorum extenderentur, atque ibi spem suam reponerent? quamobrem suaveolentibus ac celsissimis arboribus comparantur.

VERS. 21. « Appropinquat judicium vestrum, dicit Dominus Deus : appropinquarunt consilia vestra, dicit rex Jacob. » Inexcusabiles quippe estis, ait, o idololatræ, qui post tantam taliaque operantem gratiam, in multorum numinum errore mansistis : non cogitantes, manum Dei esse quæ tam multa edidit, et antequam fierent, hæc futura prænuntiavit.

[71] Cap. XII, vers. 13. [72] Psal. LXVII, 27.

VERS. 22-23. « Appropinquent et annuntient vobis quæ ventura sunt, aut priora quæ erant. Dicite, et mentem advertemus, et cognoscemus quæ ultima, et quæ ventura. Renuntiate nobis quæ ventura in novissimo, et cognoscemus quia dii estis. » Nam Dei prophetæ quidem, divini consortes Spiritus, novissima prænuntiarunt, inaquosi, sterilis et infructuosi soli in meliorem statum mutationem vaticinantes, necnon Christi adventum, apostolorum ejus prædicationem, cæteraque omnia in eorum prophetiis enuntiata: unde revera Deus esse is, qui hæc in illis et per illos vaticinatus est, agnoscitur. Maligni vero dæmones qui potuerint universorum Dei consilium et cogitationem, ac ejus de Christi adventu, deque ipsorum pernicie et exitio decretum, cognoscere? Quapropter cum futura atque ea quæ in extremis temporibus circa gentium vocationem solitudinemque suam eventura erant, ignorarent; consequenter neque prius edita noverant: quare nullus eorum prophetis suis ista suggerere potuit, quæ scripto consignarunt ii, qui Spiritu Dei digni habiti fuerant.

« Bene facite et male facite, et mirabimur, et videbimus simul. » Etiamsi enim malis inferendis pares sitis, utpote dæmones maligni, attamen divinæ operandi virtutis hinc indicium non habebitis: quare opus est vos quod Deo proprium est, primum exhibere, id est, bene facere: hinc autem justo judicio uti ac dignos supplicio plectere. Ita ut hinc probe commonstretur, operationes illas, ut putant ipsi, sive oracula, præstigiatorum hominum fallacias esse, qui multorum simplicitate abutuntur.

VERS. 24, 25. « Quoniam unde estis vos? et unde opus vestrum? De terra in abominationem elegerunt vos. Ego vero excitavi eum, qui ab Aquilone est, et eum, qui ab ortu solis: vocabuntur nomine meo. » His porro significat per eum qui ab ortu solis venit, Christum ejusque justitiam: id vero indicabat superius his verbis, « Quis excitavit ab oriente justitiam? » quam ipsis gentibus datam testificabatur; per eum vero qui ab Aquilone, populum ex gentibus, qui olim in Aquilone degebat; secundum illud, « A facie Aquilonis accendentur mala in omnes inhabitantes terram. » Hunc itaque gentium populum, ait, excitavi ab Aquilone, ut ne ultra ibi maneat: vocabo autem eum, qui ab ortu solis venit, scilicet Christum.

« Veniant principes, et tanquam lutum figuli, et tanquam figulus conculcans lutum, sic conculcabimini. » Sic vocat eos qui satellitum instar regnum ejus stipant, angelos videlicet: per quos impium errorem sublatum iri prænuntiat; vel principes ac præsules Ecclesiæ suæ. Vos scilicet quibus dicebatur, « Unde estis vos, et unde opus vestrum? ex terra in abominationem elegerunt vos. »

VERS. 26 « Quis enim annuntiabit nobis ea quæ sunt a principio, ut cognoscamus et ea, quæ prius

A « Ἐγγισάτωσαν, καὶ ἀναγγειλάτωσαν ὑμῖν ἃ συμβήσεται, ἢ τὰ πρότερον τίνα ἦν. Εἴπατε, καὶ ἐπιστήσομεν τὸν νοῦν, καὶ γνωσόμεθα τί τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἐπερχόμενα. Ἀναγγείλατε ἡμῖν τὰ ἐπερχόμενα ἐπ' ἐσχάτου, καὶ γνωσόμεθα, ὅτι θεοί ἐστε. » Οἱ μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ προφῆται, ἐνθέου Πνεύματος μετασχόντες, προεῖπον τὰ ἔσχατα διαῤῥήδην θεσπίσαντες τῆς ἀνύδρου καὶ ἀγόνου καὶ ἀκάρπου τῶν ἐθνῶν χώρας τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολὴν, τήν τε τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὸ κήρυγμα, καὶ ὅσα ἄλλα ταῖς αὐτῶν ἐμφέρεται προφητείαις· ὅθεν γνωρίζεται Θεὸς ὢν ἀληθῶς ὁ ἐν αὐτοῖς καὶ δι' αὐτῶν ταῦτα θεσπίσας. Οἱ δὲ πονηροὶ δαίμονες πόθεν ἠδύναντο γινώσκειν βουλὴν καὶ ἐνθύμησιν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, ἢ τὰ ὁρισθέντα ὑπ' αὐτῷ περὶ τῆς τοῦ
B Χριστοῦ παρουσίας, περί τε τῆς αὐτῶν καθαιρέσεως καὶ ἀπωλείας; Διὸ, μὴ εἰδότες τὰ ἐπερχόμενα, μηδὲ τὰ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς μέλλοντα συμβήσεσθαι περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, τῆς τε αὐτῶν ἐρημίας, εἰκότως οὐδὲ τὰ πρότερα ἐγνώριζον· ὅθεν οὐδεὶς αὐτῶν δεδύνηται τοῖς αὐτῶν προφήταις ὑποβάλλειν ταῦτα, ἅπερ οἱ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ καταξιωθέντες γραφῇ παραδέδωκασιν.

« Εὐποιήσατε καὶ κακώσατε, καὶ θαυμασόμεθα, καὶ ὀψόμεθα ἅμα. » Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κακοποιεῖν οἷοί τέ ἐστε, δαίμονες ὄντες πονηροὶ, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου γνώρισμα τῆς θεϊκῆς ἐνεργείας ἕξετε· διόπερ τὸ ἰδιάζον ἐπὶ Θεοῦ πρῶτον ὑμᾶς ἐπιδείξασθαι χρή· λέγω δὴ τὸ εὐποιῆσαι· ἔπειτα ἄρα κρίσει δικαίᾳ
C χρήσασθαι, καὶ τοὺς ἀξίους κακώσεως τιμωρήσασθαι. Ὡς ἐντεῦθεν παρίστασθαι τὰς νομιζομένας ἐνεργείας, ἢ τοὺς χρησμοὺς ἀνδρῶν εἶναι γοήτων ἀπάτας, τῇ τῶν πολλῶν ἠλιθιότητι καταχρωμένων.

« Ὅτι πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς, καὶ πόθεν ἡ ἐργασία ὑμῶν; Ἐκ γῆς βδέλυγμα ἐξελέξαντο ὑμᾶς. Ἐγὼ δὲ ἤγειρα τὸν ἀπὸ Βοῤῥᾶ, καὶ τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, κληθήσονται τῷ ὀνόματί μου. » Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὸν μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην· τοῦτο δὲ ἐδήλου καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν φήσας· « Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην; » ἣν καὶ τοῖς ἔθνεσι δεδωρῆσθαι ἐδήλου· τὸν δὲ ἀπὸ Βοῤῥᾶ, τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, πάλαι ὄντα ἐν τῷ Βοῤῥᾷ, κατὰ τὸ, « Ἀπὸ προσώπου Βοῤῥᾶ ἐκκαυ-
D θήσεται κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. » Τοῦτον οὖν τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ἐξήγειρα, φησὶν, ἀπὸ Βοῤῥᾶ, ἵνα μηκέτι ἐν αὐτῷ ᾖ· καλέσω δὲ καὶ τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, τουτέστι τὸν Χριστόν.

« Ἐρχέσθωσαν ἄρχοντες, καὶ ὡς πηλὸς κεραμέως, καὶ ὡς κεραμεὺς καταπατῶν τὸν πηλὸν, οὕτω καταπατηθήσεσθε· » ἤτοι τοὺς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν δορυφοροῦντας ἀγγέλους οὕτως ὀνομάζων, δι' ὧν τὴν καθαίρεσιν τῆς ἀθέου πλάνης γεγενῆσθαί φησιν· ἢ τοὺς ἄρχοντας καὶ προεστῶτας τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Ὑμεῖς δηλαδὴ, οἷς ἐλέγετο, ὅτι « Πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς, καὶ πόθεν ἡ ἐργασία ὑμῶν; ἐκ γῆς βδέλυγμα ἐξελέξαντο ὑμᾶς. »

« Τίς γὰρ ἀναγγελεῖ τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἵνα γνῶμεν καὶ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ ἐροῦμεν, ὅτι ἀληθῆ ἐστιν;

οὐκ ἔστιν ὁ προλέγων, οὐδὲ ὁ ἀκούων ὑμῶν τοὺς λόγους. » Διπλῆν ἔχει διάνοιαν, ὡς μήτε αὐτῶν ἐχόντων λόγον, διὰ τὸ μηδὲν δύνασθαι, μήτε εἰδέναι, μήτε τῶν πάλαι περὶ αὐτὰ πλανωμένων ἐπιμενόντων τῇ πλάνῃ· ὠφελημένων δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου, ὡς μηκέτι ἐκείνοις παρέχειν τὰς ἀκοὰς, διὰ τὸ κατεγνωκέναι τῆς παλαιᾶς ἀπάτης.

« Ἀρχὴν Σιὼν δώσω, καὶ Ἱερουσαλὴμ παρακαλέσω εἰς ὁδόν. » Ὁ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Γινώσκετε, ὦ ἄνθρωποι, ὡς τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ ἐμῇ, τῇ καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ὠνομασμένῃ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, αὐτὸς ἐγὼ δώσω τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν μου παρακαλέσω, καὶ θήσω αὐτὴν εἰς ὁδόν.

« Ἀπὸ γὰρ τῶν ἐθνῶν ἰδοὺ οὐδείς· καὶ ἀπὸ τῶν εἰδώλων αὐτῶν οὐκ ἦν ὁ ἀναγγέλλων. Καὶ ἐὰν ἐρωτήσω αὐτοὺς, Πόθεν ἐστέ; οὐ μὴ ἀποκριθῶσί μοι. Εἰσὶ γὰρ οἱ ποιοῦντες ὑμᾶς, καὶ μάτην οἱ πλανῶντες ὑμᾶς. « Ἠλέγχθησαν γοῦν τὸ μηδὲν ὄντες, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν δυνάμενοι· διὸ καὶ ἐὰν ἐπερωτήσω αὐτοὺς ὁπόθεν εἶεν, οὐδεὶς αὐτῶν ἀπόκρισιν δώσει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

« Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου. Ἔδωκα τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν. » Εὕροις δ' ἂν ταῦτα συνῳδὰ τοῖς διὰ τῶν ἔμπροσθεν περὶ τοῦ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ προελευσομένου τεθεσπισμένοις. Ἐκλεκτὸς δὲ οὐκέθ' ὁμοίως τοῖς ἀποστόλοις· ἐπειδὴ μόνῳ αὐτῷ λέλεκται τὸ, « Ὃν ᾑρέτισεν ἡ ψυχή μου· » ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ μόνον αὐτὸν ἐπαναπαύσατο· « Ἐν αὐτῷ γὰρ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. » Διόπερ ὡς μόνος χωρήσας τὸ Πνεῦμα τὸ πατρικὸν, τὰ ἑξῆς πάντα ἐργάζεται, ἐξαγγέλλων τὰ περὶ τῆς καθολικῆς κρίσεως τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι τοὺς πάντας εἰς τὴν μέλλουσαν τοῦ Θεοῦ κρίσιν.

« Οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ· κάλαμον τεθλασμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει· ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. » Σύνηθες τῇ θείᾳ Γραφῇ τῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι καταχρᾶσθαι ἐπὶ τοῦ Θεοῦ· ἐπεὶ καὶ πόδας, καὶ χεῖρας, καὶ δακτύλους, καὶ ὀφθαλμοὺς Θεοῦ εἴωθεν ἀνθρωπινώτερον προφέρεσθαι. Περὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα λέγεται, ἐπειδήπερ ἡσύχως καὶ πράως τὸν ἀνθρώπινον διώδευσε βίον, ὡς μηδὲ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένοις ἐπιτρέπειν αὐτὸν φανερὸν ποιεῖν τοῖς πᾶσιν· οὕτω γὰρ, φησὶν, ἀψοφητὶ καὶ ἡσύχως διελεύσεται τὸν ἐν ἀνθρώποις βίον, ὡς μηδὲ τὸν τυχόντα ἄνθρωπον λυπῆσαι τὸν πάντων ταπεινότερον, καὶ ἀσθενέστερον, καλάμῳ διὰ τὸ ἀσθενὲς ἀπεικασμένον. Λίνον δὲ τυφόμενον εἴποις ἂν εἶναι τὸν εἰκῆ φυσιούμενον, ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἐπηρμένον καὶ τετυφωμένον, ὃν οὐ κωλύσειν, οὐδὲ παύσειν ἐλέγετο τοῦ ἐπάρματος ὁ προφητευόμενος. Ὁ δὴ καὶ ἔργῳ ἐπλήρου ὁ Χριστὸς ἐπιδημῶν τῷ θνητῷ βίῳ· οὔτε οὖν ταπεινόν τινα καὶ ἀσθενῆ

A fuerunt, et dicamus vera esse? non est qui prædicat, neque qui audiat sermones vestros. » Hæc duplici more intelligi possunt; ut neque illi sermonem, quem proferant, habeant, quod nihil valeant, nihilque sciant; neque illi, olim his in rebus errantes, in errore maneant; sed verbo veritatis adjuti, nullatenus ipsis aures præbeant, quod priscum errorem deprehenderint et damnarint.

VERS. 27. « Principatum Sion dabo, et Jerusalem consolabor in via. » Hæc est dicti sententia: Heus! vos homines, agnoscite, me Ecclesiæ meæ, quæ prius Sion et Jerusalem vocata fuit, principatum in omnes daturum esse, ac Ecclesiam meam consolaturum posituruinque in via.

B VERS. 28, 29. « A gentibus enim ecce nullus est, et de idolis earum non erat qui annuntiaret. Et si interrogavero eos, Unde estis? non respondebunt mihi. Sunt enim qui faciunt et qui frustra seducunt vos. » Nihil eos esse, et ideo nihil posse, comprobatum est: quare si interrogavero eos undenam sint, eorum nemo respondebit.

CAPUT XLII.

VERS. 1. « Jacob puer meus, suscipiam eum: Israel electus meus, suscepit eum anima mea. Dedi Spiritum meum super eum. » Hæc consona deprehendas iis, quæ superius de eo, qui ex radice Jessæ proditurus erat, prænuntiantur. Electus autem, non sicut apostoli, quandoquidem de illo tantum dicitur, « Elegit eum anima mea; » verum etiam
C Spiritus Dei in ipso solo requievit: in illo quippe « habitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter[73]. » Quamobrem, ut qui solus paternum Spiritum in se receperit, omnia sub hæc enarrata peragit, gentibus annuntians ea, quæ ad illud universale judicium pertinent, ut omnes ad futurum Dei judicium præparet.

VERS. 2, 3. « Non clamabit, neque dimittet, neque audietur foris vox ejus: calamum conquassatum non conteret, et linum fumigans non exstinguet; sed in veritate feret judicium » Solet Scriptura divina mentis oculo uti, cum de Deo loquitur: quandoquidem pedes, manus, digitos et oculos Dei solet humano more proferre. De Christo autem
D hæc ideo dicuntur, quia ille placide et quiete humanam emensus est vitam, ita ut ne illis quidem, queis medelam attulit, permitteret ut ipsum omnibus palam facerent. Usque adeo, inquit, sine strepitu ac quiete humanam transiget vitam, ut ne vel minimo ex hominibus molestiam pariat, etiamsi ille humillimus et debilissimus omnium sit, ac imbecillitatis causa calamo comparetur. Linum vero fumigans dixeris eum esse, qui mente carnis suæ elatus, temere inflatur, quem non ab elatione cohibiturus esse dicitur is, qui in prophetia enuntiatur. Idque sane Christus in mortali vita peregrinatus, opere complevit: neque enim humilem

[73] Col. II, 9.

quempiam et apud homines infirmum contristavit unquam, neque ullum ex arrogantibus et superbis adortus est : sed sese omnibus prorsus hominibus mansuetum et humilem corde exhibuit : cum veritate autem et fiducia omnibus aperiens ea, quæ ad Dei judicium spectabant, non prius cessavit, quam lucis instar splendesceret per resurrectionem ex mortuis, quam propheticus sermo his verbis subindicavit, « Resplendebit, et non conteretur. » Siquidem illum conterere et exstingdere tentabant ii, qui necem ipsi moliti sunt : etenim id universo hominum generi natura proprium est, ut morte conteratur. At non illum mors contrivit, sed unus eorum, qui a sæculo fuere, morti superior evasisse jure declaratur a prophetia dicente :

VERS. 4. « Resplendebit, et non conteretur, donec ponat in terra judicium; et in nomine ejus gentes sperabunt. » Quocirca post resurrectionem ex mortuis, lucis instar in toto orbe resplendens, non prius cessavit, quam in terra et in Ecclesia sua regimen ac judicium ordinaret, quod etiam discipulis suis tradidit.

VERS. 5. « Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum, et fixit illud, qui firmavit terram, et quæ in ipsa sunt, qui dat flatum populo suo in ea, et spiritum calcantibus eam. » Admodum consequenter : nam opus est nos ediscere ex cujus persona dicta sint quæ de Christo præmittuntur. Quia enim confertim initio dixerat propheticus sermo, « Jacob puer meus, suscipiam eum : Israel electus meus, suscepit eum anima mea : dedi spiritum meum super eum; » nec indicaverat quis hæc dixisset, hujus vaticinii auctorem jam necessario enuntiat : quamobrem subjungit, « Sic dicit Dominus Deus : » ipse quippe erat, qui et prima protulit, et sequentia adjecit. Quamvis enim vos homines, invisibili et incorporeæ Dei substantiæ videndæ pares non sitis; at hujus tanti cœli magnitudinem speculantes, vobiscum reputate quantus qualisve sit is, qui tantam fixit molem, hinc terram ipsam respicientes, ac considerantes, quanta, quam immobilis a sæculo fundata et ceu radicibus firmata sit, ita ut ne vel tantillum moveatur; cogitate quam inenarrabilis virtus sit ejus, qui firmavit eam, et ita fecundam fructuumque feracem condidit, ut tot animalia, tot plantas proferat. Is ergo, qui tantam pulchritudinem et tantam molem condidit, Dominus et Deus universorum, etiam ea, quæ superius dicta sunt, de Christo prænuntiavit.

VERS. 6-7. « Ego Dominus Deus vocavi te in justitia : et apprehendam manum tuam, et corroborabo te, et dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres vinctos ex vinculis et ex domo custodiæ et sedentes in tenebris. » His compellat eum, quem superius puerum suum dixit, cui se spiritum suum daturum esse dicebat. Primo autem ipsum in justitia vocat vocationem ejus pro dignitate et justitia peragens : deinde vero se manum ejus appre-

A ἐν ἀνθρώποις ἐλύπησεν, οὔτε τινὰ τῶν ἐπηρμένων καὶ ὑπερηφάνων μετῆλθε· πρὸς ἅπαντας δὲ τοὺς ἀνθρώπους πρᾷός τε ἦν καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· σὺν ἀληθείᾳ δὲ καὶ παῤῥησίᾳ τοῖς πᾶσι διαστέλλων τὰ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως, καὶ οὐ πρότερόν γε ἐπαύσατο, ἢ φωτὸς δίκην ἐκλάμψαι διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἣν ὁ προφητικὸς λόγος ᾐνίξατο εἰπὼν, « Ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται. » Θραῦσαι μὲν γὰρ αὐτὸν, καὶ ἀποσβέσαι πεπείρανται οἱ τὸν θάνατον αὐτῷ κατασκευάσαντες· ἐπεὶ καὶ πᾶν τὸ θνητὸν γένος θανάτῳ θραύεσθαι πέφυκεν. Ἀλλ' οὐ καὶ αὐτὸν ἔθραυσεν· μόνος δὲ τῶν ἐξ αἰῶνος εἷς οὗτος θανάτου κρείττων ἀποφανθεὶς, εἰκότως ὑπὸ τῆς προφητείας μεμαρτύρηται φησάσης·

B « Ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Διὸ καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, φωτὸς δίκην εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐκλάμψας, οὐ πρότερον ἐπαύσατο, ἢ διατάξασθαι ἐπὶ τῆς γῆς τὴν περὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ διοίκησίν τε καὶ κρίσιν, ἣν τοῖς αὐτοῦ παρέδωκε μαθηταῖς.

« Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ τὸ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν. » Σφόδρα ἀκολούθως· χρὴ γὰρ ἡμᾶς μαθεῖν ἐκ τίνος προσώπου ἦν τὰ περὶ Χριστοῦ προλεχθέντα. Ἐπειδὴ γὰρ ἀθρόως ἐπέβαλεν ὁ προφητικὸς λόγος ἐν ἀρχῇ εἰπὼν, « Ἰακὼβ
C ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· ἔδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν· » τίς δὲ ἦν ὁ ταῦτα εἰρηκὼς οὐ προεδίδαξεν, ἀναγκαίως ἐπὶ τοῦ παρόντος διασαφεῖ τὸν ταῦτα τεθεσπικότα· διὸ ἐπιφέρει τὸ, « Οὕτως εἶπε Κύριος ὁ Θεός· » αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὰ πρῶτα εἰρηκὼς, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιλεγόμενος. Εἰ γὰρ καὶ μάλιστα μὴ οἷοί τέ ἐστε, φησὶν, ὑμεῖς οἱ ἄνθρωποι, τὴν ἀφανῆ καὶ ἀσώματον οὐσίαν ἐποπτεῦσαι Θεοῦ· ἀλλ' ἀναβλέψαντες εἰς τὸ μέγεθος τοῦ τοσούτου οὐρανοῦ, λογίσασθε ὁποῖός τις τυγχάνει ὁ τοσοῦτον μέγεθος διαπηξάμενος· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν γῆν αὐτὴν ἀποβλέψαντες, ὁπόση τίς ἐστι, καὶ ὡς ἀκίνητος τὸν σύμπαντα αἰῶνα ἥδρασται ἐῤῥιζωμένη, καὶ τεθεμελιωμένη, ὡς μηδαμῆ μηδαμῶς κινεῖσθαι· ἐννοή-
D σατε ὅσης ἀῤῥήτου ὑπάρχει δυνάμεως ὁ στερεώσας αὐτὴν, γόνιμόν τε καὶ καρπῶν οἰστικὴν αὐτὴν ἀπεργασάμενος, ὡς τοσαῦτα ζῶα καὶ φυτὰ προβάλλεσθαι. Ὁ δὴ οὖν τοσαῦτα κάλλη καὶ μεγέθη κατασκευάσας, Κύριος καὶ Θεὸς τῶν ὅλων, οὗτος τὰ προλεχθέντα περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐθέσπισεν.

« Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς, καὶ καθημένους ἐν σκότει. » Προσφωνεῖ δὲ ταῦτα τῷ ἀνωτέρω λεχθέντι παιδὶ αὐτοῦ, ᾧ τὸ ἑαυτοῦ πνεῦμα δώσειν ἐλέγετο. Πρῶτον δὲ αὐτὸν ἐν δικαιοσύνῃ καλεῖ, κατ' ἀξίαν τὴν κλῆσιν αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ δίκαιον ποιούμενος· ἔπειτα κρατήσειν τῆς χειρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐνισχῦσαι αὐτὸν,

καὶ τρίτον χαρίσασθαι αὐτῷ δῶρον ὥσπερ τι φῶς μέγα, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπαγγέλλεται λέγων· « Καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. » Πάλαι μὲν οὖν διὰ Μωϋσέως τὴν παλαιὰν Διαθήκην τῷ Ἰουδαίων ἐδίδου λαῷ· ἐνταῦθα δὲ τὸν προφητευόμενον εἰς διαθήκην τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰς φῶς ἐθνῶν δωρήσασθαί φησιν· ὅπως ἐν αὐτῷ φωτιζόμενοι τῶν πάλαι τὰς ψυχὰς τυφλῶν οἱ ὀφθαλμοὶ διανοίγωνται καὶ ἀναβλέπωσι διορῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, ὡς μηκέτι ξύλοις καὶ λίθοις καὶ ἀψύχων ὕλῃ τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν ἀπονέμειν. Ἤμελλε γὰρ τοὺς σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατεσφιγμένους, καὶ ἐν σκότῳ τε καὶ κακίᾳ πεπεδημένους διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἁμαρτιῶν ἀφέσεως καταξιοῦν, καὶ ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίων ἀπολύειν ἐλευθέρους τε καὶ ἀπαλλάττειν τῆς τοῦ διαβόλου εἱρκτῆς.

« Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός· τοῦτό μού ἐστι τὸ ὄνομα, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι, καὶ καινὰ ἃ ἐγὼ ἀναγγέλλω, καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη ὑμῖν. » Ἐπιστῆσαι ἄξιον, ὡς οὐχ εἴρηται, Τὴν δόξαν μου οὐδενὶ δώσω· δείκνυται γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς ἔχων τὴν δόξαν· τὸ μὲν γὰρ οὐδενὶ, ἀναιρετικὸν ἦν παντός· τὸ δὴ ἑτέρῳ μὴ δώσειν, ἑνὶ μόνῳ τὴν συγχώρησιν γεγενῆσθαι ἐμφαίνει, δηλαδὴ τῷ προφητευομένῳ. Οὗτος δὲ ἦν πρὸς ὃν ἐλέγετο·

« Ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. » Διὰ τούτων δὲ, οἶμαι, τῶν λόγων τὰ ἔθνη πάντα παιδεύει, μηδένα μὲν θεὸν ὑμνεῖν τῶν πάλαι ὀνομαζομένων αὐτοῖς θεῶν· μόνον δὲ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν πέμψαντα αὐτὸν Πατέρα δοξάζειν.

« Ὑμνήσατε τῷ Κυρίῳ ὕμνον καινόν· ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ. » Τοῦτό φησι χρῆναι ποιεῖν πάντας ἀνθρώπους. « Δοξάζετε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, οἱ καταβαίνοντες τὴν θάλασσαν, καὶ πλέοντες αὐτὴν, αἱ νῆσοι καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς· » ὡς ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας Χριστιανῶν τὴν σύμπασαν πεπληρῶσθαι. Ἄντικρυς τοὺς ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν σημαίνων, οὓς παρὰ τὴν θάλασσαν εἶδε βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς λοιπούς. Οἱ αὐτοὶ δὲ οὗτοι, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς περιπλέοντες θάλατταν, τοτὲ μὲν ἐν ταῖς νήσοις ἐκήρυττον τὸ Εὐαγγέλιον, τοτὲ δὲ διέβαινον ἐπέκεινα Σπανίας τε καὶ Ἰταλίας, ὡς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ αὐτὴν βασιλεύουσαν πόλιν πληρῶσαι τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας. Καὶ ἄλλως δὲ οἱ τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου θάλασσαν ἐμπλέοντες, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐν μέσαις ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττοντες τὸ Εὐαγγέλιον διὰ τῶν προκειμένων δηλοῦνται· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ τὸν καινὸν ὕμνον πάσῃ κατήγγελλον τῇ γῇ, καὶ ἀνθρώποις ἐν μέσαις ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττοντες καὶ ἐκδιδάσκοντες. « Καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς· » τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συναγομένους τοῦτον ἐμφαίνων τὸν τρόπον.

« Εὐφράνθητι, ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς· » ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, « καὶ πόλεις αὐτῆς. »

A tensurum, ipsumque corroboraturum, ac tertium ipsi donum collaturum, et ceu lucem magnam omnibus gentibus oblaturum esse pollicetur, dicens, « Et dedi te in testamentum generis, in lucem gentium. » Olim itaque per Moysem Vetus Testamentum Judaico populo dedit: hic autem eum, qui in prophetia fertur in testamentum generis hominum, et in lucem gentium daturum ait; ut eo illuminati eorum oculi, qui olim mente cæci erant aperirentur, ac recepto visu Dei cognitionem assequerentur; ut ne ultra lignis, lapidibus et inanimatarum rerum materiæ Dei honorem ascriberent. Atenim eos qui peccatorum suorum vinculis constringebantur, atque in tenebris et malitiæ compedibus erant, per Dei gratiam peccatorum venia donaturus, ceu ex car-
B cere liberos soluturus, ac e diaboli custodia erepturus erat.

Vers. 8-9. « Ego Dominus Deus: hoc mihi nomen est, et gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas sculptilibus. Quæ a principio ecce venerunt, et nova quæ ego annuntio, et antequam annuntientur declarata sunt vobis. » Animadvertas velim non dictum fuisse, gloriam meam nemini dabo: nam Filium Patris gloriam habere ostensum est; quod enim nemini detur, id quemlibet excludit; quod autem alteri non detur, hinc uni solum concessam fuisse declaratur, scilicet ei, qui in prophetia fertur. Hic porro erat cui dicebatur:

« Vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, corroborabo te, et dedi te in testamentum generis,
C in lucem gentium. » His porro, ut æstimo, sermonibus gentes omnes erudit, ne deum ullum celebrent eorum, qui olim apud eas dii vocabantur; sed solum Christum Dei, et Patrem, qui misit illum, gloria afficiant.

Vers. 10. « Cantate Domino canticum novum, principatus ejus. » Id ab omnibus hominibus præstandum ait. « Glorificate nomen ejus ab extremo terræ, qui descenditis in mare, et navigatis ipsum, insulæ et habitatores earum: » ita ut a Christi nomine, universa terra Christianis repleta sit. His porro apostolos Servatoris nostri perspicue significat, quos ad littus maris vidit jacientes rete in mare: erant enim piscatores; similiterque alios.
D Hi vero ipsi mare nostrum circumnavigantes, modo in insulis Evangelium prædicabant; modo in Hispaniam et Italiam trajiciebant; ita ut brevi regiam ipsam urbem doctrina Christi replerent. Alio item modo, indicari videntur ii, qui in humanæ vitæ mari navigantes, apud omnes gentes in mediis ecclesiis Evangelium prædicabant: quandoquidem et ipsi hymnum novum per omnem terram annuntiabant, et in medio ecclesiarum hominibus prædicabant et docebant. « Et habitatores earum. » His significat eos, qui in ecclesiis cœtus agunt.

Vers. 11. « Lætare desertum, et vici ejus; » sive secundum reliquos interpretes, « et civitates ejus. »

Multæ quippe urbes secundum diversa vitæ instituta in Ecclesia Dei intelliguntur, ut in visione Ægypti declaratum est, ubi dicebatur, quinque urbes in Ægypto fore, quæ lingua Chananitide loquerentur. « Villæ et habitatores Cedar. Lætabuntur qui habitant Petram, de vertice montium clamabunt. » Cedar in ulteriori Arabia sita est ad extremum deserti, quam dicunt obtinere Saracenorum gentem. His omnes deserti et finium terræ incolæ significantur, ita ut rationabilis illa Dei lætitia per Christi gratiam ad nos usque perventura sit. Petra vero urbs quædam Palæstinæ est, superstitiosis viris plena, et in profundum diabolici erroris demersa : cujus item incolas gratiæ consortes fore dicit his verbis, « Lætabuntur qui habitant Petram. » Cujus sermonis veritatem ipse rerum eventus comprobavit, cum in ipsa Petrensium civitate, et in agro ejus, necnon in solitudinibus Saracenorum, Christi Ecclesiæ nostris temporibus fundatæ sint. Alias vero Cedar significat *tenebras*, eorum causa, qui a tenebris ad annuntiatam gentibus lucem translati sunt. Pari lætitia afficiendos ait eos qui inhabitant Petram : « Petra autem erat Christus[14]. »

A Πολλαὶ γὰρ πόλεις κατὰ τὰς διαφόρους πολιτείας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐπινοοῦνται, ὡς ἐδείκνυτο καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῆς Αἰγύπτου, ἐν ᾗ ἐλέγοντο ἔσεσθαι πέντε πόλεις ἐν Αἰγύπτῳ λαλοῦσαι τῇ γλώσσῃ τῇ Χαναννίτιδι. « Ἐπαύλεις καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδάρ. Εὐφρανθήσονται οἱ κατοικοῦντες Πέτραν, ἀπ' ἄκρου τῶν ὀρέων βοήσουσι. » Ἡ Κηδὰρ δὲ ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας τυγχάνει ἐπὶ τῆς ἐσχάτης ἐρήμου, καὶ κατέχειν φασὶ τὸ τῶν Σαρακηνῶν γένος. Δι' ὧν ὁ λόγος ἐβουλήθη πάντας τοὺς τὰς ἐρήμους καὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς οἰκοῦντας δηλῶσαι, ὡς τῆς τοῦ Θεοῦ λογικῆς εὐφροσύνης διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος καὶ μέχρις ἡμῶν φθάνειν μελλούσης. Καὶ Πέτρα δέ τίς ἐστι πόλις Παλαιστίνης δεισιδαιμόνων ἀνδρῶν, καὶ πολλῇ τῇ πλάνῃ τῇ δαιμονικῇ βεβαπτισμένη· ἧς καὶ αὐτῆς
B τοὺς ἐνοίκους τῆς χάριτος μεταλήψεσθαί φησι λέγων· « Εὐφρανθήσονται οἱ οἰκοῦντες Πέτραν. » Τούτων δὲ τῶν λόγων τὴν ἀλήθειαν ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἔκβασις ἐπιστώσατο, Ἐκκλησιῶν Χριστοῦ καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς Πετρέων πόλεως, κατά τε τὴν χώραν αὐτῆς, καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις δὲ τῶν Σαρακηνῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἱδρυμένων. Καὶ ἄλλως δὲ Κηδὰρ ἑρμηνεύεται σκοτασμὸς, διὰ τοὺς μεταβαλόντας ἀπὸ τοῦ σκοτασμοῦ ἐπὶ τὸ κατηγγελμένον φῶς τοῖς ἔθνεσιν. Εὐφρανθήσεσθαι ὁ λόγος φησὶ καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν Πέτραν ὁμοίως· « Ἡ δὲ Πέτρα ἦν ὁ Χριστός. »

VERS. 12, 13. « Dabunt Deo gloriam : virtutes ejus in insulis nuntiabunt. » Ita et superius dicebatur, « Supra montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion : exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. »

« Dominus Deus exercituum egredietur, et conteret bellum, excitabit zelum, et clamabit super inimicos suos cum fortitudine. » Non sine causa enim ipsis bellum illaturus est ; sed postquam causam illam protulit, id magna voce declarabit, ut docet his verbis, « Tacui : num semper tacebo ? » Nam dum illi scelerate et impie agerent, patienter ferens ille, ipsosque longanimitate sua tolerans, neque confestim iram et ultionem inferens, tacebat. Et alias tempore passionis suæ dum calumniis impeteretur tacebat, et cum falsa testimonia audiret, nihil respondebat.

VERS. 14, 15. « Tacui : num semper tacebo, et sustinebo ? Sicut pariens patienter egi. Dimovebo et arefaciam simul : desertos faciam montes et colles, et omne fenum eorum exsiccabo. Et ponam flumina in insulas, et stagna arefaciam ; » videlicet doctrinam, quæ illis olim fluviorum instar suppeditabatur.

VERS. 16. « Et ducam cæcos in via, quam non noverunt, et in semitis, quas ignorabant, ambulare eos faciam. Reddam illis tenebras in lucem, et tortuosa in rectam. Hæc verba faciam, et non derelinquam eos. » Quinam hi essent superius docuit, de persona Christi dicens, « Dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ut aperias oculos cæcorum. » Hos itaque ipsos olim cæcos in gentibus, qui non noverant via ambulare se facturum polli-

« Δώσουσι τῷ Θεῷ δόξαν· τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγελοῦσι. » Οὕτω δὲ καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου, ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. »

C « Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, καὶ συντρίψει πόλεμον, ἐπεγερεῖ ζῆλον, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ μετ' ἰσχύος. » Οὐ γὰρ ἀλόγως αὐτοὺς πολεμήσει· ἀλλὰ μετὰ τοῦ τὴν αἰτίαν ἐξειπεῖν καὶ μεγάλῃ βοῇ φανερὸν ποιήσει, ἣν καὶ διδάσκει λέγων· « Ἐσιώπησα· μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι ; » Ἐν γὰρ τῷ παρανομεῖν αὐτοὺς καὶ ἀσεβεῖν, ἀνεξικακῶν καὶ φέρων αὐτοὺς τῇ αὐτοῦ μακροθυμίᾳ, μηδὲ παραχρῆμα τὴν ὀργὴν αὐτοῖς ἐπάγων ἐσιώπησε. Καὶ ἄλλως δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ, συκοφαντούμενος ἐσιώπα, καὶ ψευδομαρτυρούμενος οὐδὲν ἀπεκρίνατο

« Ἐσιώπησα· μὴ ἀεὶ σιωπήσομαι, καὶ ἀνέξομαι; Ὡς ἡ τίκτουσα ἐκαρτέρησα. Ἐκστήσω καὶ ξηρανῶ
D ἅμα· ἐρημώσω ὄρη καὶ βουνοὺς, καὶ πάντα χόρτον αὐτῶν ξηρανῶ. Καὶ θήσω ποταμοὺς εἰς νήσους, καὶ ἕλη ξηρανῶ· » τὰς πάλαι ποταμῶν δίκην χορηγουμένας αὐτοῖς διδασκαλίας.

« Καὶ ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους ἃς οὐκ ᾔδεισαν, πατῆσαι ποιήσω αὐτούς. Ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Ταῦτα τὰ ῥήματα ποιήσω, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω αὐτούς. » Τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι ἐδίδαξε διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰπὼν εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ· « Ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν. « Τούτους δὴ οὖν αἱ τοὺς τοὺς πάλαι τυφλοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὓς μὴ ἐπεγίνω-

[14] I Cor. x, 4.

σκον ὁδὸν βαδίσαι ποιήσειν ἐπαγγέλλεται. Πόθεν γὰρ ἡμῖν γινώσκειν παρῆν τὴν κατὰ Θεὸν ὁδὸν, ἢ διὰ τῆς θείας αὐτοῦ χάριτος; « Ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς· » τὰς προφητικὰς δηλαδὴ Γραφὰς καὶ τοὺς βίους τοὺς ὑπὸ τῆς θείας διδασκαλίας ὑποβαλλομένους συνήσεσθαι ἡμᾶς φησι. Τὴν γὰρ ἄγνοιαν τοῦ Θεοῦ τὴν πάλαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐπιπολάζουσαν εἰς φῶς γνώσεως μεταβαλεῖσθαι· καὶ τὰ πάλαι δὲ σκολιὰ ἡμῖν καὶ ἀσαφῆ νομιζόμενα, καὶ ταῦτα ὁμαλὰ ποιήσειν ἐπαγγέλλεται. Τοὺς ἐκ περιτομῆς αἰνιττόμενος, φησίν·

« Αὐτοὶ δὲ ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω. » Εἶθ' ὥσπερ ἐπιδεικνὺς αὐτοῖς τὴν τῶν ἐθνῶν μεταβολὴν, καὶ ἐξ οἵας πλάνης μεταβεβήκασιν εἰς φῶς ἐλθόντες ἀπὸ τοῦ σκότους, ὀνειδιστικῶς πρὸς ἐκείνους εἰδωλολατροῦντας ἐπιλέγει· « Αἰσχύνθητε, οἱ πεποιθότες B ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς, οἱ λέγοντες τοῖς χωνευτοῖς· Ὑμεῖς ἐστε θεοὶ ἡμῶν. » Καὶ ἵνα μή τις ταῦτα νομίσειε περὶ τῶν ἐθνῶν λέγεσθαι, τῶν πάλαι τυφλῶν καὶ κωφῶν, ἀναγκαίως διασαφεῖ καὶ διερμηνεύει τὴν διάνοιαν ἐξεπιλέγων·

« Καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' οἱ παῖδές μου; καὶ κωφοὶ, ἀλλ' οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Εἴδετε πλεονάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἠνοιγμένα τὰ ὦτα, καὶ οὐκ ἠκούσατε. Κύριος ὁ Θεὸς ἐβουλεύσατο ἵνα δικαιωθῇ, καὶ μεγαλύνῃ αἴνεσιν. » Ὁρᾷς, ὅτι ταῦτα πάντα περὶ τοῦ λαοῦ εἴρηται τοῦ ἐκ περιτομῆς. « Ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος ἐβουλεύσατο ἵνα δικαιώσῃ αὐτὸν, ἵνα μεγαλύνῃ αἴνεσιν· οἱ δὲ ἐδοξάσθησαν τοῖς τὰς ψυχὰς αὐτῶν πολεμοῦσιν.

C

« Καὶ εἶδον, καὶ ἐγένετο ὁ λαὸς προνενομευμένος καὶ διηρπαγμένος· ἡ γὰρ παγὶς ἐν τοῖς ταμείοις πανταχοῦ, καὶ ἐν οἴκοις ἅμα, ὅπου ἔκρυψαν αὐτούς. Ἐγένοντο εἰς προνομὴν, καὶ οὐκ ἦν ἐξαιρούμενος ἅρπαγμα, καὶ οὐκ ἦν ὁ λέγων, Ἀπόδος. » Ἐν γὰρ αὐτοῖς τοῖς λογισμοῖς, οὓς ἔκρυπτον, τὰ κατὰ Χριστοῦ βουλευόμενοι, ἐν αὐτοῖς ἐκείνοις ἡ κατ' αὐτῶν παγὶς, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος αὐτοὺς, οὐδὲ ὁ λέγων, Ἀπόδος.

« Τίς ἐν ὑμῖν, ὃς ἐνωτιεῖται ταῦτα; εἰσακούσατε εἰς τὰ ἐπερχόμενα. » Εἰ δέ τις ζητήσειεν τίς ὁ ταῦτα πράξας, εὕροι δ' ἂν, ὅτι οὐδ' ἄλλος ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς διαρπαγὴν ἢ αὐτὸς ᾧ ἡμάρτοσαν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠβούλοντο ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύεσθαι. Καλούμενοι D γὰρ εἰς τὰς εὐαγγελικὰς ὁδοὺς, οὐχ ὑπήκουον· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν ἤθελον τοῦ νόμου τῆς Καινῆς Διαθήκης.

« Τίς ἔδωκεν εἰς διαρπαγὴν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῖς προνομεύουσιν αὐτόν; Οὐχὶ ὁ Θεὸς, ᾧ ἡμάρτοσαν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐβούλοντο ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ πορεύεσθαι, οὐδὲ ἀκούειν τοῦ νόμου αὐτοῦ; » Πάλαι μὲν γὰρ πρὸς καιρόν τινα πολεμούμενοι, αὖθις ἀνελάμβανον ἑαυτούς· ὡς καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ βασίλειον αὐτῶν συνεστάναι· νῦν δὲ κατίσχυσεν αὐτῶν ὁ πόλεμος· οὐχ ὁ ἔξωθεν μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν τὰς ψυχὰς αὐτῶν πολιορκούντων.

« Καὶ ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ κατίσχυσεν αὐτοὺς πόλεμος, καὶ οἱ συμφλέγοντες

A cetur. Quo pacto enim eam secundum Deum viam nosse poteramus, nisi per divinam ejus gratiam? « Faciam ipsis tenebras in lucem: » propheticas videlicet Scripturas, et vitam illam, qua divina doctrina suggeritur, nos intellecturos esse ait. Ignorantiam enim Dei quæ olim animas obtegebat nostras, in cognitionis lucem mutandas ait: et ea, quæ olim a nobis tortuosa et obscura esse putabantur, se plana facturum promittit. Eos autem qui ex circumcisione sunt subindicans, ait:

Vers. 17. « Ipsi autem conversi sunt retrorsum. » Deinde gentium mutationem, et quando ex errore illæ reductæ sint, ex tenebris in lucem venientes, ipsis aperit, ac eorum idololatriam vituperando subjungit: « Confundimini qui confiditis in sculptilibus, qui conflatilibus dicitis, Vos estis dii nostri. » Ne vero quis putaret hæc de gentibus, olim cæcis et surdis, dicta fuisse, necessario mentem suam aperit et explicat, hæc adjiciens:

Vers. 18-21. « Et quis cæcus, nisi pueri mei? et quis surdus, nisi qui dominantur eis? Et obcæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, et non cavistis: apertæ sunt aures, et non audistis. Dominus Deus deliberavit ut justificaretur, et magnificaret laudem. » Vides hæc omnia de populo ex circumcisione dicta fuisse. « Sed Dominus deliberavit, ut justificaret eum, et magnificaret laudem; » illi vero gloriati sunt in iis, qui impugnabant animam suam.

Vers. 22. « Et viderunt, et fuit populus vastatus atque direptus: laqueus enim in cubilibus ubique, et in domibus simul, ubi absconderunt eos. Facti sunt in vastationem, et non erat qui erueret rapinam: et non erat qui diceret, Redde. » Nam occultas in mentibus suis Christo insidias molientes, in iisdem ipsis laqueum sibi invenerunt, nec erat qui eriperet eos, neque qui diceret, Redde.

Vers. 23. « Quis est in vobis, qui hæc audiat, auscultate futura. » Si quis autem quærat, quis hæc fecerit, inveniet non alium ipsos in prædam dedisse, quam eum, in quem peccaverant, et in cujus viis ambulare renuerant. Nam ad evangelicas vias evocati, non obtemperarunt, neque legem Novi Testamenti audire voluerunt.

Vers. 24. « Quis dedit in direptionem Jacob, et Israel vastantibus eum? Annon Deus, cui peccaverunt, et noluerunt in viis ejus ambulare, neque audire legem ejus? » At enim olim quidem cum ad tempus aliquod bello impeterentur, iterum resipiscebant; ita ut Jerusalem et regia ibidem posita consisteret; nunc autem bello oppressi sunt, non exteriore tantum, sed eo quod ab obsidentibus animas suas inferebatur.

Vers. 25. « Et induxit super eos iram furoris sui, et invaluit in eos bellum, et qui comburebant

eos in circuitu : neque cognoverunt unusquisque eorum, neque animum adhibuerunt. »Etsi enim ii, qui apud vos infideles, cæci et surdi effecti sunt, et talia perpetrarunt, iræ Dei traditi sint; at vos vel nunc tandem audite; vos dico, qui conditorem et creatorem vestrum non ignorastis, sed qui opificium in vobis existens, salvum et incolume servastis.

CAPUT XLIII.

VERS. 1, 2. « Et nunc sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, Jacob, et qui formavit te, Israel : Ne timeas, quoniam redemi te : vocavi te nomine tuo, Meus es tu. » Ego Dominus Deus, qui feci et formavi te ; feci quidem secundum animam ad imaginem Dei factam ; formavi autem secundum corpus, de terra sumptum,et a me constructum. Sanguinemque meum in pretium pro salute tradens tua, redemi te, et vocavi te : verum etiam te possessionem meam effeci; ita ut tu mihi populus, ego tibi Deus essem. Confide igitur, tot a me dignatus bonis, et ea qua jussus es via incede : fiduciaque plenus omnibus per orbem gentibus prædica evangelicum sermonem. Quamvis enim ignis ardens eruperit, quamvis aquæ, quamvis flumina inundaverint, hæc nihil te lædent, quod ego tecum ubique sim. Nam illud sine mendacio enuntiavi, « Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi [78]. »

VERS. 3. « Et si transieris per aquam, tecum sum, et flumina non operient te : et si transieris per ignem, non combureris, flamma non comburet te; quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel, salvans te. Feci commutationem tuam Ægyptum, et Æthiopiam et Syenem pro te. » Ita quippe pretiosus mihi fuisti, tanta in conspectu meo gloria donatus es, et usque adeo dilexi te, ut salus divina, quæ per te omnibus hominibus parta est, usque ad extrema terræ pertingeret : et ut illi hominum superstitiosissimi Ægyptii per te vocatione dignarentur. Per Ægyptios igitur superstitiosos et idololatras omnes designavit : per Æthiopas et Syenem, eos qui extrema terræ nostræ incolebant. Nec ignorandum est esse quamdam Sabaitarum gentem, unde Salomonis tempore regina Saba profecta est.

VERS. 4, 5. « Ex quo honorabilis factus es in conspectu meo, glorificatus es, et ego dilexi te : et dabo homines pro te, et principes pro capite tuo. Ne timeas, quoniam tecum sum. Ab oriente ducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. » Multos filios a me secundum Deum genitos, in cœlesti mea civitate congregabo, ipsosque per aerem sublimes agam, quasi volucres ventis, videlicet angelicis virtutibus sustentatos.

[78] Matth. XXVIII, 20.

A αὐτοὺς κύκλῳ· καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕκαστος αὐτῶν, οὐδὲ ἔθεντο ἐπὶ ψυχήν. « Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα οἱ ἐξ ὑμῶν ἄπιστοι, τυφλοὶ καὶ κωφοὶ γενόμενοι, καὶ τοιαῦτα πράξαντες, τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ παρεδόθησαν· ἀλλ' ὑμεῖς ἔτι καὶ νῦν ἀκούσατε· ὑμᾶς δὲ λέγω τοὺς τὸν ἑαυτῶν ποιητὴν καὶ πλάστην μὴ ἀγνοήσαντας, ἀλλὰ καὶ τὸ ποίημα τὸ ἐν ὑμῖν καὶ τὸ πλάσμα σῶον καὶ ἀλώβητον διατηρήσαντας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

« Καὶ νῦν οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε, Ἰακὼβ, καὶ ὁ πλάσας σε, Ἰσραήλ· Μὴ φοβοῦ, ὅτι ἐλυτρωσάμην σε· ἐκάλεσά σε τὸ ὄνομά σου· ἐμὸς εἶ σύ. » Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε καὶ πλάσας σε· ποιήσας μὲν κατὰ ψυχὴν τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένην· πλάσας δὲ κατὰ τὸ σῶμα τὸ ἀπὸ γῆς
B ληφθὲν καὶ ὑπ' ἐμοῦ πεπλασμένον· λύτρον ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τὸ ἐμαυτοῦ παραδοὺς αἷμα, ἐλυτρωσάμην σε καὶ ἐκάλεσά σε· ἀλλὰ καὶ κτῆμα ἑαυτοῦ ἐποιησάμην σε· ὥστε εἶναι μέν σε ἐμὸν λαὸν, κἀμὲ δὲ σοῦ αὐτοῦ Θεόν. Θάρσει τοιγαροῦν, τοσούτων παρ' ἐμοῦ κατηξιωμένος, καὶ βάδιζε τὴν ὁδὸν ἣν ἐκελεύσθης, θαρσῶν τε κήρυττε τοῖς ἀπανταχοῦ γῆς ἔθνεσι τὸν εὐαγγελικὸν λόγον. Κἂν γὰρ πῦρ φλέγον ἐπίῃ, κἂν ὕδατα, κἂν ποταμοὶ ἐπικλύζωσιν· οὐδέν σε ταῦτα λυπήσει, διὰ τὸ ἐμὲ σὺν σοὶ πανταχοῦ εἶναι. Ἀψευδῶς γὰρ ἀπηγγειλάμην τὸ, « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. »

« Καὶ ἐὰν διαβαίνῃς δι' ὕδατος, μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ
C ποταμοὶ οὐ συγκλύσουσί σε· καὶ ἐὰν διέλθῃς διὰ πυρὸς, οὐ μὴ κατακαυθῇς, φλὸξ οὐ κατακαύσει σε ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, ὁ σώζων σε. Ἐποίησα ἄλλαγμά σου Αἴγυπτον καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Σοήνην (38) ὑπὲρ σοῦ. » Οὕτω γὰρ παρ' ἐμοὶ γέγονας τίμιος, καὶ οὕτως ἐναντίον μου ἐδοξάσθης, καὶ οὕτως ἠγάπησά σε, ὡς καὶ μέχρι τῶν ἐσχατιῶν γῆς φθάσαι τὴν διὰ σοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις προξενουμένην κατὰ Θεὸν σωτηρίαν· καὶ ὡς αὐτοὺς τῶν πάντων ἀνθρώπων δεισιδαιμονεστάτους Αἰγυπτίους τῆς διὰ σοῦ κλήσεως καταξιωθῆναι. Διὰ μὲν οὖν τῶν Αἰγυπτίων πάντας ᾐνίξατο τοὺς δεισιδαίμονας καὶ εἰδωλολάτρας, διὰ δὲ τῆς Αἰθιοπίας καὶ Σοίνης τοὺς μέχρι τῶν ἐσχατιῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης οἰκοῦντας. Ἰστέον, ὡς ἔστι Σαβαϊτῶν ἔθνος, ὅθεν βασί-
D λισσα Σαβὰ ἐπεδήμει κατὰ τοὺς Σολομῶντος χρόνους.

« Ἀφ' οὗ ἔντιμος ἐγένου ἐναντίον ἐμοῦ, ἐδοξάσθης, καὶ ἐγώ σε ἠγάπησα. Καὶ δώσω ἀνθρώπους ὑπὲρ σοῦ, καὶ ἄρχοντας ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς σου. Μὴ φοβοῦ, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι. Ἀπ' ἀνατολῶν ἄξω τὸ σπέρμα σου, καὶ ἀπὸ δυσμῶν συνάξω σε. » Πολλὰ τέκνα κατὰ Θεὸν γεννήσας συνάξω εἰς τὴν ἐπουράνιόν μου πόλιν, μετεώρους αὐτοὺς ἀναλαβὼν δι' ἀέρος ὥσπερ πτηνοὺς ἀνέμοις ὑποκουφιζόμενος, λέγω δὴ ἀγγελικαῖς δυνάμεσιν.

(38) Syene urbs ad extrema Ægypti posita, Συήνη, Σοήνη et Σοΐνη dicitur apud Origenem, Athanasium et alios, ut in Athanasii edito monuimus.

« Ἐρῶ τῷ βοῤῥᾷ, Ἄγε, καὶ τῷ λιβί, Ἄγε, μὴ κώλυε· ἄγε τοὺς υἱούς μου ἀπὸ τῆς πόῤῥωθεν, καὶ τὰς θυγατέρας μου ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς. » Ἐγὼ γὰρ ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι τοῦτο ποιεῖν προστάξω, διὰ τὸ ἐμοὺς εἶναι υἱοὺς καὶ θυγατέρας ἐμὰς δι' ὑμῶν σπαρέντας καὶ ἀναγεννηθέντας ἐν τῇ ἐμῇ Ἐκκλησίᾳ. A

« Πάντας ὅσοι ἐπικέκληνται τῷ ὀνόματί μου. » Πόθεν δὲ ἄλλοθεν ὑπέστη τὸ Χριστιανῶν ὄνομα ἢ ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας; αὐτὸς δὲ ἦν ὁ διὰ τοῦ προφήτου ταῦτα θεσπίζων. « Ἐν γὰρ τῇ δόξῃ μου κατεσκεύασα αὐτὸν, καὶ ἔπλασα αὐτὸν, καὶ ἐποίησα αὐτὸν, ἄπλαστον ὄντα τοῖς τρόποις.

« Καὶ ἐξήγαγον λαὸν τυφλὸν, καὶ ὀφθαλμοί εἰσιν ὡσαύτως τυφλοὶ, καὶ κωφοὶ τὰ ὦτα ἔχοντες. Πάντα τὰ ἔθνη συνήχθησαν ἅμα, καὶ συναχθήσονται ἄρχοντες ἐξ αὐτῶν. » Διὰ γὰρ τῶν ἀποστολικῶν σπερμάτων καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν μεταβαλόντες οἱ πάλαι τυφλοὶ καὶ κωφοὶ, συνήχθησαν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· ἤδη δὲ καὶ ἄρχοντες ἐξ αὐτῶν τούτων τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ κατέστησαν. B

« Τίς ἀναγγελεῖ ταῦτα; ἢ τὰ ἐξ ἀρχῆς τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν; Ἀγαγέτωσαν τοὺς μάρτυρας αὐτῶν, καὶ δικαιωθήτωσαν, καὶ ἀκουσάτωσαν, καὶ εἰπάτωσαν ἀληθῆ. Γένεσθέ μοι μάρτυρες, καὶ ἐγὼ μάρτυς, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς μου, ὃν ἐξελεξάμην. » Ἐπειδὴ κἀγὼ ὁ Θεὸς μάρτυς αὐτῶν γενήσομαι, καὶ ὁ παῖς μου ὃν ἐξελεξάμην· περὶ οὗ ἀνωτέρω ἔλεγεν· « Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου. » Ἐγὼ τοίνυν αὐτὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς οὗτος ὁ ἐκλεκτός μου, μαρτυρήσω τοῖς ἐμοῖς μάρτυσι· ὃ δὴ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις ἐδήλου λέγων· « Ὃς ἐὰν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε, καὶ συνῆτε, ὅτι ἐγώ εἰμι. C

« Ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστι. » Τὸ γὰρ αἴτιον τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ εἰς πάντα τὰ ἔθνη μαρτυρίας οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ τὸ κηρῦξαι τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ σύνεσιν τοῖς πρὶν ἀσυνέτοις, καὶ ἀσυνθέτοις, καὶ ἀπίστοις, καὶ ἐν ἀγνωσίᾳ οὖσιν αὐτοῦ· ὡς διὰ τοῦτο τυφλώττειν τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς, καὶ περὶ τὴν πλάνην τῆς ἀθέου εἰδωλολατρείας εἱλεῖσθαι. « Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ σώζων. » Μιᾶς γὰρ οὔσης ἀρχῆς, μία εἴη ἂν ἡ θεότης, ᾗ συμπαραλαμβάνεται καὶ ἡ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ θεολογία. D

« Ἐγὼ ἀνήγγειλα καὶ ἔσωσα· ὠνείδισα, καὶ οὐκ ἦν ἐν ὑμῖν ἀλλότριος. Ὑμεῖς ἐμοὶ μάρτυρες, καὶ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἔτι ἀπ' ἀρχῆς· καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκ χειρῶν μου ἐξαιρούμενος. Ποιήσω, καὶ τίς ἀποστρέψει αὐτό; » Ὡς γὰρ μάρτυς αὐτὸς ἐλέγετο, καὶ ὁ παῖς ὃν ἐξελέξατο· οὕτω καὶ Θεὸς σώζων εἴη ἂν αὐτός. Ἐὰν δὲ λέγῃ, « Καὶ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ σώ-

VERS. 6. « Dicam aquiloni, Age; et austro, Age, noli prohibere. Age filios meos de terra remota, et filias meas ab extremis terræ. » Ego enim angelicas virtutes hæc agere præcipiam, quia filii mei et filiæ meæ sunt, per vos sati et regenerati in Ecclesia mea.

VERS. 7. « Omnes, quotquot vocati sunt nomine meo. » Unde constitutum est Christianorum nomen, nisi ex Christi nomine? Ipse autem erat, qui per prophetam hæc vaticinabatur. « In gloria enim mea edidi eum, et finxi eum, et feci eum, » minime fictum moribus.

VERS. 8, 9. « Et eduxi populum cæcum, et oculi sunt pariter cæci, et surdi aures habent. Omnes gentes congregatæ sunt simul, et coibunt principes ex eis. » Per apostolica quippe semina et per doctrinam eorum mutati, qui olim cæci et surdi erant, congregati sunt in Ecclesia Dei: jamque principes ex iisdem gentibus in populum Dei constituti sunt.

VERS. 9-11. « Quis annuntiabit hæc, et quæ ab initio quis enarrabit vobis? Adducant testes suos, et justificentur, et audiant et dicant quæ vera sunt. Estote mihi testes, et ego testis, dicit Dominus Deus, et puer meus, quem elegi. » Quoniam ego Deus testis eorum ero, et puer meus, quem elegi; de quo superius dicebat, « Ecce puer meus, quem elegi, electus meus, suscepit eum anima mea. » Ego itaque ipse Deus, et hic puer electus meus, testificabor testibus meis, quod nimirum Salvator in Evangeliis declarabat his verbis, « Quicunque confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est [76]. » — « Ut cognoscatis, et credatis et intelligatis, quia ego sum. »

VERS. 12. « Ante me non fuit Deus alius, et post me non erit. » Nam Christi adventus, et testimonii per apostolos ejus per omnes gentes exhibiti non propter aliud erat, quam ut prædicarent Dei cognitionem, fidem in eum, et intelligentiam ejus, iis, qui prius insipientes, inordinati, et infideles erant atque in ignorantia ejus versabantur; ita ut propterea mentis oculis cæcutirent, et in errore impiæ idololatriæ volutarentur. « Ego Deus, et non est præter me Salvator. » Nam cum unum sit principium, una fuerit et deitas, quacum assumitur Unigeniti ejus theologia.

VERS. 13. « Ego annuntiavi et salvavi: exprobravi, et non erat in vobis alienus. Vos mihi testes, et ego Dominus Deus etiam ab initio: et non est qui de manibus meis eruat. Faciam, et quis avertet illud? » Etenim ut testis dicebatur, et puer quem elegerat; ita et ipse quoque Deus Salvator fuerit. Quod si dicat, « Et non est præter me Salvator, »

[76] Matth. x, 32.

non tamen negat puerum, quem elegit, Salvatorem esse : ipsum enim Salvatorem agnoscit hic propheta, cum ait : « Et mittet illis Dominus Salvatorem qui salvabit eos. » Pro illo autem, « exprobravi, » reliqui omnes interpretes, « et audire feci, » dixerunt.

VERS. 14-17. « Sic dicit Dominus Deus, qui redimit vos, Sanctus Israel : Propter vos mittam in Babylonem : et suscitabo fugientes omnes, et Chaldæi in navibus vincientur. Ego Dominus Deus sanctus vester, qui ostendi Israel regem vestrum. Sic dicit Dominus, qui dat in mari viam, et in aqua vehementi semitam : qui eduxit currus et equitatum, et multitudinem robustam : sed dormierunt, et non resurgent; exstincti sunt ut linum exstinctum. » Horum sensus hic est : Olim quidem Judaico populo beneficia contuli : ac cum, ut ipsos castigarem et ad bonam mentem reducerem, Babyloniis tradidissem, non diu postea eos a Babylonica captivitate liberos dimisi, utpote Deus et Dominus universorum. Ipsosque Babylonios, qui contra Hierosolymam irruperant, extorres feci; ita ut Chaldæi, qui penes eos erant, in fugam se verterent, ac quidam eorum vincti ab aliis se fortioribus in naves conjicerentur in mari sibi adjacente. Hæc ego feci Deus, ut regnum meum hominibus ostenderem.

VERS. 18, 19. « Ne memineritis priorum, et vetera ne recogitetis. Ecce ego facio nova, quæ nunc orientur, et cognoscetis ea. » Indicat rursus Ecclesiam in gentibus constituendam, quæ Dei cognitione vacua erat, antequam adveniret Christus Dei, qui dixit, « Ego sum via. Et faciam in deserto viam, et in inaquoso flumina. » Verum in illo, ait, quondam deserto viam faciam, quemadmodum prius in mari Rubro feci. Fluunt porro divinorum eloquiorum flumina ex doctrina sancti Spiritus, in illa olim inaquosa; quemadmodum et sub Moyse in deserto flumina emanarunt; sed illic quidem corporeæ aquæ erant, et natura sua fluxæ et corruptæ; nunc autem Deo subministrante, rationabilis et spiritualis aquæ flumina manant.

VERS. 20. « Benedicent mihi bestiæ agri, sirenes, et filiæ struthionum : quia dedi in deserto aquam, et flumina in inaquosa, ad potandum genus meum electum. » Efferatæ animæ, fluminis virtute conversæ, a ferino illo statu mutabuntur; ita ut ipsæ feræ benedicant mihi. Quod si etiam Sirenæ fuerint, voluptate et diabolicis canticis hominum animas demulcentes, poeticis carminibus eleganti sermone concinnatis; illæ etiam immutatæ benedicent mihi : insuperque filiæ struthionum; sive secundum reliquos interpretes, « et struthocameli; » estque illud animal in solitudine et desertis locis degens; quod et ipsum ad mansuetudinem reductum, mihi Deo benedicere docebitur. Horum autem causa erit aqua illa, quam in deserto dedi, necnon fluminum in solitudine manantium vis et copia.

A ζων, » οὐκ ἀπαγορεύων τὸν Σωτῆρα εἶναι τὸν παῖδα ὃν ἐξελέξατο, τοῦτ' ἂν εἴποι· οἶδε γοῦν αὐτὸν Σωτῆρα ὁ παρὼν προφήτης ἐν οἷς φησι· « Καὶ ἀποστελεῖ αὐτοῖς Κύριος Σωτῆρα, ὃς σώσει αὐτούς. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ὠνείδισα, » οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ πάντες, « καὶ ἠκούτισα, » εἰρήκασι.

« Οὕτως λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ λυτρούμενος ὑμᾶς, ὁ Ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ· Ἕνεκεν ὑμῶν ἀποστελῶ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ἐπεγερῶ φεύγοντας πάντας, καὶ Χαλδαῖοι ἐν πλοίοις δεθήσονται. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος ὑμῶν, ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν. Οὕτως λέγει Κύριος ὁ διδοὺς ἐν θαλάσσῃ ὁδὸν, καὶ ἐν ὕδατι ἰσχυρῷ τρίβον, ὁ ἐξαγαγὼν ἅρματα καὶ ἵππον καὶ ὄχλον ἰσχυρόν· ἀλλ' ἐκοιμήθησαν, καὶ οὐκ ἀναστήσονται, ἐσβέσθησαν ὡς λίνον ἐσβεσμένον. » Ὁ νοῦς τῶν προκειμένων τοιοῦτός ἐστι· Πάλαι μὲν τὰς ἐμὰς εὐεργεσίας παρεῖχον τῷ Ἰουδαίων ἔθνει· παιδεύων μὲν αὐτοὺς καὶ σωφρονίζων, Βαβυλωνίοις παρέδωκα,
B οὐκ εἰς μακρὸν ἐλευθέρους ἀνῆκα τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, ἅτε Θεὸς ὢν καὶ Κύριος τῶν ὅλων. Αὐτούς τε Βαβυλωνίους τοὺς ἐπιστάντας τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀναστάτους ἐποίησα, ὡς καὶ φυγῇ χρήσασθαι τοὺς παρ' αὐτοῖς Χαλδαίους, δεσμίους τε ἀπαχθῆναί τινας αὐτῶν, πλοίοις ἐμβληθέντας ἐν τῇ παρ' αὐτοῖς θαλάσσῃ, ὑφ' ἑτέρων τινῶν δυνάμει κραταιοτέρων αὐτῶν. Ταῦτα γὰρ ἐγὼ διεπραξάμην ὁ Θεὸς, δεικνὺς τὴν ἐμὴν βασιλείαν ἀνθρώποις.

« Μὴ μνημονεύετε τὰ πρῶτα, καὶ τὰ ἀρχαῖα μὴ συλλογίζεσθε. Ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ καινὰ, ἃ νῦν ἀνατελεῖ, καὶ γνώσεσθε αὐτά. » Δηλοῖ δὲ πάλιν τὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι συστησομένην Ἐκκλησίαν, ἥτις ἔρημος ἦν Θεοῦ γνώσεως πρὶν ἐπιδημῆσαι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ
C τὸν εἰπόντα· « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Καὶ ποιήσω ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδὸν, καὶ ἐν τῇ ἀνύδρῳ ποταμούς. » Ἀλλ' ἐν ἐκείνῃ, φησὶ, τῇ πάλαι ἐρήμῳ ὁδὸν ποιήσω, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς πεποίηκα θαλάσσης. Ῥέουσι δὲ καὶ ποταμοὶ θείων λογίων ἐκ διδασκαλίας ἁγίου Πνεύματος εἰς τὴν πάλαι ἄνυδρον, ὡς καὶ ἐπὶ Μωϋσέως ἔῤῥευσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ ποταμοί· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ὕδατος σωματικοῦ, ῥευστῆς οὐσίας ὄντος καὶ φθαρτῆς, νυνὶ δὲ ἐκ τῆς ἐνθέου χορηγίας τοῦ λογικοῦ καὶ πνευματικοῦ ὕδατος.

« Εὐλογήσουσί με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν· ὅτι ἔδωκα ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ποταμοὺς ἐν τῇ ἀνύδρῳ, ποτίσαι τὸ γένος μου τὸ ἐκλεκτόν. » Αἱ ἀπηγριωμέναι ψυχαὶ μεταβληθήσονται τῆς θηριώδους καταστάσεως ἐκ τῆς τοῦ ποταμοῦ
D δυνάμεως ἀλλοιωθεῖσαι, ὡς αὐτοὺς πάλιν τοὺς θῆρας εὐλογῆσαί με. Εἰ δὲ καὶ Σειρῆνες ἦσαν, θέλγουσαι ἡδονῇ καὶ ᾄσμασι δαιμονικοῖς τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐν ποιητῶν πλάσμασιν εὐεπείᾳ λόγων κεκοσμημένοις· ἀλλὰ καὶ αὗται μεταβαλοῦσαι εὐλογήσουσί με· ἔτι γε μὴν καὶ θυγατέρες στρουθῶν· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, « καὶ στρουθοκάμηλοι, » ζῶον ἐν ἐρημίαις καὶ χώραις ἀοικήτοις γινόμενον, καὶ αὐτὸ ἡμερωθὲν εὐλογεῖν ἐμὲ τὸν Θεὸν μαθηθήσεται. Τούτων δὲ αἴτιον ἔσται τὸ ὑπ' ἐμοῦ δοθὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ἡ τῶν ποταμῶν δύναμις τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ῥευσάντων.

« Λαόν μου ὃν περιεποιησάμην τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι· οὐ νῦν ἐκάλεσά σε, Ἰακὼβ, οὐδὲ κοπιάσαι σε ἐποίησα, Ἰσραήλ. » Εἰ μὲν γὰρ θῆρες οἱ ἄγριοι καὶ σειρῆνες καὶ αἱ θυγατέρες τῶν στρουθῶν εὐλογήσουσί με· σὺ δὲ, Ἰακὼβ, οὐδὲν τοιοῦτον διεπράξω· ἀλλ' οὐδὲ ἠξίωσας ἐμὲ ἐπικαλεῖσθαι, « ἐκοπιάθης » δὲ « εἰς ἐμὲ, » κατὰ τὸν Σύμμαχον, καίτοι ἐμοῦ μὴ ποιήσαντός σε κοπιάσαι.

« Οὐχ ἤνεγκάς μοι πρόβατά σου τῆς ὁλοκαρπώσεώς σου, οὐδὲ ἐν ταῖς θυσίαις σου ἐδόξασάς με· οὐκ ἐδούλωσά σε ἐν θυσίαις, οὐδὲ ἔγκοπον ἐποίησά σε ἐν λιβάνῳ. » Ὅπως καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις τῇ ἐρήμῳ, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ θηρίοις ἀγαθῶν ἐλπίδας εὐαγγελίζεται· τὸν δὲ λαὸν τὸν ἐκ περιτομῆς ἐπ' ἀσεβείαις ἐλέγχει, ὃν καὶ Ἰακὼβ καλεῖ νῦν καὶ Ἰσραήλ· οὕτως ἁπλῶς ξηροῖς ὀνόμασιν οὔτε δοῦλον αὐτοῦ, οὔτε ἐκλεκτὸν εἰπὼν, ὅπερ ἐποίει ἐπὶ τοῦ κρείττονος τάγματος.

« Οὐδὲ ἐκτήσω μοι ἀργυρίου θυμίαμα, οὐδὲ τὸ στέαρ τῶν θυσιῶν σου ἐπεθύμησα· ἀλλὰ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις σου προέστης μου, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις σου. Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι, ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου ἕνεκεν ἐμοῦ, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθήσομαι. Σὺ δὲ μνήσθητι, καὶ κριθῶμεν. » Καλὴ γὰρ ἡ μνήμη τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων δι' ἐξομολογήσεως ἐξηγορευμένη· διὸ ἐπιφέρει· « Λέγε σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς· » τοῦτο γὰρ ποιῶν δικαιωθήσῃ· ἐπειδὴ δίκαιος αὐτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ.

« Οἱ πατέρες ὑμῶν πρῶτοι, καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν ἠνόμησαν εἰς ἐμέ. Καὶ ἐμίαναν οἱ ἄρχοντες τὰ ἅγιά μου. Καὶ ἔδωκα ἀπολέσαι Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ εἰς ὀνειδισμόν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

« Νῦν δὲ ἄκουσον, Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐξελεξάμην. » Διὰ τούτων τὸν χορὸν αὖθις τὸν ἀποστολικὸν ἀποκαλεῖται.

« Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε, καὶ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας· Ἔτι βοηθηθήσῃ· μὴ φοβοῦ, παῖς μου Ἰακὼβ, καὶ ἠγαπημένος Ἰσραὴλ, ὃν ἐξελεξάμην. Ὅτι ἐγὼ δώσω ὕδωρ ἐν δίψει τοῖς πορευομένοις ἐν ἀνύδρῳ, ἐπιθήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου. » Διὰ γὰρ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τὸ λογικὸν καὶ γόνιμον, καὶ πνευματικὸν ὕδωρ τῇ ἀνύδρῳ καὶ ἐρήμῳ χορηγήσειν ἤμελλε. Σπέρμα δὲ τῶν ἀποστόλων αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν οἱ πανταχοῦ γῆς καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναγεννηθέντες· οἳ καὶ

« Ἀνατελοῦσι, » φησὶν, « ἀνὰ μέσον ὕδατος χόρτον, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ. » Καὶ ἐνταῦθα δὲ τὴν ἰτέαν παρέλαβε διὰ τὸ ἀειθαλὲς καὶ νεαρὸν τοῦ φυτοῦ, εἰς παράστασιν τοῦ πλήθους τῶν λογικῶν ὑδάτων τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ῥευσάντων.

« Οὗτος ἐρεῖ, Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακὼβ, καὶ ἕτερος ἐπιγράψει χειρὶ αὐτοῦ, Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰσραὴλ

A VERS. 21, 22. « Populum meum quem acquisivi ut virtutes meas narraret : non nunc vocavi te Jacob, neque laborare te feci, Israel. » Etiamsi enim futurum sit, ut agrestes feræ, sirenæ, et filiæ struthionum benedicant mihi; tu sane, Jacob, nihil simile fecisti; sed neque dignatus es me invocare, « defatigatus » autem « es in me, » secundum Symmachum, etiamsi ego non te laborare fecerim.

VERS. 23. « Non obtulisti mihi oves holocausti tui : neque in sacrificiis tuis glorificasti me, neque servire te feci in victimis, neque laborem tibi præbui in thure. » Quemadmodum hic solitudini, ferisque eam incolentibus bonorum spem annuntiat, B populumque ex circumcisione de impietate coarguit, quem nunc Jacob et Israel nuncupat; ita simpliciter allato ejus nomine, nec servum, nec electum vocat illum, quod tamen de præstantiori ordine loquens observat.

VERS. 24-26. « Neque argento emisti mihi thymiama, neque adipem sacrificiorum tuorum concupivi; sed in peccatis tuis ante me stetisti, et in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccata tua; et non recordabor. Tu autem memento, et judicemur simul. BONA QUIPPE EST PRISTINORUM PECCATORUM MEMORIA CUM CONFESSIONE CONJUNCTA : quapropter infert, « Dic tu primus peccata tua, ut justificeris : » id agens justificaberis; quia justus in principio C sermonis accusator est sui.

VERS. 27, 28. « Patres vestri primi, et principes vestri inique egerunt in me. Et contaminaverunt principes sancta mea. Et dedi in interitum Jacob, et Israel in opprobrium. »

CAPUT XLIV.

VERS. 1. « Nunc autem audi, Jacob puer meus, et Israel, quem elegi. » His iterum apostolicum chorum evocat.

VERS. 2, 3. « Sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, et formavit te de ventre : Adhuc habebis auxilium; noli metuere, puer meus Jacob, et dilecte Israel, quem elegi. Quia ego dabo aquam in siti his qui ambulant in inaquosa, imponam spiritum meum super semen tuum, et benedictiones meas D super filios tuos. » Nam per Spiritum sanctum, rationabilem, fecundam et spiritualem aquam inaquosæ et solitudini elargiturus erat. Semen autem apostolorum sunt Ecclesiæ Dei; filii vero eorum, quotquot in universa terra et in omnibus gentibus per Spiritum sanctum regenerati sunt : qui

VERS. 4. « Producent, ait, in medio aquæ fenum, et sicut salix ad aquam fluentem. » Hic quoque salicem assumit ob virorem et juvenilitatem arboris; ad declarandam rationabilium aquarum in Ecclesia ejus manantium copiam.

VERS. 5. « Hic dicet, Dei sum; et hic clamabit in nomine Jacob, et alius describet in manu sua, Dei sum, et in nomine Israel clamabit. » Se Israelem

esse gloriando dicet. Mirari plane et stupere subit prophelicorum sermonum vim, et quam vere rei effectum et complementum perceperimus. Nam in persecutionibus nostro tempore concitatis, multos ex alienigenis gentibus vidimus, qui sanctorum virorum nomina usurparent; alius quippe sese Jacobum appellabat, alius Israelem, alius Jeremiam, hic Isaiam, iste Danielem : etenim his sibi ascriptis nominibus, ad martyrium pro Deo subeundum cum fiducia et constantia accedebant. Quæ prophetia indicat, dum ait : « Hic dicet, Dei sum, et hic clamabit in nomine Jacob, alius in manu sua describet, Dei sum, et alius in nomine Israel clamabit. »

Vers. 6, 7. « Sic ait Deus, rex Israel, et qui liberavit ipsum Dominus Sabaoth : Ego primus, et ego post hæc : præter me non est Deus. Quis sicut ego? Stet, vocet, annuntiet et præparet mihi : ex quo feci hominem in sæculum : et ventura, antequam fiant, annuntient vobis. » Dicat enim si quis est Deus, quod quantumque opus suum exhibeat in universo. Nam si unus est mundus, ipseque ejusdem naturæ, sibique prorsus conjunctus; unus sane ejus opifex fuerit. Sed hic ex magnitudine et pulchritudine creaturarum, utpote universi conditor, conspicitur. Quod si quis alium inducat, alium item huic similem mundum ostendat; at non est alius mundus, præter eum, quem conspicimus : ergo nec alius Deus est. Si quis vero sit, « Stet, » inquit, primum; id est exsistentiam ostendat suam, et quod in substantia subsistat, quodque in se maneat et stet : deinde vocem emittens rationabilem ac Deo dignam, annuntiet, quæ postea futura in mundo sint; aut quæ olim et a principio contigerunt, ex quo hominem in terra posui, usque ad præsens tempus. Hinc enim agnoscemus, eum isthæc verbo constituisse.

Vers. 8-10. « Nolite abscondi, nolite errare. Anon ab initio attendistis, et annuntiavi vobis? Testes vos estis, num sit Deus præter me. Et tunc non audierunt qui fingunt et sculpunt : omnes vani, qui faciunt desideria sua, quæ non proderunt eis. Sed confundentur qui Deum effingunt, et sculpunt omnes inutilia. » Non ab initio, inquit, ita fuit; id est ante diluvii tempora, cum animo expertium simulacrorum fabri nondum essent. Vosque testes estis, nondum, scilicet initio mortalis vitæ, exstitisse conflatores sculptoresque deorum; cum sculptoria fabrilisque ars apud homines nondum reperiretur.

Vers. 11-17. « Et omnes unde facti sunt exaruerunt, et surdi ab hominibus congregentur omnes, et stent simul, confundantur et erubescant simul : quia acuit faber ferrum : ascia operatus est illud, et terebrum admovit ei, et operatus est illud in bra-

A βοήσεται. » Σεμνύνει ἑαυτὸν λέγων εἶναι Ἰσραήλ. Θαυμάσαι δὲ ἔστι καὶ καταπλαγῆναι ἀληθῶς τὴν τῶν προφητικῶν λόγων δύναμιν, ως αὐτοῖς ἔργοις τὰ ἀποτελέσματα παρειλήφαμεν. Ἐν γοῦν τοῖς καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς γενομένοις διωγμοῖς πολλοὺς τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν ἐθεασάμεθα, προαρπάζοντας ἑαυτοῖς τὰς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προσηγορίας, ὧν ὁ μὲν ἑαυτὸν Ἰακὼβ ἐκάλει, καὶ ἕτερος Ἰσραὴλ, ἄλλος δὲ Ἰερεμίαν, καὶ Ἡσαΐαν ἕτερος, καὶ Δανιὴλ πάλιν ἄλλος· τοιαῦτα γοῦν ἐπιγραφόμενοι ὀνόματα ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ σὺν πολλῷ θάρσει καὶ παῤῥησίᾳ παρῄεσαν. Ἃ δὴ σημαίνουσα ἡ προφητεία φησίν· « Οὗτος ἐρεῖ, Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακὼβ, καὶ ἄλλος ἐπιγράψει τῇ χειρὶ αὐτοῦ, Θεοῦ εἰμι, καὶ ἄλλος ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰσραὴλ βοήσεται. »

B « Οὕτως λέγει ὁ Θεὸς ὁ βασιλεὺς Ἰσραὴλ, καὶ ῥυσάμενος αὐτὸν Θεὸς Σαβαώθ· Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα· πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστι Θεός. Τίς ὥσπερ ἐγώ; Στήτω, καὶ καλεσάτω, καὶ ἀναγγειλάτω, καὶ ἑτοιμασάτω μοι· ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὰ ἐπερχόμενα πρὸ τοῦ ἐλθεῖν ἀναγγειλάτωσαν ὑμῖν. » Λεγέτω γὰρ εἴ τίς ἐστι Θεὸς, ὅσον ἔργον ἑαυτοῦ δείκνυσιν ἐν τῷ παντί. Εἰ γὰρ εἷς ὁ κόσμος, καὶ οὗτος συμφυὴς, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ συνημμένος, εἷς ἂν γένοιτο καὶ ὁ τούτου δημιουργός. Ἀλλ' οὗτος ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, οἷα τοῦ παντὸς γενεσιουργὸς θεωρεῖται. Εἰ δέ τις εἰσάγοι ἕτερον, δεικνύτω τοιοῦτον ὁμοίως κόσμον ἕτερον παριστάς· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἕτερος παρὰ τὸν ὁρώμενον κόσμον· οὐδὲ Θεὸς ἄρα ἕτερός ἐστιν. Εἰ δέ τις, « Στή-
C τω, » φησὶ, τοῦτο πρῶτον· λέγω δὴ τὴν ἑαυτοῦ δειξάτω ὕπαρξιν· ὅτι τέ ἐστιν ἐν οὐσίας ὑποστάσει, καὶ ὅτι ἐφ' ἑαυτῷ μένει καὶ ἕστηκεν· ἔπειτα φωνὴν ἀφεὶς λογικὴν καὶ Θεῷ πρέπουσαν, ἀναγγειλάτω τίνα ἔσται τὰ μετὰ ταῦτα γενησόμενα ἐν τῷ βίῳ (39)· ἢ τὰ πάλαι ἐξ ἀρχῆς ὑποστάντα, ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον ἐθέμην ἐπὶ τῆς γῆς μέχρι τοῦ παρόντος χρόνου. Ἀπὸ γὰρ τούτου γνωσόμεθα, ὅτι ἔστησεν αὐτὰ λόγῳ.

« Μὴ παρακαλύπτεσθε, μηδὲ πλανᾶσθε. Οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἠνωτίσασθε, καὶ ἀπήγγειλα ὑμῖν; Μάρτυρες ὑμεῖς ἐστε, εἰ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ. Καὶ οὐκ ἤκουσαν τότε οἱ πλάσσοντες καὶ οἱ γλύφοντες, πάντες μάταιοι, ποιοῦντες τὰ καταθύμια αὐτῶν, ἃ οὐκ ὠφελήσει αὐτούς. Ἀλλ' αἰσχυνθήσονται οἱ πλάσσοντες Θεὸν, καὶ
D γλύφοντες πάντες ἀνωφελῆ. » Οὐκ ἀπ' ἀρχῆς, φησὶ, τουτέστι πρὸ τῶν τοῦ κατακλυσμοῦ χρόνων, καθ' οὓς οὐδὲ οἱ τῶν ἀψύχων ξοάνων τέκτονες ὑπῆρχον. Καὶ τούτων ὑμεῖς μάρτυρες, ὡς οὐκ ἦσαν τότε, λέγω δὴ κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς τοῦ θνητοῦ βίου συστάσεως, οἱ πλάσσοντες καὶ γλύφοντες θεοὺς, οὔπω γλυπτικῆς, οὐδὲ πλαστικῆς τέχνης ἐν ἀνθρώποις εὑρισκομένης.

« Καὶ πάντες ὅθεν ἐγένοντο ἐξηράνθησαν, καὶ κωφοὶ ἀπὸ ἀνθρώπων συναχθήτωσαν πάντες, καὶ στησάτωσαν ἅμα, καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ αἰσχυνθήτωσαν ἅμα· ὅτι ὤξυνε τέκτων σίδηρον, σκεπάρνῳ εἰργάσατο αὐτὸ, καὶ ἐν τερέτρῳ ἔστησεν αὐτὸ, καὶ εἰργάσα-

(39) Jam in Præfatione ad Eusebii *Commentaria in Psalmos* perspicuis exemplis commonstravimus, vocem *βίος* frequenter ab Eusebio usurpari pro mundo, sive pro hominibus hoc in mundo versantibus : et sic intelligas oportet hoc loco ἐν τῷ βίῳ, scilicet in mundo, ac homines in hac vita degentes.

το αὐτὸ ἐν τῷ βραχίονι τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· καὶ πεινάσει, καὶ ἀσθενήσει, καὶ οὐ μὴ πίῃ ὕδωρ. Ἐκλεξάμενος τέκτων ξύλον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέτρῳ, καὶ ἐν κόλλῃ ἐῤῥύθμισεν αὐτὸ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ ὡς μορφὴν ἀνδρὸς, καὶ ὡς ὡραιότητα ἀνθρώπου, στῆσαι αὐτὸ ἐν οἴκῳ. Ἔκοψε ξύλον ἐκ τοῦ δρυμοῦ, ὃ ἐφύτευσε Κύριος, πίτυν, καὶ ὑετὸς ἐμήκυνεν· ἵνα ᾖ ἀνθρώποις εἰς καῦσιν· καὶ λαβὼν ἀπ' αὐτοῦ, ἐθερμάνθη, καὶ καύσαντες ἔπεψαν ἄρτους ἐπ' αὐτῶν· τὸ δὲ λοιπὸν εἰργάσαντο θεοὺς, καὶ προσκυνοῦσιν αὐτοῖς· οὗ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ κατέκαυσεν ἐν πυρὶ, καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμίσους αὐτοῦ ἔπεψεν ἐν τοῖς ἄνθραξιν ἄρτους, καὶ ἐπ' αὐτοῦ κρέας ὀπτήσας ἔφαγε, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ θερμανθεὶς εἶπεν· Ἡδύ μοι, ὅτι ἐθερμάνθην, καὶ εἶδον πῦρ. Τὸ δὲ λοιπὸν ἐποίησεν εἰς Θεὸν γλυπτὸν, καὶ προσκυνεῖ καὶ προσεύχεται λέγων· Ἐξέλου με, ὅτι Θεός μου εἶ σύ. » Τέως δὲ ὑμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος, πρὸς οὓς ὁ παρὼν λόγος; Τί δήποτε μὴ λογίζεσθε παρ' ἑαυτοῖς, τίς ἡ φύσις τῶν ἐν ἀψύχοις ἀγάλμασιν θεοποιουμένων ὑμῖν; Ἆρα γὰρ οὐ πρόχειρον τοῖς πᾶσι συνορᾷν, ὡς τεκτόνων εἶεν ἔργα, σκεπάρνοις καὶ τρυπάνοις, καὶ τοιούτοις τισὶν ὀργάνοις σκευωρημένα, πένητος καὶ ἐνδεοῦς ἀνδρὸς ἐπίνοια, ὃς δι' ἔνδειαν τροφῆς ἐνεργείας ἄρτου σχολῆς μηχανὴν πλάνης ἐξηύρατο;

« Οὐκ ἔγνωσαν φρονῆσαι, ὅτι ἀπημαυρώθησαν τοῦ βλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῦ νοῆσαι τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἐλογίσατο τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, οὐδὲ ἔγνω τῇ φρονήσει, ὅτι τὸ ἥμισυ αὐτοῦ κατέκαυσεν ἐν πυρὶ, καὶ ἔπεψεν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων αὐτοῦ ἄρτους, καὶ ὀπτήσας κρέα ἔφαγε, καὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ εἰς βδέλυγμα ἐποίησε, καὶ προσκυνοῦσιν αὐτῷ. » Ὡς ἐπιλελησμένων δὲ καὶ δεομένων τῆς τούτων ὑπομνήσεως διὰ ταχύτητος λογισμοῦ, ταῦτά φησι. Διόπερ ὀφείλεις τῆς σαυτοῦ μνημονεύειν ἀξίας, καὶ πλάσμα Θεοῦ ὢν αὐτὸς μὴ καθύβριζε σεαυτὸν, ἄψυχον ὕλην χερσὶ βαναύσων ἀνδρῶν πεπλασμένην σεαυτοῦ προτιμῶν καὶ θεοποιῶν.

« Γνῶθι, ὅτι σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν, καὶ πλανῶνται, καὶ οὐδεὶς δύναται ἐξελέσθαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ἴδετε καὶ οὐκ ἐρεῖτε, ὅτι ψεῦδος ἐν τῇ δεξιᾷ μου. Μνήσθητι ταῦτα, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὅτι παῖς μου εἶ σύ. Ἔπλασά σε παῖδά μου, καὶ σὺ, Ἰσραὴλ, μὴ ἐπιλανθάνου μου. » Ὡς ἀπεστραμμένῳ καὶ πολεμίοις ἐκδεδομένῳ.

« Ἰδοὺ γὰρ ἀπήλειψα ὡς νεφέλην τὰς ἀνομίας σου, καὶ ὡς γνόφον τὴν ἁμαρτίαν σου. Ἐπιστράφηθι πρὸς μὲ, καὶ λυτρώσομαί σε. Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ, ὅτι ἠλέησεν ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραήλ. » Ὡς ἂν χαρᾶς ἐν οὐρανοῖς γενησομένης ἐπὶ τοῖς μέλλουσι μετάνοιαν τῶν κακῶν ποιήσασθαι.

« Σαλπίσατε, τὰ θεμέλια τῆς γῆς, βοήσατε, ὄρη, εὐφροσύνην, οἱ βουνοὶ καὶ πάντα τὰ ξύλα τὰ ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται. » Εἰ γάρ τινές εἰσιν αἱ τὴν γῆν ὑποστηρίζουσαι θεῖαι δυνάμεις, καὶ αὗται ἀλαλαγμὸν καὶ ὕμνον ἀναπεμπέτωσαν τῷ Θεῷ. Εἰκὸς δὲ θεμέλια τῆς γῆς χρηματίζειν τοὺς προφήτας αὐτοὺς καὶ πάντας τοὺς δικαίους καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρας· τοῦτο γοῦν ἐδι-

A chio fortitudinis suæ : et esuriet et infirmabitur, et non bibet aquam. Electo faber ligno, adhibuit ipsi normam, et formavit illud in runcina, et fecit illud ad formam viri, et ad speciem hominis, ut statuat illud domi. Cecidit lignum ex silva, quod plantavit Dominus, pinum, et pluvia auxit ut esset hominibus in combustionem : et cum sumpsisset ab eo, calefactus est, et succendentes coxerunt panes illis : reliquum autem fecerunt in deos, et adorant ipsos, cujus dimidium combussit igne, et in dimidio ejus coxit in carbonibus panes, et in eo carnes assans comedit, et impletus est, et calefactus dixit, Jucundum mihi quod calefactus sum, et vidi ignem. Reliquum autem fecit in deum sculptilem, et adorat et precatur dicens, Libera me, quia Deus meus es tu. »
B Quid vos quos nunc alloquor? Cur non vobiscum reputatis, quænam inanimatorum hujusmodi sculptilium, quæ ut deos colitis, natura sit? Annon propalam omnibus esse valeat, fabrorum opera esse, asciis et terebris atque aliis hujusmodi instrumentis adornata; pauperis scilicet inopisque hominis inventum, qui ob cibi penuriam, ac per otium parandi panis, erroris machinam reperit?

Vers. 18-20. « Non noverunt sapere, quia retusa est acies eorum, ne viderent oculis suis, et ne intelligerent corde suo. Neque agitavit in animo suo, neque cognovit prudentia sua, quia dimidium ejus combussit igni, et coxit super carbones ejus panes,
C et ubi assavit carnes, comedit, et residuum ejus in abominationem fecit, et adorant illud. » Hæc illis, ceu oblitis, et ob mentis crassitiem tali admonitione egentibus loquitur. Quare oportet te dignitatis tuæ memorem esse; ac figmentum Dei cum sis, ne teipsum contumelia afficias, inanimatam materiem, artificum manibus in effigiem actam, tibi anteponens, illamque adorans.

Vers. 21. « Scito quod cinis cor eorum, et falluntur, et nemo potest eripere animam suam. Videte et ne dicatis, quoniam mendacium est in dextera mea. Memento horum, Jacob et Israel, quoniam puer meus es tu. Formavi te puerum meum : et tu, Israel, ne obliviscaris mei. » Hæc ait illi, utpote qui aversus sit, et inimicis sese dedi-
D derit.

Vers. 22, 23. « Ecce enim delevi velut nubem iniquitates tuas, et velut caliginem peccata tua. Convertere ad me, et redimam te. Lætamini, cœli, quoniam misertus est Deus Israel. » Quia in cœlis gaudium futurum est de iis, qui peccatorum pœnitentiam acturi sunt.

« Canite tuba, fundamenta terræ : clamate, montes, lætitiam, colles et omnia ligna, quæ in eis sunt : quoniam redemit Deus Jacob, et Israel glorificabitur. » Nam si quæ sunt divinæ virtutes, quæ terram sustentent, hæ quoque jubilationem et hymnum Deo emittant. Verisimile porro est fundamenta terræ dici ipsos prophetas, atque omnes justos et religiosos viros : id namque docet Apostolus his

verbis : « Superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum [77]. Clamate montes, lætitiam. » Hi similiter Deum celebrent, de prædictorum pœnitentia et salute. Per montes vero, elatas et sublimes animas subindicat; per colles autem, eas quæ mediocri in statu sunt; per ligna, fructiferas. Et alias universo mundo, ejusque partibus Deum celebrare præcipit, adjiciens, « Quia redemit Deus Jacob, et Israel glorificabitur. »

VERS. 24. « Sic dicit Dominus, qui redemit te et formavit ex utero. » Postquam superius idololatriæ confutationem adornavit, iis, qui ex prophetica disciplina fructum perceperant, ut qui jam idololatriæ finem fecissent, promissa effert; nempe reditum ex captivitate Babylonis. Quia enim ob idololatriam Babyloniis traditi fuerant; ipsaque Hierosolyma ob civium suorum ausus, Assyriorum tempore obsessa, ac funditus deleta fuerat; talia perpessis, si tamen errare desinant, ereptionem a malis vaticinatur. Hæc porro Cyri primi Persarum regis temporibus completa sunt. Quamobrem, quod permirum sane est, ipsum Cyrum nominatim memorat, qui tamen ducentis circiter postea annis fuit, ac Judaicum populum a captivitate liberavit, templumque Hierosolymitanum restaurari iussit.

« Ego Dominus, qui perficio omnia : extendi cœlum solus, et firmavi terram. » Nam « omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [78]. » Extendit vero cœlum solus, et nutu Patris firmavit terram; « Ipse quippe dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt. » Terra igitur, firma et solida cum sit, ut fundata est immota per omne sæculum; sic firmata esse dicitur : cœlum vero, utpote expansum, omnino extensum fuisse declaratur : quapropter alibi dicitur, « Qui extendit cœlum sicut pellem [79]. » Quænam porro sint, quæ tantus ille Dominus docet, subinde infert his verbis :

VERS. 25, 28. « Quis alius dissipabit signa engastrimythorum, et divinationes a corde? avertens prudentes retrorsum, et consilium eorum stultum faciens, et statuens verbum pueri sui, et consilium angelorum ejus verum faciens, dicens Jerusalem, Habitaberis, et urbibus Idumææ, Ædificabimini, et deserta ejus germinabunt : dicens abysso, Desolaberis, et flumina tua arefaciam : dicens Cyro, ut sapiat, et omnes voluntates meas faciet : dicens Jerusalem, Ædificaberis, et domum sanctam meam fundabo. » Hæc igitur ita constituam : pueri vero mei dilecti et electi, Christi dico mei, de quo superius quamplurima dicta sunt, verba stabiliam; necnon angelorum ejus, scilicet apostolorum, discipulorum et evangelistarum consilia vera esse procurabo. Ego vero, qui hæc editurus sum, jam hinc prædico et polliceor me Hierosolymam, post primum

A δασκεν ὁ Ἀπόστολος φήσας· « Ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Βοήσατε, ὄρη, εὐφροσύνην. » Ὁμοίως δοξαζέτωσαν τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ τῶν εἰρημένων μετανοίᾳ τε καὶ σωτηρίᾳ. Ὄρη μὲν τὰς ἐπηρμένας καὶ μετεώρους ψυχὰς αἰνιττόμενος· βουνοὺς δὲ τὰς τούτων μετριωτέρας· ξύλα δὲ τὰς καρποφόρους. Καὶ ἄλλως δὲ πάντα τὸν κόσμον καὶ τὰ τούτου μέρη τὸν Θεὸν ὑμνεῖν προστάττει, ἐπιλέγων· « Ὅτι ἐλυτρώσατο ὁ Θεὸς τὸν Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ δοξασθήσεται.

« Οὕτω λέγει Κύριος ὁ λυτρούμενός σε, καὶ πλάσσων σε ἐκ κοιλίας. » Ἔλεγχον εἰδωλολατρείας προεκθέμενος ὁ λόγος διὰ τῶν προκειμένων, ὡς ἂν παυσαμένοις τῆς εἰδωλολατρείας, τοῖς ὠφελημένοις ἐκ τῆς προφητικῆς διδασκαλίας, ἐπαγγελίας ποιεῖται, B ἐπάνοδον τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίας. Ἐπειδὴ γὰρ εἰδωλολατροῦντες τοῖς Βαβυλωνίοις παρεδόθησαν, αὐτή τε ἡ Ἱερουσαλὴμ πολιορκίαν ὑπέμεινε, καὶ παντελῆ καταστροφὴν κατὰ τοὺς Ἀσσυρίων χρόνους, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ τετολμημένα τοῖς οἰκήτορσι· θεσπίζει τοιαῦτα πεπονθόσιν ἐλευθερίαν κακῶν, εἰ παύσαιντο τῆς πλάνης. Ἐπληροῦτο δὲ ταῦτα κατὰ τοὺς Κύρου τοῦ πρώτου Περσῶν βασιλεύσαντος χρόνους. Διόπερ καὶ αὐτοῦ μέμνηται ὀνομαστὶ τοῦ Κύρου σφόδρα θαυμασίως, ἐγγύς που διακοσίοις ὕστερον ἔτεσι γενομένου, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἐλευθερώσαντος τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν, τόν τε νεὼν προστάξαντος τὸν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνεγείρειν.

« Ἐγὼ Κύριος ὁ συντελῶν πάντα, ἐξέτεινα τὸν C οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν. Πάντα » γὰρ « δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν. Ἐξέτεινε δὲ τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέου τὴν γῆν βουλῇ τοῦ Πατρός· « Αὐτὸς » γὰρ « εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ἡ μὲν οὖν γῆ, ναστὴ οὖσα καὶ στερέμνιος, ὡς ἡδράσθη ἀκίνητος τὸν σύμπαντα αἰῶνα, καὶ ἐστερεῶσθαι λέγεται· ὁ δὲ οὐρανὸς, ἅτε ἐξηπλωμένος, διόλου ἐκτετάσθαι· διὸ καὶ ἐν ἑτέροις εἴρηται· « Ὁ ἐκτείνας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν. » Τίνα δέ ἐστιν ἅπερ ὁ τοσοῦτος διδάσκει Κύριος, ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων·

« Τίς ἕτερος διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, καὶ μαντείας ἀπὸ καρδίας; ἀποστρέφων φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων, καὶ ἱστῶν ῥῆμα παιδὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν βουλὴν τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ D ἀληθεύων· ὁ λέγων τῇ Ἱερουσαλὴμ, Κατοικηθήσῃ, καὶ ταῖς πόλεσι τῆς Ἰδουμαίας, Οἰκοδομηθήσεσθε, καὶ τὰ ἔρημα αὐτῆς ἀνατελεῖ· ὁ λέγων τῇ ἀβύσσῳ, Ἐρημωθήσῃ, καὶ τοὺς ποταμούς σου ξηρανῶ· ὁ λέγων Κύρῳ φρονεῖν, καὶ πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει· ὁ λέγων Ἱερουσαλὴμ, Οἰκοδομηθήσῃ, καὶ τὸν οἶκον τὸν ἅγιόν μου θεμελιώσω. » Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω διαθήσομαι· τοῦ δὲ ἐμοῦ παιδὸς ἀγαπητοῦ καὶ ἐκλεκτοῦ, λέγω δὴ τοῦ Χριστοῦ μου, περὶ οὗ διὰ τῶν ἔμπροσθεν πλεῖστα ὅσα εἴρηται, συστήσω τὰ ῥήματα, καὶ τῶν ἀγγέλων δὲ αὐτοῦ, λέγω δὴ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν τὰς βουλὰς ἐπαληθεῦσαι ποιήσω. Ἐγὼ δὲ μέλλων ταῦτα ποιεῖν ἐν-

[77] Ephes. II, 20. [78] Joan. I, 3. [79] Psal. CIII, 2.

τεῦθεν ἤδη προλέγω καὶ ἐπαγγέλλομαι, ὅτι τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν πρώτην καθαίρεσιν τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίων γενησομένην ἀνακαινισθῆναι ποιήσω, ὡς καὶ τὰς τῆς Ἰουδαίας πόλεις κατοικηθῆναι, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἔρημα πάλιν ὡς τὰ ἀπ' ἀρχῆς συστῆναι. Ἀλλὰ καὶ τὴν πολυθεΐαν, τῆς κακίας ἄβυσσον ὀνομαζομένην, ἔρημον καταστήσω, καὶ τοὺς ποταμοὺς τῆς πολυθεΐας τῶν πολεμίων ἀποξηρανῶ· ὡς μηκέτι τὴν Βαβυλῶνα συστῆναι, μήτε τοὺς ποταμοὺς αὐτῆς τοὺς πολλὰ δεδυνημένους ἐν πλήθεσιν ἰσχυροῖς. Ταῦτα δὲ πάντα ποιήσω διακόνῳ χρησάμενος ἀνδρὶ τοῦ Περσῶν γένους βεβασιλευκότι πρώτῳ. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἐπ' ὀνόματος προφητεῦσαι τούτου τὴν προσηγορίαν, Κῦρος ὄνομα τῷ θεσπιζομένῳ, ὃν προστήσομαι τῶν ἐμῶν λόγων ὑπηρέτην, φρόνησιν αὐτῷ δωρησάμενος εὐσεβῆ, ὡς πάντα τὰ καταθύμιά μοι ποιῆσαι καὶ προστάξαι τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομηθῆναι, καὶ τὸν νεὼν τὸν ἐν αὐτῇ θεμελιωθῆναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

« Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. Ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλείσονται. » Ἀγαθὸν δὲ ὑπηρέτην τῆς ἐμῆς βουλῆς εὗρον τὸν προδηλωθέντα ἄνδρα· ἐντεῦθεν ἤδη ἐπαγγέλλομαι κρατήσειν αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, πρὸς τὸ μὴ παρατρέπεσθαι, μηδὲ νικᾶσθαι ὑπό τινος κρείττονος. Ὑποτάσσω δὲ αὐτῷ πλεῖστα ὅσα ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι βασιλευόντων· δι' αὐτοῦ δὲ τὴν ἰσχὺν διαῤῥήξω πάσης τῆς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι δυναστείας· πάντα δὲ λεῖα καὶ ὁμαλὰ καταστήσας πρὸ τῶν αὐτοῦ ποδῶν, θύρας πόλεων, καὶ αὐτὰς ὅλας τὰς πόλεις ὑποχειρίους αὐτῷ παραδώσω· ὡς μηδεμίαν ἐναντίαν αὐτῷ γενέσθαι.

« Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω. » Καὶ εἴποι δ' ἄν τις τὰ κατὰ τὸν Ζοροβάβελ, ἢ κατὰ Κῦρον ἱστορικῶς γενόμενα, εἰκόνας καὶ σύμβολα περιέχειν τῆς ἀληθείας· τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀληθῆ Κύριον καὶ Χριστὸν πνευματικῶς πεπληρῶσθαι· ὡς ἐπ' αὐτὸν μᾶλλον ἀληθεύειν τὸν λόγον τὸν φήσαντα· « Τάδε λέγει Κύριος τῷ χριστῷ μου Κύρῳ. » Κατὰ γὰρ τὴν πρόχειρον λέξιν οὔτε Χριστὸς ὢν τοῦ Θεοῦ φαίνεται ὁ Περσῶν βασιλεὺς οἰκοδομήσας τὴν Ἱερουσαλήμ· ἀλλ' οὐδὲ ὅλως κατὰ τὴν αὐτοῦ ζωὴν προὔκοψε τῆς οἰκοδομῆς τὸ ἔργον· μόνον γὰρ ἤρξαντο τῶν θεμελίων κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους· εἶτ' ἐπισχεθέντος τοῦ ἔργου, διέμεινεν ἔρημος ὁ τόπος μέχρι τῆς Δαρείου βασιλείας. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ἐπιλεγόμενα μᾶλλον τῷ Χριστῷ ἢ τῷ τῶν Περσῶν βασιλεῖ ἐφαρμόσειεν ἄν· καὶ μᾶλλον τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι ἢ τῷ Ζοροβάβελ.

« Καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι· ἵνα γνῷς, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ἕνεκεν τοῦ παιδός μου Ἰακώβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί σου, καὶ προσδέξομαί σε· σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με. » Τούς τε εἴσω τούτων ταμιευομένους θησαυρούς, ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους τοῖς προτέροις βασιλεῦσι γενομένους, ἀνα-

ejus excidium a Babyloniis factum, renovandam et restaurandam curaturum esse; ita ut Judææ urbes incolantur, et quæ in illis deserta fuerant, iterum ut a principio constituenda sint. Quin etiam deorum multiplicitatem, quæ abyssus malitiæ vocatur, desertam faciam, ac flumina multiplicitatis deorum, quæ penes inimicos est, arefaciam; ita ut Babylon non ultra consistat, sed neque flumina ejus, vi multitudinis multum valentia. Hæc porro omnia peragam ministro utens viro, qui primus Persarum rex erit. Quod si opus sit nomen ejus prophetice significare, Cyrus appellabitur is, qui in vaticinio fertur, quem verborum meorum ministrum constituam; piam ipsi mentem indens, ut mihi placita omnia exsequatur, ac Jerusalem jubeat excitari, templumque ejus a fundamentis exstrui.

CAPUT XLV.

Vers. 1. « Sic dicit Dominus Deus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et vires regum frangam. Aperiam coram eo portas, et urbes non claudentur. » Bonum autem consilii mei ministrum inveni memoratum virum: jam hinc polliceor me dexteram ejus apprehensurum esse, ut non evertatur, neque superetur a quopiam fortiore. Ipsi vero multa subjiciam ex regum aliarum gentium ditione: per ipsum item omnem in reliquis gentibus potentiam perfringam, omnia plana et facilia parans ante pedes ejus: portas urbium, et ipsas integras urbes in manus ejus tradam; ita ut nulla ipsi adversetur.

Vers. 2. « Ego ante te ibo, et montes complanabo: portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam. » Dixerit quispiam ea, quæ tempore Zorobabelis, vel Cyri, quod ad historiam gesta sunt, imagines et symbola veritatis complecti; quæ autem ad veri Domini et Christi tempus spectant, spiritualiter impleta fuisse; ita ut in ipso magis verus deprehendatur sermo, qui ait, « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro. » Nam secundum obviam dictionem, neque christus Dei videtur fuisse Persarum ille rex, qui Hierosolymam construxit, neque admodum ipso vivente promotum est ædificium, fundamenta quippe tantum ejus ævo ponere cœperunt: deinde, cohibito opere, desertus locus mansit usque ad Darii regnum. Quæ vero sub hæc feruntur, Christo aptius quam Persarum regi competant: magisque Servatori nostro, quam Zorobabeli.

Vers. 3. « Et dabo tibi thesauros absconditos, latentes, occultos tibi aperiam; ut cognoscas, quia ego Dominus Deus tuus, qui voco nomen tuum, Deus Israel: propter puerum meum Jacob, et Israel electum meum, ego vocabo te nomine tuo, et accipiam te. Tu autem non cognovisti me. » Intra urbes reconditos thesauros, latentes illos et occultos, pristinis regibus absconditos, aperiam tibi; ut

ipsis operibus ediscas, quis ego sim, qui ante tot annos ipsissimum nomen tuum propheticis Scripturis meis, quasi cippis æternis, insculpsi. Sum autem Deus Israel, quod ne ignores oportet, o Cyre : omnia quippe jam recensita tradam tibi; non aliam ob rem, quam propter populum meum, quem mihi elegi ex omnibus gentibus, quod patres eorum in pretio habeam.

VERS. 5-7. « Quoniam ego Dominus Deus, et non est alius Deus præter me. Corroboravi te, et non cognovisti me ; ut cognoscant qui ab ortu solis, et qui ab occasu, quia non est Deus præter me. Ego Dominus Deus, et non est præterea. Ego qui præparavi lucem, et qui feci tenebras, qui facio pacem, et creo mala. Ego Dominus Deus, qui facio hæc omnia. » Ex his ipsis operibus ediscent ; cum enim ærumnas populo meo ad conversionem et disciplinam infligere opus erat, inimicis ipsum tradidi, quasi tenebris et iræ impietatis causa dedens. Cum autem denuo conversum et ad meliorem se frugem recipientem, reducere opus est, consequenter pacis omniumque bonorum lumen ipsis oriri oportet. A me quippe et lumen et quæ ad pacem spectant omnia subministrantur ; judicio item meo ultio quoque inducitur. Quapropter hanc a me doctrinam accipe ; me scilicet et lucis conditorem, et pacis largitorem esse, similiterque tenebrarum et eorum quæ tristia reputantur, quæ pro malis penes multos habentur : et tamen horum auctor ego dici valeam, justo judicio promerita singulis inducens. Si itaque ego Deus, et non est præter me alius, qui hæc omnia faciat ; etiamsi contraria videantur, attamen natura sua contraria non sunt. Nam quæ mala a me infligi existimantur, ea sane maxime conferunt ad utilitatem et salutem eorum, qui his ad sanam mentem reducuntur.

VERS. 8. « Lætetur cœlum desuper, et nubes stillent justitiam : aperiatur terra, et germinet misericordiam, et justitiam oriri faciat simul. Ego sum Dominus, qui creavi te. » Quemadmodum enim tempus olim fuit, cum nubibus mandavi, « ut non pluerent super vineam pluviam ; » ita et nunc suo tempore rationabilibus nubibus meis præcipiam, ut non sensilem aquam, sed justitiam desuper ex alto stillent iis, qui inhabitant terram.

VERS. 9, 10. « Quid melius præparavi ut lutum figuli? Num qui arat, arabit terram tota die? Num dicet lutum figulo, Quid facis, quoniam non operaris, neque habes manus ? Num respondit figmentum fictori suo? Qui dicit patri, Quid generabis ? et matri, Quid paries ? » Quasi eos alloquens, qui universali illi providentiæ et administrationi contradicunt, ait : Væ qui contradicit fictori suo. Nam quando castigatione et conversione opus erat, Jerusalem quasi testam contrivi, et templum inimicis et hostibus tradidi ; cum autem post sufficientem illatam pœnam, humanitatem exhibere oportuit ; tunc et templum et urbem pristinis præstantiora

A πετάσω σοι ὡς ἂν αὐτοῖς ἔργοις μάθοις ὅστις ποτὲ εἰμι ὁ πρὸ τοσούτων ἐτῶν ὀνομαστὶ τὴν σὴν προσηγορίαν ταῖς προφητικαῖς μου Γραφαῖς, ὥσπερ ἐν στήλαις αἰωνίοις, ἐγχαράξας. Εἰμὶ δὲ ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ὃ προσήκει καὶ σὲ μὴ ἀγνοεῖν, ὦ Κῦρε· πάντα γὰρ τὰ προλεχθέντα χαριοῦμαί σοι οὐ διά τι ἕτερον, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ ἐμοῦ λαοῦ, ὃν ἐμαυτῷ ἐξελεξάμην ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τὴν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν τιμήν.

« Ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν ἐμοῦ Θεός. Ἐνίσχυσά σε, καὶ οὐκ ᾔδεις με· ἵνα γνῶσιν οἱ ἀπ' ἀνατολῶν ἡλίου καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν, ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι. Ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος, ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά. Ἐγὼ Κύριος ὁ B Θεὸς, ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα. » Ἐξ αὐτῶν γὰρ τούτων μαθήσονται τῶν ἔργων· ὅτε μὲν γὰρ λυπηρὰ χρῆν ἐπαγαγεῖν τῷ ἐμῷ λαῷ ἐπιστροφῇ καὶ παιδείᾳ, τοῖς πολεμίοις αὐτὸν ἐξέδωκα, ὥσπερ σκότῳ καὶ ὀργῇ παραδοὺς αὐτὸν τῶν ἀσεβημάτων χάριν· ὅτε δὲ, φησὶ, λοιπὸν ἐπιστρέψαντα καὶ ὠφελημένον προσήκει ἀναλαβεῖν, ἀκόλουθον ἂν εἴη φῶς εἰρήνης καὶ πάντων ἀγαθῶν ἀνατέλλειν ἐπ' αὐτόν. Ἐξ ἐμοῦ γὰρ τὸ φῶς χορηγεῖται καὶ τὰ τῆς εἰρήνης πάντα· κρίσει δὲ τῇ ἐμῇ καὶ τὰ τῆς ὀργῆς ἐπάγεται. Διόπερ δόγμα παρ' ἐμοῦ τοῦτο μάνθανε· ὡς ἄρα ἐγὼ αὐτὸς καὶ φωτός εἰμι δημιουργὸς, καὶ εἰρήνης χορηγὸς, ὁμοίως δὲ καὶ σκότους καὶ τῶν νομιζομένων λυπηρῶν· ἅπερ κακὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι νενόμισται, ὧν ποιητὴς ἂν λεχθείην, κρίσει δικαίᾳ τὰ κατάλληλα τοῖς ἀξίοις ἐπάγων. Εἰ τοίνυν ἐγὼ Θεὸς, C καὶ οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ ἕτερος, ὁ ποιῶν ταῦτα πάντα, κἂν ἐναντία εἶναι δοκῇ, οὐκ ὄντα τῇ φύσει ἐναντία. Ἐπεὶ καὶ τὰ νομιζόμενα ὑπ' ἐμοῦ ἐπάγεσθαι κακὰ τὰ μέγιστα συμβάλλοιντ' ἂν πρὸς ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν τῶν δι' αὐτῶν σωφρονιζομένων.

« Εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, καὶ αἱ νεφέλαι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην· ἀνατειλάτω ἡ γῆ, καὶ βλαστησάτω ἔλεος, καὶ δικαιοσύνην ἀνατειλάτω ἅμα. Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ κτίσας σε. » Ὥσπερ γὰρ ἦν καιρός ποτε, ὅτε ταῖς νεφέλαις ἐνετειλάμην « τοῦ μὴ βρέξαι εἰς τὸν ἀμπελῶνα ὑετὸν, » οὕτω νῦν κατὰ καιρὸν ταῖς ἐμαῖς νεφέλαις λογικαῖς οὔσαις προστάσσω D μὴ αἰσθητὸν ὕδωρ, ἀλλὰ τὴν δικαιοσύνην ἄνωθεν ἐξ ὕψους ἐπιραίνειν τοῖς τὴν γῆν οἰκοῦσι.

« Ποῖον βέλτιον κατεσκεύασα ὡς πηλὸν κεραμέως; Μὴ ὁ ἀροτριῶν ἀροτριάσει τὴν γῆν ὅλην τὴν ἡμέραν; Μὴ ἐρεῖ ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ, Τί ποιεῖς, ὅτι οὐκ ἐργάζῃ, οὐδὲ ἔχεις χεῖρας; Μὴ ἀποκριθήσεται τὸ πλάσμα πρὸς τὸν πλάσαντα αὐτό; Ὁ λέγων τῷ πατρὶ, Τί γεννήσεις; καὶ τῇ μητρὶ, Τί ὠδίνεις; Ὡς γὰρ πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας τῇ καθόλου προνοίᾳ τε καὶ διοικήσει φησίν· Οὐαὶ ὁ ἀντιλέγων τῷ πλάσαντι αὐτόν. Ὅτε μὲν γὰρ παιδείας, καὶ ἐπιστροφῆς χρεία ἦν, καὶ συνέτριψα τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς ὄστρακον, καὶ τὸν ναὸν ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις παρέδωκα· ὅτε δὲ πάλιν χρὴ μετὰ τὴν αὐτῶν αὐτάρκη παιδείαν, τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἐνδείξασθαι, τότε βελτίονα τοῦ προτέρου κατεσκεύασα

τὸν νεὼν καὶ τὴν πόλιν, ὡς πηλὸν κεραμέως μεταβαλὼν καὶ ἀνανεωσάμενος τὰ πάλαι συντετριμμένα.

« Ὅτι οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ Ἅγιος Ἰσραὴλ, ὁ ποίησας τὰ ἐπερχόμενα· Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ περὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. » Παιδευέσθω τοιγαροῦν πᾶς ἄνθρωπος ὁ ἀπὸ γῆς ληφθεὶς καὶ σῶμα γεῶδες περικείμενος, πηλοῦ τε μηδὲν διαφέρων παραθέσει τοῦ κτίσαντος αὐτὸν, μὴ τολμᾷν ταῖς τοῦ Θεοῦ διοικήσεσιν ἀντιλέγειν, μηδὲ καταμέμφεσθαι τῆς προνοίας τοὺς λόγους. Πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ φιλεγκλήμονες αἰτιᾶσθαι εἰωθότες, Καὶ τί γὰρ ἀναγκαῖον ἦν τὴν ἀρχὴν εἰς τὸν βίον παρελθεῖν; λέγοντες· Διὰ τί δὲ ταῦτα οὑτωσὶ γίνεται; Τί δὲ τῶν τοιούτων ἦν χρεία; ἔδει γὰρ οὕτω γεγενῆσθαι. Ἀλλὰ τούτοις πρόκειται τὸ « Οὐαί. Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ περὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι· » τῆς μὲν νοερᾶς καὶ λογικῆς οὐσίας διὰ τῶν υἱῶν δηλουμένης· τῶν δὲ τοῦ κόσμου μερῶν διὰ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτοῦ παριστα μένων.

« Ἐγὼ ἐποίησα γῆν καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς· ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, ἐγὼ πᾶσι τοῖς ἄστροις ἐνετειλάμην. » Τίνα οὖν ἔχοι ἐνταῦθα μέμψιν; Ποῖον δὲ οὐχ ὑπεραίρει κάλλος, ἢ ποῖον οὐ καλύπτει μέγεθος; Τί δὲ οὐχὶ συμβαλεῖται ταῦτα πρός γε τὴν τοῦ παρόντος κόσμησιν καὶ πρὸς τὸν ἐν ἀνθρώποις βιωφελῆ βίον; Γῆν μὲν γὰρ ἐποίησα οὐκ ἔρημον, οὐδὲ ἄχρηστον στοιχεῖον· οἰκητήριον δὲ ἀνθρώπων. Διὸ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ εἰς χρῆσιν καὶ ὑπηρεσίαν ἀνθρώποις τε παρεσκεύασα· οὐρανόν τε ἐστερέωσα, κοσμήσας ἄστροις· οἷς ἐνετειλάμην εὔτακτον καὶ ἐναρμόνιον ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν· ὡς τοτὲ μὲν φαίνειν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τοτὲ δὲ εἶναι εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτούς.

« Ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε Κύριος Σαβαώθ. » Τίνα δὲ τοῦτον ἢ ποῖον; Ὁ μέν τις ἐρεῖ τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα Κῦρον, οὗ καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος· ὡς περὶ αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ, « Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι, » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ εὐθυνῶ. Καὶ οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου. » Δυνάμει γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ τὴν πόλιν οἰκοδομήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ, διὰ τοῦ συγχωρεῖσθαι τοῖς ἐθέλουσιν ἀνιέναι ἀπὸ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἀνεγείρειν τὸν τόπον. Τοῦτο ἐπλήρου κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ δηλωθεὶς Περσῶν βασιλεύς. Ἄλλος δ' ἂν εἴποι ταῦτα λέγεσθαι περὶ τοῦ Ζοροβάβελ, ὃς, ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὁρμώμενος, ἦν ἐκ φυλῆς Ἰούδα καὶ τῆς τοῦ Δαυῒδ διαδοχῆς. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίαν μόνος ὁ Χριστὸς ἀπέστρεψε, τῆς δαιμονικῆς πλάνης ἐλευθερώσας καὶ δουλείας· καὶ τοῦτο ἔπραξεν οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων· ὃ δὴ καὶ διδάσκει ὁ Ἀπόστολος εἰπών· « Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. »

« Οὕτω λέγει Κύριος Σαβαώθ· Ἐκοπίασεν Αἰγυ-

A construxi : quæ olim contrita fueran, ceu lutum figuli, ad meliorem formam reducens et renovans.

Vers. 11. « Quoniam sic dicit Dominus Deus, Sanctus Israel, qui fecit ventura : Interrogate me de filiis meis, et de operibus manuum mearum præcipite mihi. » Erudiatur itaque quivis homo de terra sumptus, et terreno indutus corpore, nihil differens a luto si cum creatore suo compararetur, ne audeat Dei dispensationi contradicere, neque providentiæ rationem culpare. Nam multi queruli homines sunt, qui criminari et arguere audent his verbis : Quid necesse fuit a principio ad vitam transire ? Cur hæc tali modo conduntur ? Quid hujusmodi rebus opus ? nam hoc fieri modo par erat. Verum ad eos spectat illud, « Væ. Interro-

B gate me de filiis meis, et de operibus manuum mearum præcipite mihi. » Filiorum nomine intellectu prædita et rationabilis substantia significatur; operibus autem manuum ejus, mundi partes declarantur.

Vers. 12. « Ego feci terram, et hominem in ea : ego manu mea firmavi cœlum, ego omnibus astris mandavi. » Quænam igitur hic culpandi causa ? Qualem pulchritudinem non superat, aut qualem magnitudinem non operit et excedit ? Quomodo hæc non conferantur ad præsentis mundi ornatum, et ad commodam hominum vitam ? Terram quippe non desertam condidi, neque inutile elementum; sed in domicilium hominibus. Quapropter reliqua

C animalia, et plantas ad usum et ministerium hominibus apparavi : cœlumque firmavi, et astris exornavi : quibus præcepi ut concinno et harmonico motu procederent; cum ut terram incolentibus lucerent, tum ut essent in signa, in tempora, in dies, menses et annos.

Vers. 13. « Ego excitavi eum cum justitia regem, et omnes viæ ejus rectæ. Hic ædificabit civitatem meam, et captivitatem populi mei reducet, non pretio, neque muneribus, ait Dominus Sabaoth. » Quem aut qualem hic memorat ? Cyrum Persarum regem, dicet quispiam, cujus in præcedentibus meminit; ita ut de illo diceretur, « omnes viæ ejus rectæ; » sive secundum Symmachum, « Et

D omnes vias ejus rectas faciam. Et hic ædificabit civitatem meam. » Nam hic quadam ratione civitatem Hierosolymam ædificavit, quia volentem quemque permisit, Babylone proficisci, et locum restaurare. Hæc, secundum historiam, memoratus rex Persarum implevit. Alius vero quispiam dixerit, hæc de Zorobabele dici, qui ex regia stirpe oriundus, ex tribu Juda et ex successione Davidis erat. Imo vero solus Christus animarum captivitatem reduxit, atque a dæmonum errore servituteque liberavit : idque fecit, non pretio ac muneribus · quod etiam docet Apostolus, dicens : « Gratia salvi facti estis. »

Vers. 14. « Sic dicit Dominus Sabaoth : Labora-

vit Ægyptus, et negotiatio Æthiopum, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, et tibi servi erunt, et post te sequentur vincti manicis : et transibunt ad te, et adorabunt te ; et in te precabuntur : quia in te Deus est, et non est Deus præter te. › Ægyptum ait idololatriæ errore laborasse, quando diabolo et ministris ejus dæmonibus subjecta erat : attamen a labore recreandam Ægyptum esse pollicetur : qua totum idololatriæ genus subindicat. ‹ Et Sabaim viri excelsi. › Queis significare videtur barbaras quasdam immanesque gentes, extrema terræ incolentes, quas Christo subditas fore vaticinatur; quare subdit :

VERS. 15, 16. ‹ Et post te sequentur vincti manicis. Tu enim es Deus, et nescivimus, Deus Israel salvator. Confundentur et erubescent omnes adversarii ejus : et ambulabunt in confusione. Innovamini ad me, insulæ. › Quomodo confusione et pudore repleti sint, omnes, qui variis temporibus adversarii fuere, ipsique populi ex circumcisione atque ex gentibus universi, qui contra ecclesias ejus persecutionem excitarunt, ipsis operibus magis quam sermone declaratur.

VERS. 17. ‹ Israel salvatur a Domino, salute æterna : non confundentur, neque erubescent usque in æternum. › Hæc porro conjunctim postea de apostolis, discipulis et evangelistis Salvatoris nostri dicuntur : ipsi namque erant Israel ille, qui salute donatur : ac eorum opera plerumque memoratæ insulæ renovatæ sunt. Erant autem illæ Dei ecclesiæ quæ ceu mari vitæ malitia ambiuntur.

VERS. 18, 19. ‹ Sic dicit Dominus, qui fecit cœlum : iste Deus, qui ostendit terram, et fecit eam, ipse distinxit eam. Non frustra fecit eam, sed ut habitaretur plasmavit eam. Ego sum Dominus, et non est alius. › His docetur, non ignorandum nobis, hominum genus magno apud universorum Dominum Deum in honore habitum esse : quare ipsum salutari vocatione dignatus est, necnon omnibus iis, quæ in præsenti prophetia promittuntur. Quemadmodum enim cœlum ad angelorum sanctorumque spirituum domicilium necessario, atque ad universi ornatum constitui; ita et terræ elementum, non in vanum neque inutiliter condidi; sed ipsum ad habitaculum et commorationem eorum, qui ibi rationabili modo conversaturi erant, adornavi, qui sane cognoscendo Deo, ac religiose vivendo pares erant, utpote ad imaginem Dei conditi. Sicut igitur angeli in cœlo ministri Dei sunt ; ita et homines in terra sub Dei cura degunt.

VERS. 20. ‹ Non in abscondito locutus sum, neque in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Jacob, Vanum quærite. Ego sum, ego sum Dominus, qui loquor justitiam, et annuntio veritatem. › Quoniam enim omnis terra, et qui in ea sunt

A πτος, καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαοαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις· καὶ διαβήσονται πρὸς σὲ, καὶ προσκυνήσουσί σοι· καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται· ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. › Αἴγυπτον δέ φησι κεκοπιακέναι διὰ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης, ὁπηνίκα τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν δαίμοσι πονηροῖς καταδεδούλωτο· πλὴν ἀλλ' ὅμως διαναπαύσεσθαι τοῦ κόπου τὴν Αἴγυπτον ἐπαγγέλλεται· δι' αὐτῆς πᾶν τὸ τῆς εἰδωλολατρείας γένος αἰνιττόμενος. ‹ Καὶ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοί. › Δι' ὧν σημαίνειν ἔοικε βάρβαρά τινα καὶ ἀνήμερα, καὶ ἐν τοῖς ἐξωτάτω τῆς γῆς οἰκοῦντα ἔθνη· ἃ δὴ δουλεύσειν τῷ Χριστῷ θεσπίζει· διὸ ἐπιλέγει·

B ‹ Καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. Αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, καὶ πορεύσονται ἐν αἰσχύνῃ. Ἐγκαινίζεσθε πρός με, νῆσοι. › Ὅπως δὲ κατῃσχύνθησαν καὶ ἐνετράπησαν πάντες οἱ κατὰ καιροὺς ἀντικείμενοι, αὐτοί τε οἱ ἐκ περιτομῆς καὶ τῶν ἐθνῶν πάντες οἱ τοὺς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ διωγμοὺς ἐξάψαντες, παντὸς λόγου μᾶλλον ἡ διὰ τῶν ἔργων μαρτυρία παρίστησιν.

‹ Ἰσραὴλ σώζεται ὑπὸ Κυρίου σωτηρίαν αἰώνιον· οὐκ αἰσχυνθήσονται, οὐδὲ μὴ ἐντραπῶσιν ἕως τοῦ αἰῶνος ἔτι. › Καὶ ταῦτα δὲ ἀκολούθως συνῆπται περὶ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν τοῦ
C Σωτῆρος ἡμῶν· αὐτοὶ γὰρ ἦσαν ὁ σωζόμενος Ἰσραήλ· καὶ δι' αὐτῶν ἀνεκαινίσθησαν αἱ πολλάκις διὰ τῶν ἔμπροσθεν δηλωθεῖσαι νῆσοι. Αὗται δὲ ἦσαν αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ ὡς ἐπὶ θαλάσσης κυκλούμεναι ὑπὸ τῆς τοῦ βίου κακίας.

‹ Οὕτως λέγει Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανόν· οὗτος ὁ Θεὸς ὁ καταδείξας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτὴν, αὐτὸς διώρισεν αὐτήν. Οὐκ εἰς κενὸν ἐποίησεν αὐτὴν, ἀλλὰ κατοικεῖσθαι ἔπλασεν αὐτήν. Ἐγώ εἰμι Κύριος, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι. › Διδάσκει διὰ τούτων ὁ λόγος μὴ ἀγνοεῖν, ὡς μεγάλως τετίμηται παρὰ τῷ πάντων δεσπότῃ Θεῷ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· διὸ καὶ τῆς κλήσεως αὐτὸς τῆς σωτηρίου κατηξίωσε, καὶ
D πάντων τῶν διὰ τῆς παρούσης προφητείας ἐπηγγελμένων. Ὥσπερ γὰρ τὸν οὐρανὸν εἰς διατριβὴν ἀγγέλων καὶ πνευμάτων ἁγίων ἀναγκαίως ὑπεστησάμην, καὶ εἰς κόσμον τοῦ παντὸς, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον οὐκ εἰς ἀργὸν οὐδ' εἰς ἄχρηστον κατεσκεύασα· οἰκητήριον δὲ αὐτὸ καὶ διατριβὴν τῶν ἐν αὐτῷ λογικῶς πολιτεύεσθαι μελλόντων εἰργασάμην, οἳ καὶ Θεὸν εἰδέναι καὶ θεοσεβῶς βιοῦν οἷοί τε ἦσαν, ἅτε κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένοι. Ὥσπερ δ' οὖν ἐν οὐρανῷ ἄγγελοι λειτουργοὶ Θεοῦ. οὕτω καὶ ἐπὶ γῆς ἄνδρες τῷ Θεῷ μεμελημένοι.

‹ Οὐκ ἐν κρυφῇ λελάληκα, οὐδὲ ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ. Οὐκ εἶπα τῷ σπέρματι Ἰακώβ· Μάταιον ζητήσατε. Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι Κύριος, ὁ λαλῶν δικαιοσύνην, καὶ ἀναγγέλλων ἀλήθειαν. › Ἐπεὶ γὰρ πᾶσα ἡ γῆ καὶ οἱ ἐν αὐτῇ πάντες ἄνθρωποι ἐμοί εἰσι, διὰ

τοῦτο, φησὶ, τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους οὐκ εἴασα κρύπτεσθαι, οὐδ' ὥσπερ ἐν σκότῳ λανθάνοντας· εἰς φανερὸν δὲ ἀγαγὼν, πᾶσιν ἥπλωσα, ὡς πᾶσιν ἔθνεσι τὸ σωτήριον κηρυχθῆναι Εὐαγγέλιον. Ἄντικρυ δὲ ταῦτα μόνῳ τῷ εὐαγγελικῷ ἁρμόζοι ἂν κηρύγματι. Τὰ γὰρ Μωϋσέως λόγια εἴ τις ἐξετάζειν ἐθέλοι, εὕροι ἂν αὐτὰ κρυφῇ λελαλημένα· γλώττῃ μὲν Ἑβραΐδι, χαρακτῆρσι δὲ ἰδιάζουσι καὶ μὴ γνωριζομένοις παρὰ πᾶσιν. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐννοήσοιεν ἐν ποίᾳ ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ καὶ ἀνύδρῳ ὁ Μωϋσέως ἐξεδόθη νόμος, εὕροι ἂν αὐτὸν ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ λελαλημένον. Οὐ μὴν ὁμοίως καὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. « Εἰς πᾶσαν » γοῦν « τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Παντοίᾳ δὲ καὶ γλώττῃ, πάσῃ φωνῇ, χαρακτῆρσί τε τοῖς καθ' ἕκαστον ἔθνος παραδέδοται B εἰς ἐξάκουστον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

« Συνάχθητε καὶ ἥκετε· βουλεύσασθε ἅμα, οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. Οὐκ ἔγνωσαν οἱ αἴροντες τὸ ξύλον γλύμμα αὐτῶν, καὶ οἱ προσευχόμενοι πρὸς θεοὺς, οἳ οὐ σώζουσιν. Εἰ ἀναγγελοῦσιν, ἐγγισάτωσαν, ἵνα γνῶσιν ἅμα. » Πρώτους μὲν γὰρ, φησὶν, ἐκείνους ἀνεκαλεσάμην διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, καὶ πρώτοις αὐτοῖς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπηγγειλάμην, ὥσπερ μισθοὺς τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως αὐτοῖς ὑπισχνούμενον, πρὸς τὸ μὴ νομίσαι αὐτοὺς ἐπὶ ματαίῳ θεοσεβεῖν. Διὸ καὶ ζωὴν αἰώνιον ἐπηγγειλάμην, καὶ ἀγαθὰ « ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπεὶ δὲ Θεός εἰμι λαλῶν δικαιοσύνην καὶ ἀναγγέλλων ἀλήθειαν, κατὰ τὸν τῆς δικαιοσύνης λόγον, μετ' C ἐκείνους πάντας ἀνθρώπους πρὸς ἐμαυτὸν ἀνεκαλεσάμην· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τοῖς πᾶσι κηρύττω λέγων· « Συνάχθητε καὶ ἥκετε, βουλεύσασθε ἅμα, οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. » Ὁρᾷς ὅπως τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν βουλομένους σώζεσθαι προσκαλεῖται. « Τίς ἀκουστὰ ἐποίησε ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς; » γνώσονται γὰρ ἐγγὺς γενόμενοι τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, οὗ μέγα δεῖγμα τῆς θεότητος τοῦ προφητεῦσαι ταῦτα διὰ τῶν ἐμῶν προφητῶν, καὶ τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἀπαγγεῖλαι ταῦτα εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. « Τότε ἀνηγγέλη ὑμῖν, Ἐγὼ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ. » Παγίδας ἱστάντες τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες, τὰ τῆς ἑαυτῶν ἀπάτης ἐργαστήρια συγκροτεῖν ἐσπούδαζον, ὑποκρινόμενοι καὶ τὸ εἰδέναι τὰ μέλλοντα καὶ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ δύνασθαι τοῖς ἐθέλουσι μαθεῖν, μέχρι καιροῦ διατετελέκασι συναρπάζοντες. Χρηστήρια γοῦν D κατά τε πόλεις καὶ χώρας, ψευδομαντεῖαί τε ἦσαν πανταχοῦ καὶ κληδονισμοὶ, καὶ νεκυομάντεις, καὶ οἱ φωνοῦντες ἐκ γῆς, ἐγγαστρίμυθοί τε καὶ ἀλφιτομάντεις, καὶ ἁπαξαπλῶς ψευστῶν καὶ φενάκων ἡ ὑφ' ἡλίῳ πεπλήρωτο. « Δίκαιος καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ. » Ἐθέσπισα δὲ καὶ προεῖπον, ἐπεὶ δίκαιός εἰμι καὶ Σωτὴρ, διόπερ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον πάντα τὰ ἔθνη καλῶ εἰς τὴν παρ' ἐμοὶ σωτηρίαν. Ὁρᾷς ὅπως καθολικὸν τὸ κήρυγμα πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καταγγέλλει; Ἐν τούτοις εὖ μάλα τῆς διὰ Χριστοῦ

A homines, mei sunt; ideo, inquit, verba mea non occulta neque in tenebris latentia reliqui: sed palam efferens, omnibus nota feci; ita ut salutare Evangelium omnibus gentibus prædicaretur. Hæc sane, ut palam est, evangelicæ prædicationi tantum conveniant. Nam Moysis eloquia si quis expendere velit, ea occulte prolata deprehendat, Hebraica scilicet lingua, characteribus propriis, neque apud omnes cognitis. Quinetiam si quis perpendat qua in solitudine, quam invia et inaquosa lex Moysis tradita fuerit, plane inveniat eam in loco terræ tenebroso pronuntiatam fuisse. At non pari modo Evangelium Christi: nam « in omnem terram exivit sonus apostolorum ejus, et in fines orbis terræ verba eorum [80]. » Omnibus autem linguis, omni voce, characterisque singularum gentium traditum est, ut in omnium gentium auditum veniret.

VERS. 21, 22. « Congregamini et venite: consulite simul, qui salvamini de gentibus. Non cognoverunt, qui portant lignum sculpturam suam, et qui precantur deos non salvantes. Si annuntient, accedant, ut cognoscant simul. » Etenim, ait, primum illos per evangelicam prædicationem vocavi, ipsisque primis regnum cœlorum promisi, quasi in mercedem eorum erga me fidei pollicitus; ut ne putent se frustra piam religionem sectari. Quare vitam æternam promisi, et bona « quæ oculus non vidit [81], » et cætera. Quoniam vero Deus sum loquens justitiam, et annuntians veritatem, pro æqui et boni ratione, post illos universos etiam homines ad me vocavi; et jam hinc omnibus prædico: « Congregamini et venite, consulite simul, qui salvamini de gentibus. » Viden', quomodo illos ex gentibus, qui salutem exoptent, advocet? « Quis audita fecit hæc ab initio? » Cum enim juxta accesserint, verum Deum cognoscent, cujus deitatis magnum argumentum illud est quod hæc per prophetas suos prænuntiarit, et ab initio id ad aures nostras declaraverit. « Tunc annuntiatum est vobis, Ego Deus, et non est alius præter me. » Iis qui in terra sunt laqueos parantes dæmones maligni, fraudis fallaciæque suæ officinam admovere satagebant, se futura nosse simulantes ac posse se illa enuntiare iis, qui ediscere velint, certo tempore multos dolo circumvenerunt. Nam in urbibus et regionibus oracula, divinationes item falsæ, ubique erant, ominationes, necromantes, et qui ex terra loquebantur, engastrimythi, alphitomantes, sive qui e farinis vaticinabantur, atque ut summatim dicam, mendacibus et impostoribus replebatur orbis. « Justus et salvator non est præter me. » Vaticinatus sum et prædixi, quoniam justus et Salvator sum, ideo secundum æquitatis rationem omnes gentes ad eam, quæ penes me est, salutem evoco. Viden' quomodo communem gen-

[80] Psal. XVIII, 5. [81] I Cor. II, 9.

tibus omnibus prædicationem annuntiet? In quo plane Christi gratiæ magnitudinem videas, quæ ad omnes terrigenas pervadat: atenim universa terra per fidem in eum, ad salutem et vitam, quasi sagena capta, deducta est.

VERS. 23, 24. « Per memetipsum juro, Si non egrediatur de ore meo justitia: sermones mei non avertentur. » Qui sermones, nisi queis dicebat, « Convertimini ad me, et salvabimini, qui ab extremo terræ estis: quia mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua per Deum: » non Judæorum tantum, sed etiam reliquarum gentium, quo nihil beatius fuerit. Hujusque prophetiæ complementum in Christi Domini adventu fuit. Post illum enim, populi omnes in ejus Ecclesia per totum orbem congregati, Deo in precando genua flectere didicerunt: etsi id Judæi faciendum esse ignorent. « Et jurabit. » Nam qui me Deum noverunt in omnibus gentibus, quavis lingua et sermone, sive barbaro, sive Græco, in juramentis me in testem assument, qui eorum dictis fidem faciam.

VERS. 25. « Dicens, Justitia et gloria ad eum venient, et confundentur omnes qui separant se. » Omnes hominum virtutes talem nanciscentur finem: et omnis fortitudo hominum, qui pro pietate concertaverunt, ad ipsum accedet: atque tunc illi fructum laborum, et virtutis præmium accipient.

VERS. 26. « A Domino justificabuntur, et in Deo glorificabitur omne semen filiorum Israel. » Et vide mihi, quæso, sermonis accuratam rationem: non enim « Israel, » dixit, neque, « semen Israel; » sed semen filiorum Israel. Filii porro Israel erant primi salutaris Evangelii præcones, quorum semen et successionem justitia et gloria donandam esse dicitur.

CAPUT XLVI.

VERS. 1. « Cecidit Bel, contritus est Dagon. Facta sunt sculptilia eorum in bestias et in jumenta. » Bel idolum erat, sic a Græcis dictum, eumdem, ut aiunt, quem ipsi Saturnum appellant, quem tanta stoliditate veteres colebant, ut ipsi carissima sibi jugularent, ac sexcentas alias hominum victimas ipsi omnibus in locis offerrent. Dagon item simulacrum erat alienigenarum, Ascalonitarum scilicet et Gazensium: quos ubi speciatim memoravit, deinde generatim de omnibus ubique diis hæc subjungit: « Facta sunt sculptilia eorum in bestias et in jumenta. » Quod videre est in tota Ægypto, ubi omnia ferarum ac jumentorum genera ut deos venerari solent.

VERS. 2. « Portatis ea alligata, quasi onus laboranti, deficienti, et sitienti; nec valenti simul: qui non poterunt salvari a bello. Ipsi vero captivi abducti sunt. » Hæc reipsa nostris temporibus ad litteram evenerunt: ac secundum intelligendi rationem grave, durum et diabolicum onus, idolo-

A χάριτος κατίδοι τις ἂν τὸ μέγεθος, εἰς πάντας διῆκον τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς· σεσαγήνευται γὰρ διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτὸν εἰς σωτηρίαν καὶ ζωὴν ἡ σύμπασα γῆ.

VERS. 23. « Et erunt reges nutritii tui, et reginæ eorum, nutrices tuæ. » Quod ad litteram impletum ipsis oculis cernimus, dum ii, qui supremum imperium obtinent, Ecclesiam Dei nutritiorum instar gestant et fovent : ac reginæ gentium, id est, singularum gentium et provinciarum præfecti et magistratus, superno regno ministrantes, tanquam nutrices, pauperibus Ecclesiæ imperatorio nutu annonam suppeditant : quare nutrices ejus vocantur, sive secundum Symmachum, « lac præbentes ; » sic enim habet, « Et reginæ eorum lac præbebunt. » Quis autem memoratos præfectos cernens in Ecclesia Dei genu flectere, ac in frontem humi procumbere, non fateatur hanc prophetiam ad litteram completam esse, quæ diserte ait : « Super faciem terræ adorabunt te, et pulverem B pedum tuorum lingent. Et scies quia ego sum Dominus, et non confundentur, qui exspectant te? » Par est enim non in segnitiem delabi, neque spem promissorum amittere ante rerum eventum.

A « Καὶ ἔσονται βασιλεῖς τιθηνοί σου, αἱ δὲ ἄρχουσαι αὐτῶν, τροφοί σου. » Ὅπερ καὶ αὐτὸ κατὰ λέξιν πληρούμενον αὐτοῖς ἴδομεν ὀφθαλμοῖς, τῶν κρατούντων τῆς ἀνωτάτω ἀρχῆς τιθηνῶν τρόπον διαβασταζόντων τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν· αἱ δὲ τούτων ἄρχουσαι, δηλαδὴ αἱ καθ' ἕκαστον ἔθνος, καὶ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, τῇ ἀνωτάτω βασιλείᾳ διακονούμεναι τροφῶν δίκην ἐξυπηρετούμεναι τοῖς ἐνδεέσι τῆς Ἐκκλησίας, νεύματι βασιλικῷ, τὰ σιτηρέσια χορηγοῦσαι αὐτοῖς· διὸ τροφὴ (1) αὐτῆς ὠνομάσθησαν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « γαλοῦχοι, » φήσαντα, « Καὶ ἄρχουσαι αὐτῶν γαλουχήσουσι. » Τίς δὲ ὀφθαλμοῖς ὁρῶν τὰς εἰρημένας ἀρχὰς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ γόνυ καμπτούσας, καὶ τὸ μέτωπον ἐρειδούσας ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, οὐχ ὁμολογήσειε πρὸς λέξιν καὶ πρὸς ἱστορίαν τέλος εἰληφέναι ταύτην τὴν προφητείαν, διαῤῥήδην φήσασαν, « Ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς προσκυνήσουσί σοι, καὶ τὸν χοῦν τῶν ποδῶν σου λείξουσι. Καὶ γνώσῃ, ὅτι ἐγὼ Κύριος, καὶ οὐκ αἰσχυνθήσονται οἱ ὑπομένοντές σε; » Καλὸν γὰρ τὸ μὴ ὀλιγωρεῖν μηδὲ ἀπογινώσκειν τὴν ἐλπίδα τῶν ἐπηγγελμένων πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως.

VERS. 24. « Num accipiet quis a gigante spolia? et si quis captivum duxerit injuste, salvabitur? » Gigantem vocat diabolum et adversariam potestatem. Numquid igitur, ait, contra gigantem quivis congredi, ac tanti roboris viro spolia eripere valeat? Quod si quis talem hominem captivum abducere tentaverit, etsi juste agat, an pro insonte habebitur? Annon a gigante, utpote a fortiore, correptus, de salute periclitabitur? Pro illo autem, « injuste, » C Hebraica lectio, « juste, » habet. Nam qui gigantem captivum duxerit, juste sane agat, pariterque qui ejus spolia diripuerit.

« Μὴ λήψεταί τις παρὰ γίγαντος σκῦλα; καὶ ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τις ἀδίκως, σωθήσεται; » γίγαντα σημαίνων τὸν διάβολον καὶ τὴν ἀντικειμένην δύναμιν. Μήτι οὖν τῷ τυχόντι, φησὶ, δυνατόν ἐστι γίγαντι παρατάξασθαι, καὶ σκυλεῦσαι τὸν οὕτως ἰσχυρόν; Εἰ δὲ καὶ ἐπιχειρήσειέ τις τὸν τοιοῦτον αἰχμαλωτεῦσαι, δικαίως δὲ ποιῶν, ἄρα ἀθωωθήσεται; Οὐχὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ γίγαντος, ὡς ὑπ' ἰσχυροτέρου, κινδυνεύσει περὶ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας; Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἀδίκως, » ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις, « δικαίως, » περιέχει. Ὁ γὰρ αἰχμαλωτεύων γίγαντα, δικαίως τοῦτο ποιήσειε, καὶ ὁ σκυλεύων αὐτὸν, ὁμοίως.

VERS. 25. « Quoniam sic dicit Dominus : Si quis ceperit gigantem, accipiet spolia : qui autem acceperit a forti, salvabitur. Ego autem judicium tuum judicabo, et filios meos eruam. » Aperte declarans nobis, id solum fieri posse, ut prædicti hominis spolia auferantur; filios suos his significans; quare subdit, « Filios eruam ; » quibus ereptis, qui ipsos violenter abstulerant, suas ipsi carnes comedent. Cum enim aliorum carnes non ultra comedere possent, suas comedent, et cum animarum hominum sanguinem ebibere non valeant, sanguinem suum bibent, ut illo inebrientur.

« Ὅτι οὕτω λέγει Κύριος· Ἐάν τις αἰχμαλωτεύσῃ γίγαντα, λήψεται σκῦλα, λαμβάνων δὲ παρ' ἰσχύοντος, σωθήσεται. Ἐγὼ δὲ τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱούς μου ῥύσομαι· » σαφῶς διδάξας ἡμᾶς, εἶναι τοῦτο μόνον δυνατὸν, ἀφελέσθαι τοῦ δηλωθέντος τὰ σκῦλα· τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἶναι λέγων· διὸ ἐπιφέρει· « Τοὺς υἱούς μου ῥύσομαι· » ὧν ῥυσθέντων, οἱ ἀφῃρημένοι αὐτοῖς ἐξ ἐπηρείας, αὐτοὶ τὰς ἑαυτῶν σάρκας φάγονται· οὐκέτι γὰρ ἑτέρων σάρκας ἐσθίειν δυνάμενοι, τὰς ἑαυτῶν φάγονται· οὐδ' ἐκπίνειν ἔτι τὸ αἷμα τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν δυνάμενοι, τὸ ἑαυτῶν D αἷμα πίονται, ὡς καὶ μεθυσθῆναι αὐτοὺς ἐξ αὐτοῦ.

VERS. 26. « Et comedent qui tribulaverunt te carnes suas, et bibent, quasi vinum novum, sanguinem suum, et inebriabuntur. » Hæc possunt ad persecutores Ecclesiæ Dei, qui per tempora fuerunt, referri, hisque eorum finis et exitus describitur, quomodo scilicet futurum sit, ut carnes suas comedant, et sanguinem suum bibant.

« Καὶ φάγονται οἱ θλίψαντές σε τὰς σάρκας αὐτῶν, καὶ πίονται ὡς οἶνον νέον τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ μεθυσθήσονται. » Δύναται ταῦτα ἐπὶ τοὺς κατὰ καιρὸν διώκοντας τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἀναφέρεσθαι, του λόγου τὸ τέλος αὐτῶν καὶ τὴν καταστροφὴν διαγράφοντος, καὶ ὡς τὰς ἑαυτῶν σάρκας φάγονται, καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν πίονται.

« Et sentiet omnis caro, quia ego Dominus, qui erui te, et adjuvi fortitudinem Jacob. » Incorporeum Numen est, materiæ expers, intactile et simplex, nec quispiam, si quidem uti fas est egerit, speciem de illo corpoream imaginetur. Attamen sacra Scriptura hos alloquens, humano more de ipso

« Καὶ αἰσθανθήσεται πᾶσα σὰρξ, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ ῥυσάμενός σε, καὶ ἀντιλαμβανόμενος ἰσχύος Ἰακώβ. » Ἀσώματον τὸ Θεῖον, ἄϋλον, ἀναφὲς καὶ ἁπλοῦν· καὶ οὐκ ἄν τις ἐπ' αὐτῷ, τὰ εἰκότα δρῶν, φαντασίαν τινὰ λάβοι σωματικήν. Πλὴν τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν ἀνθρωπίνως ἡμῖν τὰ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται. Οὐ γὰρ ἦν ἑτέ-

(1) Forte legendum τροφοί, ut supra. EDIT.

ρως δυνηθῆναι νοεῖν τοὺς ἐν αὐτοῖς καὶ παχέσιν ὄντας σώμασιν, εἰ μὴ καθάπερ ἐν τάξει παραδειγμάτων παρεκομίσθη τὰ καθ' ἡμᾶς· ἵν' ἐκ τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ ὁρατῶν πραγμάτων κἂν οὑτωσὶ ἐκ μέρους νοεῖν ἰσχύσωμεν τὰ περὶ τῆς θείας οὐσίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

« Οὕτως λέγει Κύριος· Ποῖον τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν, ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; ἢ τίνι ὑποχρέῳ πέπρακα ὑμᾶς; Ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. Τί ὅτι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων; Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χείρ μου τοῦ ῥύσασθαι; Μὴ οὐκ ἰσχύω τοῦ ἐξελέσθαι; Ἰδοὺ τῷ ἐλεγμῷ μου ἐξερημώσω τὴν θάλασσαν· καὶ θήσω ποταμοὺς ἐρήμους, καὶ ξηρανθήσονται οἱ ἰχθύες αὐτῶν ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ὕδατα, καὶ ἀποθανοῦνται ἐν δίψει. Ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. Κύριος Κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας, τοῦ γνῶναι ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. Ἔθηκέ μοι πρωῒ, προσέθηκέ μοι ὠτίον ἀκούειν, καὶ ἡ παιδεία Κυρίου Κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω. Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπ' αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· καὶ Κύριος Κύριός μου βοηθός μοι ἐγενήθη· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν. » Διὸ καὶ τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν παρέστησα πεπιστευμένος, ὡς οὐ φέρει μοι αἰσχύνην ἡ πρὸς τὸν Πατέρα ὑπακοή· καὶ πλησίον μου ἑστῶτα καὶ ὥσπερ ἀγωνοθετοῦντα τοῖς γινομένοις, καὶ τὴν ἐμὴν δικαιοῦντα ὑπομονὴν διὰ παντὸς ἑώρων. Εἰ δέ τις ἔχοι τὰς κατ' ἐμοῦ ὕβρεις, καὶ τὸν θάνατον αὐτὸν ἐνδίκως ἐπενηνέχθαι μοι φάναι διά τινα πλημμελήματα, δεικνύτω παρελθὼν εἰς μέσον, εἴ τις αἰτία ἢ πρόφασις ἐξ ἐμοῦ τῆς τοιαύτης κατ' ἐμοῦ ὕβρεως γέγονεν· εἰς μέσον παρελθὼν στήτω καὶ ἐλεγχέτω. Οὐδενὸς δὲ ἔχοντος μέμψιν μετελθεῖν, μήτε τῇ διδασκαλίᾳ μήτε ταῖς πράξεσι ταῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμέναις, εἰκότως ὁ Κύριος βοηθός μοι παρέσται.

« Ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με. Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι ἅμα. Καὶ τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἐγγισάτω μοι. » Ἐπαμύνοντος γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ πᾶσαν ὑμῶν ἐπήρειαν ἀφανίζοντος, καὶ τὴν ἐμὴν ἱστάντος δόξαν, τίς ἔσται τοσοῦτος ἐν ὑμῖν, ὡς ἀντιτάξεσθαι τῇ ἀνικήτῳ(1) βουλῇ, καὶ κακῶσαι δύνασθαι τὸν παρ' αὐτοῦ βοηθούμενον; Οὐκοῦν εἴπερ τινὲς ἦσαν νουνεχεῖς, οἱ Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, ἀπόσχοιντο ἂν τῶν κατ' αὐτοῦ σκεμμάτων τε καὶ ἐγχειρημάτων, διὰ προφητῶν ἁγίων προεγνωκότες, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσειαν ἀδικῆσαι Χριστὸν, Θεὸν ὄντα καὶ Κύριον, καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν τοῦ Πατρός;

« Ἰδοὺ Κύριος Κύριος βοηθήσει μοι· τίς κακώσει με; Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς. » Δι' ὧν σημαίνει τὴν παλαίωσιν τῆς κατ' αὐτοῦ σωματικῆς λατρείας· πᾶν γὰρ τὸ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφα-

(1) Ἀκινήτῳ legit interpres. Edit.

A edisserit. Neque enim alias eum intelligere possent ii qui in corpore, ipsoque crasso et materiali, degunt, nisi ea quæ penes nos sunt ad exemplum usurparentur; ut ex iis quæ sub sensum et aspectum cadunt, ea quæ divinam substantiam spectant, saltem ex parte, cogitare possemus.

CAPUT L.

Vers. 1-7. « Sic dicit Dominus: Qualis hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam? aut cui debitori vendidi vos? Ecce peccatis vestris venumdati estis, et in iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram. Quid quia veni, et non erat qui obediret? Annon potest manus mea liberare? Annon possum eruere? Ecce comminatione mea desertum faciam mare, et ponam fluvios desertos, et arescent pisces

B eorum, eo quod non sit aqua, et morientur siti. Induam cœlum tenebris, et quasi saccum ponam indumentum ejus. Dominus Dominus dat mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat loqui verbum. Posuit mihi mane: addidit mihi aurem ad audiendum, et disciplina Domini aperit aures meas. Ego autem non renuo, neque contradico. Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas: faciem autem meam non averti a probro sputorum: et Dominus Dominus meus auxiliator mihi factus est; ideo non sum confusus, sed posui faciem meam, sicut firmam petram. » Ideo faciem meam tanquam firmam petram obtuli, confisus meam erga Patrem obsequentiam non dedecori mihi fore; quem e vi-

C cino mihi astantem, concertanti præmia largientem, patientiamque meam approbantem, semper vidi. Quod si quis contumelias ipsamque mortem juste mihi ob scelera quædam illatam esse comprobare possit, in medium prodiens ostendat, si quam causam vel occasionem tantis contumeliis dederim; in medium, inquam, prodiens, stet, meque arguat. Cum autem nemo mihi crimen offerre possit, neque de doctrina, neque de operibus a me editis, jure Dominus adjutor mihi aderit.

Vers. 8. « Quia juxta est qui justificat me. Quis est qui litiget mecum? stet contra me simul. Et quis est qui litiget mecum? accedat ad me. » Nam ulciscente, inquit, Deo et Patre, omnemque molestiam a vobis illatam auferente, meamque gloriam consti-

D tuente, quis in vobis erit, qui immutabili ejus consilio et voluntati obsistere valeat, et ejus auxilio fruentem opprimat? Itaque si qui in Scribarum et Pharisæorum grege prudentes homines fuissent, abstitissent utique a machinamentis et conspirationibus adversus eum conflatis; cum sanctorum prophetarum testimonio prospicerent, se non posse lædere Christum, qui Deus et Dominus, ac verus Patris Filius esset.

Vers. 9. « Ecce Dominus Dominus auxiliabitur mihi: quis lædet me? Ecce vos omnes tanquam vestimentum veterascetis, et tinea comedet vos. » Queis significat antiquandum fore corporeum cultum: quidquid enim antiquatur et senescit, rui-

næ proximum est. Per tineam vero ipsos comedentem, conscientiam scelerum ab ipsis perpetratorum significat, quæ instar vermis animam exedet. Gentium quippe conversionem ad Deum, ac ruinam, quam impietatis suæ causa sustinuerunt, conspicientes, a conscientia stimulantur et devorantur.

VERS. 10. « Quis est in vobis qui timet Dominum? audiat vocem pueri ejus. Ambulantes in tenebris, et non est eis lux, confidite in nomine Domini, et innitimini Deo. » Neque enim volo mortem peccatoris, sicut pœnitentiam ejus. Quare etiam nunc vos evoco, qui in tenebris ignorantiæ versamini. Cum autem puerum Dei sese nuncupat, intelligendum præbet, se, qui homo factus est, verum Dei et Patris filium esse: quod vero vox ejus audienda foret, id nequaquam legis transgressio erat, sed confirmatio legis, quæ per figuram et umbram, veritatem delineabat: quæ est ipse Deus et ejus vaticinia.

VERS. 11. « Ecce vos omnes ignem accenditis, et corroboratis flammam: ambulate in lumine ignis vestri et in flamma quam succendistis. Propter me facta sunt hæc vobis, et in mœrore dormietis. » Solum accedite, et obedite, ac salutem pollicenti vobis credite. Sed, ut video, vos ab omni bona spe seclusistis, vestrum autem ignem augetis et roboratis in incredulitate vestra, et in blasphemiis vestris perseverantes, illumque æterni supplicii ignem qui vos exspectat, magis magisque accenditis, quamobrem « in mœrore dormietis; » sive secundum Symmachum, « in dolore dormietis. »

CAPUT LI.

VERS. 1. « Audite, qui persequimini quod justum est, et qui quæritis Dominum. » Quia immani stultitia obcæcati Judæorum populi unigenitum Dei Verbum in forma nostra, id est hominem factum videntes, ejus mysterium non intellexerunt: sed amentia ducti sua, plerumque ipsum blasphemis dictis impudenter incessebant: nam, ut paulo ante dixi, eximiam gloriam et virtutem suam ipsis perspicue declarat, atque eorum quosdam ne se parvi æstimarent, deterret his verbis, « Confidite in Domino; » apertissime igitur se Dominum et Deum esse dicit, qui, uti jam dixi, homines deterret, ne de se humiliore modo sentiant et loquantur. « Respicite in firmam petram, quam excidistis, et in foveam lacus, quam effodistis. » Videtur his subindicare illam ipsam petram, quæ Salvatoris corpus excepit, in qua Joseph speluncam excavavit in novo monumento suo.

VERS. 2. « Respicite in Abraham patrem vestrum, et in Saram quæ parturivit vos: quia unus erat, et vocavi eum, et benedixi ei, et dilexi eum, et multiplicavi eum. » Quemadmodum igitur in Abraham feci, sic ne desperetis ex hac petra, quam vos excidistis, quamdam salutis spem omnibus hominibus futuram esse; quod illi non privandi sint illa ad Abraham facta, et per me omnibus gentibus per hujus

A νισμοῦ. Σῆτα δὲ καὶ τὸν καταβιβρώσκοντα αὐτοὺς τὴν συνείδησιν ὧν τετολμήκασι δηλοῖ, δίκην σκώληκος κατεσθιούσης τὴν ψυχήν. Ὁρῶντες γὰρ τὴν τῶν ἐθνῶν πρὸς Θεὸν ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀπόπτωσιν, ἣν ὑπέμειναν διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν, ὑπὸ τῆς συνειδήσεως τιτρώσκονται καὶ κατεσθίονται.

« Τίς ἐν ὑμῖν ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; ὑπακουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. Οἱ πορευόμενοι ἐν σκότει, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς φῶς, πεποίθατε ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου, καὶ ἀντιστηρίσασθε ἐπὶ τῷ Θεῷ. » Οὐ γὰρ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ. Ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ὑμᾶς ἀνακαλοῦμαι, ἐν τῷ τῆς ἀγνοίας σκότῳ τυγχάνοντας. Ἑαυτὸν δὲ παῖδα Θεοῦ λέγων, ἐφίησι νοεῖν, ὅτι, ἄνθρωπος γεγονὼς, υἱὸς ἐστιν ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· B καὶ τὸ ἀκοῦσαι τῆς αὐτοῦ φωνῆς οὐ νόμου παράβασις ἦν, ἀλλὰ βεβαίωσις νόμου, διὰ τύπου καὶ σκιᾶς προαναγράφοντος τὴν ἀλήθειαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ τὰ αὐτοῦ θεσπίσματα.

« Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς πῦρ καίετε, καὶ κατισχύετε φλόγα· πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε. Δι' ἐμὲ ἐγένετο ταῦτα ὑμῖν, καὶ ἐν λύπῃ κοιμηθήσεσθε. » Μόνον ἥκετε, καὶ ὑπακούσατε, ἐπαγγελλομένῳ τε ὑμῖν σωτηρίαν πιστεύσατε. Ἀλλ' ὡς ὁρῶ, πάσης μὲν ἀγαθῆς ἐλπίδος ἑαυτοὺς ἀποκλείετε, τὸ δὲ αὐτῶν πῦρ σωρεύετε καὶ κατισχύετε τῇ ἑαυτῶν ἐπιμένοντες ἀπιστίᾳ καὶ ταῖς κατ' ἐμοῦ βλασφημίαις, καὶ τὸ περιμένον ὑμᾶς τῆς αἰωνίου κολάσεως πῦρ μειζόνως ἐξάπτοντες· διὸ καὶ « ἐν λύπῃ C κοιμηθήσεσθε· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ἐν ὀδύνῃ κοιμηθήσεσθε. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

« Ἀκούσατε, οἱ διώκοντες τὸ δίκαιον, καὶ ζητοῦντες τὸν Κύριον. » Ἐπειδὴ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβελτηρίας οἱ τῶν Ἰουδαίων δῆμοι τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον ὁρῶντες ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, τουτέστι γενόμενον ἄνθρωπον, οὐ συνίεσαν μὲν τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον· ἀσυνετοῦντες δὲ πλεισταχοῦ παλιμφήμοις ἐλύπουν φωναῖς ἀναιδῶς· καθάπερ γὰρ ἔφην ἀρτίως, ἐναργῆ καθίστησιν αὐτοῖς τὴν σεμνοπρεπεστάτην αὐτοῦ δόξαν τε καὶ δύναμιν, καὶ τοῦ μικρὰ φρονεῖν ἐπ' αὐτῷ βούλεσθαί τινας ἀποκομίζει, λέγων, « Πεποίθατε ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. » Ἐναργέστατα δὴ οὖν Κύριον ἑαυτὸν καὶ Θεὸν εἶναί φησιν, ἀποκομίζων, ὡς ἔφην, τοῦ χαμαιπετῶς D περὶ αὐτοῦ βούλεσθαι φρονεῖν τε καὶ λέγειν. « Ἐμβλέψατε εἰς τὴν στερεὰν πέτραν, ἣν ἐλατομήσατε, καὶ εἰς τὸν βόθυνον τοῦ λάκκου, ὃν ὠρύξατε. » Ἔοικεν ὁ λόγος διὰ τούτων αἰνίττεσθαι αὐτὴν ἐκείνην τὴν τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος ὑποδεξαμένην πέτραν, ἐν ᾗ ὁ Ἰωσὴφ τὸ σπήλαιον ὤρυξεν ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ.

« Ἐμβλέψατε εἰς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ὑμῶν, καὶ εἰς Σάῤῥαν τὴν ὠδίνουσαν ὑμᾶς· ὅτι εἷς ἦν, καὶ ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, καὶ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐπλήθυνα αὐτόν. » Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ πεποίηκα, οὕτως μὴ ἀπογινώσκετε, ὡς καὶ ἀπὸ τῆς πέτρας ταύτης, ἣν ὑμεῖς αὐτοὶ ἐλατομήσατε, ἔσται τις ἐλπὶς ἁπάσης ἀνθρώποις σωτηρίας, ὡς μὴ ἀπολειφθῆναι τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας τὴν

δοθησομένην ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν ἐξ ἐμοῦ διὰ τῆς εἰρημένης πέτρας χάριν. Ἦν μὲν οὖν πέτρα καὶ τὸ σπήλαιον δ' ἐλατόμησεν ὁ Ἰωσὴφ εἰς μνημεῖον· ἀλλὰ καὶ τὸν Χριστὸν αὐτὸν οἶδεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος πέτραν ὀνομάζειν, λέγων, « Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. » Ἐπειδὴ χεῖρας ἐπιβαλόντες τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐλωβήσαντο κατὰ τὸ πάθος οἱ τὸν θάνατον αὐτοῦ τυρεύσαντες, εἰκότως πρὸς αὐτοὺς εἴρηται τὸ, « Ἐμβλέψατε εἰς τὴν στερεὰν πέτραν, ἣν ἐλατομήσατε, καὶ εἰς τὸν βόθυνον τοῦ λάκκου, ὃν ὠρύξατε. » Μήποτε βόθυνον λάκκου ᾐνίξατο τὴν τρωθεῖσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ πλευρὰν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ ὕδωρ προῆλθεν.

« Καὶ σὲ νῦν παρακαλέσω, Σιὼν, καὶ παρεκάλεσα πάντα τὰ ἔρημα αὐτῆς· καὶ θήσω τὰ ἔρημα αὐτῆς ὡς παράδεισον, καὶ τὰ πρὸς δυσμὰς αὐτῆς ὡς παράδεισον Κυρίου. Εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ, ἐξομολόγησιν καὶ φωνὴν αἰνέσεως. » Ὡς ἐν παραθέσει δὲ τῆς πάλαι ἐχούσης τὸν ἄνδρα, νῦν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία πάλιν ἔρημος ὠνομάσθη· ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ προφήτης θεσπίζει, λέγων· « Εὐφράνθητι στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. » Τίς δὲ ἦν ἡ τὸν ἄνδρα ἔχουσα ἀλλ' ἢ ἡ τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου ποιησαμένη;

« Ἀκούσατέ μου, ἀκούσατέ μου, λαός μου, καὶ οἱ βασιλεῖς, πρὸς μὲ ἐνωτίσασθε. » Ἔδει γὰρ καινῷ λαῷ καὶ ἐξ ἐθνῶν στησομένῳ, καὶ νόμον δοθῆναι καινόν. Ὁ γὰρ διὰ Μωσέως δοθεὶς ἀκατάλληλος ἦν τῇ τῶν ἐθνῶν πολιτείᾳ, πᾶσαν περιγράφων τὴν σωματικὴν θρησκείαν εἰς ἕνα τόπον τοῖς Ἱεροσολύμοις· διόπερ ἀναγκαίως αἰνιττόμενος τὴν Καινὴν Διαθήκην, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα φάσκει, « Ὅτι νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν· » πάλιν ἐνταῦθα φῶς τοῖς ἔθνεσιν ὑπισχνούμενος, οὐ μὴν τῷ Ἰσραήλ.

« Ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ ἐξελεύσεται. ὡς φῶς τὸ Σωτήριόν μου καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιοῦσιν· ἐμὲ νῆσοι ὑπομενοῦσι, καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἐλπιοῦσι. » Δευτεροῖ τὸν λόγον εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐπαγγελίας· δικαιοσύνης γὰρ πεπλήρωτο ἡ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐξ ἴσου δωρουμένη χάρις· τοῦτο δὲ ἦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν λαβὼν Συμεὼν ἐν ἀγκάλαις ἀναγέγραπται εἰρηκὼς, « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριόν σου, » καὶ τὰ ἑξῆς.

« Ἄρατε εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἐμβλέψατε εἰς τὴν γῆν κάτω· ὅτι ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, ἡ δὲ γῆ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται· οἱ δὲ κατοικοῦντες ὥσπερ ταῦτα ἀποθανοῦνται· τὸ δὲ Σωτήριόν μου εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται· ἡ δὲ δικαιοσύνη μου οὐ μὴ ἐκλείψῃ· » τὴν θεότητα τοῦ Λόγου σημαινούσης τῆς προφητείας· ὡς γὰρ τὴν ἀνθρωπότητα ἐδήλου διὰ τοῦ « Σωτηρίου, » οὕτω καὶ τὴν θεότητα τοῦτον ᾐνίξατο τὸν τρόπον.

« Ἀκούσατέ μου, οἱ εἰδότες κρίσιν, λαὸς, οὗ νόμος

A petræ gratiam danda, promissione. Petra itaque erat illa, et spelunca, quam Joseph in monumentum excavavit. At Christum etiam divinus Apostolus petram appellare novit, dicens [97], « Petra autem erat Christus. » Quia injectis manibus corpus Christi tempore passionis deformarunt, qui mortem ejus machinati sunt, merito dicitur ipsis, « Respicite in firmam petram, quam excidistis, et in foveam lacus, quam effodistis. » Num etiam per foveam lacus latus corporis ejus vulneratum subindicat, ex quo sanguis et aqua profluxerunt?

VERS. 3. « Et te nunc consolabor, Sion, et consolatus sum omnia deserta ejus: et ponam deserta ejus
B tanquam paradisum, et quæ sunt ad occasum ejus tanquam paradisum Domini. Lætitiam et exsultationem invenient in ea, confessionem et vocem laudis. » Quasi ad discrimen ejus quæ olim virum habebat, nunc Ecclesia ex gentibus desertum denuo vocatur, quemadmodum idem propheta vaticinatur: « Lætare, sterilis, quæ non paris: erumpe et clama, quæ non parturis, quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum. » Quænam erat illa quæ virum habebat, nisi quæ libellum repudii edidit?

VERS. 4. « Audite me, audite me, popule mi, et reges, ad me attendite. » Novo enim populo, ac ex gentibus constituendo novam dare legem opus erat. Nam quæ per Moysem data fuerat, gentium instituto
C incongruens erat, utpote quæ totum corporeum cultum uno loco, scilicet Hierosolymis, circumscriberet: quapropter Novum Testamentum et evangelicam prædicationem subindicans, necessario ait, « Quia lex a me egredietur, et judicium meum in lucem gentium; » hic rursum lucem gentibus, non vero Israeli promittens.

VERS. 5. « Appropinquat cito justitia mea, et egredietur quasi lux Salutare meum, et in brachium meum gentes sperabunt: me insulæ exspectabunt, et in brachium meum sperabunt. » Ad promissionis confirmationem promissa iterat: nam justitiæ plena erat gratia omnibus gentibus æqualiter distributa; ea erat Christus Dei, quem acci-
D piens Symeon in ulnas suas, dixisse scribitur, « Nunc dimittis servum tuum, Domine, quia viderunt oculi mei Salutare tuum [98], » et cætera.

VERS. 6. « Elevate in cœlum oculos vestros, et respicite in terram deorsum; quoniam cœlum tanquam fumus firmatum est, terra autem sicut vestimentum veterascet: qui autem inhabitant eam sicut ista morientur: Salutare vero meum in sæculum erit; justitia autem mea non deficiet. » Deitatem Verbi significat prophetia: sicut enim per illud, « Salutare, » humanitatem indicabat; sic isto modo deitatem adumbrat.

VERS. 7. « Audite me, qui scitis judicium, popule,

[97] I Cor. x, 4. [98] Luc. ii, 29.

cujus lex mea in corde vestro. » Videbat enim eos, qui pie vivere voluerint in Christo, persecutionem passuros, contumeliis afficiendos, ac contemptui ab hominibus habendos esse; itemque omnis generis vexationes tentationesque perpessuros esse. Quamobrem, ut ipsos muniat et firmet, jam hinc præcipit, « Ne timeatis opprobrium hominum, et contemptu eorum ne vincamini. » Etenim, inquit, finem eos excepturum consideratum oportet.

A μου ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. » Ἑώρα γάρ, ὅτι οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ διωχθήσονται καὶ ὀνειδισθήσονται, καὶ φαυλισθήσονται ὑπὸ ἀνθρώπων, διωγμούς τε παντοίους καὶ πειρασμοὺς ὑπομενοῦσι. Διὸ περιφράττων αὐτοὺς ἐντεῦθεν ἤδη παραγγέλλει λέγων· « Μὴ φοβεῖσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε. » Χρὴ γὰρ ἀφορᾷν, φησί, ἐπὶ τὸ διαδεξόμενον αὐτοὺς τέλος.

Vers. 8, 9. « Nam sicut vestimentum, a tempore consumetur, et sicut lana, comedetur a tinea : justitia autem mea in sæculum erit : Salutare vero meum in generationes generationum. Exsurge, exsurge, Jerusalem, et induere fortitudinem brachii tui. Exsurge sicut in principio diei, sicut generatio sæculi. » Hoc additamentum, « Jerusalem, » ut in Hebraica lectione fertur, in reliquis interpretibus non comparet; sed omnes sic ediderunt : « Exsurge, exsurge, induere fortitudinem, brachium Domini. » Secundum omnes igitur non Jerusalem sermo compellat, sed brachium Domini; hinc consequenter par est ut etiam nos ad brachium Domini, ipsius Domini compellationem referamus, de quo superius dictum est, « Et in brachium meum gentes sperabunt. »

« Ὡς γὰρ ἱμάτιον βρωθήσεται ὑπὸ χρόνου, καὶ ὡς ἔρια βρωθήσεται ὑπὸ σητός· ἡ δὲ δικαιοσύνη μου εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται· τὸ δὲ Σωτήριόν μου εἰς γενεὰς γενεῶν. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου. Ἐξεγείρου ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέρας, ὡς γενεὰ αἰῶνος. » Ἡ
B προσθήκη, « Ἱερουσαλήμ, » ὡς ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ ἀναγνώσει, οὔτε ἐν τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς φέρεται, ἀλλὰ πάντες οὕτως ἐξέδωκαν· « Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἔνδυσαι κράτος, βραχίων Κυρίου. » Κατὰ πάντας τοίνυν οὐ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὁ λόγος προσφωνεῖ, ἀλλὰ τῷ βραχίονι Κυρίου· ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη καὶ ἡμᾶς εἰς τὸν βραχίονα Κυρίου τὴν τοῦ Κυρίου προσφώνησιν ἀναφέρειν, περὶ οὗ ἀνωτέρω εἴρηται, « Καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιοῦσιν. »

Vers. 10, 11. « Nonne tu es, quæ desertum fecisti mare, aquas abyssi multas? quæ posuisti profundum maris viam transitus iis, qui liberati et redempti fuerunt? A Domino enim reducentur, et venient in Sion cum lætitia et exsultatione sempiterna. In capite enim eorum laus, et lætitia apprehendet eos : fugit dolor et mœror, et gemitus : » quando omni timore exempti, non ultra inimicos et adversarios reformidabunt.

« Οὐ σὺ εἶ ἡ ἐρημοῦσα θάλασσαν, ὕδωρ ἀβύσσου πλῆθος; ἡ θεῖσα τὰ βάθη τῆς θαλάσσης ὁδὸν διαβάσεως ῥυομένοις καὶ λελυτρωμένοις; Ὑπὸ γὰρ Κυρίου
C ἀποστραφήσονται, καὶ ἥξουσιν εἰς Σιὼν μετ' εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάματος αἰωνίου. Ἐπὶ κεφαλῆς γὰρ αὐτῶν αἴνεσις, καὶ εὐφροσύνη καταλήψεται αὐτούς· ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη, καὶ στεναγμός· » ὅτε καί, παντὸς φόβου ἐκτὸς γενόμενοι, οὐκέτι πολεμίους οὐδὲ ἐχθροὺς φοβήσονται.

Vers. 12. Nam « ex cœlesti Sion abscessit dolor, mœror et gemitus. Ego sum, ego sum, qui consolor te. Scito quæ fueris, et timueris ab homine mortali, et a filio hominis, qui quasi fenum arefacti sunt. » Ipse namque est propitiatio nostra, qui consolatur humiles. Tu enim ad imaginem meam a me facta, maximo donata es honore, quod me consolatorem haberes : quapropter dico, « Ego sum, qui consolor te. » Ignoro autem quo pacto, dignitatis immemor tuæ, formidini et terrori subjecta fueris. Hæc porro dicit quasi formidolosos et infirmiores, qui in Ecclesia sunt, alloquens : nam perfecti, et qui martyrii corona exornati sunt, ejus sunt gloriam consecuti. Siquidem cum par fuisset te metu et commotione vacuum manere, utpote populum meum, ad finem corruptibilis hominum vitæ respicientem; atque eosdem ipsos, quos extimescebas, a futura pernicie eximere; tu contra, illos reformidans,

« Ἐν » γὰρ « τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη, καὶ στεναγμός. Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι, ὁ παρακαλῶν σε. Γνῶθι τίς οὖσα, ἐφοβήθης ἀπὸ ἀνθρώπου θνητοῦ, καὶ ἀπὸ υἱοῦ ἀνθρώπου, οἳ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθησαν. » Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἱλασμὸς ἡμῶν, καὶ ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς. Σὺ μὲν γὰρ κατ' εἰκόνα γενομένη παρ' ἐμοῦ, μεγίστης ἠξίωσαι τιμῆς, ὡς παρακαλεῖσθαι ὑπ' ἐμοῦ· διό φημι, « Ἐγώ
D εἰμι ὁ παρακαλῶν σε. » Οὐκ οἶδα δὲ ὅπως ἐπιλαθομένη τῆς σαυτῆς ἀξίας, δειλίᾳ ὑπήχθης καὶ ἐφοβήθης. Λέγει δὲ ταῦτα ὡς πρὸς τοὺς δειλοτέρους καὶ ἀσθενεστέρους τῆς Ἐκκλησίας· οἱ γὰρ τελειωθέντες, καὶ τοῖς ἐν μαρτυρίῳ στεφάνοις καταχοσμηθέντες, ἔτυχον τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης. Δέον γὰρ ἄφοβόν σε καὶ ἀτάραχον διαμένειν, ὡς ἂν ἐμὸν ὄντα λαόν, εἰς τὸ τέλος ἀφορῶντα τῆς φθαρτῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, καὶ τοῦ μέλλοντος ὀλέθρου διαδέξασθαι τούτους αὐτούς, οὓς ἐφοβήθης· σὺ δὲ τούτους μὲν ἐφοβήθης,

Vers. 13. « Oblitus es Dei, qui fecit te, qui fecit cœlum, qui fundavit terram : et timuisti semper omnibus diebus faciem iræ tribulantis te. »

« Ἐπελάθου δὲ Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ θεμελιώσαντα τὴν γῆν· καὶ ἐφοβοῦ ἀεὶ πάσας τὰς ἡμέρας τὸ πρόσωπον τοῦ θυ-

μοῦ τοῦ θλίβοντός σε. » Διὸ καὶ τοὺς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐμῆς διωγμοὺς εἰς δοκιμὴν τῶν ἐμῶν ἀθλητῶν ἀφίημι καὶ συγχωρῶ γίνεσθαι.

« Ὃν τρόπον γὰρ ἐβουλεύσατο τοῦ ἆραί σε, καὶ νῦν ποῦ ὁ θυμὸς τοῦ θλίβοντός σε; Ἐν γὰρ τῷ σώζεσθαί σε, οὐ στήσεται, οὐδὲ χρονιεῖ· ὅτι ἐγὼ ὁ Θεός σου, ὁ ταράσσων τὴν θάλασσαν, καὶ ἠχῶν τὰ κύματα αὐτῆς, Κύριος Σαβαὼθ ὄνομά μοι. Θήσω τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τῆς χειρός μου σκεπάσω σε, ἐν ᾗ ἔστησα τὸν οὐρανὸν καὶ ἐθεμελίωσα τὴν γῆν. » Ὡς ἂν μή τι πάθοις τῶν ἐναντίων ὑπὸ τῶν πολεμούντων, ἵνα δὲ ἔτι μᾶλλον θαρσαλέα γένῃ καὶ ἀτρεμὴς, καὶ ἄπτωτος, μάνθανε, ὡς ἐν τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἐν ᾗ ἔστησα τὸν οὐρανὸν καὶ ἐθεμελίωσα τὴν γῆν, καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγον, ἐν ταύτῃ σκεπάσειν σε ἐπαγγέλλομαι. Τί οὖν χρὴ ἀγωνιᾷν ἢ φοβεῖσθαι φόβον ἀνθρώπινον, δέον ὑποτρέχειν τὴν ἐμὴν σκιὰν, μηδὲ ἀναχωρεῖν αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους μου πάντοτε φέρειν διὰ στόματος;

« Καὶ ἐρεῖ Σιὼν, Λαός μου εἶ σύ. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἀνάστηθι, Ἱερουσαλὴμ, ἡ πιοῦσα ἐκ χειρὸς Κυρίου τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ· τὸ ποτήριον γὰρ τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ ἐξέπιες καὶ ἐξεκένωσας. » Ἔοικε σημαίνειν διὰ τούτων τὴν ἐσχάτην αὐτῆς πτῶσιν, ἣν πέπονθε μετὰ τὰ τολμηθέντα ἐν αὐτῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· διὸ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ ἐπειράθη. Χρηστὸς δὲ ὢν ὁ λόγος καὶ φιλάνθρωπος, καὶ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, παραινεῖ αὐτοῖς σπεύδειν εἰς μετάνοιαν, ὑπογράφων ἀγαθὰς ἐλπίδας εἰ μετανοήσειεν. Οὐκοῦν Ἱερουσαλὴμ ἐστιν ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον τῆς ὀργῆς. Καὶ ἔστιν ἑτέρα Ἱερουσαλὴμ, περὶ ἧς τὰ μάλιστα θεσπίζει. Διόπερ οὐ χρὴ συγχεῖσθαι, οὐδὲ νομίζειν περὶ τῆς αὐτῆς λέγεσθαι, οὐδὲ ἐναντία. Ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἐν οὐρανῷ, ἧς καὶ βασιλεύειν λέγεται ὁ Θεὸς, ἧς οὔτ' ὀργὴ οὔτε θυμὸς ἅπτεται· ἀπέδρα γὰρ ὀδύνη καὶ λύπη, καὶ στεναγμὸς ἐξ αὐτῆς· ἡ δέ ἐστι συνεστῶσα ἐπὶ γῆς τοῦ Θεοῦ πόλις, δι' ἧς ἀπεδείκνυμεν σημαίνεσθαι τὸ θεοσεβὲς ἐν ἀνθρώποις πολίτευμα· ἑτέρα δὲ παρὰ ταύτας ἐστὶ ἡ τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ πεπειραμένη διὰ τῆς τῶν οἰκητόρων παρανομίας.

« Καὶ οὐκ ἦν ὁ παρακαλῶν σε ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων σου, ὧν ἔτεκες· καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντιλαμβανόμενος τῆς χειρός σου, οὐδὲ ἀπὸ πάντων τῶν υἱῶν σου, ὧν ὕψωσας. Διὸ ταῦτα ἀντικείμενά σοι· τίς συλλυπηθήσεταί σοι; Πτῶμα καὶ σύντριμμα, λιμὸς καὶ μάχαιρα· τίς παρακαλέσει σε; » Πίνει δέ τις τὸ ποτήριον θυμοῦ καὶ πτώσεως, καὶ πίνων ἐκστραγγίζει, ὅτε πάσας ὑφίσταται τὰς τιμωρίας καὶ τὰς κολάσεις τὰς ἐπαγομένας ὑπὲρ ὧν ἔπραξεν ἀτοπημάτων. Ὡς δὲ ἰατρῶν παῖδες τοῖς καχεκτοῦσι πικρὰς προσάγουσιν ἀντιδόσεις, ὑπὲρ τοῦ καθᾶραι τὴν ἐν τῷ σώματι προκειμένην κάκωσιν· οὕτω καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ λέλεκται, « Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου, »

** Psal. LXXIV, 9.

A Ideo ad probationem athletarum meorum persecutiones contra Ecclesiam meam excitari permitto.

VERS. 14, 16. « Sicut enim cogitavit tollere te, et nunc ubi est furor tribulantis te? Cum enim salvaberis, non stabit, neque diu permanebit : quia ego Deus tuus, qui conturbo mare, et sonare facio fluctus ejus, Dominus Sabaoth nomen mihi. Ponam verba mea in ore tuo, et sub umbra manus meæ protegam te, in qua statui cœlum, et fundavi terram. » Ne quid adversi patiaris ab oppugnantibus, imo ut confidentior, imperterrita et inconcussa perstes, discas me manu mea, qua statui cœlum et fundavi terram, et universum mundum ex nihilo ad exsistentiam produxi, te protecturum esse polli-B ceri. Quid ergo angeris, aut hominum formidine occuparis, cum ad umbram meam confugere, nec ab ea recedere oporteat, atque sermones meos semper in ore ferre opus sit?

VERS. 17. « Et dicet Sion, Populus meus es tu. Excitare, excitare, exsurge, Jerusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem furoris ejus : calicem enim ruinæ, et poculum furoris ejus ebibisti et evacuasti. » His videtur significare extremam ejus ruinam, quam post perpetrata ibidem contra Salvatorem nostrum facinora perpessa est : quare iram Dei experta est. Cum autem hic sermo (40) mansuetudine et humanitate plenus sit, neque velit Deus mortem C peccatoris, sicut pœnitentiam ejus, hortatur ipsos ut ad pœnitentiam agendam maturent, bonam ipsis spem, si resipiscant, ascribens. Itaque Jerusalem est, quæ calicem iræ ebibit. Estque sane alia Jerusalem, de qua frequenter vaticinatur. Quapropter non oportet eas commiscere et confundere, neque putare de eadem contraria proferri. Nam alia in cœlo est, in qua regnare dicitur Deus, et adversus quam nec ira nec furor accenditur; ab ea namque dolor, mœror ac gemitus abscessit; alia vero civitas Dei in terra consistens est, quam significare diximus religiosum apud homines vivendi institutum; præter hasce vero alia est, iram Dei experta ob civium suorum iniquitatem.

VERS. 18, 19. « Et non erat qui consolaretur te D ex omnibus filiis tuis, quos peperisti : et non erat qui apprehenderet manum tuam, ne ex omnibus quidem filiis tuis, quos exaltasti. Quare hæc contraria tibi : quis tecum contristabitur? Ruina et contritio, fames et gladius; quis consolabitur te? » Tum quis calicem iræ et ruinæ ebibit, ac bibens guttatim haurit, cum omnia supplicia, omnes illatos cruciatus sustinet pro sceleribus admissis. Quemadmodum vero medici male habentibus acerba remedia offerunt, ut malignitatem in corpore exsistentem expurgent, ita et de Deo dicitur, « Calix in manu Domini, vini meri **, » et cætera. Atenim ani-

(40) Forte vox Græca, λόγος, pro Filio Dei aptius sumeretur, siquidem ille λόγος dicitur μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, quod de Deo, non de Scriptura dici solet. EDIT.

marum ille medicus, morbis animæ insidentibus A congruentes castigationes, quasi quamdam antidotum ad medelam et purgationem præsentis infirmitatis, profert.

Vers. 20. « Filii tui indigentes, dormientes in compitis omnium viarum, sicut beta semicocta, pleni furore Domini, deficientes per Dominum Deum. » Secundum reliquos interpretes pro illo, « sicut beta semicocta, » sic legitur, « tanquam oryx irretitus. » Oryx autem est avis sic appellata, cui filios Jerusalem comparat, retibus diaboli irretitos: quamobrem iræ traditi sunt.

Vers. 21, 22. « Propterea audi, humiliata et ebria, non vino: sic dicit Dominus Deus, qui judicat populum suum: Ecce accepi de manu tua calicem B ruinæ, poculum iræ meæ, nec adjicies ultra bibere illud. » Hierosolymæ pollicetur ablaturum se ab ea esse calicem furoris; si tamen pœnitentiam agat. Illud enim, « Ecce tuli, » dicitur pro, « accipiam. »

Vers. 23. « Et dabo illud in manus eorum, qui te læserunt, et humiliaverunt; qui dixerunt animæ tuæ: Inclinare, ut prætereamus: et posuisti æqualia terræ media tua foris transeuntibus. » Verisimile porro est, hæc etiam de adversariis potestatibus pronuntiari, quibus se subjicit omnis anima quæ a Deo transfugit. Nam quæ ad Deum accedit, erecta est et sursum aspicit, ad ipsumque elevatur: quæ vero sese malignis dæmonibus adjungit, iis C utique subjicitur.

CAPUT LII.

Vers. 1. « Excitare, excitare, Sion: induere fortitudine tua, Sion: et tu induere gloria tua, Jerusalem: civitas sancta. Non ultra adjiciet transire per te incircumcisus et immundus. » Anima quippe rationalis maximam vim et fortitudinem, magnamque gloriam habet, utpote quæ secundum imaginem Dei facta sit: quam resumere, et civitatem sanctam fieri, expetit; ut non ultra per eam transeat incircumcisus et immundus. Per incircumcisum igitur alienigenam et extraneum significat; per impurum autem, idololatram.

Vers. 2. « Excute pulverem, et exsurge: sede, D Jerusalem, solve vincula colli tui, captiva filia Sion. » Nam penes illam erat, pulverem, quo circumquaque respersa erat, abstergere, et a ruina quæ sibi contigerat, emergere, vinculumque collo suo impositum solvere; quo ceu laqueo animam catenis peccatorum alligaverant adversariæ potestates.

Vers. 3, 4. « Quoniam hæc dicit Dominus: Gratis venumdati estis, et sine argento redimemini. Sic dicit Dominus: In Ægyptum descendit populus meus prius, ut habitaret ibi, et in Assyrios violenter acti sunt. » Non enim corporea captivitas illa erat, ut corporeo pretio libertatem obtinerent, quandoquidem quoad animas venditi erant. Quamobrem

καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀναλόγως γὰρ τοῖς ὑποκειμένοις τῇ ψυχῇ πάθεσιν ὁ τῶν ψυχῶν ἰατρὸς τὰς τιμωρίας αὐτῇ προσάγει, ὥσπερ τινὰς ἀντιδότους θεραπευτικὰς ἐπὶ καθάρσει τῆς προκειμένης κακίας.

« Οἱ υἱοί σου οἱ ἀπορούμενοι, οἱ καθεύδοντες ἐπ' ἄκρου πάσης ἐξόδου, ὡς σεύτλιον ἡμίεφθον, οἱ πλήρεις θυμοῦ Κυρίου, ἐκλελυμένοι διὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. » Κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς ἀντὶ τοῦ, « ὡς σεύτλιον ἡμίεφθον, » — « ὡς ὄρυξ, » εἴρηται, « ἠμφιβληστρευμένος. » Ὄρνεον δέ ἐστιν ὄρυξ, οὕτω καλούμενον, ᾧ παραβάλλει τοὺς υἱοὺς τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀμφιβλήστρῳ τοῦ διαβόλου περιβληθέντας· διὸ καὶ τῷ θυμῷ παρεδόθησαν.

« Διὰ τοῦτ' ἄκουε, τεταπεινωμένη καὶ μεθύουσα οὐκ ἀπὸ οἴνου· οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ κρίνων τὸν λαὸν αὐτοῦ· « Ἰδοὺ εἴληφα ἐκ τῆς χειρός σου τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ οὐ προσθήσῃ ἔτι πιεῖν αὐτό. » Ἐπαγγέλλεται δὲ τῇ Ἱερουσαλὴμ ὁ λόγος λήψεσθαι ἀπ' αὐτῆς ποτήριον τοῦ θυμοῦ, εἰ μετανοήσειε. Τὸ γὰρ, « Ἰδοὺ ἦρα, » ἀντὶ τοῦ, « λήψομαι, » εἴρηται.

« Καὶ δώσω αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀδικησάντων σε καὶ τῶν ταπεινωσάντων σε, οἳ εἶπαν τῇ ψυχῇ σου· Κύψον, ἵνα παρέλθωμεν· καὶ ἔθηκας ἴσα τῇ γῇ τὰ μέσα σου ἔξω τοῖς παραπορευομένοις. » Εἰκὸς δὲ ταῦτα λέγεσθαι καὶ περὶ ἀντικειμένων δυνάμεων, αἷς ὑποτάσσει ἑαυτὴν πᾶσα ψυχὴ ἡ τοῦ Θεοῦ ἀποστᾶσα. Ἡ μὲν γὰρ τῷ Θεῷ προσιοῦσα ὀρθιός ἐστι καὶ ἄνω βλέπουσα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπηρμένη· ἡ δὲ συνάψασα ἑαυτὴν δαίμοσι πονηροῖς, τούτοις δηλονότι καὶ ὑποτέτακται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

« Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, Σιών· ἔνδυσαι τὴν ἰσχύν σου, Σιών· καὶ σὺ ἔνδυσαι τὴν δόξαν σου, Ἱερουσαλὴμ, πόλις ἡ ἁγία. Οὐκέτι προστεθήσεται διελθεῖν διὰ σοῦ ἀπερίτμητος καὶ ἀκάθαρτος. » Ἔχει γάρ τινα μεγίστην δύναμιν καὶ ἰσχὺν ἡ λογικὴ ψυχὴ, καὶ δόξαν ἔχει μεγάλην, ἅτε κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ πεποιημένη, καὶ ἐπαναλαβεῖν αὐτὴν βούλεται καὶ γενέσθαι πόλιν ἁγίαν· ὡς μηκέτι διαβαίνειν δι' αὐτῆς ἀπερίτμητον, μηδὲ ἀκάθαρτον. Διὰ μὲν οὖν τοῦ ἀπεριτμήτου τὸν ἀλλόφυλον καὶ ἀλλογενῆ σημαίνει, διὰ δὲ τοῦ ἀκαθάρτου, τὸν εἰδωλολάτρην.

« Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν, καὶ ἀνάστηθι· κάθισον, Ἱερουσαλὴμ, ἔκδυσαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου σου, ἡ αἰχμάλωτος θυγάτηρ Σιών. » Ἐπ' αὐτῇ γὰρ ἦν τὸ ἀποτρίψασθαι τὸν περιπλασθέντα αὐτῇ χοῦν, καὶ διαναστῆναι τῆς ἐπισυμβάσης αὐτῇ πτώσεως, καὶ τὸ ἐκλῦσαι τὸν ἐπιτεθέντα αὐτῇ δεσμὸν τοῦ τραχήλου· ᾧ τὴν ψυχὴν ὥσπερ βρόχῳ κατέδησαν σειραῖς ἁμαρτιῶν αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις.

« Ὅτι τάδε λέγει Κύριος· Δωρεὰν ἐπράθητε, καὶ οὐ μετὰ ἀργυρίου λυτρωθήσεσθε. Οὕτως λέγει Κύριος· Εἰς Αἴγυπτον κατέβη ὁ λαός μου τὸ πρότερον, παροικῆσαι ἐκεῖ, καὶ εἰς Ἀσσυρίους βίᾳ ἤχθησαν. » Οὐ γὰρ ἦν σωματικὴ αὕτη αἰχμαλωσία, ἵνα διὰ λύτρων σωματικῶν τύχωσι τῆς ἐλευθερίας, ἐπειδὴ τὰς ψυχὰς ἦσαν πεπραμένοι. Διὰ τοῦτο οὐχ ἐν ἀργυρίῳ

λυτροῦσθαι ἔμελλον, ἀλλὰ δηλονότι τοῦ Χριστοῦ τῷ A τιμίῳ αἵματι.

« Καὶ νῦν τί ἐστε ὧδε; Τάδε λέγει Κύριος· Ὅτι ἐλήφθη ὁ λαός μου δωρεὰν, θαυμάζετε καὶ ὀλολύζετε. Τάδε λέγει Κύριος· Δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. » Σημαίνει δὲ διὰ τούτων ἡ προφητεία τὰς κατὰ Χριστοῦ βλασφημίας, ἃς δι' ἡμέρας ἁπάσας καὶ διὰ παντὸς ποιοῦνται οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.

« Διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου τὸ ὄνομά μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι· αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι. » Ποίᾳ δὲ ταύτῃ, ἀλλ' ὅταν ἐγὼ, φησὶν, αὐτὸς, ὁ νῦν διὰ τῶν προφητῶν ταῦτα φθεγγόμενος, τὴν ἐμαυτοῦ ποιήσομαι παρουσίαν εἰς ἀνθρώπους;

B « Ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθὰ, ὅτι ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεός· » τοὺς μακαρισμοὺς καταγγέλλοντες, οὓς ὁ Σωτὴρ ἐδίδου διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. Ἐλέγετο δὲ τὸ κήρυγμα τῇ Σιὼν, δηλαδὴ τῷ θεοσεβεῖ πολιτεύματι, καὶ τῷ χορῷ τῷ ἀποστολικῷ. Διὸ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἅπασι κατήγγελλον ἀνθρώποις.

« Ὅτι φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη, καὶ τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται· ὅτι ὀφθαλμοὶ πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται, ἡνίκα ἂν ἐλέησε Κύριος τὴν Σιών. » Κατὰ δὲ τὸν Θεοδοτίωνα, « Φωνὴ τῶν σκοπῶν σου ἐπῆρε φωνήν· ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀγαλλιάσονται, ὅτι ὀφθαλμὸν ἐν ὀφθαλμοῖς ὄψονται· » σκοποὺς ἐνταῦθα τοὺς μα- C θητὰς καὶ ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὀνομάζοντος τοῦ λόγου. Ὥσπερ γὰρ ἐκαλοῦντο σκοποὶ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ οἱ παρ' αὐτοῖς γενόμενοι προφῆται, οὕτω καὶ νῦν τῆς νέας καὶ καινῆς Σιὼν, δηλαδὴ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι γεγόνασι σκοποὶ καὶ φύλακες· οἳ, καὶ ὀφθαλμοφανῶς αὐτόπται καὶ αὐτήκοοι τοῦ Σωτῆρος γενόμενοι, ὕψωσαν τὴν ἑαυτῶν φωνὴν, ὡς ἐξάκουστον αὐτὴν γενέσθαι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Οἱ δ' αὐτοὶ πάσης πνευματικῆς εὐφροσύνης ἐπληροῦντο, ἠλεημένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῆς ἀποδοθείσης ἡμῖν Σιὼν, καὶ τῶν πάλαι ἐρήμων αὐτῆς σωζομένων διὰ τῆς σωτηρίου ἀπολυτρώσεως· διό φησι·

D « Ῥηξάτω εὐφροσύνην ἅμα, τὰ ἔρημα Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἠλέησε Κύριος αὐτὴν, καὶ ἐῤῥύσατο Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἀποκαλύψει Κύριος τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Ὁρᾷς ὅπως καὶ διὰ τούτων τοῖς ἔθνεσι τὰ εὐαγγελικὰ κηρύγματα ἐπαγγελλόμενος ὑπισχνεῖται; Τὸν γὰρ βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ, οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀποκαλύπτειν τὸν Θεόν φησι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Οὐκοῦν, ἐπειδὰν προσφωνῇ τῇ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, τὰ λεγόμενα ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἀναφέρεται.

« Ἀπόστητε, ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅψητε· ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς· » δῆλον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἀπίστου λαοῦ καὶ ἀκαθάρτου. « Ἀφορίσθητε, οἱ φέροντες τὰ σκεύη Κυρίου. » Σκεύη

non argento redimendi erant, sed Christi pretioso sanguine.

VERS. 5. « Et nunc quid estis hic? Hæc dicit Dominus: Quia ablatus est populus meus gratis, admiramini et ululate. Hæc dicit Dominus: Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus. » His prophetia indicat blasphema contra Christum dicta, quæ principes Judaicæ gentis quotidie evomunt.

VERS. 6. « Propterea sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego sum: ipse loquens adsum. » Qua die, nisi cum ego ipse, ait, qui nunc per prophetas meos hæc loquor, ad homines adveniam?

VERS. 7. « Sicut hora super montes, sicut pedes evangelizantis auditum pacis, sicut evangelizans bona, quia auditam faciam salutem tuam, dicens: Sion, regnabit Deus tuus: » beatitudines annuntiantes, quas Servator per evangelicam doctrinam dedit. Prædicatio autem Sion annuntiabatur, videlicet religiosæ vitæ cœtui et apostolico choro: quapropter regnum cœlorum omnibus hominibus prædicabant.

VERS. 8. « Quia vox custodientium te exaltata est, et voce simul lætabuntur: quia oculi ad oculos videbunt, quando misertus fuerit Dominus Sion. » Secundum Theodotionem vero, « Vox speculatorum tuorum edidit vocem: in idipsum exsultabunt, quia oculum in oculis videbunt. » Speculatores hic vocat discipulos et apostolos Salvatoris nostri. Quemadmodum enim speculatores populi ex circumcisione vocabantur prophetæ, qui penes illos erant; ita et nunc novæ illius Sionis, videlicet Ecclesiæ Dei religiosique cœtus, Salvatoris nostri apostoli speculatores effecti sunt, atque custodes: qui ejusdem Salvatoris oculati testes, et auditores, alta voce locuti sunt; ita ut etiam ab omnibus gentibus audirentur. Iidem vero ipsi omni spirituali lætitia replebantur, quia Sionem illam, de qua superius, miseratus est Deus, et quia illa olim deserta ejus, per salutarem redemptionem, salutare nacta sunt: quare ait:

VERS. 9, 10. « Erumpant in lætitiam simul deserta Jerusalem: quia misertus est Dominus ejus, et eruit Jerusalem. Et revelabit Dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium. Et videbunt omnes fines terræ salutem, quæ est a Deo nostro. » Viden' quo pacto his etiam verbis evangelicam prædicationem gentibus polliceatur? Etenim brachium sanctum suum, quod erat ipsum Dei Verbum, omnibus gentibus revelaturum esse Deum declarat. Cum itaque Sion et Jerusalem sic alloquatur, hæc ad gentium vocationem referenda sunt.

VERS. 11. « Recedite, recedite, egredimini inde, et immundum nolite tangere: exite de medio ejus; » videlicet ex incredulo et immundo populo. « Separamini, qui portatis vasa Domini. » Vasa Domini

erant corpora ipsorum, a Domino electa, in sanctitate et honore Deo segregata ; sive etiam vasa Domini erant Novi Testamenti Evangelia : quæ qui gestabant, ab incredulitate Judæorum amovere se, ab iisque se segregare, jubentur.

Vers. 12. « Quia non cum tumultu exibitis, neque fugientes ibitis : præcedet enim vos Dominus, et qui congregat vos Deus Israel. » Non enim quasi compulsi ad circumcursandas gentes accedebant apostoli ; sed cum omni alacritate et voluntatis affectu, jussi docere omnes gentes in nomine ejus.

Vers. 13. « Ecce intelliget puer meus, et exaltabitur, et glorificabitur valde. » Queis resurrectionem a mortuis, assumptionem item in cœlum, et exaltationem significat. Servum porro, secundum Aquilam, eum jure nuncupat, ob servi formam, quam accepit. Nam Deus Verbum, « semetipsum exinanivit cum in forma Dei esset, ut ait sacer Apostolus [1], formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo. » Verum ipse puer et servus Dei, omni sapientia et scientia replebatur, quod Verbum Dei in se contineret.

Vers. 14, 15. « Sicut stupebunt super te multi, sic ingloria erit ab hominibus species tua, et gloria tua a filiis hominum. Ita mirabuntur gentes multæ super eo, et continebunt reges os suum : quia quibus non est annuntiatum de illo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent. » Id enim reges commovebat, nempe quod evangelicum verbum ad remotissimas gentes pervaderet. Et hæc quidem olim verbo prænuntiabantur, re autem completa sunt in Salvatoris ad eos adventu : quem oculis cum viderent Judæi, vocemque ejus audirent, nec intellexerunt, nec loquenti aures præbuerunt ; ita ut etiam prophetia illa jam præmissa in illis compleretur, « Auditu audietis, et non intelligetis ; et respicientes respicietis, et non videbitis. »

CAPUT LIII.

Vers. 1. « Domine, quis credidit auditui nostro ? et brachium Domini cui revelatum est ? » Mirantium more Dei prophetæ, Judaicæ gentis incredulitatem cernentes, ac gentium conversionem et obsequentiam videntes, hæc dicebant. Brachium porro Dei, unigenitum Filium vocari plerumque commonstravimus : qui consequenter ad prophetica dicta credentibus in ipsum gentibus cognitus est. « Annuntiavimus : quasi parvulus in conspectu ejus, sicut radix in terra sitienti. Non est species ei, neque gloria : et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem. » Per terram inviam, Virginem subindicat, quam nemo adiit : per radicem vero, eamdem ipsam de qua dicebatur, « Egredietur virga de radice Jessæ, et flos de radice ejus ascendet [2]. » Nam ibi quoque ascensurus esse dicebatur, sed de radice Jessæ ; hic autem ex memorata terra invia.

[1] Philip. II, 6. [2] Is. XI, 1.

A Κυρίου ἦν τὰ ἐκλεχθέντα ὑπὸ τοῦ Κυρίου σώματα αὐτῶν, ἐν ἁγιωσύνῃ καὶ τιμῇ τῷ Θεῷ ἀφωρισμένα· ἢ καὶ σκεύη Κυρίου ἐτύγχανε τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης Εὐαγγέλια· ἅπερ ἐπικομιζομένους ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἀπιστίας τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, καὶ ἀφορίζεσθαι αὐτῶν προστάττει.

« Ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε, οὐδὲ φυγῇ πορεύσεσθε· προπορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν Κύριος, καὶ ὁ ἐπισυνάγων ὑμᾶς Θεὸς Ἰσραήλ. » Οὐ γὰρ ὡς ἐλαυνόμενοι προσῆλθον εἰς τὴν περίοδον τῶν ἐθνῶν οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ προθυμίᾳ πάσῃ καὶ προαιρέσει αὐτεξουσίῳ, κελευσθέντες μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

« Ἰδοὺ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. » Δι' ὧν τὴν μετὰ τὸν θάνατον ἀνάστα-
B σιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψίν τε καὶ ὕψωσιν σημαίνει. Δοῦλον δὲ αὐτὸν, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, εἰκότως ἀποκαλεῖ διὰ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου, ἣν ἀνείληφε. « Ἑαυτὸν» γὰρ « ἐκένωσεν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων Θεὸς Λόγος, » κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, « μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Ἀλλ' αὐτὸς ὁ παῖς τοῦ Θεοῦ καὶ δοῦλος πάσης ἐπληροῦτο σοφίας καὶ ἐπιστήμης, τὸν Θεοῦ Λόγον εἰς αὐτὸν χωρήσας.

« Ὃν τρόπον ἐκστήσονται ἐπὶ σὲ πολλοὶ, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν υἱῶν ἀνθρώπων. Οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ' αὐτῷ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. » Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ
C κινῆσαν τοὺς βασιλεῖς, λέγω δὴ τὸ διαδραμεῖν αὐτοῦ τὸν εὐαγγελικὸν λόγον καὶ ἐπὶ τὰ πορρωτάτω ἔθνη. Καὶ ταῦτα μὲν λόγοις ἐθεσπίζετο πάλαι· ἔργοις δὲ ἐπληροῦτο, ἐπὶ τῆς εἰς αὐτοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρόδου· ὃν ὀφθαλμοῖς ἰδόντες Ἰουδαίων παῖδες, φωνῆς τε αὐτοῦ ὑπακούσαντες, οὔτε συνῆκαν, οὔτε λαλοῦντι παρέσχον τὴν ἀκοήν· ὥστε καὶ τὴν ἔμπροσθεν προφητείαν εἰς αὐτοὺς πεπληρῶσθαι, τὴν φήσασαν, « Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

« Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; » Ἀποθαυμαστικῶς οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται, τὴν ἀπιστίαν ὁρῶντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τήν τε τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴν καὶ
D ὑπακοὴν θεώμενοι, ταῦτ' ἔλεγον. Βραχίονα δὲ τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι τὸν μονογενῆ Υἱὸν, πολλάκις ἀπεδείξαμεν· ὃς πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ἔθνεσιν ἐγνώσθη τοῖς προφήταις ἀκολούθως. « Ἀνηγγείλαμεν· ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὔτε κάλλος. » Γῆν μὲν ἄβατον αἰνιττόμενος τὴν Παρθένον, ἧς οὐδεὶς ἐπιβέβηκεν· ῥίζαν δὲ τὴν ἐκείνην, περὶ ἧς ἐλέγετο, « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται. » Κἀκεῖ γὰρ ἀναβήσεσθαι ἐδηλοῦτο, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ τῆς ἀβάτου γῆς τῆς δηλωθείσης.

A « Ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. » Κοινοποιεῖ δὲ ὁ προφήτης συγκαταλέγων καὶ ἑαυτὸν διὰ φιλανθρωπίαν τοῖς μὴ λογισαμένοις τὸν Σωτῆρα· Οὐκ ἐλογισάμεθα αὐτὸν, οὐδὲ προσεποιησάμεθα, οὐδὲ ἐννοήσαμεν τίς ποτε ἦν. Ὁ δὲ ἦν ἄρα ὁ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν Σωτὴρ, ἰατρεύων αὐτῶν, καὶ καθαίρων πάσης ἁμαρτίας. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οἷα νήπιοι ταύτην εἴχομεν περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν· ὁ δὲ ταῦτα πάντα ἔπασχε δι' ἡμῶν, ἵνα ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ πάσης ἁμαρτίας.

VERS. 3, 4. « Sed species ejus inhonorata et deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga exsistens, et sciens ferre infirmitatem : quia aversus est vultus ejus, despectus et non reputatus. Ipse peccata nostra portat, et pro nobis dolet : et nos reputavimus eum esse in dolore, et in plaga, et in afflictione. » In communi propheta loquitur, sese præ humanitatis affectu iis connumerans, qui Salvatorem non reputaverunt : Non reputavimus eum, neque ipsum nobis adscivimus, neque cogitavimus quis esset. Ipse vero animarum nostrarum Servator erat, a vulneribus curans, et purgans ab omni peccato. Sed nos quidem, utpote infantes, eam de illo habuimus existimationem : ille vero hæc omnia per nos passus est, ut nos liberaret ab
B omni peccato.

Πλὴν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐν πολλοῖς ἀγαθῶν τάγμασιν ἐπινοουμένης, κατὰ τὸ, *Πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρὶ*, τὸ πρῶτον, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀξίωμα, καὶ ὁ πρῶτος ἀνιόντων βαθμὸς ὁ τῶν διὰ Θεὸν πτωχευόντων τυγχάνει. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι οἱ πάντων τῶν τοῦ παρόντος βίου τιμίων κατολιγωρήσαντες, οἱ πτωχεύοντες τῇ μετριοφροσύνῃ, οἱ καὶ εἰς ἄκρον ἐλάσαντες ἀκτημοσύνης διὰ τὴν κατὰ Θεὸν φιλοσοφίαν, τοῦ σωτηρίου μακαρισμοῦ τεύξονται. Τοιούτους δὲ αὐτοὺς τοὺς πρώτους αὐτῷ μαθητεύοντας ἀπειργάσατο· διὸ καὶ εἰς αὐτῶν πρόσωπον κατὰ θάτερον (45) τῶν εὐαγγελιστῶν ἡρμόττετο λέγων· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ*· τὸ γὰρ *ὑμετέρα* δεικτικῶς πρὸς παρόντας ἐλέγετο. Εἰς αὐτοὺς δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπῆρε, καὶ πρὸ τοῦ λόγου τῷ ἱλαρῷ βλέμματι πρὸς τὴν ἀκρόασιν αὐτοὺς ἐφελκόμενος· οἱ δὲ προθύμως σφᾶς αὐτοὺς ὑπηκόους τοῖς λεγομένοις παρεῖχον. Πρῶτος μὲν οὖν βαθμὸς τῶν σωτηρίων μακαρισμῶν οὗτος ἦν, ὁ συμβασιλεύειν αὐτῷ παριστὰς τοὺς τὴν δι' αὐτὸν πτωχείαν, καὶ τὸν ἄκρως ἀκτήμονα φιλόσοφόν τε καὶ θεοφιλῆ βίον ἀναδεδεγμένους, ἤγουν τοὺς ταπεινόφρονας.

Δεύτεροι οὖν καὶ τρίτοι ἐφεξῆς καταλέγονται παρ'

A quid vult pictor in ea depingat: quod vult omnium rerum Dominus faciat.

[31] *Lumen ad revelationem gentium.*

Cerne quomodo jam dicit futuram gentium salutem. Namque hujus (pueri) adventum gentes exspectant.

[32] *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me.*

Servator beatitudines edisserere incipiens, pauperibus supernas nuntiat divitias cœlorumque regnum. Et quidem Isaias propheta hæc in antecessum commemoraverat, dum in Servatoris persona quæ eventura erant hisce verbis prædixit: *Spiritus Domini super me; propterea unxit me, ad evangelizandum pauperibus misit me* [33]. Perspicue igitur

B significaverat pauperibus felicitatis adventum. Atque idcirco inter homines simul is apparuit, cujus a sancto Spiritu uncta fuerat humanitas. Atque hinc fecit magisterii initium, cœlorum scilicet regnum per se ipse pauperibus nuntians.

[34] *Qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a languoribus suis.*

Specta nunc igitur, primitus incipientes Servatoris verba auscultare, atque ab eo doctrinas, legum instar, quibus cœleste regnum assequantur homines, excipere. Neque eos discendo esse contentos, sed ad opera etiam procedere, ne promissis præmiis excidant: quia non in sermone regnum Dei est, sed in virtute.

[35] *Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.*

C

Quum cœlorum regnum in multis bonorum ordinibus considerari possit, juxta illud, *multæ mansiones sunt apud Patrem* [36], prima, ut ita dicam, dignitas, et primus ascendentium gradus, ille est hominum paupertatem propter Deum sectantium. Sunt autem hi qui omnia vitæ hujus commoda negligunt, qui modestia sua pauperes sunt, qui summam rerum omnium egestatem philosophia sua secundum Deum profitentes, beatitudinem a Servatore propositam consequentur. Tales primos suos voluit esse discipulos. Quare et eorum personam, secundum alterum evangelistam, coram veluti allocutus est, dicens: *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Nam vocabulum *vestrum* demonstra-

D tive ad præsentes dirigitur. Ad illos autem ante verba, oculos quoque suos intendens, hilari respectu ipsos ad audiendum permovens, qui libenter se auditores præbuerunt. Primus itaque beatitudinum a Servatore propositarum gradus hic erat, qui conregnatores ei faciebat illos qui propter ipsum egenam prorsus et philosophicam religiosamque vitæ rationem amplexi fuissent, id est humili mente præditos.

Secunda mox et tertia recensetur a Christo bea-

[31] cap. II, 32. [32] cap. IV, 18. [33] Isa. LXI, 1. [34] cap. VI, 18. [35] cap. VI, 20. [36] Joan. XIV, 2.

(45) Alter hic evangelista, Lucas ipse est, apud quem dicitur ὑμετέρα, *vestrum regnum*, in secunda persona; cum apud Matthæum V, 3, dicatur in tertia αὐτῶν, *ipsorum regnum*. Quamobrem Eusebius videtur hic commentari potius ad Matthæum; quanquam Nicetas catenæ in Lucam auctor Eusebium ad argumentum suum transtulit.

titulo, et quarta, aliæque deinceps. Licere enim A docebat secundum aliquod ex prædictis vitæ generibus promissa bona consequi; ita ut possent in Dei regno, si minus cum Christo regnare æque ac pauperes spiritu, at certe recreari, eo quod mortifera sua peccata defleverint, ac pœnitentiæ et confessioni castæque vitæ semet addixerint. Vel promissa terra potiri, et habitatores civesque supernæ Dei civitatis fieri, quia mites se patientesque præbuerint. Vel quia esuriverint in præsenti vita justitiam atque sitiverint, eaque satiari in futuro sæculo optaverint; ita defæcatam ac substantialem virtutem obtineant, et hypostaticam ipsam Dei justitiam aspiciant, ipsamque Dei sapientiam, æternam vitam, et animarum lumen. Quæ omnia secundum B inhærentem virtutem in unigenito Dei Verbo esse intelliguntur. Quod si alioqui nonnulli benigni fuerint et eleemosynarii, misericordiamque ac liberalitatem erga proximos demonstraverint, beneficiorum suorum vicem experientur, misericordia clementiaque Dei fruendo. Alius est beatorum secundum promissionem ordo, qui corde, id est mente puri sunt; itemque alius pacificorum. Quorum priores quidem puritatis suæ mercedem percipient, Dei visionem, quia purgatis eum animæ oculis sunt visuri; alteri vero filii Dei fient, propterea quod par opus fecerint, atque Dei Filius, qui omnia per se ipsum pacificavit sive quæ in cœlis sunt, sive quæ in terra. Verumtamen hi omnes pro suorum operum diversitate diversis in promisso cœlorum C regno potientur honoribus. Nam regnabunt cum Dei Filio primi qui nominati sunt pauperes spiritu. Post illos autem secundi, fortes Dei martyres, de quibus postea dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* His enim verbis eos qui pro regno decertaturi erant, tanquam nobiles Dei milites dicebat beatos; necessario his quoque, ut beatificatorum antea pauperum fratribus, mercedis loco cœlorum regnum promittens. Multo autem cum ordine et consentanee his communicat regnum suum post pauperes spiritu. Oportet enim primum vivere Deo gratos toto vitæ tempore, pauperem ac philosophicum morem tenentes: deinde sic ad gratum Deo finem pertingere. Itaque priores illi summam vitæ paupertatem sectantes, toto ætatis suæ D tempore pro virtutis præmiis decertarunt. Secundi vero, propter testimonium de Christo, exagitati fuerunt, oppugnati, odio habiti, falsis accusationibus calumniose appetiti, nullam aliam ob causam quam ob Christi confessionem. Sed enim esurientes quidem et flentes, et Christi causa contumeliis affectos apud Lucam quoque videbimus (48); milites

αὐτῷ μακαρισμοὶ, καὶ τέταρτοι καὶ ἐφεξῆς (46). Ἐξεῖναι γὰρ ἐδίδασκε καθ' ἕνα τινὰ τρόπον τῶν κατωνομασμένων βίων καταξιωθῆναι τῶν ἐπηγγελμένων φιλοτιμεῖσθαι· ὥστ' εἶναι δυνατὸν, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ βασιλείᾳ γενομένους, εἰ καὶ μὴ συμβασιλεῦσαι Χριστῷ κατὰ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἀλλὰ γοῦν παρακληθῆναι ἐφ' οἷς τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτήσαντες ἐπένθησαν, μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει (47) καὶ βίῳ σώφρονι ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες· ἢ τῆς ἐπηγγελμένης γῆς τυχεῖν, οἰκήτοράς τε καὶ πολίτας τῆς ἄνω τοῦ Θεοῦ πόλεως γενέσθαι, πράους καὶ ἀνεξικάκους ἀποδειχθέντας· ἢ πεινήσαντας ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ διψήσαντας τῆς δικαιοσύνης τυχεῖν αὐτῆς, καὶ χορεσθῆναι κατὰ τὸν ἐπηγγελμένον αἰῶνα, ἐπὰν αὐτῆς καθαρᾶς τῆς οὐσιώδους ἀρετῆς ἀπολαύωσιν, αὐτὴν ὑποστατικὴν ὁρῶντες τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ αὐτὴν τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ τὸ ψυχῶν φωτιστικόν· ἃ δὴ πάντα ἐπινοεῖται κατὰ τὰς ἐνυπαρχούσας δυνάμεις τῷ μονογενεῖ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ. Εἰ δὲ ἄλλως τινὲς φιλάνθρωποι καὶ ἐλεήμονες γεγόνασι, τὸ συμπαθὲς καὶ κοινωνικὸν πρὸς τοὺς πέλας ἐπιδεικνύμενοι, ταὐτὸν πείσονται οἷς ἔδρασαν, κατ' ἔλεον Θεοῦ καὶ φιλανθρωπίαν ἐλεηθέντες. Ἄλλο δὲ τάγμα γένοιτ' ἂν τῶν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν μακαρίων, τὸ τῶν τὴν καρδίαν τουτέστι τὴν διάνοιαν κεκαθαρμένων· καὶ ἄλλο πάλιν τῶν εἰρηνοποιῶν· ὧν οἱ μὲν πρότεροι γέρας λήψονται τῆς καθαρότητος, τὴν τοῦ Θεοῦ θέαν, ἅτε δὲ ὀφθαλμοῖς ψυχῆς κεκαθαρμένοις αὐτὸν ὀψόμενοι· οἱ δὲ δεύτεροι υἱοὶ Θεοῦ γενήσονται, ὡς ἂν ἔργον ὅμοιον κατωρθωκότες· οἷον καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς εἰρηνοποιήσας τὰ πάντα δι' ἑαυτοῦ, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐπὶ διαφόροις κατορθώμασι διαφόρων τεύξονται τιμῶν ἐν τῇ κατηγγελμένῃ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Οἵ γε μὴν αὐτῷ συμβασιλεύσοντες τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ πρῶτοι μὲν ἦσαν οἱ δηλωθέντες πτωχοὶ τῷ πνεύματι· δεύτεροι δὲ μετ' ἐκείνους οἱ γενναῖοι τοῦ Θεοῦ μάρτυρες, περὶ ὧν ἑξῆς ἐδίδασκε λέγων· *Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης*· διὰ τούτων γὰρ τοὺς μέλλοντας ὑπεραγωνίζεσθαι τῆς βασιλείας ὡς εὐγενεῖς Θεοῦ στρατιώτας ἐμακάριζεν· ἀναγκαίως καὶ αὐτοῖς ὡς ἀδελφοῖς τῶν προμεμακαρισμένων πτωχῶν βραβεῖα τῶν ἐπάθλων τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὑπισχνούμενος. Τάξει δὲ πολλῇ καὶ ἀκολουθίᾳ τούτοις μετεδίδου τῆς αὐτοῦ βασιλείας μετὰ τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι· βιῶναι γὰρ δεῖ πρότερον θεοφιλῶς τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς ἐν ἀκτήμονι καὶ φιλοσόφῳ τρόπῳ διατελέσαντας, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸ θεοφιλὲς τέλος ἐλθεῖν. Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι τὴν ἄκραν ἀκτήμονα μετήρχοντο ἀγωγὴν τοῦ βίου, διὰ πάσης αὐτῶν τῆς ζωῆς τοῖς τῆς ἀρετῆς ἄθλοις ἐναγωνιζόμενοι· οἱ δὲ δεύτεροι τῆς εἰς αὐτὸν μαρτυρίας

(46) Hoc quoque apud Matthæum, qui octo ponit beatitudines, cum Lucas quatuor tantum scribat. In Matthæo itaque versari videtur Eusebius.

(47) Animadverte pœnitentiam non sine confessione.

(48) Vides rursus Eusebium in Matthæum potius commentari quam in Lucam, ad quem tamen Nicetas Eusebii has meditationes traxit. Nisi fortasse Eusebius generatim ad tetraevangelium, quasi per harmoniam, commentatus fuit. Aut nisi denique sumuntur hæc et alia ex Theophania fortasse pleniore; in cujus certe quarto libro modo ex hoc modo ex alio evangelista facit excerpta Eusebius.

ἕνεκεν ἠλαύνοντο πολεμούμενοι καὶ μισούμενοι, συκοφαντούμενοί τε ψευδέσι διαβολαῖς δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν. Ἀλλὰ γὰρ τοὺς μὲν πεινῶντας καὶ κλαίοντας καὶ διὰ Χριστὸν ὀνειδιζομένους καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ ὀψόμεθα· τοὺς δὲ πραεῖς καὶ τοὺς ἐλεήμονας καὶ τοὺς καθαροὺς τῇ καρδίᾳ καὶ τοὺς εἰρηνοποιοὺς ὁ Ματθαῖος ἡμῖν εἰς ἐξέτασιν παρατίθεται.

A autem, et misericordes, et corde puros, et pacificos Matthæus nobis ad considerandum suppeditat.

Καὶ ταῦτ' ἔλεγεν ὁπλίζων καὶ περιφράττων τοὺς μαθητὰς εἰς τὸν κατὰ τῶν ἐναντίων πόλεμον, ὃν ἔμελλον ἐπαναντλεῖσθαι κηρύττοντες παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ μαρτυρόμενοι τὴν ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ βασιλείαν. Μέλλοντας γὰρ αὐτοὺς διὰ τὸ νέον κήρυγμα πρὸς ἁπάντων ἐλαύνεσθαι καὶ πολεμεῖσθαι, προησφαλίζετο καὶ προέφραττε μακαρισμῶν τε ἠξίου· ὅτι δὴ ἄληπτον βίον προβαλλόμενοι, ὡς μηδὲ τοῖς ἐχθροῖς προφάσεις κατ' αὐτῶν θηρωμένοις ἀφορμὰς διαβολῆς παρέχειν· ὅμως διὰ μόνην τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν, καὶ τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων ἕνεκεν, διώκεσθαι καὶ πολεμεῖσθαι μέλλοιεν, δυσφημούμενοι καὶ πάσας ὑπομένοντες λοιδορίας καὶ ὕβρεις καὶ ὀνειδισμούς, οὐ δι' οἰκείας πλημμελείας, διὰ δὲ τὸν ἐνάρετον καὶ ἄκρον ἐν δικαιοσύνῃ βίον αὐτῶν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ κατὰ τὴν θείαν προμήθειαν εἰρημένον τέλους ἐτύγχανεν ἀληθοῦς ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ. Πλὴν ἀλλὰ θεραπεύει τὸ λυπηρὸν τοῦ λόγου, ἰσοτίμους αὐτοὺς ἀποφαίνων τοῖς πάλαι τοῦ Θεοῦ προφήταις. Διὸ καὶ χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾷν ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιοῦσι παρῄνει, ὡς ἂν τὰ ὅμοια τοῖς προφήταις πεισομένους, καὶ δηλαδὴ ὁμοίως αὐτοῖς τῆς παρὰ τῷ Θεῷ τιμῆς ἀξιωθησομένους. Ἔνθεν εἰκότως Παῦλος τούτοις ἐπιθαῤῥῶν ἔλεγεν· *Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν*· καί, *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἐκκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς*. Καὶ οὐ λόγοις μὲν ταῦτα ἔλεγεν, ἔργοις δὲ ἀφυστέρει τῶν λελεγμένων, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς πράξεσι τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλους ἐνεδείκνυτο, οὓς καὶ κατηριθμεῖτο λέγων· *Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσι*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ταῦτα μὲν ἔτι τὰ τῶν ἄθλων προοίμια· τὸ δὲ συμπέρασμα τοῦ παντὸς ἀγῶνος αὐτῷ ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἐτελειοῦτο πόλεως, ἔνθα μαρτυρίῳ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη (49). Ὁ Πέτρος δὲ ἁρπαγμὸν τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον ἐποιεῖτο διὰ τὰς σωτηρίους ἐλπίδας· Ἰάκωβός τε ὁμοίως ξίφει τὴν κεφαλὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀποτέμνεται· καὶ Ἰωάννης νῆσον οἰκεῖν Πάτμον κατεκρίνετο· καὶ ἄλλος ἄλλως τὸ καθαρὸν καὶ ἄπλαστον τῆς τῶν αὐτοῦ λόγων ὑπακοῆς ἐνδειξάμενοι, διάφορον ὑπέμειναν τοῦ βίου τελευτήν. Καὶ ταῦτ' οὐ παρὰ γνώμην ἔπασχον, πάσης δὲ ἡδονῆς ἡδίω τιθέμενοι τὴν τῶν σωτηρίων ἐπαγγελιῶν ἐλπίδα· ἐπεὶ γοῦν ποτε συλλαβόντες αὐτοὺς οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες μαστίγων αἰκίαις ὑπέβαλον, ὡς ἡ περὶ αὐτῶν ἱστορία μαρτυρεῖ, ὡς ἄρα *προῄεσαν ἐκ τοῦ συνεδρίου χαίροντες, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ*

Jam vero hæc aiebat armans atque communiens ad bellum cum hostibus discipulos, quod erant toleraturi dum toti mundo unum universalis Dei regnum prædicarent. Nempe eos, qui ob novam prædicationem ab omnibus exagitandi erant et oppugnandi, ante muniebat atque armabat, et beatitudine dignos definiebat. Quia nimirum irreprehensibilem adeo vitam præ se ferentes, ut ne inimicis quidem ansam quærentibus, calumniæ materiam præberent; nihilominus, propter solam Christi confessionem ejusque mandatorum causa, persecutionum bellum perpessuri erant, maledicti, atque omni genere conviciorum, injuriarum, contumeliarumque obruti, haud ob suum crimen aliquod, sed B propter suam exactæ virtutis ac justitiæ vitam. Quod sane secundum divinam præscientiam dictum, verum exitum nactum est sequente tempore. Sed tamen sermonis tristitiam temperat, dum pares illos antiquis Dei prophetis affirmat. Ideo et gaudere et exsultare in omni re futura hortatur, ceu qui paria prophetis sint experturi, id est æque ac illi a Deo honoribus augendi. Unde merito Paulus his dictis fretus aiebat: *Si quidem compatimur, ut et conglorificemur*. Et: *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* [87]. Neque vero hæc verbo aiebat, opere autem a dictis distabat, sed ipsis actibus labores pro religione expromebat, quos etiam enumerabat dicens: *Ideo mihi placeo in infirmitatibus, in contumeliis* [87*], et reliqua. C Et hæc quidem erant laborum initia. Sed universi agonis consummatio in Romana urbe illi contigit, ubi ei martyri caput est amputatum. Petrus autem regnum rapuit per crucis necem cum spe salutari. Jacobus pariter gladio Hierosolymis capite minutus fuit; et Joannes ad insulæ Patmi incolatum damnatus: aliique aliter dum puram atque sinceram doctrinæ Christi obedientiam exhibent, variis modis violentum vitæ exitum nacti sunt. Atque hæc haud inviti sunt passi, sed qualibet voluptate dulciorem dominicarum promissionum spem habuerunt. Cum eos igitur Judaicæ gentis principes verberum castigationi addixerunt, ut historia de illis narrat, *læti utique de concilio excesserunt, quod* D *digni habiti essent pro nomine Christi contumeliam pati* [87**]. Idque egerunt præcepto ejus obsequentes, qui lætari docuerat si quando propter eum patereu-

[87] Rom. VIII, 17, 18. [87*] II Cor. XII, 10. [87**] Act. V, 41.

(49) Apostolorum Petri ac Pauli mortibus et sepulcris Romæ exstantibus insigne mirumque dat testimonium Eusebius in *Theophaniæ* libro IV, cap. 7, his verbis: *Promissionem suam re confirmavit Servator, nempe hunc ipsum Simonem, cognomine Cepham, oppidulo Galilææ Capharnaumo oriundum, multas hominum animas illuminaturum Dei notitia; ipsumque pariter in universo orbe cognitum iri usque ad Occidentis regiones. Ejus certe memoria usque ad hodiernum tempus apud Romanos celebrior est, quam illa heroum veterum: adeo ut dignus quoque existimatus fuerit sepulcro insigni ante ipsam illorum urbem (nempe trans Tiberim in regione Vaticana) ad quod populorum ex omni Romana ditione, tanquam ad asylum templumque Dei, accurrit multitudo. — Pari modo Pauli mors martyrica, datumque ei sepulcrum, magnopere usque ad hunc diem in Romana urbe honorantur.*

tur. Pari autem eum prophetis honore frui affirmaverat dicens apud Matthæum : *Sic enim persecuti sunt eos qui vos præcesserunt* [58] : tanquam videlicet et ipsi essent prophetæ, minores quidem tempore, sed similitudine passionis exæquati. Nam et illorum alius quidem gladio fuit interfectus, alius lapidibus, alius leonibus objectus, alius in putrem lacum demissus, alius serra medio corpore sectus, alii ignea fornace conclusi. Ideo forti animo esse Servator in cruciatuum perpessione jubebat familiares suos, identidem admonefaciens quanta Dei prophetæ pertulissent, ut illorum comparatione parem eisdem ipsi quoque spem conciperent. *Cum enim*, inquit, *vobis calumniam facient, gaudete ; num et prophetæ idem pertulerunt.*

A *ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι* (50). Καὶ τοῦτ' ἔπραττον, αὐτοῦ παράγγελμα πληροῦντες, ἐπειδὴ χαίρειν ἐδίδασκεν ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχοντας. Ἰσοτίμους δ' αὐτοὺς τοῖς προφήταις ἀπέφαινε, λέγων κατὰ Ματθαῖον (51)· *Οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς πρὸ ὑμῶν*· ὡς καὶ τούτων μὲν ὄντων προφητῶν, λειπομένων δὲ χρόνῳ, ἐξισουμένων γε μὴν ἐκείνοις διὰ τὴν ὁμοιοπάθειαν. Ἐπεὶ κἀκείνων ὁ μέν τις ἀνῃρεῖτο ξίφει, ὁ δὲ λίθοις, ὁ δὲ λέουσι παρεβάλλετο, ὁ δὲ ἐν λάκκῳ βορβόρου ἐβάλλετο· καὶ ἄλλος πρίονι τὸ σῶμα κατετέμνετο· οἱ δ' ἐν πυρὸς καμίνῳ συνεκλείοντο. Διὸ δὴ θαῤῥεῖν ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ τῶν δεινῶν ὑπομονῇ τοῖς κατ' αὐτοῦ παρεκελεύετο γνωρίμοις, κατὰ καιρὸν ὑπομνήσας ὧν οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται πεπόνθασι· ὅπως διὰ τῆς ἐκείνων παραθέσεως καὶ αὐτοὶ τὰς αὐτὰς ὑπογράψοιεν αὐτοῖς ἐλπίδας· *Ὅταν* γάρ, φησι, *συκοφαντήσωσιν ὑμᾶς, χάρητε· ἐπειδὴ καὶ οἱ προφῆται τὸ αὐτὸ ὑπέστησαν.*

[59] *Et omnis populus audiens, et publicani justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis. Pharisæi autem et legis periti consilium Dei spreverunt in semetipsos, non baptizati ab eo.*

B *Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας, καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεόν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.*

Hos ambos innuebat etiam cum diceret in parabola, *Quid vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, et accedens ad primum dixit : Fili, vade, operare hodie in vinea mea. Ille autem respondens, ait : Nolo. Postea vero pœnitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait : En ego* (52), *domine; nec tamen ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei : Primus* [60]. Hoc loco duos hominum ordines sermone suo repræsentavit, quorum unus Israeliticus populus, alter gentis alienigenæ, publicanorum nomine indigitatus : utrumque autem unius patris filium appellavit, quia ex uno Deo omnes, Judæi simul et ethnici. Et priores quidem vocavit ethnicos, secundo loco circumcisos; namque ante Israelem gentes erant; gentibusque primum, nomine Israelitico nondum exsistente, oracula Dei et manifestationes evenerunt. Nam et Enochus, quanquam esset gentilis et incircumcisus, præmium suæ apud Deum gratiæ retulit translationem ex hominibus. Et Noe quia justus in sua generatione erat, divinis alloquiis dignus fuit, quanquam ipse quoque incircumcisus. Melchisedech populo circumciso antiquior, sacerdos Dei altissimi exstitit. Abrahamus vero et Isaacus atque Jacobus, ante populum Israeliticum, Dei oraculis sunt honorati. Utique etiam Jobus, Idumæus de filiis Esau, pietate erga Deum maxima inclaruit. Sed enim reliquus ethnicorum ordo, cum naturalibus legibus jussus esset in vinea operari, id est piam erga Deum vitam degere, renuit restititque mandato patrio, omni tempore idola colens. Verumtamen ad extremum

Ἑκατέρους δὲ τούτους αἰνίττεται καὶ ὅταν ἐν παραβολῇ λέγῃ· *Τί ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπός τις εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ εἶπε· Τέκνον, ὕπαγε, σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν τῷ ἑτέρῳ ὁμοίως εἶπεν· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἐγώ, κύριε· καὶ οὐκ ἀπῆλθε. Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; Λέγουσιν αὐτῷ, Ὁ πρῶτος.* Ἐνταῦθα γὰρ δύο τάγματα τῷ λόγῳ παραστησάμενος, ἓν μὲν τὸ Ἰσραηλιτικόν, ἕτερον δὲ τὸ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν διὰ τῶν τελωνῶν δηλούμενον, C ἄμφω δύο τέκνα ἑνὸς πατρὸς ὠνόμαζεν, ἐπεὶ ἐξ ἑνὸς Θεοῦ πάντες, Ἰουδαῖοί τε καὶ Ἕλληνες. Καὶ πρώτους μὲν ἐκάλεσε τοὺς ἐξ ἐθνῶν, δευτέρους δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς· ἐπειδὴ πρὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὑπῆρχε τὰ ἔθνη, καὶ τοῖς ἔθνεσι πρώτοις, μήπω μηδὲ ὀνόματος ὄντος ἐν ἀνθρώποις Ἰσραηλιτικοῦ, οἱ χρησμοὶ παρείχοντο τοῦ Θεοῦ καὶ αἱ θεοφάνειαι. Ὅ τε γὰρ Ἐνὼχ ἐθνικὸς ἦν ἀπερίτμητος ὤν, ὃς ἔπαθλον εἴληφε τῆς εὐαρεστήσεως τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάθεσιν· καὶ Νῶε δίκαιος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ γεγονώς, χρησμῶν Θεοῦ κατηξιώθη, ἀπερίτμητος ὢν καὶ αὐτός· καὶ Μελχισεδὲκ παλαιότερος γεγονὼς τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου κεχρημάτικε· καὶ Ἀβραὰμ δὲ καὶ D Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ πρὸ τοῦ Ἰσραὴλ χρησμῶν Θεοῦ κατηξιώθησαν· ἄντικρυς δὲ καὶ ὁ Ἰώβ, Ἰδουμαῖος ὢν τῶν υἱῶν Ἠσαῦ, θεοσεβείας ἀνδραγαθήμασι διέλαμψε. Τὸ μὲν λοιπὸν τάγμα τῶν ἐθνῶν κελευόμενον φυσικοῖς νόμοις ἐργάζεσθαι εἰς τὸν ἀμπελῶνα, τοῦτο δ' ἦν τὸ τῆς θεοσεβείας τὸ πολίτευμα, ἀνένευσε καὶ ἀντεῖπε τῷ προστάγματι τῷ πατρικῷ, πάντα τὸν

[58] Matth. v, 12. [59] cap. vii, 29, 30. [60] Matth. xxi, 28.

(50) Hæc et præcedentia partim conspirant cum *Theophania*, lib. iv, 16 et 17.

(51) Ita Græce; et sic *ego*, pro *eo*, habet etiam Latinus codex Cantabrigiensis apud Sabaterium. At vulgatus, pluresque codices, *eo*; sive quia *g* exciderit, sive quia sensum loci potius quam verba exprimere placuit.

(52) Provocat hic ad Matthæum Eusebius, quasi revera commentans in Lucam.

χρόνον εἰδωλολατροῦν· πλὴν ἐπὶ τέλει τὴν ὑπακοὴν ἐνεδείξατο· τὸ δὲ Ἰουδαίων ἔθνος, ὅπερ ἦν τὸ δεύτερον τέκνον, μετὰ τὴν ἀνάνευσιν τοῦ προτέρου κληθὲν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐργασίαν διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, λόγῳ μὲν τὴν προθυμίαν ἐνεδείξατο· εἶπον γὰρ, ὅτι Πάντα ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα· ἔργῳ δὲ πᾶν τοὐναντίον. Διὸ πυνθάνεται τῶν ἀρχιερέων ὁ Σωτήρ· *Τίς ἄρα τῶν δύο τούτων ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός;* Ἐκείνων δὲ ὁμολογησάντων, ὅτι ὁ πρῶτος, τίς ἦν οὗτος ὁ πρῶτος διασαφεῖ λέγων· *Οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν τάγμα προσάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν ἀγάπην* (53) *τοῦ Θεοῦ.* Ὑμᾶς δὲ τίνας, ἢ τοὺς ἀρχιερέας καὶ πρεσβυτέρους, καὶ πᾶν αὐτῶν τὸ ἔθνος, τὸ δὴ λόγῳ μὴν ἐπαγγελλόμενον θεοσεβεῖν, ἔργοις δὲ ἀντιπράττον τῇ ἐπαγγελίᾳ; Διὸ οἱ μὲν ἐξ ἐθνῶν μεταβαλόντες τῆς προτέρας μοχθηρίας, καὶ καρποὺς ἐνδεξάμενοι τῆς βασιλείας ἀξίους, τεύξονται αὐτῆς· ὑμεῖς δὲ, οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Θεοῦ εἶναι τέκνα, τῆς βασιλείας ἐκκλεισθήσεσθε· ὅτι ὑμεῖς μὲν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ, οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν. Διὸ καὶ ἐδικαίωσαν τὸν Θεόν· δίκαιος γὰρ ἐφάνη ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν, ὑμᾶς μὲν ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀγνώμονας ἀπωσάμενος, ἐκείνους δὲ ὡς εὐπειθεῖς καὶ εὐγνώμονας ἐκλεξάμενος. Καὶ οὐκ ἔχετε λοιπὸν αὐτῷ ἐγκαλεῖν, ὃ προφήτης φησίν· *Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου.*

A obedientiam præstitit. Secus vero Judaicus populus, qui in altero filio repræsentatur, post priorem recusationem vocatus ad eamdem operam per Moysem atque prophetas, verbo quidem se paratum ostendit; dixerunt enim omnia se facturos et auscultaturos [61]; sed opera prorsus contraria fuit. Idcirco interrogat pontifices Servator: *Quis ex duobus voluntatem patris fecerit?* Illis confitentibus, quod prior; quisnam porro hic prior esset, manifestat dicens: *Fore ut publicani ac meretrices, et universus incredularum gentium ordo præcedant vos in dilectione Dei* [62]. Vos vero quosnam? Nempe pontifices et seniores, et totam gentem ipsorum, quæ verbis quidem religiose se agere dicebat, sed actibus professionem negabat. B Ideo gentiles quidem, priore nequitia omissa, fructusque regno dignos facientes, hoc potientur. Vos autem qui Dei filios vosmet appellatis, regno expellemini; quia vos nimirum Christo non credidistis, publicani vero ac meretrices crediderunt. Quamobrem etiam Deum justificaverunt: quippe quia is justus apparuit in cunctis quæ fecit, vos quidem ut incredulos et ingratos repudians, illos autem ceu morigeros benevolosque eligens. Quamobrem de eo diutius haud potestis conqueri, id quod etiam propheta aiebat: *Ut justificeris in sermonibus tuis* [63].

Εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

Ὅτι τὸν λεγόμενον τάρταρον ἄβυσσον θεῖοι λόγοι καλοῦσι.

[64] *Ut in abyssum irent.*

Qui dicitur tartarus, eum appellant abyssum divinæ Scripturæ. C

Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, κ. τ. λ. (54).

Ἐγὼ δὲ οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι παρελθεῖν διήγησιν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς μνημονεύεσθαι ἀξίαν. Τὴν γὰρ αἱμοῤῥοοῦσαν ἐκ Πανεάδος ἔλεγον ὁρμᾶσθαι, τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν. Ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου πρὸς μὲν ταῖς πύλαις τοῦ αὐτῆς οἴκου γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον, ἐπὶ γόνυ κεκλιμένον, καὶ τεταμέναις ἐπὶ τὸ πρόσθεν ταῖς χερσὶν, ἱκετευούσῃ ἐοικός· τούτου δὲ ἀντικρὺ ἄλλο τῆς αὐτῆς ὕλης ἀνδρὸς ὄρθιον σχῆμα, διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, καὶ τὴν χεῖρα τῇ γυναικὶ προτεῖνον· οὗ παρὰ τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῇ στήλῃ ξένον τι βοτάνης εἶδος φυὲν, ὃ, μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνει. Τοῦτον τὸν ἀνδριάντα τοῦ Ἰησοῦ εἰκόνα φέρειν ἔλεγον, ὃν Μαξιμῖνος τῆς

[65] *Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim*, etc.

Ego vero æquum non judico prætermittere narrationem, quæ posterorum quoque memoriæ commendari meretur. Namque hanc hæmorrhousam domo Paneade fuisse aiunt, ejusque adhuc ædes in urbe demonstrari, ibique beneficii in eam a Servatore collati mirum monumentum permanere. Stare videlicet in excelsa lapidea basi, prope ejusdem ædium fores, mulieris æneam effigiem, genu flexo, manibus protensis, supplicantis specie. Hujus e regione aliam ejusdem materiæ statuam viri erectam, diploide decente induti, ac mulieri manum porrigentis; ad cujus pedes in basi peregrinum quoddam D herbæ genus adnatum erat, quæ usque ad æneæ diploidis fimbriam assurgens, cujusvis morbi remedium est. Hac statua Jesum repræsentari dicebant, quam Maximinus impietatis suæ additamen-

[61] Exod. XIX, 8. [62] Matth. XXI, 31. [63] Psal. L, 6. [64] cap. VIII, 31. [65] cap. VIII, 43.

(53) Ita uterque Vat. cod. pro εἰς τὴν βασιλείαν, *in regnum*. Corderius quoque ita ut nos se legisse apud Eusebium demonstrat.

(54) Scribitur sequens historia in utroque codice A. et L. sub nomine Eusebii. Reapse eadem legitur apud eumdem Eusebium in *Hist. eccl.* VII, 18. Quanquam etiam in hoc suo commentario ad evang., ubi mentio est hæmorrhousæ, fieri vix potest, ut eamdem narrationem auctor non retulerit, variat tamen alter ab altero textu, initio ac fine. Illud vero mirabilius, quod cum in *Historia* Eusebius destructam statuam non scribat, in hoc commentario dejectam a Maximino affirmet, in quo ne cum Philostorgio quidem lib. VII, 3, neque cum ejus assecla Nicephoro Callisto lib. X, 30, congruit, qui statuam a Juliano depositam dicunt, et ab ethnicis Paneadis civibus ignominiose tractatam et comminutam. Cæteroqui Asterius in cod. B, f. 85, *Maximianum* scribit pro *Maximino*. Sic enim Asterius: Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐν Πανεάδι τῷ Χριστῷ στήσασα τὸν χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς ἀμοιβὴν τῆς εὐεργεσίας· ὃν καὶ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καθαιρεθῆναι τοῦ δυσσεβοῦς, πρὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου βασιλεύσαντος.

tum (destruendo) fecit. Atque hæc hactenus. Nunc reliquum sermonem persequamur.

[66] *Convocatis autem duodecim discipulis suis, dedit illis virtutem et potestatem*, etc.

Per hæc supernis viribus discipulos suos Dominus armabat, ut diabolica in primis agmina et hominum inimicitias, et adversarias acies superarent; deinde a morbis et omnimodis passionibus laborantes sanarent; indicia videlicet prædicati regni cunctis hominibus præbens. Oportebat enim eos qui inexspectatam doctrinam nuntiabant, peregrinorum novorumque bonorum signa alumnis suis exhibere. Vere igitur erant regni Dei demonstrationes, prodigiosæ virtutes, et miracula, atque animarum et corporum curationes a Servatore peractæ. Nam quilibet sermo operibus cassus, nunquam poterit firmam persuasionem audientibus insinuare. Propterea patratis operibus fidem evidentem prædicationi conciliabant. Si ergo verbis tantummodo ac vocibus temere emissis Dei regnum cunctis intimassent, et patriorum deorum abolitionem, quis eis mentem advertisset? cuinam Deum esse persuasissent nuntiatum a se Jesum, si nullam suo testimonio fidem fecissent? Ideo sermonem omnem divinis præoccupans Servator actibus, primo quidem ex inepto vitæ genere, eloquentiæque et mortalis sapientiæ expertes discipulos suos ad totius mundi correctionem delegit. Deinde piscatores animarum humanarum se eos effecturum præmonens, auctor ipse rei propositæ exstitit; unde eos mirabilium prodigiorum operatores reddidit, hos illis hamos animabus salutares suppeditans, ut iis captarent atque ex profundo nequitiæ abysso mortale genus extraherent, malis fugatis spiritibus, morbum quemlibet languoremque sanantes nutu ejus; nondum enim Spiritus datus fuerat [67].

[68] *Nihil tuleritis in via, neque baculos, neque peram.*

Secundum Matthæum quidem [69], auri et argenti ærisque possessu iis interdixit, futuri præscius. Animadvertebat enim fore ut qui morbis ab eis liberarentur, et insanabilibus malis immunes fierent, cuncta sua patrimonia iis cedere vellent. Quare id præoccupans præcipiebat ne gratiam cauponarentur, neque dona Dei venalia haberent. Verum secundum reliquos evangelistas ipsumque Matthæum non sinens eos virgam, neque peram, neque calceamenta, neque duas tunicas, sed neque panem pecuniamque portare, cum peregre essent profecturi, hinc capiebat experimentum illorum fidei et alacritatis, si quidem jussi pauperrimam vitam degere, neque ipsius quotidiani alimenti curam gerere, neque secundam tunicam habere, neque calceis uti, cum tamen universum orbem peragrare deberent, nihilominus jussa haud detrectarent. Sed et omni pecuniæ amore, mundanisque curis carere

A ἑαυτοῦ δυσσεβείας πάρεργον ἐποιήσατο. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Ἐπὶ δὲ τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν.

Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν, κ. τ. λ.

Διὰ ταῦτα ἐνθέοις δυνάμεσι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος ὥπλιζεν, ὡς ἂν ἐν πρώτοις τὰ δαιμονικὰ στίφη καὶ τὰς ἐχθρὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ πολεμικὰς παρατάξεις καθαιροῖεν· ἔπειτα νόσων καὶ παντοίων παθῶν θεραπεύοιεν τοὺς καταπονουμένους· γνωρίσματα δὴ τῆς κηρυττομένης βασιλείας παρέχων ὁρᾷν ἅπασιν ἀνθρώποις. Ἐχρῆν γὰρ, παράδοξον κήρυγμα καταγγέλλοντας, ξένων καὶ νέων ἀγαθῶν ἐναργῆ σημεῖα παρέχειν τοῖς μαθητευομένοις. Ἦσαν δ' οὖν ἀληθῶς Θεοῦ βασιλείας δείγματα αἱ τεράστιαι δυνάμεις, τά τε θαύματα καὶ σωτήριοι ψυχῶν καὶ σωμά-
B των θεραπεῖαι· ὅτι ἅπας λόγος, ἔργων ἔρημος, οὔποτ' ἂν ἰσχύσῃ πεῖσμα βέβαιον ἐμποιῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις. Διὸ ταῖς δι' ἔργων ἐπιτελουμέναις πράξεσι πίστιν ἐναργῆ παρεῖχον τῷ κηρύγματι. Εἰ γοῦν ψιλοῖς ῥηματίοις καὶ φωναῖς εἰκῆ προφερομέναις Θεοῦ βασιλείαν εἰς πάντας ἐδόων, κατάλυσίν τε τῶν πατριῶν θεῶν, τίς ἂν αὐτοῖς παρέσχε τὸν νοῦν; τίνα δ' ἂν ἔπεισαν Θεὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν καταγγέλλοντες, μηδεμίαν δὲ πίστιν τῇ μαρτυρίᾳ προσάγοντες; Διὸ πάντα λόγον θείαις προλαμβάνων πράξεσιν ὁ Σωτὴρ, πρῶτα μὲν ἀνεπιτηδεύτους τὸν τρόπον, λόγων τε καὶ σοφίας θνητῆς ἀπείρους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπὶ κατορθώσει τῆς ὅλης οἰκουμένης προεχειρίζετο· κἄπειτα ἁλιευτὰς ψυχῶν ἀνθρωπίνων ποιήσειν προ-
C φήσας αὐτοὺς, ποιητὴς αὐτὸς ἐγίνετο τῆς ἐπαγγελίας· ὅθεν παραδόξων θαυμάτων ἐργάτας αὐτοὺς ἀπειργάζετο, ἄγκιστρα ταῦτα ψυχῶν σωτήρια παραδιδοὺς αὐτοῖς, ὡς ἂν δι' αὐτῶν σαγηνεύοιεν καὶ ἀνέλκοιεν ἐκ τοῦ τῆς κακίας βυθοῦ τὸ θνητὸν γένος, πνεύματα πονηρὰ φυγαδεύοντες, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν ἰώμενοι ἐπὶ τῆς ἐπιταγῆς τῆς αὐτοῦ· οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα δεδομένον.

Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν.

Κατὰ μὲν οὖν τὸν Ματθαῖον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ τὴν κτῆσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευε, προγνώσει τοῦ μέλλοντος· συνεώρα γὰρ, ὡς ἄρα οἱ τὰς νόσους ὑπ' αὐτῶν θεραπευθησόμενοι καὶ τῶν ἀνιάτων ἀπαλλαγησόμενοι παθῶν, ἐθελήσουσι καὶ πάντων αὐτοῖς
D τῶν ὑπαρχόντων ἐκχωρεῖν· διὸ ταῦτα προλαβὼν διεστέλλετο, μὴ καπηλεύειν τὴν χάριν μηδὲ πιπράσκειν τὰ ἐκ Θεοῦ παραινῶν δῶρα· κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς καὶ τὸν αὐτὸν Ματθαῖον μὴ ἐπιτρέπων αὐτοῖς μήτε ῥάβδον, μήτε πήραν, μήτε ὑποδήματα, μήτε δύο χιτῶνας, ἀλλὰ μήτ' ἄρτον, μήτε ἀργύριον ἐπάγεσθαι, μέλλοντας ἐπ' ἀλλοδαπῆς στέλλεσθαι, δοκιμὴν τῆς αὐτῶν πίστεώς τε καὶ προθυμίας ἐλάμβανεν, εἰ, παραγγελθέντες τὸν ἄκρως ἀκτήμονα βίον μετιέναι, ὡς μηδὲ τῆς ἐφημέρου τροφῆς πρόνοιαν ποιεῖσθαι, μηδὲ δεύτερον ἐπάγεσθαι χιτῶνα, μηδὲ ὑποδήμασι χρῆσθαι, μέλλοντες τὴν σύμπασαν ἐκπερινοστεῖν οἰκουμένην, μὴ φεύγοιεν τὰ παραγγέλματα· ἀλλὰ καὶ ἀφι-

[66] cap. IX, 1. [67] Joan. VII, 39. [68] cap. IX, 3. [69] Matth. X, 9.

λοχρημάτους ἀφρόντιδάς τε τοῦ βίου δεῖν αὐτοὺς εἶναι βουλόμενος. Ταῦτα διεμαρτύρατο, ὡς ἂν τῶν ἐκ Θεοῦ δομάτων ταύτῃ πῃ αὐτοῖς δοθησομένων, εἰ καὶ αὐτοὶ παρ' ἑαυτῶν τὸν κατάλληλον βίον ἐπάξιον τῆς τῶν θείων χαρισμάτων κτήσεως παρασκευάζοιεν· προσήκειν γὰρ ἀμοιβήν τινα ποιήσασθαι καὶ ἀντικαταλλάξασθαι, ὑποδεχομένους μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰς σωτηρίους καὶ εὐεργετικὰς ἀνθρώπων δυνάμεις, ἀντιδιδόντες δὲ αὐτῷ ὑπακοὴν τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων, προθυμίαν τε καὶ προαίρεσιν ἐλευθέραν τῆς πρὸς τὰ βιωτικὰ συμπαθείας. Ἀλλὰ καὶ πλοῦτον οὐράνιον ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ὑποδεχομένους, τῆς τε τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀῤῥαβῶσιν ἐφοδιαζομένους, τῶν ἐπὶ γῆς καταφρονεῖν χρῆναι δεῖν ᾤετο· καὶ μήτε χρυσὸν, μήτε χρήματα, μήτε τι τῶν παρ' ἀνθρώποις τιμίων ἐπάξιον ἡγεῖσθαι τοῦ παρασχεθέντος αὐτοῖς οὐρανίου πλούτου. Ἀλλὰ καὶ στρατιώτας αὐτοὺς τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀποτελῶν, εὐζώνους παρεσκεύαζεν ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς ἀντικειμένους πόλεμον. Διὰ ταῦτα ἀκτήμονας εἶναι παρῄνει τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας· ἐπεὶ *Μηδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.*

A eos voluit. Porro autem contestabatur, hæc illis a Deo datum iri dona, si vicissim ipsi dignam divinis charismatibus vitam essent ingressi. Oportere enim mutuam quamdam esse retributionem, nempe a Deo accipere salutarem atque beneficam hominibus potestatem, vicissimque ipsos obedientiam mandatis ejus exhibere, promptitudinem et propositum omni mundi affectu liberum. Sed et cœlestibus opibus animo imbutos, et regni Dei arrhis instructos, oportere terrena despicere judicabat: neque aurum, neque divitias neque aliud quidvis apud homines pretiosum pensi habendum præ collato ipsis cœlorum thesauro. Sed et milites eosdem regni Dei conscribens, expeditos esse curabat ad committendum cum hostibus prœlium.
B Propterea sine patrimonio esse volebat milites suos: etenim *Nemo militans implicat se mundi negotiis, ut ei, a quo conscriptus fuit, placeat* [70].

Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε.

Ὁ μέντοι Κύριος, ἐπειδὴ χρημάτων καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χιτῶνος δευτέρου, πάσης τε ὑπάρξεως τὴν κτῆσιν τοῖς μαθηταῖς ἀπηγόρευσεν, ἑξῆς ἀκολούθως κατὰ τὸν Ματθαῖον, ὅπως τὰ πρὸς τροφὴν αὐτοῖς ποριισθήσεται, ἀναγκαίως διεσάφει· διὸ ἐπῆγε λέγων· *Ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ.* Καὶ τοῦτ' ἔλεγε τροφῆς μόνης ἐπιτρέπων κοινωνεῖν τοῖς ἐθέλουσιν αὐτοῖς μεταδιδόναι· τοσοῦτον δ' ἀποφέρεσθαι συνεχώρει, ὅσον αὔταρκες ἦν ἀνδρὶ, πρὸς ἐφήμερον ἐργασίαν ἑαυτὸν μεμισθωκότι, τροφῆς μεταλαβεῖν. Οὕτω γοῦν καὶ τοῖς δε ἐξεῖναι οὐ μισθοὺς τῶν εὐεργεσιῶν εἰσπράττεσθαι, *Δωρεὰν γὰρ*, φησὶν, *ἐλάβετε, δωρεὰν δότε*· ἀντὶ δὲ τῆς περὶ τὸ κήρυγμα σχολῆς τε καὶ ἐργασίας, ἀντί τε τῶν πόνων τοῦ C σώματος, οὓς τοσαύτην στελλομένους πορείαν εἰκὸς ἦν ὑπομένειν αὐτοὺς, μόνης τροφῆς τῆς ἀναγκαίας χρῆναι μεταλαμβάνειν· καὶ ταύτης μὴ τοῖς τυχοῦσι κοινωνεῖν, μηδὲ παρὰ τῶν παρέχειν ἐθελόντων ἀβασανίστως λαμβάνειν, μόνους δὲ τοὺς ἀξίους τῇ λήψει τιμᾷν· οἷς καὶ μεγίστην ἀμοιβὴν τῆς τροφῆς προλαμβάνοντας ἀντιδιδόναι, εἰρήνην αὐτοῖς καὶ τὰς τοῦ Θεοῦ διαλλαγὰς εὐαγγελιζομένους. Ταῦτα δ' ἀκολούθως τοῖς τῆς αὐτοῦ βασιλείας στρατιώταις παρῄνει· προμαρτυρούμενος μὴ χρημάτων ἐφίεσθαι, μηδέ τινος τὸ παράπαν κτήματος μικροῦ ἢ μεγάλου, εἰς ἄκρον δ' ἐλαύνειν ἀκτημοσύνης· τῆς τε ἐφημέρου τροφῆς μὴ τοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀξίοις μόνοις κοινωνεῖν· καὶ μηδὲ παρὰ τούτων προῖκα ποιεῖσθαι τὴν μετάληψιν, προδανείσαντας δὲ καὶ προευεργετήσαντας ταῖς παρ' ἑαυτῶν εὐλογίαις. — Περιφράξας τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος ἐνθέοις δυνάμεσι καὶ τοῖς φιλοσόφοις παραινέσεσιν, εὐζώνους αὐτοὺς οἷα Θεοῦ βασιλείας στρατιώτας ἀπεργασάμενος ἐξέπεμψε, διδασκάλους καὶ ἰατροὺς τοῖς Ἰουδαίοις, μυρίων αὐτοῖς ἐσομένους ἀγαθῶν προξένους καὶ κήρυκας. Οἱ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποίουν, καὶ πανταχοῦ περιῄεσαν, ὡς μὲν διδάσκαλοι

[71] *Et in quamcunque domum intraveritis, ibi manete.*

Dominus quidem postquam divitiarum et auri atque argenti, duplicisque tunicæ, et cujuslibet substantiæ possessionem discipulis vetuerat; deinde, ut sequitur apud Matthæum [72], quomodo alimenta habituri sint, necessario demonstravit. Ideo dicere perrexit: *Dignus est operarius alimento suo.* Idque aiebat, volens alimoniam tantummodo participare ab iis qui daturi erant: tantumque sumere permittebat, quantum nutrimenti homini ob diurni operis mercedem satis est accipere. Sic ergo his quoque licere haud sane beneficii remunerationem exigere, *Gratis enim accepistis*, inquit, *gratis date;* sed pro impensa prædicationis opera, proque corporalibus laboribus, quos ab iis exantlari in tantam expeditionem missis opus erat, aliud nihil oportere quam necessariam alimoniam accipere: atque hanc ipsam non ab omnibus indifferenter sumere qui dare vellent, sed eos tantummodo hac muneris acceptione honorare qui digni essent, et qui maximam jam pridem dati cibi remunerationem accepissent ab iis qui pacem et cum Deo reconciliationem evangelizant. Hæc consentanea regni sui militibus monebat; testatus antea, non oportere opibus inhiare, nec cujuslibet omnino sive magnæ sive tenuis rei possessioni; sed paupertatem summam sectari. Quin adeo, ut diximus, ne quotidianum quidem victum ab omnibus indifferenter, sed
D a dignis tantum participare; neque hunc ipsum gratuito, sed opera in antecessum præstita, et impertitis suis erga illos benedictionibus. — Sic itaque superna potentia et sapientibus adhortationibus communitos discipulos, expeditosque jam Dei regni milites constitutos, misit eos magistros ac medicos ad Judæos, ut his innumerabilium bonorum nuntii essent atque datores. Illi vero ita egerunt, et quaqueversus discurrentes ceu magistri

[70] II Tim. II, 10. [71] cap. IX, 4. [72] Matth. X, 10.

evangelizabant, ceu medici sanabant, et sermones suos operibus miraculisque confirmabant.

A εὐαγγελιζόμενοι, ὡς δὲ ἰατροὶ θεραπεύοντες, καὶ τοὺς λόγους διὰ τῶν ἔργων καὶ τῶν σημείων πιστούμενοι.

[73] *Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo.*

Sub Servatoris adventum jam dissolutum fuerat Judæis avitum regnum, dissolutum etiam proprio jure vivendi privilegium, et libertas, ac regulare sacerdotium. Et legitimi quidem principes nulli erant, sed Herodes ejusque liberi Agrippas atque Archelaus, genere extranei, a Romanis imperium in Judæos acceperant; quorum regio in tetrarchiam fuerat divisa, totaque gens Romanis erat stipendiaria, quæstoribus censum per singula capita statuto tempore exigentibus militari manu. Propterea cum Dei regnum Judæis primo prædicare jussit discipulos suos, *pereuntes oves domus Israelis* Judæos appellavit [74].

Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα.

Ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος, λέλυτο μὲν Ἰουδαίοις ἤδη λοιπὸν τὰ τῆς ἐκ προγόνων βασιλείας· λέλυτο δὲ τὰ τῆς αὐτονομίας καὶ ἐλευθερίας, τά τε τῆς ἐνθέσμου ἱερωσύνης. Καὶ οἱ μὲν κατὰ νόμους ἄρχοντες οὐκέτι ἦσαν αὐτοῖς· Ἡρώδης δὲ καὶ οἱ τούτου παῖδες Ἀγρίππας καὶ Ἀρχέλαος, τὸ γένος ἀλλόφυλοι, παρὰ Ῥωμαίων τὴν κατ' αὐτῶν ἦσαν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένοι· διῄρητό τε εἰς τετραρχίαν ἡ χώρα αὐτῶν· τό τε πᾶν ἔθνος ὑπόφορον καθειστήκει Ῥωμαίοις, τὸν κῆνσον κατὰ κεφαλὴν ἐπιτρόπων κατὰ B καιροὺς εἰσπραττομένων σὺν χειρὶ στρατιωτικῇ. Διὸ, τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τὸ κήρυγμα πρώτοις αὐτοῖς ἐπαγγέλλειν ὁ Σωτὴρ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παρακελευσάμενος, ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ αὐτοὺς ὠνόμασε.

[75] *Nam qui me erubuerit, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet.*

His peroratis, quod nempe discipulos oporteret imitatores ipsius fieri, neque mortem defugere, neque animæ propriæ vitæque parcere propter spem in Christo collocatam, commode continuat, secundæ suæ divinæ mysteria tradens manifestationis. Valde autem idonee ac necessario hæc aiebat illis, qui cruciatus ejus causa subituri erant, et usque ad mortem decertaturi, præmia scilicet tanti agonis futura proponens. Opus enim erat, ut qui eum sequerentur, ejusque vestigia premerent, et propriam quisque crucem sumerent, prout ejus exemplum docebat; accurate quoque noscerent quisnam demum is esset cujus causa tot tantaque essent passuri. Tempestive autem Filium hominis hoc loco appellat eum qui venerat, ut Danielis vaticinium in mentem revocaret, quod est hujusmodi: *Et ecce Filius hominis adveniebat in nubibus, et usque ad Antiquum dierum pervenit. Et ipsi datum est imperium et honor, et regnum* [76]. Sed cum Petrus ipsum esse Christum confessus est, et Dei vivi Filium, ex eo tempore cœpit illis significare, multa se pati oportere et occidi. Cum autem idem mortis contemptum imperaret, et se multa pati debere, tunc sane opportune de secundo et glorioso adventu suo verba fecit, ut cognoscere possent, quis demum is esset tot tantaque a Judæis passurus, quisve illis certaminis pro eo sustinendi fructus foret. — His ad discipulos dictis, magnoque et arcano mysterio secundæ suæ manifestationis ipsis patefacto, ne oratione tantummodo solisque verbis videretur persuadere, necessario ad opera venit, ipsis eorum oculis divini regni sui objiciens imaginem. Quapropter cum dixisset fore ut ipse illum erubesceret, qui se erubuisset, quo tempore cum Patris sui gloria adveniet, deinde

Ὃς γὰρ ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται.

Διαλαλήσας τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ δεῖν καὶ αὐτοὺς μιμητὰς αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ μὴ φεύγειν τὸν θάνατον, ἀφειδεῖν δὲ καὶ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τε καὶ ζωῆς ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτὴν ἐλπίδος, ἐπισυνάπτει εὐκαίρως τὰ περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ θεοφανείας (55) παραδιδοὺς αὐτοῖς μυστήρια. Σφόδρα δὲ ἀκολούθως καὶ ἀναγκαίως ταῦτα ἔλεγε τοῖς μέλλουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ διὰ βασάνων χωρεῖν, καὶ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι, τίς ἔσται ὁ καρπὸς τοῦ τοσούτου ἀγῶνος C παριστὰς αὐτοῖς. Ἔδει γὰρ τοὺς μέλλοντας ἕπεσθαι αὐτῷ καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἀπιέναι, τόν τε ἴδιον σταυρὸν ἀναλαμβάνειν κατὰ τὴν αὐτοῦ μίμησιν, γνῶναι ἀκριβῶς τί ποτέ ἐστιν οὗτος ὑπὲρ οὗ τὰ τοσαῦτα μέλλουσι πάσχειν. Εὐκαίρως δὲ Υἱὸν ἀνθρώπου ἐν τούτοις τὸν ἐρχόμενον ὠνόμασεν, εἰς ὑπόμνησιν τῆς παρὰ τοῦ Δανιὴλ προφητείας, ἥτις ἔλεγε· *Καὶ ἰδοὺ Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν ἐπὶ τῶν νεφελῶν· καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε. Καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία.* Ἀλλ' ὅτε μὲν ὁ Πέτρος Χριστὸν αὐτὸν εἶναι ὡμολόγησε, καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἀπὸ τότε ἤρξατο δεικνύναι αὐτοῖς, ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποκτανθῆναι· ὅτε δὲ αὐτὸς καταφρονητικῶς ἔχειν D τοῦ θανάτου παρεκελεύετο, ἐδίδαξε δὲ, ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, τότε κατὰ καιρὸν τοὺς περὶ τῆς δευτέρας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου παρουσίας λόγους παρεδίδου· ὡς ἂν εἰδέναι ἔχοιεν, τίς ποτε ἦν ὁ μέλλων τοσαῦτα πάσχειν ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ τίς ἔσται αὐτοῖς ὁ καρπὸς τοῦ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγῶνος. — Καὶ δὴ ταῦτα τοῖς μαθηταῖς διαλεχθεὶς, καὶ τὸ μέγα καὶ λανθάνον μυστήριον τῆς δευτέρας αὐτοῦ θεοφανείας ἐξειπὼν αὐτοῖς, ἵνα μὴ λόγοις μόνον καὶ ψιλαῖς φράσεσι δοκῇ ἐμπιστεύειν, ἀναγκαίως ἐπὶ τὰ ἔργα ἐχώρει, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν εἰκόνα τῆς θεϊκῆς αὐ-

[73] cap. IX, 7. [74] Matth. X, 6. [75] cap. IX, 26. [76] Dan. VII, 13.

(55) Secunda Theophania in mundi fine. Ideo illa prior, qua se Verbum in carne manifestavit, dicitur interdum in codicibus nostris, distinctionis gratia, evangelica Theophania.

τοῦ βασιλείας. Διόπερ εἰπὼν, ὅτι ἐπαισχυνθήσεται τὸν ἐπαισχυνθέντα αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, ἑξῆς ἐπισυνάπτει φάσκων· *Λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων*, κ. τ. λ.

A pergit dicere : *Vere autem dico vobis, sunt quidam de hic astantibus*, etc.

Παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον.

Καὶ ἐν μὲν τῇ μεταμορφώσει τρεῖς μόνοι τὴν δυνάμει ὀφθεῖσαν αὐτοῖς βασιλείαν τῶν οὐρανῶν θεάσασθαι ἠξιώθησαν· ἐν δὲ τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, ἐπειδὰν μετὰ τῆς δόξης τῆς πατρικῆς ὁ Κύριος ἀφίκηται, οὐκέτι Μωϋσῆς μόνον καὶ Ἠλίας δορυφορήσουσιν αὐτὸν, οὐδὲ τρεῖς μόνοι τῶν μαθητῶν αὐτῷ συνέσονται, ἀλλὰ πάντες προφῆται καὶ πατριάρχαι καὶ δίκαιοι· καὶ οὐκ εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἀλλ' εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάξει τοὺς ἀξίους τῆς αὐτοῦ θεότητος. Τότε δὲ λάμψει ἡ θεότης αὐτοῦ οὐχ ὡς ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὑπὲρ πᾶν ἐπινοούμενον ἔν τε αἰσθητοῖς καὶ ἐν νοητοῖς γεννητὸν φῶς· ἐπείπερ ἐστὶν αὐτὸς τὸ φῶς τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ὅτε καὶ δείξει αὐτοῦ τὸ πρόσωπον· οὐ γὰρ ὡς πάλαι τῷ Μωϋσεῖ ποτε ἔλεγεν, ὅτι *Τὰ ὀπίσω μου ὄψει, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι*, οὕτω καὶ τότε ποιήσει· ἀλλ' οὕτως ἑαυτὸν παρέξει τοῖς ἁγίοις, ὡς δύνασθαι πάντας λέγειν· *Ἡμεῖς δὲ, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν.* Καὶ τότε οὐ νεφέλη βοήσει, οὐδὲ διὰ νεφέλης ὁ Πατὴρ μαρτυρήσει τῷ Υἱῷ, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ δίχα παντὸς ἐπισκιάσματος, καὶ δίχα παντὸς ἑρμηνέως, αὐτῷ τῷ ἔργῳ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν ἐπὶ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ δοξάσει, σύνθρονον αὐτὸν ἑαυτῷ καὶ συμβασιλέα ἀποδείξας, καὶ ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καταστήσας αὐτόν· οὔτε οὐκέτι ὥσπερ τότε οἱ τρεῖς μαθηταὶ μόνοι ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀκούσαντες τῆς φωνῆς ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσον, καὶ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ καὶ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.

[77] *Assumptis Petro et Joanne atque Jacobo*, etc.

Et in transfiguratione quidem tres tantummodo prodigiose ipsis ostensum digni fuerunt cernere regnum cœlorum. In sæculi vero consummatione cum non sine paterna majestate Dominus adveniet, haud jam Moyses tantummodo atque Elias ipsum comitabuntur, neque tres tantum discipuli aderunt, sed prophetæ omnes, patriarchæ, justique homines; neque in excelsum montem, sed in cœlum usque dignos sua deitate perducet. Tunc deitas ejus splen-
B descet non ut sol, sed supra quam quælibet excogitari potest vel sensibilis vel intellectualis creata lux : quandoquidem ipse lux est quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tunc etiam faciem suam revelabit. Non enim, ut olim Moysi dictum fuit, *Posteriora mea videbis, vultus tamen a te non spectabitur*[78] ; non sic, inquam, tunc quoque se geret ; sed ita semel sanctis exhibebit, ut omnes dicere queant : *Nos revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur de gloria in gloriam*[79]. Tunc vero haud nubes clamabit, neque de nube Pater testificabitur Filio, sed ipse per se, absque ullo operimento vel interprete, reapse unigenitum Filium suum supra omnes sanctos glorificabit, consessorem suum re-
C gnique participem esse demonstrans, et supra omnem principatum constituens. Tunc haud jam, ut tres olim soli discipuli audita in monte voce in faciem prociderunt ac pertimuerunt, sed omne genu flectetur cœlestium, terrestrium et infernorum[80].

Φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα, κ. τ. λ.

Φωνὴ πατρικὴ διὰ νεφέλης, οὕτως γὰρ φαίνεται ὁ Θεὸς, ἐμαρτύρει Χριστῷ τὴν υἱότητα· ἔδει γὰρ μὴ παρὰ Πέτρου μόνου γνωσθῆναι, ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· μηδ' αὐτὸν μόνον τῷ Πέτρῳ μεμαρτυρηκέναι ὡς παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν εἰληφὼς εἴη· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν πατρικὴν φωνὴν ἐπισφραγίσασθαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ λόγου, μαρτυροῦσαν αὐτὸν εἶναι Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δεῖν τε ἀκούειν αὐτοῦ παρακελευομένην.

[81] *Vox de nube facta est, dicens*, etc.

Vox paterna ex nube, nam sic Deus apparet, dignitatem Filii Christo attestabatur. Oportebat enim haud a solo Petro cognosci, eum esse Christum Dei vivi Filium. Neque ipsum Christum tantummodo testari Petro acceptam a Patre cœlesti de se notitiam ;
D sed ipsam, inquam, paternam vocem veritatem dicti quasi sigillo confirmare, testando ipsum esse Christum Dei Filium ; eique esse auscultandum præcipere.

Ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν.

Ὁρᾷς ὅπως προεξετάζειν καὶ μὴ πᾶσιν ἀνέδην ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι παρῄνει, ἀλλὰ καὶ πρώτους τῆς ἐξ αὐτῶν εὐεργεσίας ἀπάρχεσθαι, καὶ πρώτους διδόναι τῶν αὐτοῖς ὑπαρχόντων; Εἰρήνη δὲ ἦν αὕτη, πρέπουσα Θεοῦ στρατιώταις φωνὴ, νικητήρια κατ' ἐχθρῶν ἀραμένοις. Δίωξιν γοῦν ἐχθρῶν, καὶ καθαίρεσιν πολεμίων, Θεοῦ τε φιλικὰς διαλλαγὰς τὸ τῆς εἰρή-

[82] *Si quidem ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra.*

Viden' quomodo ante perpendere, neque omnibus incaute se committere hortatur, sed et ipsos priores initium beneficii facere, et priores de proprio aliis tribuere ? De pace autem hic agitur, quæ Dei militum vox propria est, qui victoriam de hostibus retulerunt. Ergo inimicorum persecutionem, hostium exitium, benevolam cum Deo reconciliationem, sub

[77] cap. IX, 28. [78] Exod. XXXIII, 23. [79] II Cor. III, 18. [80] Philipp. II, 10. [81] cap. IX, 34. [82] cap. X, 6.

Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν.

Λέγει δὲ ταῦτα (73) πρὸς τοὺς μαθητὰς, οὐχ ὡς μέλλοντας αὐτοὺς ζήσεσθαι, καὶ παραμένειν τῷ βίῳ μέχρι τῆς συντελείας, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος σώματος C αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν, τῶν τε μετὰ ταῦτα μέχρι τῆς συντελείας εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, καὶ δι' αὐτὸν κατὰ τὸν παρόντα βίον τεταπεινωμένων. Τότε γοῦν ἀπολαβόντες τὰς ἐπαγγελίας ἐφ' αἷς ἠλπίζομεν, ἀνακύψομεν οἱ τότε συγκεκυφότες, καὶ ἐπαροῦμεν τὰς κεφαλὰς ἡμῶν οἱ πάλαι τεταπεινωμένοι. Ἡ γὰρ ἀπολύτρωσις ἡμῶν ἡ προσδοκωμένη αὐτὴ ἐκείνη ἔσται, ἣν καὶ ἡ πᾶσα κτίσις προσδοκᾷ κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, ἣν καὶ Παῦλος ἀπεκδεχόμενος στενάζει ταῖς σωτηρίοις φωναῖς δουλεύων. Πότε δὲ ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις, ἀκριβῶς ἐδίδαξεν εἰπὼν, ὅτι τούτων ἀρχομένων γίνεσθαι. Μὴ γὰρ ἀρχομένων, ἀλλ' ἤδη εἰς ἔργα χωρούντων τῶν λεγομένων, οὐκέτι ἐγγίζειν εἰκὸς τὴν ἀπολύτρωσιν, ἀλλ' ἔργοις ἐπιτελεῖσθαι. Ὁ δὲ D θεῖος Ἀπόστολος καὶ ὅλης αὐτῆς τῆς κτίσεως ἀπολύτρωσιν καὶ ἐλευθερίαν τότε γενήσεσθαι διδάσκει, διὰ τὸν μέλλοντα καὶ αὐτῆς γίνεσθαι ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετασχηματισμόν. Διό φησι· *Καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.* Ἀφθάρτων γὰρ ἁπάντων καὶ ἀθανάτων τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ τὸν νέον οἰκησάντων αἰῶνα, ἐχρῆν δήπου καὶ τὴν κτίσιν αὐτὴν τὴν νῦν τῇ φθαρτῇ φύσει δουλεύουσαν, εἰς ἄφθαρτον οὐσίαν μεταβαλεῖν, τῆς παρούσης καταστάσεως ἐλευθερωθεῖσαν. Εὐκαίρως μέντοι τῷ· *Καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρ-*

A *Adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra.* Atque ita, corruptibilibus corporeisque rebus præteritis, intellectualia et cœlestia succedent. Tunc etiam inconcussum regnum præerit sæculo nunquam transituro; novumque ac recens cœlum, terraque nova exsistet; sicut ait propheta: *Cœlum erit novum, novaque terra: atque hæc ego coram me permanere mandabo, dicit Dominus* [63].

[64] *Nam virtutes cœlorum commovebuntur.*

Quæ priori sæculo deserviebant virtutes, dum prior ille mundus subsisteret, et singulis ejus partibus præpositæ fuerant, tunc demum commovebuntur, ut meliorem stationem nanciscantur. Nunc enim corruptibilibus serviunt corporibus, sed illo sæculo vindicabuntur et ipsæ ex servitio atque corruptela in libertatem gloriæ filiorum Dei. In præsenti enim creatura ingemiscit dum sensibilium corporum servit corruptelæ, suamque stationem retinet, in qua eam rerum omnium Dominus collocavit. Tunc vero in Servatoris Dei manifestatione, a præsenti expedita statu, in meliorem transibit.

[65] *His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra.*

Hæc ait discipulis, non quod ipsis esset usque ad sæculi consummationem vita superfutura, sed quia iidem nobiscum unum corpus constituunt, necnon quotquot usque ad consummationem Christo credituri sunt, atque ejus causa præsentem vitam in humilitate traducturi. Tunc igitur, re quam speramus impetrata, tollemus oculos qui hactenus humi defixi erant, caputque erigemus qui olim depressi fuimus. Hæc est enim quam exspectamus redemptio; quam reliqua etiam creatura omnis præstolatur, juxta apostolicam doctrinam, qua Paulus etiam imbutus ingemiscit [66] Servatoris vocibus obsecundans. Quandonam autem appropinquatura sit redemptio, accurate docuit dicens: *His fieri incipientibus.* Cum enim jam dicta opera decurrent, haud videtur propinquare redemptio, sed opere ipso compleri. Apostolus autem totius quoque creaturæ redemptionem ac libertatem tunc fore docet, propter futuram scilicet ejus quoque in melius transformationem. Idcirco ait: *Et ipsa creatura vindicabitur e servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* [67]. Nam cum omnes incorruptibiles atque immortales sanctique et beati filii Dei novum sæculum incolent, tunc opus erit ipsam quoque mundi fabricam, quæ nunc corruptibili naturæ obnoxia est, in immortalem converti substantiam atque a præsenti conditione expediri. Tempestive autem dictioni: *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum gloria,* appones Danielis prophetiam [67], in qua

[63] Isa. LXV, 17. [63] Luc. XXI, 26. [64] Luc. XXI, 28. [65] Rom. VII, 24. [66] Rom. VIII, 21. [67] Dan. VII, 13.

(73) Sequens fragmentum partim congruit cum proxime præcedentibus.

Item Filius hominis, et nubes, et datum Filio hominis regnum spectabatur. Sed enim tunc quidem unus propheta divino Spiritu instinctus futuram rem cernebat; at consummationis tempore omnes, ut ait Servator [68], videbunt eum venientem in nube cum virtute magna vivifica et illuminatrice novi sæculi, cumque gloria magna, Patris videlicet divinitate.

A *χόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δόξης*, παραθήσεις τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν, δι' ἧς καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἡ νεφέλη, καὶ ἡ τῷ τοῦ ἀνθρώπου δοθησομένη βασιλεία ἐθεωρεῖτο. Ἀλλὰ τότε μὲν εἷς προφήτης θείῳ Πνεύματι θεοφορούμενος τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἐθεᾶτο· κατὰ δὲ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν πάντες, ὥς φησιν ὁ Σωτὴρ, αὐτὸν ὄψονται ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ μετὰ δυνάμεως πολλῆς ζωοποιητικῆς καὶ φωτιστικῆς τοῦ νέου αἰῶνος, καὶ μετὰ δόξης πολλῆς, τῆς πατρικῆς δηλαδὴ θεότητος.

Quandonam vero hæc fient? Cum gentium tempora completa fuerint. Etenim absoluto quod iis definitum fuerat ætatum spatio, signa consummandi mundi exstabunt. Cujuscemodi vero signa hæc, Matthæo [69] Lucas dicendum permisit. Oportebit enim, magno luminari, ipso inquam Deo Verbo, cum virtute gloriaque multa alterum adventum suum ostensuro, subtrahere semet ac cedere solem, lunamque et cætera sidera, ut loco omnium ipse Filius hominis lucens, novum sæculum illuminet, priore mundi figura prætereunte, secundum apostolicum testimonium quod ait: *Præterit enim figura hujus mundi* [70]. Cum ergo hæc figura præteribit, simul abibunt sol ac luna et stellæ. Obtenebrabitur autem tunc sol, non quod suum lumen amissurus sit, sed comparatione majoris obscuratus. Ergo laborum veluti suorum præmium capiet, ut fiat septemplex; ipsaque luna ut sol erit; stellæ denique eamdem in melius provectionem experientur. Sed tamen tunc sol et luna otiabuntur, neque ullus erit stellarum usus, quia jam nox non erit: etenim hæ quoque quiescent una cum cœlo servitute liberatæ. Sic igitur novum sæculum absque sole, luna stellisque erit, luminis nostri die sanctas animas illustrante.

Πότε δὲ ταῦτα ἔσται; Ὅταν πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν. Περαιωθείσης γὰρ τῆς ὡρισμένης τοῖς ἔθνεσι προθεσμίας, ἔσται σημεῖα τῆς τοῦ κόσμου συντελείας. Ποταπὰ δὲ σημεῖα, τῷ Ματθαίῳ ὁ Λουκᾶς παρεχώρησεν ἐξειπεῖν. B Ἐχρῆν γὰρ, μέλλοντος τοῦ μεγάλου φωστῆρος, αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς τὴν δευτέραν αὐτοῦ ποιεῖσθαι παρουσίαν ὑποστέλλεσθαι καὶ ὑπαναχωρεῖν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, ἵνα ἀντὶ πάντων αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καταλάμψας φωτίσῃ τὸν νέον αἰῶνα, τοῦ προτέρου σχήματος τοῦ κόσμου παρελθόντος κατὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν, ἥ φησι· *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου*· ἐπειδὰν οὖν τοῦτο παρέλθοι τὸ σχῆμα, συμπαρελεύσεται αὐτῷ καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ οἱ ἀστέρες. Σκοτισθήσεται δὲ ὁ ἥλιος τότε, οὐχ ὥστε στερηθῆναι τοῦ οἰκείου φωτὸς, ἀλλὰ παραθέσει τοῦ κρείττονος ἀμαυρούμενος· ἀμοιβῆς γοῦν τῶν αὐτοῦ καμάτων καὶ αὐτὸς τεύξεται, ἑπταπλασίων γενησόμενος· ἥ τε C σελήνη καὶ αὐτὴ ἔσται ὡς ὁ ἥλιος· καὶ οἱ ἀστέρες δὲ τῆς ὁμοίας τεύξονται ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς. Ἀργήσει δὲ τότε ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη· ἀλλ' οὐδὲ ἄστρων τις ἔσται τότε χρεία, νυκτὸς μὴ οὔσης· ἀναπαύσονται δὲ καὶ αὐτοὶ ἐλευθερωθέντες σὺν τῷ οὐρανῷ· οὕτω τε ὁ νέος αἰὼν ἀνήλιος ἔσται καὶ ἀσέληνος, καὶ ἄναστρος, ἡμέρας τοῦ ἡμετέρου φωτὸς τὰς ἁγίας καταυγαζούσης ψυχάς.

Quænam vero superventura sint mundo post luminarium obscurationem, et quamobrem, et unde pressura gentium eventura sit, declarat mox dicens: *Præ confusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hominibus*. Et mihi videtur docere futuræ tunc conversionis initium fore ab humidæ substantiæ defectu. Hac enim in primis absorpta vel concreta, ita ut neque sonitus jam maris exaudiatur, neque fluctuum ejus commotio ob nimium æstum fiat, reliquæ mundi partes haud diutius consueta fruentes vaporatione ex humido elemento emissa, mutationem conversionemque patientur, cujus rei signa in sole, luna stellisque exstabunt. Nam sic facta universi perversione, mundique consummatione, exteriore hac figura prætereunte (priora enim abibunt ut posteriora subintroeant), consequens erit ut cœli quoque luminarium conversio quædam eveniat.

Τίνα γε μὴν τὰ ἐπερχόμενα τῇ οἰκουμένῃ μετὰ τὸ τοὺς φωστῆρας σκοτισθῆναι, καὶ διὰ τί, καὶ πόθεν ἡ συνοχὴ τῶν ἐθνῶν ἔσται, παρίστησιν ἑξῆς λέγων· *Ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου ἀποψυχόντων ἀνθρώπων*. Καί μοι δοκεῖ τῆς τότε γενησομένης τοῦ παντὸς τροπῆς τὴν ἀρχὴν ἔσεσθαι διδάσκειν ἀπὸ ἐκλείψεως τῆς ὑγρᾶς οὐσίας. Ταύτης γὰρ D πρώτης ἀναποθείσης ἢ ἀποπαγείσης, ὡς μηκέτ' ἦχον θαλάσσης ἀκούσεσθαι, μηδὲ τὸν τῶν κυμάτων αὐτῆς σάλον γίνεσθαι δι' αὐχμὸν ὑπερβάλλοντα, τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου μηκέτι τῆς συνήθους μεταλαμβάνοντα ἀναθυμιάσεως ἐκ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἀναπεμπομένης, τροπὴν καὶ μεταβολὴν πείσεται· ὡς ἐκ τούτου γενήσεται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις. Ἀνακλήσεώς τε γὰρ τοῦ παντὸς γενομένης, καὶ συντελείας τοῦ κόσμου, καὶ παράγοντος τοῦ σχήματος τούτου τοῦ φαινομένου (παρελεύσεται γὰρ τὰ πρῶτα ἵν' ἐπιστῇ τὰ δεύτερα), ἀκόλουθον ἦν καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν φωστήρων τροπήν τινα ἔσεσθαι.

Hæc in fine temporum erunt, cum apostasia fiet. Nam cum impietatis monstra Servatoris adventus

Ταῦτα δὲ ἐπὶ τέλει τῶν χρόνων ἔσται, τῆς ἀποστασίας ἐνεργουμένης. Μελλούσης γὰρ τὰ τῆς θεομαχίας

[68] Matth. xxvi, 64. [69] Matth xxiv, 29. [70] I Cor. vii, 31.

τέρατα καταργεῖν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος, τὰ τῆς ὀργῆς προοίμια ἐκ τῶνδε ἄρξεται, ἐξ αὐχμῶν δηλαδὴ καὶ ἀπορίας ἤχου θαλάσσης· οὗ γενομένου ἐπακολουθήσει συνοχὴ τῶν ἐπὶ γῆς ἐθνῶν, ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ. Τίνα δὲ τὰ ἐπερχόμενα, ἑρμηνεύει συνάπτων ἑξῆς καὶ λέγων· *Αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται*· τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μετὰ δόξης ἐπιστησομένου, καὶ τὴν μεγάλαυχον τυραννίδα τοῦ υἱοῦ τῆς ἁμαρτίας καταργεῖν μέλλοντος, τῶν τε ὑπερουρανίων ταγμάτων δορυφορούντων.

perimet, iræ initia hinc erunt, ex æstu scilicet et marini sonitus cessatione. Quo facto, pressura gentium per orbem erit, arescentibus hominibus præ timore et eorum exspectatione quæ mundo sunt eventura. Quænam vero hæc sint, ait mox pergens dicere : Nam virtutes cœlorum commovebuntur : Filio Dei scilicet cum gloria adventante, superbamque filii culpæ tyrannidem jamjam eversuro, cœlestibus eum ordinibus comitantibus.

Καὶ εἶπε παραβολὴν αὐτοῖς· Ἴδετε τὴν συκῆν, κ. τ. λ. Οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅταν ἴδητε ταῦτα γινόμενα, κ. τ. λ.

Ποῖα ταῦτα γινόμενα ἀλλ' ἢ τὰ προλεγόμενα; Ἱερουσαλὴμ πατουμένην ὑπὸ ἐθνῶν, τὴν συμπλήρωσιν τῶν καιρῶν τῶν ἐθνῶν, τοὺς τῆς ἀποστασίας χρόνους, τὰ ἐν τοῖς φωστῆρσι καὶ τοῖς ἄστροις σημεῖα, τὴν ἐπὶ γῆς συνοχὴν τῶν ἐθνῶν, τὴν ἔκλειψιν καὶ ἀπορίαν τοῦ ἤχου τοῦ σάλου τῆς θαλάσσης. Ταῦτα, φησὶν, ἅπαντα ὅταν ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐπὶ θύραις ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἑτέρα οὖσα παρὰ τὰ προλεχθέντα. Τὰ μὲν γὰρ προοίμια ἦν καὶ μελλόντων ἀγαθῶν σημεῖα, ὡς καὶ οἱ τῆς συκῆς ἁπαλοὶ κλάδοι καὶ τὰ φύλλα σημεῖα τοῦ μέλλοντος θέρους τῆς τε τῶν λοιπῶν φυτῶν καὶ σπερμάτων καρποφορίας· τὰ δὲ τοῦ μέλλοντος καὶ τῆς ἐν αὐτῷ συστησομένης βασιλείας οὐρανῶν προοίμια καὶ σημεῖα τὰ προλεχθέντα ἦν. Αὕτη δὲ ἡ βασιλεία καὶ τὰ ἐν αὐτῇ οὐκέτι λόγῳ παραδοτέα, οὐδὲ θνητῶν ἀκοαῖς λεκτέα. Διόπερ ἀποσιωπητέον ταῦτα. *Ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ὅσα ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.* Πλὴν ὥσπερ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον ἥλιος μετὰ χειμερίους τροπὰς ἔαρος ἐνισταμένου θερμὴν ἀκτῖνα βάλλων, τὰ ὑπὸ γῆν κρυπτόμενα ζωοποιεῖ σπέρματα, τοῦ προτέρου μεταβαλόντα σχήματος, νεαρὰ δὲ φύει καὶ τέθηλεν, ὡραίαν καὶ πολυανθῆ τὴν τῶν ἄρτι φυέντων βλάστην παρεχόμενα· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἔνδοξος τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ ἄφιξις, φωτὸς ζωογόνοις ἀκτῖσι τὸν νέον αἰῶνα καταυγάσασα, τὰ ἀποκρυφθέντα πάλαι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν αἰῶνα, καὶ εν τῷ παντὶ κόσμῳ διασκεδασθέντα σπέρματα, τουτέστι τοὺς ἐν γῆς χώματι κεκοιμημένους, κρείττοσι σώμασιν ἢ κατὰ τὰ πρότερον θειότερόν τε μετεσχηματισμένοις εἰς φῶς προάξει· καὶ τοῦ θανάτου καταργηθέντος, αὐτὴ λοιπὸν ἡ ζωὴ βασιλεύσει τοῦ νέου αἰῶνος.

[71] *Dixitque eis parabolam. Videte ficulneam*, etc. *Ita et vos cum videritis hæc fieri*, etc.

Quænam vero facta intelligit? Hierosolyma ab ethnicis conculcata, tempora gentium completa, apostasiæ ætatem, in sole stellisque signa, in orbe pressuram gentium, defectum quietemque sonitus fluctusque marini. Hæc, inquit, omnia cum fieri videritis, tum demum adesse in foribus regnum Dei scitote; et quidem a dictis rebus plane diversum. Illa enim futurorum bonorum exordia fuerunt et indicia; sicuti teneri ficus rami et folia, venturæ æstatis signa sunt, et cæterarum arborum seminumque fructum portendunt. Futuri autem sæculi, atque in eo constituendi cœlorum regni procemia atque indicia illa fuerunt. Id vero regnum, ejusque bona haud jam sermone tradi queunt, neque ad mortalium aures prædicari. Quamobrem de his reticendum est. *Neque enim oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum* [72]. Verumtamen sicuti in præsenti rerum statu sol post hibernas conversiones, vere instante, calidioribus radiis emissis, latentia sub solo semina vivificat, quæ priore figura posita, novella enascuntur ac pullulant, pulchrumque et floridum recentis naturæ germen ostendunt; ita gloriosus Unigeniti adventus vivifici luminis radiis novum sæculum illustrans, occulta olim priore in sæculo atque orbe universo dispersa semina, id est homines in terræ sepulcris conditos, melioribus quam antea corporibus formaque augustiore donatos, in lucem emittet : pulsaque morte, ipsa deinceps vita novi sæculi imperium tenebit.

Οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη.

Ποία γενεὰ ἀλλ' ἡ καινὴ καὶ νέα, ἣν αὐτὸς συνεστήσατο; περὶ ἧς ἐν προφητείαις εἴρητο· *Γραφήτω αὕτη* (74) *εἰς γενεὰν ἑτέραν, καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον*· καὶ πάλιν· *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη*. Διόπερ δεικτικῶς εἰς τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν καὶ δι' αὐτῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συστησομένην καινὴν γενεὰν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἀφορῶν, ἔλεγεν· *Οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα γέ-*

[73] *Non præteribit generatio hæc.*

Quænam est hæc generatio, nisi nova illa recensque ab eo constituta? de qua in vaticiniis dictum est : *Scribatur hæc in generatione altera, et populus qui creatur laudabit Dominum* [74]; rursusque : *Annuntiabitur Domino generatio ventura* [75]. Itaque evidenter ad suos apostolos atque ad institutam ex ipsis et per ipsos in orbe universo novam sanctæ Ecclesiæ generationem Christus respiciens aiebat : *Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant*

[71] Luc. XXI, 29-31. [72] I Cor. II, 9. [73] Luc. XXI, 32. [74] Psal. CI, 19. [75] Psal. XXI, 32.

(74) Videtur, nisi fallor, Eusebius haud neutraliter αὕτη intelligere, ut alii, sed de ipsa generatione seu ætate.

Mansurum quippe ac duraturum populum suum Ecclesiamque eatenus dicit, quoad ipsa generatio superstes adhuc omnia inspiciat, ac prædictionum dominicarum eventum oculis contempletur.

[76] *Cavete ne forte graventur corda vestra in crapula.*

Discipulos admonet ut prompti sint atque ad ejus adventum excipiendum parati : cujus nempe rei gratia cunctos magisterii sui sermones faciebat : sobriosque ac vigiles esse jubet, et totam mortalis vitæ noctem insomnes transigere : propterea quod consummationis tempus nemini sit exploratum. — Cavenda, inquit, vobis est crapulæ gravedo, ut vigilare possitis; ne inopina vos invadat illa dies : cujus causa sacer etiam Apostolus hortabatur scribens : Fratres, probe scitis, diem Domini, tanquam furem in nocte, venturam [77]. Cum vero dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Vos autem haud versamini in tenebris, ita ut vos dies illa tanquam fur comprehendat : omnes enim vos filii lucis estis, filiique dei [77*]. Vigilandum est igitur non solum ob subitum atque inexspectatum Domini adventum, verum etiam propter furis insidias. Fur autem hora cujusque mortualis intelligitur, vel etiam ille qui cujusque animam excepturus est angelus. Tum qui sibi attenderint, tanquam caprea laqueum vitabunt, vel ut avis decipulam : qui vero crapula gravati fuerint atque in mortem consopiti, in periculum inopinum incident.

[78] *Vigilate itaque omni tempore orantes*, etc.

His consonans Apostolus aiebat : *Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate* [79].

[80] *Ut manducetis et bibatis in mensa mea.*

Significat plenam bonorum mensam, cujus participes erunt ii quibuscum fœdus icit, propterea quod secum permanserint in tentationibus. Ex ejus igitur mensa manducabunt et bibent ; pane videlicet cœlesti animarum nutritore pasti ; potique vino novi germinis vitis veræ : propinante ipso agricolarum omnium Deo, qui novellum ex ipsa fructum his qui tunc digni erunt, exhibebit.

[81] *At ille negavit dicens : Mulier, non novi eum.*

Videsis quantopere veritati studeat evangelista; quomodo Petro haud gratificetur, sed lapsum ejus candide enarret. Videlicet quod cæteri magistro deserto diffugerint, ille autem omnibus iis præpositus apostolus atque discipulus, ille inclytus, inquam, Petrus, procul cruciatibus et magistratuum minis, ter Christum negaverit.

A ηται. Διαμένειν γάρ φησι καὶ διαρκέσειν τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰς ἐκεῖνο καιροῦ εἰς ὅτε αὐτοπτήσειε πάντα, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν τοῦ Σωτῆρος προῤῥήσεων ὀφθαλμοῖς παράλαβοι.

Προσέχετε ἑαυτοῖς μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ.

Διεγείρει τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὸ πάντοτε ἑτοίμους εἶναι παρασκευαζομένους εἰς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἐφ' ἣν αὐτὸς ἡμᾶς παρορμῶν τοὺς πάντας τῆς διδασκαλίας ἐποιεῖτο λόγους· νήφειν τε καὶ ἐγρηγορέναι παρακελεύεται, καὶ ἀγρυπνεῖν διὰ πάσης τῆς τοῦ θνητοῦ βίου νυκτὸς, διὰ τὸ μηδενὶ γνώριμον τὸν καιρὸν τῆς συντελείας ὑπάρχειν. — Ἀλλ' ὑμῖν γε, φησὶ, φυλακτέον τὸ ἐντεῦθεν βάρος, ἵνα δυνήσησθε νήφειν, μήποτε ἐπιστῇ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη· B περὶ ἧς καὶ ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος παρῄνει γράφων· Ἀδελφοὶ, οἴδατε ἀκριβῶς, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. Ὅταν δὲ εἴπωσιν εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ὡς κλέπτης καταλάβῃ· πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας. Γρηγορητέον οὖν ἡμῖν οὐ μόνον διὰ τὴν ἀθρόαν καὶ ἀπροσδόκητον τοῦ Δεσπότου ἄφιξιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν κλέπτην τὸν ἐφεδρεύοντα. Ὁ δὲ κλέπτης ἐστὶν ὁ καιρὸς τῆς ἑκάστου τελευτῆς· ἢ καὶ ὁ μέλλων τὴν ἑκάστου ψυχὴν παραλαμβάνειν ἄγγελος. Ὡς παγὶς γὰρ ἡ τοῦ Κυρίου παρουσία ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ γῇ· οἱ μὲν οὖν προσέχοντες ἑαυτοῖς σώζονται, ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος· οἱ δὲ τῇ C μέθῃ βεβαρημένοι, καὶ εἰς θάνατον ὑπνώττοντες, ἐκπίπτουσιν εἰς ἀδόκητον κίνδυνον.

Ἀγρυπνεῖτε οὖν ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι, κ. τ. λ.

Τούτοις συνᾴδων ὁ Ἀπόστολος ἔλεγε· *Διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ.*

Ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου.

Τοιούτων ἔσται πλήρης ἀγαθῶν τράπεζα, ἧς μεταλήψονται οἷς τὴν Διαθήκην διέθετο διὰ τὸ μεμενηκέναι μετ' αὐτοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς· ἵνα ἐσθίωσι καὶ πίωσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· ἄρτῳ μὲν οὐρανίῳ ψυχῶν ἁγίων θρεπτικῶς τραφησόμενοι, οἴνου D δὲ τοῦ καινοῦ γεννήματος τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου μεταληψόμενοι· ἣν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς γεωργῶν τὸ καινὸν ἐξ αὐτῆς γέννημα τοῖς τότε ἀξίοις παρέξει.

Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν, λέγων· Γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν.

Ὅρα δὲ τὸ φιλάληθες τοῦ εὐαγγελιστοῦ, πῶς οὐ καταχαρίζεται τῷ Πέτρῳ, ἀλλὰ τὸ πάθος αὐτοῦ ὡς ἔχει διηγεῖται, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀπολιπόντες τὸν διδάσκαλον ᾤχοντο, ὁ δὲ πάντων αὐτῶν προκεχριμένος ἀπόστολός τε καὶ μαθητὴς, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ βοώμενος Πέτρος, βασάνων ἐκτὸς καὶ ἀρχοντικῆς ἀπειλῆς, τρίτον αὐτὸν ἐξωμόσατο (75).

[76] Luc. xxi, 34. [77] I Thess. v, 2. [77*] ibid. 4, 5. [78] Luc. xxi, 36. [79] Ephes. vi, 13. [80] Luc. xxii, 30. [81] ibid. 57.

(75) Fragmentum hoc sumptum videtur ex *Theophania*, lib. v, 40. Ibi tamen Eusebius versatur in Marco xiv, 66.

Δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις. A

Χαρᾶς καὶ γέλωτος σημεῖα γνωρίσματά τε τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως ὁρᾷν παρέχονται καὶ διὰ τῆς λευκῆς περιβολῆς, ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος συμβαλεῖν τὰς γυναῖκας τὸ φαιδρὸν τῆς ἐγέρσεως, καὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς σὺν τοῖς λευχείμοσιν ἀγγέλοις ἀπάρξασθαι. Μωϋσῆς μὲν γὰρ πληγὰς Αἰγυπτίων μέλλων διακονεῖσθαι καταλλήλως ἐν φλογὶ πυρὸς τὸν ἐπὶ τῆς βάτου ἄγγελον ἑώρα· ὁ δ' αὐτὸς μοχθηροῖς ἀνδράσι νομοθετῶν, πῦρ καταναλίσκον τὸν Θεὸν εἶναι ἔλεγεν, τιμωρητικὸν καὶ κολαστὴν αὐτοῖς ἔσεσθαι αὐτὸν αἰνιττόμενος· διὸ καὶ ἐν στύλῳ πυρὸς ἡγεῖτο αὐτῶν ὁ Θεός. Οὕτω τοῖς ἀσεβέσι γενέσθαι τοὺς ἀγγέλους πυρὸς φλόγα ἐδίδαξεν εἰπών· *Ὁ ποιῶν τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα*. Ἀλλ' οὐ τοιούτους B αἱ γυναῖκες τοὺς εἴσω τοῦ μνήματος ἑώρων, γαληνοὺς δέ τινας καὶ φαιδρούς, οἵους ἐχρῆν ἐπὶ Δεσπότου χαρᾷ καὶ βασιλείᾳ φαίνεσθαι. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ πάθει τοῦ Σωτῆρος ὁ ἥλιος ἐξέλιπε, σκότος περιβαλὼν τῷ παντί, θρήνων τε καὶ πένθους σύμβολα τοῖς σταυροῦσι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ δεικνύς· καὶ οὐδεὶς μὲν ἐφαίνετο τῶν ἀγγέλων τὸ τηνικαῦτα ὡς εἰκὸς τοῖς μαθηταῖς, ὁμοίως καὶ αὐτῶν ὧδε κἀκεῖ διασκεδασθέντων. Εἰ δ' ἄρα καὶ ὀφθῆναί τινα ἐχρῆν, τάχα που τὴν ἐναντίαν τοῖς λευχείμοσιν ἀνθρώποις τὴν ἀναστολὴν ἀνεδείξατο· αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῷ πάθει οὐχ ἥλιος μόνον ἐσκότασεν, ἀλλὰ καὶ ὁ Σωτὴρ φωνῇ μεγάλῃ κράξας ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, μονονουχὶ περιῤῥηξαμένων καὶ αὐτῶν τῶν πάλαι τὸ ἱερὸν ἐνοικούντων ἀγγέλων, C περιῤῥηξάντων τε τὸ σεμνὸν ὕφασμα, ὡς ἄν, γυμνὸς καὶ ἔρημος ἀπολειφθεὶς τῆς αὐτῶν φρουρᾶς, ὁ τῶν ἀβάτων καὶ ἀδύτων τόπος, ἕτοιμος ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις κατασταίη. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῷ πάθει συνέβαινεν· ἐπὶ δὲ τῇ σωτηρίῳ ἀναστάσει, ὡς ζωῆς ἄγγελοι καὶ τῆς ἀναστάσεως κήρυκες, τὸν τόπον οὗ ἔκειτο τὸ σῶμα περιεῖπον, ἐξ αὐτῆς ὥσπερ τῆς ἐπαφῆς τοῦ τόπου ἁγιωσύνης κρείττονος ἢ κατ' αὐτοὺς μετασχόντες, καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ κοινωνοῦντες. Διὸ φαιδρὰ καὶ μειδιῶντα πρόσωπα, σχῆμά τε σωτηρίου ἑορτῆς παρέφαινον λευχειμονοῦντες.

[82] *Duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.*

Lætitiæ gaudiique signa, et Servatoris resurgentis indicia obtutui exhibent vestium candore, ita ut ex habitu quoque conjectarent mulieres resurrectionis hilaritatem, Paschalisque festi cum albatis angelis initium. Moyses contra Ægyptiacarum plagarum futurus minister, in flamma ignis angelum intra rubum versantem spectavit [83]. Idem pravis hominibus legem scribens, Deum appellabat edacem ignem, punitorem ac vindicem ipsis fore innuens [84]. Quare in ignea columna præcedebat illos Deus [85]. Sic etiam impiis fore angelos quasi ignis flammam demonstravit dicens: *Qui facit ministros suos flammam ignis* [86]. Sed non hac specie viderunt angelos in monumento mulieres, sed hilares atque serenos, cujusmodi eos videri oportebat in Domini gaudio et regno. In Servatoris quidem obitu sol defecit, tenebræ undique se intendentes, lamentorum et luctus symbola crucifigentibus Filium Dei demonstrarunt. Nullusque eo tempore angelus apparuisse discipulis videtur, ipsis quoque hac illac dispersione distractis. Quod si quem apparere opus fuisset, contrariam, ut arbitror, albatis hominibus vestem præ se tulissent. Jam primum, in passione non sol tantummodo obscuratus est, sed et Servator magna voce exclamans spiritum emisit, templi velum bifariam scissum, ipsis propemodum dispersis qui templum incolebant angelis, qui et illud venerandum textum sciderunt, ut nudus ac desertus ipsorum custodia relictus ille arcanarum atque inaccessarum rerum locus, belligerantibus hostibus pervius pateret. Sed hæc quidem passionis tempore contigerunt. Verumtamen Servatore resurgente, ceu vitæ nuntii, et resurrectionis præcones, locum ubi corpus jacuerat stipabant, ipso quodammodo loci contactu sanctitatem propria majorem participantes, ac Domini resurrectioni communicantes. Ideo vultus hilares ac lætabundos, et albam vestem festo Servatoris diei convenientem gestabant.

EUSEBII FRAGMENTUM EX CODICE MEDIOLANENSI, IN QUO EST CATENA PATRUM GRÆCORUM IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS.

(Mai, ibid., p. 207.)

Ad cap. XII, 18. ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λέγεται γὰρ κατάβασις θεία ἐπὶ τὸ ὄρος γεγονέναι καθ' ὃν ἐνομοθέτει καιρόν, ἵνα πάντες θεάσωνται τὴν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ· κατάβασις γὰρ αὕτη σαφής ἐστιν, οὐ μὴ τοπική. Τῶν γοῦν φυομένων κατὰ τὸ ὄρος φλεγομένων σφοδρῶς, οὐδὲν τὸ πῦρ ἐξανάλωσε· σαλπίγγων τε φωναὶ σφοδρότερον συνηκούοντο, μὴ προκειμένων ὀργάνων τοιούτων, μηδὲ τοῦ φωνήσαντος, ἀλλὰ θείᾳ κατασκευῇ γινομένων ἁπάντων. Ὥστε σαφὲς εἶναι διὰ ταῦτα τὴν κατάβασιν θείαν γεγονέναι, καὶ τὸν Θεὸν ἄνευ τινὸς δεικνύναι τὴν ἑαυτοῦ διὰ πάντων μεγαλειότητα. D

Eusebii. Dicitur Deus in montem descendisse, quo tempore lex tradebatur, ut cuncti scilicet Dei efficaciam viderent. Cæteroqui hæc descensio, externæ ostensionis fuit, non localis. Quamobrem ardentibus licet omnibus, quæ in monte germinabant, nihil tamen igne consumebatur. Tubarum quoque sonitus gravissimi audiebantur, quanquam nullus ibi usus instrumentorum erat, nemoque clamans, sed Dei tantummodo opera hæc omnia fiebant. Quare exploratum est, divinam hujuscemodi fuisse descensionem, Deumque absque ullo adminiculo suam in omnibus ostendisse magnitudinem.

[82] Luc. xxiv, 4. [83] Exod. iii, 2. [84] Deut. iv, 24. [85] Exod. xiii, 21. [86] Psal. ciii, 4.

EUSEBII OPERA DOGMATICA.

DE THEOPHANIA.

(Angelo MAI, *Bibliotheca nova Patrum*, IV, 110 et 310.)

MONITUM.

Inter cætera Eusebii Cæsariensis opera divus Hieronymus, De viris ill. *cap.* 81, *libros quinque* Θεοφανείας, *id est* De Dei manifestatione, *nominaverat. Item Syrus Ebediesus in auctorum catalogo, quem Echellensis primo, deinde Assemanus ediderunt, idem Eusebii opus commemoraverat de Græca ad Syriacam linguam translatum. Græci originalis deperditi viginti ego fragmenta in Vaticanis codicibus observata, inter* Veteres *meos* Scriptores *t. I, ed. sec., anno* 1831, *et t. VIII, an.* 1833, *divulgaveram. Ecce autem significatam nobis ab Ebediesu Syriacam Eusebiani operis translationem, duo perdocti et illustres nostræ ætatis Angli e tenebris denique eruerunt, Tatamus atque Leus; quorum ille ex Ægyptiaco in Nitria monasterio Scetensi codicem anno* 1839 *in Angliam detulit; alter autem Syriacum hunc textum anno* 1842 *Londini, et sequente anno Anglicam ejusdem interpretationem Cantabrigiæ cum eruditis prolegomenis scholiisque impressit. Et Syriacus quidem textus nondum ad me, quod doleo, pervenit; cum tamen Anglicum desinente anno* 1846 *commode demum nactus fuerim, eumque studiose legerim, statim cognovi fragmenta Græca quæ ego multos ante annos edideram, reapse ad Eusebii* Theophaniam, *prout ipsorum tituli ferebant, pertinere (nam sicubi codices mei cum Syriaco non satis congruunt, id suis locis postea dicetur). Sed et insuper comperi, fragmenta alia, nec brevia nec pœnitenda, quæ ego in Vaticanis catenarum ad Lucam codicibus sub Eusebii tantum nomine aspexeram, ideoque tanquam Eusebiani ad Lucam commentarii segmenta in prædicto* Script. vet. *tomo primo attexueram; comperi, inquam, hæc quoque partim ex* Theophania *fuisse detracta, id quod Syriacus textus vel potius Anglicanus me docet. Quæ res cum me magnopere delectavisset, constitui protinus Græca omnia* Theophaniæ *a me olim detecta fragmenta nunc congregare, Latina etiam facere, atque ut monebat impressi Anglice operis series, locis quodque suis collocare. Nam Vaticanarum catenarum auctores Eusebii* Theophaniam *extra libri ordinem pro suo libito excerpserunt, vel potius prout evangelicæ, quam ipsi sequebantur, historiæ cursus poscebat. Exemplo sit narratio de Christi Domini morte, quam Eusebius libro tertio medio scribit, Nicetas autem, unius e catenis auctor, sub finem suæ lucubrationis ut par erat posuit, nempe in pagina codicis trecentesima septima, quæ a fine sui voluminis parum abest. Nicetæ codicem Vat.* 1611 *littera* A *designo. Macarii vero Chrysocephali, diversæ catenæ auctoris, qui item* Theophaniam *nominatim aliquando expilat, codicem Vat.* 1610 *denoto littera* E. *Alias demum catenas duas, Vat. Pal. Vat.* 20 *et Ottob. Vat.* 100, *quæ mihi symbolam fragmentorum horum contulerunt, litteris* B *et* L *demonstro. Unicum denique primum fragmentum ex codd. Mediolanensi et Parisiaco simul adfuit. Hanc itaque Græcorum Theophaniæ fragmentorum tempestivam hercle editionem nunc curo, tum ut Eusebii nativum textum, quantum fas est, ab interitu revocem; tum ut Syrus interpres sicubi mentem auctoris non est assecutus (quod ei identidem accidisse sine dubio animadvertimus), authentico documento emendetur. Nec sane dubito quin opellam meam vir cl. Leus boni consulat, meque ei magnopere favere, certum habeat. Hæc interim; namque et alios tum abs Leo, tum ab ejusdem gloriæ socio cl. W. Curetono, sacros auctores, præsertim magnum Athanasium, Cyrillum atque Ephræmium, exspectamus; quos nunc quidem cupidis votis expetimus; statim ac vero in conspectum venerint, exosculabimur.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΟΦΑΝΕΙΑΣ.

EUSEBII CÆSARIENSIS

OPERIS DE THEOPHANIA FRAGMENTA.

A

Α' (1).

(2) Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείγματος, ὁ μὲν ἀόρατος καὶ ἀφανὴς ἐν ἡμῖν νοῦς, ὃν ὅστις ποτὲ καὶ ὁποῖος ὢν τὴν οὐσίαν ὑπάρχει, οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔγνω, βασιλεὺς δ' οἷα ἐν ἀποῤῥήτοις εἴσω τοῖς αὐτοῦ ταμείοις καθιδρυμένος τὰ πρακταῖα (2*) βουλεύεται· λόγος δ' ἐξ αὐτοῦ πρόεισι, μονογενὴς οἷα πατρὸς ἐξ ἀδύτων μυχῶν γεγεννημένος, ὃς δὴ καὶ πρῶτος τῶν πατρικῶν τοῖς πᾶσι καθίσταται νοημάτων ἄγγελος, εἰς φανερόν τε κηρύττει τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις τῷ πατρὶ βεβουλευμένα, ἔργοις τε ἐπιτελεῖ τὰ βουλεύματα, προϊὼν εἰς τὰς πάντων ἀκοάς· εἶθ' οἱ μὲν τῆς ἐκ τοῦ λόγου μεταλαμβάνουσιν ὠφελείας, τὸν δ' ἀφανῆ καὶ ἀόρατον νοῦν τὸν τοῦ λόγου πατέρα, οὐδεὶς πώποτε ὀφθαλμῶν εἶδε· κατὰ ταῦτα δὴ, μᾶλλον δ' ἐπέκεινα πάσης εἰκόνος καὶ παραδείγματος, ὁ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τέλειος Λόγος, οἷα μονογενὴς, οὐ προφορικῇ δυνάμει συνεστὼς, οὐδ' ἐκ συλλαβῶν, ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων τὴν φύσιν κατεσκευασμένος, οὐδ' ἐν φωνῇ δι' ἀέρος πληττομένῃ σημαινόμενος, Θεοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων ζῶν καὶ ἐνεργὴς ὑπάρχων Υἱὸς Λόγος, κατ' οὐσίαν τε ὑφεστὼς οἷα Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, πρόεισι μὲν τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀγαθοῦ δὲ πατρὸς ἀγαθὸν τυγχάνει γέννημα, αὐτοζωὴ, αὐτοφῶς, γέννημα νοερὸν φωτὸς ἀλήκτου, διὰ πάντων χωρῶν, ἐν πᾶσί τε ὢν καὶ πάντα ἐπιπορευόμενος.

Β'.

(3) Οὗτος ὁ παρ' ἡμῖν θεολογούμενος, προφητικαῖς ἄνωθεν πρὸ μυρίων χρόνων ἐγνώσθη τε καὶ προεκηρύχθη φωναῖς· οἳ καὶ τὸν τόπον τῆς θεοφανείας αὐτοῦ, καὶ χρόνους τῆς ἀφίξεως, καὶ τρόπον τοῦ βίου, καὶ δυνάμεις, καὶ λόγους, καὶ κατορθώματα αὐτοῦ προλαβόντες, βίβλοις ἱεραῖς ἐγκατέθεντο (4). — Τὸ γὰρ Ἰησοῦς ἰάσεως καὶ σωτηρίας προσφυὲς ὄνομα ἂν εἴη· σωτῆρα γὰρ καὶ σωτήριον ἡ Ἑβραίων φωνὴ τὸν Ἰησοῦν εἴωθεν καλεῖν.

Γ'.

(5) Καὶ θάνατος (6) δὲ ὁ βοώμενος, ὃν δὴ ὑποστῆναι τὸ τοῦ Λόγου ἄγαλμα παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀνωμο-

I.

Sicut enim, ut exemplum a nobis sumamus, mens in nobis invisibilis latensque est, quam cujusmodi sit, cujusve substantiæ, nullus unquam homo cognovit; sed ea veluti rex quidam in secretis suis conclavibus sedens, quid faciendum sit deliberat; deinde sermo ex ipsa prodit, quasi unigenitus a patre in reconditis penetralibus generatus; qui etiam primus paternarum consultationum fit nuntius, atque in apertum deprædicat arcana patris consilia, et opere rem deliberatam perficit, dum ad omnium aures perfert; interim tamen homines quidem verbi utilitate fruuntur, sed invisibilem mentem verbi parentem prorsus oculis non cernunt; hoc, inquam, modo, imo etiam supra omnem B imaginem atque exemplum, supremi Dei regnatoris perfectum Verbum, ceu unigenitum, non ex pronuntiativa aliqua virtute consistens, neque syllabarum, nominum, verborumque naturam gerens, nec ope vocis ex aeris percussione significatum, sed Dei supremi vivens operansque Filius Verbum existens, et quidem substantialiter, utpote Dei virtus atque sapientia, ex paterna divinitate prodit, boni patris bonum germen, vita per se, ac lux, intellectualis perpetuæque lucis genimen, per omnia discurrens, ubique præsens, cuncta pervadens.

II.

Hic, quem nos Deum dicimus, vocibus jam diu ante complura sæcula innotuit et prænuntiatus fuit C prophetarum, qui et locum divinæ ejus manifestationis, et adventus tempora, et vitæ rationem, et miracula, et sermones, et egregia facinora, vaticinio præoccupantes, sacris libris commendaverunt. — Nam Jesus sanationi atque saluti congruum nomen est. Salvatorem enim ac salutarem solet lingua Hebræorum dicere Jesum.

III.

Mors quoque illa celebris, quam Verbi simulacrum pertulisse, in confesso apud omnes est, non

(1) In codice Mediolanensi Ambr. E. 63. p. inf. in catena Epist. ad Hebr. IV, 12, præponitur huic fragmento titulus *Εὐσεβίου εὐαγγελικῆς θεοφανείας*. (At in Parisiaco ut certe est in ed. Crameri p. 459, mendose *εὐαγγελικὰ θεοφάνεια*.) Prorsus autem Græcum hoc fragmentum congruit cum Syriaca seu Anglica *Theophaniæ* editione, lib. I, cap. 25, p. 12.

(2) Theophan. Syr. sive Anglican. lib. I, cap. 23.

(2*) Fortasse leg. πρακτέα. Edit.

(3) Cod. Vat. A. f. 14. Cod. Vat. E. f. 63. b. Th. Syr. lib. III, cap. 25.

(4) Cod. E. f. 37. b. Th. Syr. III, 40.

(5) Cod. A. f. 307. b. Th. Syr. III, 41, 42, 43.

(6) Cod. mendose αὐτός pro θάνατος.

sine ingenti prodigio fuit, nihilque commune cum reliquis habuit. Neque enim morbo exstinctus est Christus, aut laqueo, aut igne, neque in ipso crucis tropæo æque ac cæteri malefici ferro succisus fuit; neque abs quovis homine mortiferum aliquid passus, violentam sustinuit necem; sed tunc tantummodo cum ipse sponte organum suum inimicis tradidit; moxque illud de terra suscitavit. Quippe is valide exclamans, Patrique spiritum commendare se dicens, ipse semet dimittens corpore suo excessit. Ideo etiam ante mortem, familiaribus suis hoc significaverat dicens: *Nemo tollit animam meam a me, sed ego ipsemet eam pono: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* [87].

Quid ergo post hæc jam superest, nisi ipsum totius rei caput, quamnam causam habuerit, enarrare? famigeratum, inquam, vitæ finem, et passionis modum; necnon post necem, resurrectionis ejusdem grande miraculum. Siquidem igitur alio aliquo modo, post suam cum hominibus conversationem, repente invisibilis abiisset, semet ipse suumque corporeum simulacrum clam subtrahens, fuga mortem vitare satagens; et deinde ipse mortalem partem suam corruptela et destructione consumpsisset, ea res par phantasmati omnibus visa esset; neque pro sua dignitate egisset, qui erat Dei Verbum vivens atque virtus; neque rescitum esset quonam excessisset; neque id creditum esset ab illis quibus significatum non fuisset; neque naturaliter morte fortior apparuisset; neque propriam naturam a mortalitate liberavisset; neque ea res toto ab hominibus habitato orbe exaudita esset; neque discipulis suis mortis contemptum persuasisset; neque magisterii sui alumnis vitæ post obitum apud Deum agendæ spem obtulisset; neque sermonum suorum promissa adimplevisset; neque propheticis de se prædictionibus congruum exitum præstitisset; neque postremum omnium conflictum, videlicet adversus mortem, decertavisset.

Propter hæc omnia, quia prorsus oportebat mortale organum, post sufficiens ministerium Deo Verbo exhibitum, finem Deo dignum nancisci, ideo, inquam, tale mortis genus elegit. Nam quum duæ consummationis rationes tantummodo adessent, nempe vel corruptelæ atque exitio totum tradere, atque ita turpissimum facere vitæ finem; vel morti superiorem semet ostendere, divina virtute immortale efficiendo quod mortale erat; prior quidem modus promissionibus alienus erat; nam neque ignis proprium est frigescere, neque lucis obtenebrari, neque vitæ mori, neque divinæ sapientiæ insipienter agere. Cur enim is, qui cæteris vitam

[87] Joan. x, 18.

A λόγηται, πολλοῦ μετέχει τοῦ θαύματος, οὐ κοινὸς τοῖς λοιποῖς γεγενημένος· οὐ γὰρ νόσῳ διαφθαρεὶς οὐδὲ βρόχῳ, οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ μὴν κατ' αὐτὸ τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον ὁμοίως τοῖς λοιποῖς κακούργοις ὑποτμηθεὶς σιδήρῳ, οὐδ' ὅλως πρός τινος ἀνθρώπων παθών τι τῶν ἀναιρεῖν εἰωθότων, βιαίαν ὑπέμεινε τελευτήν· ἀλλ' ὡς αὐτὸς μόνον ἑκὼν παρεδίδου τὸ αὐτοῦ ὄργανον τοῖς ἐπιβουλεύουσι· τὸ μὲν ἀπὸ γῆς ἀνωρθοῦτο αὐτίκα· ὁ δὲ φωνήσας μέγα, καὶ τῷ Πατρὶ τὸ πνεῦμα παρατίθεσθαι εἰπὼν, ἄφετος αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἀναχώρησιν ἐποιεῖτο· διὸ δὴ πρὸ τοῦ θανάτου τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις τοῦτο αὐτὸ παρεδίδου διδάσκων καὶ λέγων· *Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ'*
B *ἐμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.*

(7) Τί οὖν ἐπὶ τούτοις λείπεται, ἢ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ παντὸς κεφάλαιον ὁποίαν ἔσχεν αἰτίαν ἐξειπεῖν; λέγω δὲ τὸ πολυθρύλλητον τοῦ βίου τέλος, καὶ τοῦ πάθους τὸν τρόπον, καὶ τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσεως αὐτοῦ τὸ μέγα θαῦμα. Εἰ μὲν οὖν ἄλλως πως μετὰ τὰς ἐν ἀνθρώποις διατριβὰς ἀφανὴς γεγονὼς ἐξαίφνης ἀπέπτη, ὑποκλέψας λάθρα ἑαυτὸν καὶ τὸ οἰκεῖον ἄγαλμα, φυγῇ τὸν θάνατον διαδρᾶναι σπουδάσας, κἄπειτά που τὸ θνητὸν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ φθορᾷ καὶ ἀπωλείᾳ συνεψήσας, φάσματι ἂν ἐῴκει τοῖς πᾶσι· καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς αὐτῷ τὰ πρέποντα διεπράξατο, ζῶν μὲν τυγχάνων καὶ Θεοῦ Λόγος καὶ δύναμις, οὔτ' ἂν ἐγνώσθη ὅπῃ ποτὲ ὑπῆρχε χωρήσας, οὔτ' ἂν ἐπιστώθη
C τοῖς μὴ παρειληφόσιν, οὔτ' ἂν θανάτου τὴν φύσιν ἐφάνη κρείττων, οὔτ' ἂν τὸ θνητὸν τῆς οἰκείας ἠλευθέρου φύσεως, οὔτ' ἂν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἠκούσθη, οὔτ' ἂν θανάτου καταφρονεῖν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἔπεισεν, οὔτ' ἂν τῆς μετὰ θάνατον παρὰ Θεῷ ζωῆς τοῖς τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν μετιοῦσιν [ἐλπίδα] παρεστήσατο, οὔτ' ἂν τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἐπλήρου, οὔτ' ἂν ταῖς προφητικαῖς περὶ αὐτοῦ προῤῥήσεσι σύμφωνα παρεῖχε τὰ ἀποτελέσματα, οὔτ' ἂν τὸν ὕστατον ἁπάντων ἀγῶνα διηθλήκει· οὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τοῦ θανάτου (8).

Διὸ δὴ τούτων ἕνεκα πάντων, ἐπειδὴ ἐχρῆν ἐξ ἅπαντος τὸ θνητὸν ὄργανον μετὰ τὴν αὐτάρκη διακονίαν ἣν τῷ Θεῷ Λόγῳ διηκονήσατο, τέλους θεο-
D πρεποῦς τυχεῖν, ταύτῃ πῃ αὐτῷ καὶ ὁ θάνατος ᾠκονομεῖτο. Δυοῖν γὰρ λειπομένων τῷ τέλει, ἢ φθορᾷ ἢ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι τὸ πᾶν, καὶ αἰσχίστην ποιήσασθαι τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν, ἢ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι, θείᾳ δυνάμει τὸ θνητὸν ἀθάνατον παραστησάμενον· τὸ μὲν πρῶτον ἀνοίκειον τῆς ἐπαγγελίας· οὐ γὰρ δὴ πυρὸς οἰκεῖον τὸ ψύχειν (9), οὐδὲ φωτὸς τὸ σκοτίζειν, οὕτως οὐδὲ ζωῆς τὸ θανατοῦν, οὐδὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ παραλόγως ἐνεργεῖν· ποῖον οὖν εἶχε λόγον τὸν ἑτέροις ζωὴν ἐπαγγελλόμενον, τὸ

(7) Cod. A. f. 302. b. Th. Syr. III, 45 seq.

(8) His causis mortis Christi nollem in Anglicana editione additas fuisse numerales notas, quasi totidem sint operis capitula.

(9) Verba ψύχειν, σκοτίζειν, θανατοῦν, non activo sed neutro sensu hic esse accipienda Syrus interpres demonstrat.

οἰκεῖον ὄργανον φθειρόμενον παριδεῖν; Οὐκοῦν τὸ δεύτερον ἀναγκαῖον ἦν, λέγω δὲ τὸ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι. Πῶς οὖν ἐχρῆν τοῦτο ποιήσασθαι; Λαθραίως ἄρα καὶ κλοπιμαίως; ἢ τοῖς πᾶσιν ἀριπρεπῶς καὶ διαδήλως; Ἀλλὰ σκότιον μὲν καὶ κρύφιον αὐτὸ πραχθὲν τὸ κατόρθωμα, μηδενὶ δὲ γνωσθὲν, οὐδὲν ἂν ὤνησε· βοηθὲν δὲ καὶ ἀκουσθὲν εἰς πάντας, τοῖς πᾶσι τὴν ἐκ τοῦ θαύματος παρεῖχεν ὠφέλειαν. Εἰκότως ἄρα, ἐπειδὴ ἐχρῆν τὸ αὐτοῦ ὄργανον κρεῖττον θανάτου φῆναι, καὶ τοῦτο πρᾶξαι μὴ εἰς τὸ λεληθὸς, ἀλλ' ἐπ' ὄψεσιν ἀνθρώπων, οὐ φεύγει μὲν τὸν θάνατον· ἦν γὰρ ἂν δειλὸς, καὶ θανάτου χείρων ἐνομίσθη· διὰ δὲ τῆς πρὸς τὸν θάνατον συμπλοκῆς, οἷα πρὸς ἀνταγωνιστὴν (10), τὸ θνητὸν ἀθάνατον παρίστη, ὕστατον ἀγῶνα τοῦτον ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ἀθανασίας ἀναδεδεγμένος.

(11) Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος αὐτῷ [ἀγὼν] κατὰ δαιμόνων ἐνηργεῖτο ἐπὶ καθαιρέσει τῆς πολυθέου πλάνης· ἐπεὶ δὲ ὁ πρὸς τούσδε τέλος εἶχεν ἀγὼν, δεύτερος ἐπὶ λύσει τῆς τοῦ θανάτου καταδυναστείας ἐγίνετο· οἱ μὲν γὰρ κατ' αὐτοῦ συνηγμένοι δαίμονες, ὅ τε τούτων ἐξάρχων, τὰ νῶτα κατὰ τὴν πρώτην αὐτῷ συμβολὴν παραχωρήσαντες, τὸν δεύτερον ἆθλον ἐσκόπουν, τοῦ βίου λοιπὸν τὴν ὑστάτην καταστροφὴν ἐκδεχόμενοι, καὶ τὴν τοῦ θνητοῦ τελευτὴν ὁμοίαν ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις καραδοκοῦντες· οὐ γὰρ ἂν πώποτε θνητὴν φύσιν θανάτου κρείττονα γενέσθαι προσεδόκησαν· ὁ δὲ μετὰ τὰ πρῶτα κατὰ δαιμόνων τρόπαια ἤδη καὶ κατὰ τοῦ θανάτου παρετάττετο. Ὥσπερ δὲ εἴ τις ἄκαυστον ἡμῖν καὶ πυρὸς τῇ φύσει κρεῖττον δεῖξαί τι σκεῦος ἤθελεν, οὐκ ἄλλως ἂν τὸ θαῦμα παρεστήσατο ἢ πυρὶ παραδοὺς τὸ μετὰ χεῖρας, κἄπειτα σῶον αὐτὸ καὶ ἀδιάφθορον τοῦ πυρὸς ἐξελὼν (12)· κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων ζωοποιὸς Θεοῦ Λόγος, τὸ θνητὸν ὄργανον, ᾧ πρὸς ἀνθρώπων ἐκέχρητο σωτηρίαν, κρεῖττον θανάτου φῆναι βουληθεὶς, εὖ μάλα χρησίμην ὑπῄει τὴν οἰκονομίαν, τὸ σῶμα πρὸς βραχὺ καταλιπὼν (13), καὶ τὸ θνητὸν τῷ θανάτῳ πάλιν ὑφαιρούμενος, εἰς παράστασιν τῆς ἐνθέου δυνάμεως. Ἡ μὲν οὖν πρώτη αἰτία ἦν αὕτη.

(14) Δευτέρα δὲ τῆς ἐν τῷ σώματι κατοικησάσης ἐνθέου δυνάμεως ἔνδειξις. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρότερον τοὺς ὑπὸ τοῦ θανάτου νενικημένους ἄνδρας θνητοὺς ἀληθῶς, καὶ κοινὸν τέλος ὑποδεδεγμένους, ἐθείαζον ἄνθρωποι, ἥρωάς τε καὶ θεοὺς ὠνόμαζον· εἰκότως διδάσκει μόνον τοῦτον ἐν θανάτῳ Θεὸν ἀληθῆ εἶναι ὁμολογεῖν, τὸν τὰ βραβεῖα τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης ἀναδησάμενον. (15) Τρίτη δ' ἂν εἴη αἰτία τοῦ σωτη-

promiserat, organum suum corruptionem pati negligeret? Ergo posterior modus necessarius fuit, morti, inquam, superiorem se demonstrare. Quanam vero ratione id exsequi opus erat? Clamne ac furtim? an coram omnibus splendide ac manifeste? Atqui hæc res egregia si obscure et occulte acta fuisset, conscio nemine, nihil profuisset: contra vero famigerata atque omnibus exaudita, miraculo suo paritura erat universalem utilitatem. Recte igitur, quoniam oportebat ipsius organum morti superius apparere, atque id non clam sed in conspectu hominum fieri, mortem non fugit; alioqui visus esset timidus, et morte debilior creditus; sed conflictu cum morte, tanquam cum adversario, inito, quod mortale erat ad immortalitatem transtulit, extremum hunc agonem pro omnium salute et immortalitate suscipiens.

Nam primum illi certamen fuit contra dæmones ob polytheismi errorem destruendum; quo peracto, subsecutum est secundum ob dissolvendam mortis dominationem. Conglobati enim adversus eum dæmones cum suo duce, postquam primo prælio terga verterant, secundum observabant, vitæ Christi deinceps extremam catastropham exspectantes, mortalis hominis finem reliquis omnibus similem fore sperantes: neque enim unquam existimassent mortalem naturam morti fore superiorem. At Christus post priores de dæmonibus relatas manubias, jam contra ipsam mortem in aciem prodibat. Sicut autem si quis igni impervium atque insuperabile vas aliquod demonstrare vellet, haud aliter hanc rem miram comprobaret, quam flammæ tradens quod præ manibus haberet, ac deinde incolume inviolatumque igne retrahens; ita etiam quod omnia vivificat Dei Verbum, mortale organum, quo ad hominum salutem usus fuerat, morte validius demonstrare volens, utile admodum consilium cepit, corpus brevi tempore deserendi; rursusque quod mortuum erat morti eripiendi, ut divinam virtutem ostenderet. Atque hæc prima (cur mori voluerit) causa fuit.

Secunda fuit causa, ut demonstraret divinam virtutem in suo corpore inhabitasse. Nam quia victos antea morte viros, vere mortales et communem finem sortitos, apotheosi donaverant homines, et heroas deosque nominaverant, merito nos docet, hunc unum in morte Deum verum esse confiteri, qui præmiis relatæ de morte victoriæ semel exornaverat. Tertia habeatur mortis Servatoris causa

(10) Hic in Anglica translatione, p. 188, v. 16, video *by this contention with death, as with a contemporary, conflictu hoc cum morte, tanquam cum contemporaneo*. Syriacus quid habeat nescio, quia libro careo. Sed certe vera lectio Græca est, οἷα πρὸς ἀνταγωνιστήν, *tanquam cum adversario*. Itaque translatio emendanda est. Mitto alios locos, qui æque interdum ad Græcam veritatem reformandi videntur; neque enim ego criticum ago sed editorem. Vicissim tamen, ut nuper dixi, Syriacus textus Græcum illuminat. Et quidem Græcus, utpote quem catenarum auctores pro rei opportunitate excerpserunt, multas operis partes amisit.

(11) Syr. III, 55, 57.

(12) Hanc similitudinem citat ex Eusebio etiam S. Thomas Aquinas in catena sua Latina ad Lucam ed. de Rubeis t. V, p. 364. Videlicet ex catenis Græcis, non originaliter ex *Theophania*, quam Thomas nunquam vidit.

(13) Nempe anima destitutum esse permittens.

(14) Syr. III, 58.

(15) Syr. III, 59.

quam mysticæ litteræ continent. Quænam hæ? Hostia erat pro universi generis vita morti devota, hostia pro toto hominum grege immolata, diabolici erroris averruncatio : qua videlicet oblata, universa deinceps impurorum dæmonum potentia corruebat, omnisque error dissipabatur. Ergo hæc salutaris ex hominibus victima, ipsum videlicet corporeum Verbi organum, pro hominibus immolabatur; de qua sacræ litteræ clamant; modo quidem : *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi* [88]; modo autem : *Tanquam ovis ad occisionem ductus est* [89]. Causamque rei docent, ibidem dicentes : *Hic peccata nostra gerit, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum plagatum et afflictum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, languidus factus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, livore ejus sanati nos sumus. Cuncti sicut oves erravimus, unusquisque a via sua declinavit. Dominus tradidit illum* [*pro*] *peccatis nostris* [90]. Corporale itaque Verbi organum has ob causas immolatum fuit. Magnus tamen pontifex, cum sit diversus a victima, Dei scilicet Verbum, virtus, atque sapientia, haud diu post a morte mortuum revocavit, eumque communis nostræ salutis inchoationem, vitæque secundum Deum atque immortalitatis participem constituit, victoriale adversus mortem ac dæmoniacam aciem trophæum, et priscorum sacrificiorum destructorem; quem omnium hominum gratia resuscitavit. [Idcirco etiam Christus nominatus fuit.] Nam Christus nomen, sacerdotium simul et regnum significat apud Hebræos. Hæc enim ungi solebant.

Præter supradictas, alia quoque exstitit cur Servator moreretur maxima causa, quæ jam dicetur. Nam quia necesse erat, ipsius discipulos propriis oculis cernere vitæ post obitum manifestam restitutionem, ex qua suam suspendere spem illos docuerat, et cujus causa ad religionis jugum subeundum hortatus fuerat; merito hanc rem perspicue videndam illorum oculis objiciebat. Oportebat enim eos qui piam vitam erant suscepturi, hoc in primis summopere necessarium documentum evidenti intuitu comprehendere; præcipue vero illos qui in universo mundo quantocius erant prædicaturi, propositamque a Christo gentibus doctrinam,

A ρίου θανάτου ἣν ἀπόρρητοι λόγοι περιέχουσι. Τίνες οὗτοι; ἱερεῖον ἦν ἀντίψυχον τοῦ κοινοῦ γένους παραδιδόμενον τῷ θανάτῳ, ἱερεῖον ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης σφαγιαζόμενον, δαιμονικῆς πλάνης ἀποτρόπαιον· τούτου γὰρ ἀνενεχθέντος, πᾶσα λοιπὸν ἡ τῶν ἀνάγνων δαιμόνων δύναμις καθῃρεῖτο, καὶ πᾶσα πλάνη παρεῖτο. Τὸ μὲν οὖν σωτήριον ἐξ ἀνθρώπων θῦμα, αὐτὸ δὴ τοῦ Λόγου σωματικὸν ὄργανον, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθιεροῦτο· οὗ πέρι λόγων ἱερῶν βοῶσι φωναί· ποτὲ μέν· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· ποτὲ δέ· *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη*. Καὶ τό γε αἴτιον διδάσκουσιν ἐπιλέγουσαι· *Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει. Αὐ-* B *τὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν*. Τὸ μὲν οὖν σωματικὸν τοῦ Λόγου ὄργανον διὰ ταύτας καθιεροῦτο τὰς αἰτίας· ὁ δὲ μέγας ἀρχιερεύς, ἕτερος ὢν παρὰ τὸ ἱερεῖον, Θεοῦ Λόγος καὶ δύναμις, καὶ σοφία, οὐκ εἰς μακρὰν τὸ θνητὸν ἀνεκαλεῖτο τοῦ θανάτου, καὶ τοῦτο τῆς κοινῆς ἡμῶν σωτηρίας τὴν ἀπαρχήν, ζωῆς ἐνθέου καὶ ἀθανασίας μέτοχον παρίστη, τρόπαιον ἐπινίκιον κατὰ τοῦ θανάτου καὶ κατὰ τῆς δαιμονικῆς παρατάξεως (16), καὶ τῶν πάλαι θυσιῶν ἀποτρόπαιον, τοῦτο ὑπὲρ ἁπάντων ἀνθρώπων ἀνεγείρας. [Διὸ καὶ C Χριστὸς ὠνομάσθη.] Τὸ γὰρ Χριστὸς ὄνομα σημαντικὸν ἱερωσύνης ἅμα καὶ βασιλείας παρὰ παισὶν Ἑβραίων ἂν γένοιτο· ταῦτα γὰρ ἦσαν τὰ χριόμενα (17).

(18) Πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ἄλλη τις γένοιτ' ἂν τοῦ σωτηρίου θανάτου μεγίστη αἰτία ἡ λεχθησομένη. (19) Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς αὐτοῦ φοιτηταῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἀναγκαῖον ἦν ζωῆς τῆς μετὰ θάνατον ἐναργῶς παλιγγενεσίαν, ἐφ' ἣν τὰς αὐτῶν ἐλπίδας ἀναρτᾷν αὐτοὺς ἐδίδασκε, δι' ἣν καὶ προὔτρεπεν αὐτοὺς ἔχεσθαι τοῦ τῆς θεοσεβείας ζυγοῦ· εἰκότως τοῦτον ὁρᾷν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἀκριβῶς παρεῖχεν. Ἐχρῆν γὰρ τοὺς μέλλοντας εὐσεβῆ μετιέναι βίον τοῦτο πρῶτον ἀναγκαιότατον μάθημα δι' ἐναργοῦς ὄψεως παραλαβεῖν· D καὶ πολὺ μᾶλλον ἐκείνους τοὺς εἰς ἅπαντα τὴν οἰκουμένην μέλλοντας ὅσον οὔπω κηρύττειν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι προβληθεῖσαν διδασκαλίαν τε

[88] Joan. I, 29. [89] Isa. LIII, 7. [90] ibid. 4-7.

(16) Patet Syrum interpretem legisse πράξεως (vel πράξεων), quandoquidem Anglice scribitur *deeds*, *opera*. Sed verior lectio habeatur Græci nostri textus παρατάξεως, quam loci sententia postulat. (Et quidem pars hujus fragmenti legitur etiam in catena codicis tum Mediolanensis tum Parisiaci in Ep. ad Hebr. a cl. Cramero edita, p. 580.) Atque hoc loco antequam ad Syri interpretis vel mendorum vel diversitatum necessariam identidem coargutionem progredior, aio enimvero priscos interpretes, præsertim Orientales (sed nec Latinos excipio) in transferendis Græcorum scriptis haud satis emendate, quæ humana infirmitas est, se gessisse. Testis luculentus nostri item Eusebii *Chronicorum* librorum Armenius interpres, qui cum plurima feliciter transtulerit, in multis tamen evidenter peccavit; quam ego mendorum copiam in præfatione scholiisque editionis Mediolanensis lectoribus demonstravi atque correxi. Item cl. doctor Leus, qui propter hoc opus *Theophaniæ* Eusebianum de sacris litteris immortaliter meritus est, Syrum suum non semel interpretem vel ob obscuritatem vel alias ob causas castigat.

(17) Syriacus textus accedit propius ad Eusebium *Demonstr. Evang.* IV, 11, ed. Vigeri, p. 176 : Διόπερ καὶ χριστοὺς ὀνομάζειν αὐτοὺς πάντας ἦν Ἑβραίοις φίλον.

(18) A. f. 300. b. Syr. III, 60.

(19) Aliter Syrus; quod non probo.

(81) Præcedentia adamussim sunt in Syriaca *Theophania*. Item quod paulo post sequitur, ταῦτα συγ-

A

Ι'.

Εἶτα μεθίστησι τοὺς λόγους ὁ Κύριος ἐπὶ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν, καί φησι· *Καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις.* Συγκεχῦσθαι δοκεῖ τὰ τῆς κατὰ τὴν λέξιν ἀκολουθίας, διὰ τὸ μὴ διεστάλθαι ἀφωρισμένως τά τε περὶ τῆς πολιορκίας τοῦ τόπου λελεγμένα, καὶ τὰ περὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Κατ' οἰκονομίαν δὲ ἄρα τοῦ θείου Πνεύματος ἡ ἀσάφεια γέγονε, κρύπτοντος ἐπίτηδες τῆς τῶν πολλῶν γνώσεως τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος μόνοις τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παραδεδομένα· οὕτω τοίνυν ἀναγνωσόμεθα, ὡς εἰ μετὰ διαστολῆς εἴρητο τοῦτον τὸν τρόπον· Περὶ μὲν τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου· καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα· περὶ δὲ τῆς πολιορκίας τοῦ τόπου B τῆς ὑστάτης, μεθ' ἣν οὐκ ἔστιν αὖθις αὐτὸν ἀνοικοδομηθήσεσθαι προσδοκᾷν, τοῦτ' ἔχειν ὠφείλετο τὸ σημεῖον· ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ τῶν στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα ποιεῖτε· περὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος παρουσίας τοῦ Ἀντιχρίστου, ταῦθ' ὑμῖν λέγω· *Ἔσται τότε θλῖψις μεγάλη·* ταῦτα μὲν περὶ τῆς κατὰ τὸν τόπον νομιζομένης συγχύσεως.

X.

Exin orationem convertit Servator ad tempora consummationis, aitque : *Et erunt signa in sole, et luna, et stellis*[17]. Confusus videtur sermonis contextus, quia præcise non sunt distincta, quæ de loci obsessione dicuntur, ab iis quæ de sæculi consummatione. Prudenti tamen divini Spiritus voluntate hæc obscuritas accidit, ut multitudinis cognitioni caute subtraherentur, quæ arcano Servator suis tantum discipulis commendaverat. Sic ergo legemus, quasi cum interpunctione dictum fuerit ut sequitur : De consummatione autem sæculi, cavete ne quis vos decipiat; multi enim in nomine meo venient; et quæ ibi sequuntur reliqua. Postremæ autem loci obsidionis, post quam restitutionis nulla spes, hoc indicium esse debet : quum videritis circumdatam ab exercitibus Hierusalem, tunc scitote vastitatem ejus instare, ideoque quæ ei rei sunt idonea facite. Denique de Antichristi circa consummationem sæculi adventu, hoc vobis aio : *Erit tunc tribulatio magna.* Hactenus de hujus evangelici loci putata confusione.

(82) Ταῦτα, συγγενῆ ὄντα τοῖς παρὰ τῷ Ματθαίῳ ἐν τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν πρὸς τοὺς ἀποστόλους περὶ συντελείας παραδεδομένοις, φέρεται παρὰ τῷ Λουκᾷ ὡς εἰρημένα πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐνδιατρίβοντι μεταξὺ Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Διδάσκει C δὲ διὰ τούτων μὴ δεῖν συναρπάζεσθαι, εἴ ποτε, ἐπιστάντος τοῦ Ἀντιχρίστου, διατρέχοι φήμη περὶ αὐτοῦ, ὡς τοῦ Χριστοῦ φανέντος. Διό φησι· *Ἐὰν λέγωσιν ὑμῖν, Ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ, μὴ ἐξέλθητε, μηδὲ διώξητε·* ἀδύνατον γὰρ λοιπὸν τὸν ἅπαξ ἐπὶ γῆς φανέντα πάλιν ἐν γωνίαις γῆς τὰς διατριβὰς ποιήσασθαι. Εἰ οὖν τις ἔσται ὧδε ἢ ἐκεῖ θρυλλούμενος, μὴ ἐξέρχησθε ὑμεῖς, μηδὲ πιστεύητε τοῖς λεγομένοις· ἄλλος γὰρ ἔσται τις οὗτος, καὶ οὐχ ὁ ἀληθὴς Χριστός· ᾧ χρὴ μὴ προσέχειν. Τὸ γὰρ μέγιστον σημεῖον τῆς δευτέρας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας ὡς ἀστραπὴ ἔσται, οὐχ ὁμοία ταῖς πολλαῖς καὶ ἐν μέρει τοῦ παντὸς ἀεὶ φαινομέναις, ἀλλά τις ἰδιάζουσα καὶ ξένη, τὸν πάντα κόσμον ἀθρόως πληροῦσα. Διό φησι· D *Ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει· οὕτως οὖν ἔσται*, φησὶν, *ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ παρουσίᾳ αὐτοῦ·* οὐκέτι γὰρ περιβεβλημένος σάρκα φθαρτὴν ἐξ αἵματος καὶ ὀστέων συγκειμένην (83) βαδίζει, οὐδ' ἐπὶ γῆς βαδίζων οἷά τις κοινὸς ἄνθρωπος ὀφθήσεται, ἀλλ' ἢ ἐκλάμψει ὅλος δι' ὅλου, τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ θεότητος τοῖς πᾶσι δεικνὺς, ἅτε αὐτὸς ὢν τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Οὕτως οὖν

Hæc, cognata illis quæ apud Matthæum[18] in monte Olivarum dicuntur apostolis de mundi fine, apud Lucam[19] narrantur ceu dicta ante ingressum in urbem Hierusalem, morante Jesu inter Samariam et Galilæam. Docet autem his verbis, non oportere quemquam errore abripi, si aliquando, instante Antichristi tempore, fama de eo pervagetur quasi Christus apparuerit. Idcirco ait : *Si vobis dixerint, Ecce hic, et ecce illic, nolite ire neque sectemini :* impossibile enim est, eum qui semel in terra apparuerit, rursus in angulis terræ moras trahere. Si ergo rumor dicatur, *Ecce hic, et ecce illic*, nolite vos ire, neque dictis credatis. Alius enim quilibet erit iste, non autem verus Christus; cui propterea non est attendendum. Nam signum maximum secundi adventus Servatoris nostri, tanquam fulgur erit minime simile aliis multis in parte aliqua mundi apparentibus, sed singulare ac peregrinum atque universum orbem repente pervadens. Ideo dicit : *Coruscans de subdiali in subdialem regionem. Sic erit*, inquit, *Filius hominis in adventu suo.* Etenim haud jam corruptibili carne indutus, et sanguine ossibusque compactus procedet, neque in terra ambulans more communis hominis conspicietur, sed coruscabit totus per totum, divinitatis suæ lumen cunctis ostendens, quum sit ipse qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sic itaque a nobis se esse exspectandum docet. Quod si in terra dicant aliquem, vel fando audia-

[17] Luc. xxi, 25. [18] Matth. xxiv, 3. [19] Luc. xvii, 23.

γενῆ, etc., nominatim dicitur in codice A. f. 233, b, ex Eusebii *Theophaniæ* libro quarto. Qui autem hic interjacet tractus εἶτα μεθίστησι, etc., cum in codice A. f. 270, omnino connectatur cum præcedente πληρωθέν, eidemque Eusebio inscribatur, nullaque intercapedine sejungatur, prorsus a nobis hic poni debuit, sive reapse ad *Theophaniam* pertineat, ut videtur, sive ad commentarium.

(82) Cod. A. f. 233. b. Syr. IV, 35.

(83) Hoc refertur ad incorruptibilitatem; non quod Eusebius neget Christi carnem in secundo adventu.

tur ex multorum rumore, ipsum esse præsentem Christum in secundo suo adventu : Vos, inquit, nolite credere, neque de loco vestro exeatis.

Utique Samaritani Dositheum, qui Servatoris ætati successit, prophetam illum esse Moysis vaticinio promissum, firmiter arbitrati sunt; adeo fraudibus ejus capti, ut Christi loco habendum censuerint. Alii vero ipsa Apostolorum ætate Simonem magum magnam Dei virtutem appellabant, et Christum esse putabant : tum alii pariter in Phrygia Montanum : alii denique alios diversis locis hac opinione prosecuti sunt. Neque finem facient veteratores. Nam et alii plures ejusmodi exspectandi sunt : qui sane et ipsi oraculorum a Servatore editorum veritatem confirmant.

XI.

Par est admirari nos sinceram veracemque indolem ac philosophiam evangelistæ Matthæi. Hic enim superiorem vitæ partem haud a sancta auspicatus fuerat professione, sed ab officio telonario atque ab avaritiæ studio. Neque hoc quisquam cæterorum evangelistarum nobis revelaverat, non ejus coapostolus Joannes, non Lucas, neque Marcus, qui cætera Evangelia scripserunt. Sed Lucas quidem, suppresso præsente nomine, antiquam ejus appellationem usurpavit. Verum ipse Matthæus, suam divulgans vitam, suique accusator factus, de se nominatim in proprio volumine ita scribit : *Et cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine* [20]. Quibus verbis vulnus suum accusabat, ut medentis artem admirareris. Rursusque pergens ulterius, et catalogum discipulorum percensens, ipse sibi publicani nomen imponit, propter eximiam suam bonitatem haud dissimulans superioris vitæ genus, et peccatoribus se connumerat, seque secundum post coapostolum scribit. Nam se combinans cum Thoma, ut cum Petro Andream, cum Jacobo Joannem, cum Philippo Bartholomæum, sibi quidem Thomam præponit [21], præferens sibi hunc coapostolum quasi potiorem, cum reliqui evangelistæ secus fecerint.

Per hos autem homines polytheismi error paulo post eversus fuit, Deique regnum omnibus prædicatum [22]. Ideoque oportuit nos ne nomina quidem illorum ignorare. Primum ergo par, Petrus et Andreas, quos jam antea diximus piscatores fuisse. Alterum par Jacobus et Joannes, ambo Zebedæo geniti, et hi similiter piscatores. Post hos Philippus et Bartholomæus. Quisnam vero et hic Philippus fuerit, Joannes evangelista docet [23], dum ait fuisse

[20] Matth. IX, 9. [21] Matth. X, 3. [22] Luc. VI, 13.

(84) Cod. A. f. 269. Syr. IV, 35.

(85) Syr. V, 38. Nominatim recitatur hic locus ex Eusebii *evangelica Theophania* in cod. A. f. 88 b; item in Vindobonensi, prout ad Leum scripsit Kopitarius.

A δεῖν προσδοχᾶν αὐτὸν διδάσχει. Εἰ δὲ ἐπὶ γῆς λέγοιτό τις καὶ ἀκούοιτο θρυλλούμενος καὶ φημιζόμενος παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὡς αὐτὸς παρὼν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν, Ὑμεῖς, φησὶ, μὴ πιστεύσητε, μηδὲ ἐξέρχησθε τοῦ ἰδίου τόπου

(84) Αὐτίκα Σαμαρεῖται Δοσίθεον μετὰ τοὺς χρόνους τοῦ Σωτῆρος γενόμενον, αὐτὸν εἶναι τὸν ὑπὸ Μωϋσέως προφητευόμενον προφήτην ἐπείσθησαν· ἀπατηθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ὡς τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι ἀποφήνασθαι. Ἄλλοι δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τῶν ἀποστόλων Σίμωνα τὸν μάγον τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐκάλουν, αὐτὸν εἶναι νομίσαντες τὸν Χριστόν· καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν δὲ Μοντανὸν ἕτεροι· ἀλλαχοῦ δὲ πάλαι ἑτέρους ἄλλοι νενομίκασι. Καὶ οὐ παύσονταί γε ἀπατεῶνες· προσδοχᾶν γάρ χρὴ καὶ πλείους τοι-

B ούτους ἔσεσθαι· ἐξ ὧν δὴ καὶ αὐτῶν ἡ ἀλήθεια τῶν σωτηρίων προγνώσεων τὴν μαρτυρίαν εἴληφεν.

ΙΑʹ.

(85) Ἄξιον θαυμάσαι τὸ ἄπλαστον καὶ φιλάληθες ἦθος, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου· οὗτος γὰρ τὸν πρότερον βίον οὐκ ἀπὸ σεμνῆς διατριβῆς ὡρμᾶτο, ἐκ δὲ τῶν ἀμφὶ τὰς τελωνίας καὶ πλεονεξίας σχολαζόντων. Καὶ τοῦτο τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν οὐδεὶς δῆλον ἡμῖν ἐποίησεν, οὐχ ὁ συναπόστολος αὐτοῦ Ἰωάννης, οὐδέ γε Λουκᾶς, οὐδὲ Μάρκος, οἱ τῶν λοιπῶν Εὐαγγελίων συγγραφεῖς· ἀλλ' ὁ μὲν Λουκᾶς συγκαλύπτων τὸ ὄνομα, τῇ ἀρχαιοτέρᾳ προσηγορίᾳ κατεχρήσατο· αὐτὸς δὲ Ματθαῖος τὸν ἑαυτοῦ στηλιτεύων βίον, καὶ κατήγορος ἑαυτοῦ γινόμε-

C νος, ὀνομαστὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ μεμνημένος, ἐν τῷ οἰκείῳ συγγράμματι τόνδ' ἱστορεῖ τὸν τρόπον· *Καὶ παράγων ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον ὀνόματι*· ἐλέγχων ἑαυτοῦ τὸ τραῦμα, ἵνα θαυμάσῃς τὴν τέχνην τοῦ ἰατρεύσαντος. Καὶ πάλιν προϊὼν ἑξῆς τόν τε κατάλογον τῶν λοιπῶν μαθητῶν ἐξαριθμούμενος, αὐτὸς ἑαυτῷ τὸ τοῦ τελώνου προστίθησιν ὄνομα, δι' ὑπερβολὴν ἐπιεικείας μὴ ἐπικρύπτων τὸν πρότερον ἑαυτοῦ βίον· καὶ ἁμαρτωλοῖς ἑαυτὸν συναριθμεῖ, καὶ τοῦ συναποστόλου δεύτερον ἑαυτὸν καταλέγει. Συνεζευγμένος γοῦν τῷ Θωμᾷ, ὡς Πέτρος Ἀνδρέᾳ, καὶ Ἰάκωβος Ἰωάννῃ, Φίλιππός τε καὶ Βαρθολομαῖος, προτάττει ἑαυτοῦ τὸν Θωμᾶν, προτιμῶν ὡς χρείττονα τὸν συναπόστολον, τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν τοὐ-

D ναντίον πεποιηκότων.

(86) Διὰ δὴ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἡ πολύθεος πλάνη μικρὸν ὕστερον ἀνετρέπετο, ἥ τε τοῦ Θεοῦ βασιλεία τοῖς πᾶσιν ἐκηρύττετο. Διὸ καὶ ἀναγκαίως ἐχρῆν ἡμᾶς μηδ' ἐξ ὀνόματος ἀγνοῆσαι τίνες ἦσαν οὗτοι. Ἡ μὲν οὖν πρώτη συζυγία Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, οὓς ἔμπροσθεν ἐδηλώσαμεν ἁλιεῖς ὄντας· δευτέρα δὲ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, ἄμφω Ζεβεδαίου παῖδες, καὶ οὗτοι ἁλιεῖς· ἐξῆς δὲ τούτοις ἦν Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος· τίς ποτε δὲ ἦν καὶ οὗτος ὁ Φίλιππος, Ἰωάν-

[23] Joan. I, 45.

Mendum autem Θεοφάνους pro Θεοφανείας, æque in Vaticanum codicem atque in Vindobonensem irrepsit.

(86) Cod. A. f. 94 b; Syr. V, 45.

νης ὁ εὐαγγελιστὴς διδάσκει, φήσας εἶναι αὐτὸν ἀπὸ Βηθσαϊδὰ ἐκ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου· καὶ ὁ Βαρθολομαῖος δὲ ἁπλοῦς τις ἀνὴρ, καὶ τῆς τῶν πολλῶν συνέσεώς τε καὶ πικρίας εἰσῆκται ἀλλότριος· καὶ Ματθαῖος δὲ τῶν περὶ τοὺς τελώνας πάλαι πρότερον ἠσχολημένων γέγονε. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν οἱ πρῶτοι κήρυκες τῆς οὐρανίου βασιλείας, οἷς ὑπηρέταις καὶ διακόνοις τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ Σωτὴρ ἐχρῆτο, παριστὰς αὐτόθεν, ὡς θεϊκῇ δυνάμει, ἀλλ' οὐ θνητοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸ κατορθούμενον αὐτῷ συνετελεῖτο. Ἄλλος μὲν γὰρ τάχα τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης νομοθέτας καὶ διορθωτὰς, εὐσεβείας τε κήρυκας προχειριζόμενος, πάντως που δυνατοὺς ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ πράγματος ἀπιδὼν, ἐπενόησεν ἂν, ἐπελέξατο δ' ἂν σοφίᾳ καὶ συνέσει κεχορηγημένους ἄνδρας, ἢ πλουσίους καὶ εὐσχήμονας, τοὺς καὶ χρημάτων δόσεσι προτρεψομένους, καὶ λόγῳ πείσοντας· καὶ τὰς μὲν περὶ θεῶν δόξας ἐπιστημόνως διελέγξοντας, τὴν δὲ περὶ τοῦ πάντων ποιητοῦ τε καὶ δημιουργοῦ Θεοῦ γνῶσίν τε καὶ εὐσέβειαν λογισμοῖς ἀποδεικτικοῖς παραστήσοντας· καὶ πρό γε πάντων προὐνόησεν ἂν, μέλλων αὐτοὺς ἐπὶ πᾶν ἔθνος ἐκπέμπειν, ἑρμηνέας αὐτοῖς παραστήσεσθαι τῶν λόγων, ὡς ἂν ἑκάστοις ἔθνεσι τῇ αὐτῶν γλώττῃ ὁμιλοῖεν, καὶ τῇ πάντων ἀκοῇ γνώριμον προφέροιντο τὸ φθέγμα. Ἀλλ' οὐ τοιούτων ἐδέησε τῷ Σωτῆρι, ὅτι μηδὲ ἀνθρωπίνως ἐπὶ τοῦτο ὥρμα.

(87) Ἑβδομήκοντα δὲ ἀνεδείκνυ μαθητὰς, ὁπόσα λέγεται καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη τυγχάνειν· τοῦτο δὲ καὶ ἡ Μωϋσέως δηλοῖ Γραφὴ τὸν κατάλογον ποιουμένη τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τοῦ Νῶε γενομένων παίδων· ἐξ ὧν τοὺς πάντας ἑβδομήκοντα φῦναι (88), οὓς προπάτορας τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν λόγος ἀληθὴς γεγονέναι κατέχει (89).

IB' (90).

Ἡμεῖς δὲ καὶ τῆς τοῦ Δανιὴλ μνησθῶμεν ἐνταῦθα προφητείας, ἵνα δείξωμεν, ὅτι καὶ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἀρχὴ

A ex Bethsaida, quod Andreæ Petrique oppidum natale erat. Bartholomæus vero vir simplex, multarumque rerum curiositate et molestia alienus introducitur. Matthæus fuerat antea professione publicanus. Hi fuere primi cœlestis regni præcones, quibus adjutoribus atque ministris doctrinæ suæ Servator utebatur; hinc demonstrans, divina virtute, non humanis conatibus res suas perfici. Nam certe quivis alius legislatores humani orbis atque correctores, religionisque præcones designaturus, prorsus lingua et opere valentes, spectata rei magnitudine, prætulisset, atque homines sapientia intellectuque præstantes delegisset, vel divites atque insignes, qui et opum largitione permoverent, et verbis persuaderent : et polytheismi quidem sectam B sapienter convellerent, omnium autem rerum auctoris et creatoris Dei notitiam cultumque demonstrativis argumentis stabilirent. In primis vero operam dedisset, ut quos per omnes populos missurus erat, eis idiomatum interpretes adjungeret, ut singulas gentes pro illarum sermone alloquerentur, omniumque aures notis verbis pulsarent. Sed nihil horum opus erat Servatori, qui haud humano more ad id negotium accedebat.

Septuaginta elegit discipulos [24], quot nimirum per universum orbem gentes esse dicuntur. Id etiam Moysis ostendit Scriptura dum catalogum texit C Noachi post diluvium filiorum; ex quibus geniti cuncti illi septuaginta, quos progenitores omnium totius mundi gentium exstitisse, vera historia tradit.

XII.

Nos vero Danielis etiam vaticinium hic commemoremus, ut ostendamus, Romanum quoque impe-

[24] Luc. x, 1.

(87) Cod. L. 54. Syr. V, 45.

(88) Cod. φῆναι.

(89) Fragmentum hoc diserte citatur ex Eusebii *Theophania* in codice Vat. L. f. 54 ; et quidem dicitur ex operis *secundo libro*, si numeralis notæ compendium recte in codice scribitur. Cæterum quum in secundo libro propter argumentum collocari nequeat, huc fere a me transferendum fuit, ubi in Syriaca seu Anglica *Theophania* lib. v, 45, memoratur non duodecim Apostolorum tantummodo electio, verum etiam septuaginta discipulorum : *made his disciples, not only the twelve apostles, or the seventy disciples*. Videtur ergo demonstrari a Vaticano fragmento sermonem in *Theophania* fuisse, paulo amplioribus verbis etiam de electione LXX discipulorum; quod mihi certe persuasum apprime est.

(90) Fragmentum hoc, ab initio usque ad verba ἐν μορφαῖς ἐδείκνυτο, recitatur sub Eusebii nomine a Niceta Serrarum episcopo in Catena ms. ad Lucam cod. A. f. 14; itemque cum brevi sub initiis augmento a Macario Chrysocephalo in sua item ad Lucam ms. Catena cod. E. f. 64, inscriptum pariter Eusebio. Deinde in utroque codice, vix brevi spatio interjecto, sequitur pars altera fragmenti quæ incipit : Ὥσπερ μέντοι διὰ τοῦ χρυσοῦ, desinitque τὰ κατ' αὐτὸν οἰκονομουμένης. Jam vero hæc altera pars in codice A. f. 14, b, perspicue inscribitur : *Εὐσεβίου β' Θεοφανείας* : (at in E. tantum *Εὐσεβίου*) litteræ autem β superponitur compendium vocabuli quod tam *τρίτῳ* legi potest quam *τετάρτῳ* : et quanquam olim existimavi β positum pro secundo ordinali numero, nunc malim legere *βιβλίῳ*, ita ut citetur vel tertius vel quartus liber. Atque ita existimandum est in reliquis quoque fragmentis, ubi idem compendium vocabuli occurrit. Age vero cum hæc altera fragmenti pars ex *Theophania* D diserte citetur, eaque sine dubio cum priore connectatur, superest ut illa quoque prior ad *Theophaniam* pertineat, quanquam Eusebii tantum nomine titulata; quam rem evidenter et sæpe cognovimus in præcedentibus *Theophaniæ* fragmentis, quæ cum in codicibus Vatt. nonnisi nudum interdum Eusebii nomen gererent, nunc comparata cum Syra *Theophania*, membra ejusdem esse compertum est. — Et præcedentia quidem XI fragmenta cum Syriaca *Theophania* conspirare adamussim prope omnia vidimus : exin sequentia jure nostro addimus, quia in codicibus Vatt. gerunt titulum *Eusebii Theophaniæ*; imo et ad Syriacum exemplar aliquando accedunt. Nonne enim etiam in Catena Epist. ad Hebr. ed. Crameri p. 597, locus Eusebii occurrit, qui non parum congruit cum Syriaca *Theophania* lib. III, 40? Εὐσεβίου. Ἀμέλει οὐ κατὰ Μωσέα πλαξὶ λιθίναις τοὺς αὐτοῦ νόμους κατεβάλλετο, στήλαις δ' ὥσπερ ἱεραῖς ταῖς αὐτοῦ γνωρίμων ψυχαῖς

rium oraculo fuisse prænuntiatum atque a Spiritu prædictum, fore nimirum ut sub eo nasceretur Christus, qui humana cuncta regna destrueret, et suum tantummodo ubique stabiliret, cujus nullus foret finis. Ergo viri desideriorum oracula hoc ferme argumentum habuerunt.

Quemadmodum olim Ægypti principi interpres somniorum exstitit Joseph, ita Daniel Chaldæorum dominatori Nabuchodonosoro visum declaravit. Nempe quod statua in somnis ipsi ostensa, cujus caput aureum, pectus argenteum, venter æneus, pedes ferrei, quatuor imperia significaret. Ipse quidem caput aureum, propter opes maximas atque delicias regum Assyriacorum. Magnum autem fuit Assyriorum imperium, quia tenuit Ægyptum, Libyam, et universam Asiam, et usque ad Indorum regionem fines protulit : mansitque longis annorum periodis; nam capto a Nembrodo initio, usque ad Nabuchodonosorum devenit : neque antea desiit, quam ille Dei templo Hierosolymitano manus injecit. Hoc enim patrato facinore, statim Medi Assyriorum imperium dissolverunt; primusque Cyrus ad Persas transtulit potentatum. Secundi igitur post Assyrios Persæ orbi imperitarunt splendide et insigni cum gloria : quam rem significabant partes secundæ in statua, argento constantes. Tertius vero superveniens Alexander Macedo pugnavit cum Persa Dario, eoque victo, imperium ad Macedones devolvit : hique gentibus cunctis potiti sunt, tertii post primos. Significabant autem hos quoque, tertiæ statuæ partes ex ære : est enim hæc materia valde vocalis, et longe lateque resonans. Hujusmodi fuit Macedonum imperium, qui Græci erant et idiomatis exquisitioris. Post hæc ferreum denotabatur imperium, validum, et super omnia priora fortissimum : nam et ferri natura reliquas materias propellere et superare solet. Quodnam vero hoc est, nisi Romanorum imperium, quod Macedonico successit? Sub hoc ferreo imperio Christus nascitur, lapis de monte nec ferro nec manibus excisus. Hæc vero imperia sub imaginibus irrationalium sævarumque ferarum ostensa prophetæ fuerunt.

Sicut auro Assyriorum opes repræsentavit, sic leæna effeminatam illorum mollemque vitam denotavit. Persarum vero tarditatem et pondus per ursam. Pantheræ pernicitati Alexandrum comparavit, propter indolis ejus acumen et mobilitatem : hic enim cum tredecim et quidem haud integris annis regnaverit, mundum universum decurrit, qualibet ave volucrior, Europam nempe et Asiam, donec ipsum oceanum attigit. Romani autem Macedones imperio spoliaverunt, postremum illorum deponentes regem Perseum. Syros quoque per Pompeium atque Gabinium duces subjugarunt, Asiamque per eosdem stipendiariam fecerunt.

τοὺς αὐτοῦ κατέγραψε νόμους, καὶ παρεδίδου γε τὴν καινὴν Διαθήκην λογισμοῖς καὶ διανοίαις κεκαθαρμέ-

A προτεθέσπιστο καὶ προελαλήθη τῷ Πνεύματι, ὡς κατ' αὐτὴν μέλλοντος γεννηθῆναι Χριστοῦ, ὃς ἔμελλε πάσας τὰς ἐν ἀνθρώποις βασιλείας καθαιρεῖν, καὶ τὴν ἰδίαν ἀποδεικνύειν μόνην πάντων κρατοῦσαν, καὶ τέλος οὐκ ἐπιδεχομένην. Τά γε μὴν τοῦ ἀνδρὸς τῶν ἐπιθυμιῶν θεσπίσματα ὧδέ πη εἶχεν ὑποθέσεως.

Ὥσπερ ποτὲ τῷ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντι ἑρμηνεὺς τῶν τεθεαμένων ἐν ὕπνοις κατέστη ὁ Ἰωσήφ, οὕτως ὁ Δανιὴλ τῷ Χαλδαίων ἄρχοντι Ναβουχοδονόσορ τὴν ὄψιν διασαφεῖ, ὡς ἄρα ἡ εἰκὼν κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ ὀφθεῖσα, ἧς ἡ κεφαλὴ χρυσῆ, τὸ δὲ στῆθος ἀργύρεον, ἡ δὲ κοιλία χαλκῆ, καὶ οἱ πόδες σιδηροῖ, τέσσαρας δηλοῖ βασιλείας· αὐτὸς μὲν ἔστιν ἡ χρυσῆ κεφαλὴ διὰ τὸ βαθύπλουτον καὶ τρυφηλὸν τῶν παρὰ Ἀσσυρίοις βεβασιλευκότων. Μεγάλη δὲ καὶ αὕτη ἡ
B τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία· κατέσχον γὰρ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης Ἀσίας τε πάσης, διῆλθόν τε καὶ μέχρι τῆς Ἰνδῶν οἰκουμένης· διήρκεσέ τε μακραῖς ἐτῶν περιόδοις, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ Νεβρὼδ, παρατείνασα δὲ ἐπὶ τὸν Ναβουχοδονόσορ· οὐ πρότερον δὲ ἀπεσβέσθη, ἢ χεῖρας ἐπὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν τοῦ Θεοῦ βαλεῖν. Τούτου γὰρ γενομένου, Μῆδοι παραχρῆμα τὴν Ἀσσυρίων ἀρχὴν καταλύουσιν· ὧν πρῶτος Κῦρος εἰς Πέρσας μετεστήσατο τὴν ἡγεμονίαν. Καὶ δὲ δεύτεροι μετὰ Ἀσσυρίους Πέρσαι τῆς οἰκουμένης ἐπῆρξαν λαμπρότατα καὶ διαφανῶς· ὃ δὴ καὶ ἐδήλου τὰ δεύτερα μέρη τῆς εἰκόνος ἐξ ἀργύρου πεποιημένα. Τρίτος δὲ ἐπελθὼν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν συμβάλλει μὲν τῷ Πέρσῃ Δαρείῳ· ἑλὼν δὲ τοῦτον, τὴν ἀρχὴν εἰς Μακεδόνας μετεστήσατο· καὶ κρα-
C τοῦσιν οὗτοι τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τρίτοι μετὰ τοὺς πρώτους. Ἐσήμαινε δὲ ἄρα καὶ τούτους τὰ τρίτα μέρη τῆς εἰκόνος διὰ τοῦ χαλκοῦ· εὔφωνος γὰρ αὕτη ἡ ὕλη καὶ μακρὰν ἠχεῖν δυναμένη. Τοιαύτη δέ τις ἡ τῶν Μακεδόνων ἡγεμονία, Ἑλλήνων ὄντων καὶ τὴν γλῶτταν λογικωτέρων· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν σιδήρεον ᾐνίξατο βασιλείαν, κραταιὰν καὶ διαφερόντως παρὰ πάσας τὰς πρὸ αὐτῆς ἰσχυροτάτην· ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ σιδήρου δύναμις ἐλαύνειν καὶ δαμάζειν τὰς λοιπὰς ὕλας φύσιν ἔχει. Τίς δὲ αὕτη, ἢ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ, τῆς τῶν Μακεδόνων καταστᾶσα διάδοχος; ἐν ταύτῃ τῇ σιδηρᾷ βασιλείᾳ Χριστὸς γεννᾶται, ὁ τμηθεὶς λίθος ἐξ ὄρους, οὐ σιδήρῳ, ἀλλ' ἄνευ χειρῶν· τῷ δὲ προφήτῃ θηρίων ἀλόγων τε καὶ ἀγρίων ἐν μορφαῖς ἐδείκνυτο.

D (90*) Ὥσπερ μέντοι διὰ τοῦ χρυσοῦ τὸ βαθύπλουτον τῶν Ἀσσυρίων παρίστατο, οὕτω διὰ τῆς λεαίνης τὸ τεθηλυμένον αὐτῶν καὶ χαῦνον ἐδηλοῦτο· τὸ δὲ βραδὺ τῶν Περσῶν καὶ δυσκίνητον, διὰ τῆς ἄρκου· παρδάλει δὲ πτερωτῇ τὸν Ἀλέξανδρον ἀφωμοίου διὰ τὸ τῆς φύσεως ὀξὺ καὶ εὐκίνητον· οὐδ' ὅλοις γοῦν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα τὴν ἀρχὴν ἐπικρατήσας, τὴν οἰκουμένην ἐπῆλθεν ἅπασαν, παντὸς ὀρνέου θᾶττον διαπτὰς, Εὐρώπην ὁμοῦ καὶ Ἀσίαν, ὡς μέχρις αὐτοῦ ψαῦσαι ὠκεανοῦ· Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδόνας μὲν τῆς ἀρχῆς ἀφαιροῦνται, ὕστατον αὐτῶν βασιλέα καθελόντες Περσέα· Σύρους δὲ ὑποτάττουσι διὰ Πομπηΐου καὶ Γαβινίου στρατηγῶν, τήν τε Ἀσίαν ἑλόντες διὰ τῶν ναις.

(90*) Cod. A. f. 14, b. Cod. E. f. 65.

αὐτῶν, ὑποχείριον ἐποιήσαντο· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑστάτην ἁπάντων Κλεοπάτραν εἷλεν Αὔγουστος, κρατήσας Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας (91)· ἐξ ἐκείνου τε ἤδη καθόλου κρατεῖν ἤρξατο ἡ τετάρτη βασιλεία, ἣν ἡ μὲν τῆς εἰκόνος ὄψις σιδηρᾶν ὠνόμασεν, ὡς πάντα δαμάζουσαν καὶ λεπτύνουσαν· ἡ δὲ τοῦ προφήτου ὅρασις ζῶον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον καὶ ἰσχυρὸν περισσῶς· μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὰ τῆς προῤῥήσεως τέλη· μόνα γοῦν ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ὁμοῦ δημοκρατίας καὶ τοπαρχίας τε καὶ ἐθναρχίας καθεῖλε τῶν ἐξ αἰῶνος μακροῦ καθ' ἕκαστον ἔθνος ὑπὸ οἰκείοις ἄρχουσι τυραννουμένων· καὶ μόνη κατὰ πάντων μίαν μόναρχον ἡγεμονίαν συνεστήσατο, ἐφ' ἧς καὶ Χριστὸς γεννᾶται (92).

Π' (93).

Ὁ ὕστατός τε καὶ μέγιστος προφητῶν Ἰωάννης, κήρυξ ὁμοῦ καὶ πρόδρομος Χριστοῦ γεγονὼς, πρῶτος ἁπάντων ἀνεφώνει κηρύττων εἰς πάντας καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν· οὗ δὴ πρώτου ταύτην ἀφέντος τὴν φωνὴν, μετανοεῖν τε παρακελευομένου, λουτρῷ τε προσιέναι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀποκαθαίρεσθαι τῶν προτέρων ἀμπλακημάτων, φαιδρύνεσθαί τε παραινοῦντος, καὶ παρασκευάζεσθαι ἐπὶ τὴν εἴσοδον τῆς βασιλείας, οὐκέτι μὲν ἀμφὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, οὐδ' ἐπὶ τὰ ταύτῃ συντελούμενα Μωϋσέως νόμιμα συγκροτοῦντος, ἀμφὶ δὲ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν διὰ νέας καὶ ξενιζούσης ἐπαγγελίας τῆς δι' ὕδατος καθάρσεως τὸν πάντα λεὼν προκαλουμένου· οἱ τῶν ἀνέκαθεν προφητῶν τὰς περὶ τούτων προῤῥήσεις διὰ μνήμης φέροντες ἀρχιερεῖς καὶ διδάσκαλοι, οἱ τοῦ ἔθνους Ἰουδαίων καθηγούμενοι, τὰς ἀκοὰς ἐπὶ τῷ νέῳ κηρύγματι πληγέντες, αὐτὸν ὑπετόπησαν εἶναι τὸν καὶ πάλαι αὐτοῖς ἥξειν προσδοκώμενον, κοινὸν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους Σωτῆρα, Ἡσαΐου προφήτου συμβάλλοντες φωνὰς, ὃς δὴ ὀνομαστὶ τῆς ἐρήμου καὶ τοῦ κηρύγματος, καὶ δὴ καὶ τοῦ Ἰορδάνου ὧδέ πη ἐμνημόνευσε λέγων· *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ αὖθις· *Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον*· καὶ, *Ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου*· οἷς ἐπισυνῆπτε λέγων· *Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσιν· αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς· τότε ἀνοιχθή-*

A Postremam omnium Cleopatram cepit Augustus, Ægypto et Alexandria devictis. Ex eo tempore toto orbe cœpit dominari quartum imperium; quod statuæ quidem repræsentatio ferreum denominavit, ceu quod omnia domuerit atque contriverit; prophetæ autem visio, animal terribile, mirum ac validissimum. Porro verba confirmavit prædictionis exitus. Solum igitur Romanum imperium respublicas, præfecturas, et populorum regna destruxit, eorum scilicet qui a multis sæculis in unaquaque natione a propriis principibus regebantur; unumque super omnes monarchiam constituit, sub qua natus est Christus.

XIII.

B Postremus ac maximus prophetarum Joannes, præco simul et præcursor Christi, primus omnium palam cunctis prædicabat regnum Dei nuntians [25]. Qui cum primus hanc vocem emisisset, et ad pœnitentiam hortaretur; atque ad lavacrum accedere, et animas prioribus peccatis mundare, et hilares purosque esse juberet, atque ad regni initia præparari; neque jam consuetos Hierosolymis Mosaicos ritus commendaret, sed circa Jordanem fluvium, nova inauditaque purgationis per aquam promissione universum populum invitaret; cum hæc, inquam, fierent, ii qui veterum prophetarum de his rebus prædictiones memoria retinebant pontifices atque doctores, Judaicæ gentis duces, novo C præconio aures perculsi, ipsum suspicabantur esse illum quem venturum jamdiu exspectabant, communem humani generis Servatorem; Isaiæ prophetæ oracula comparantes, qui deserti nominatim et prædicationis atque Jordanis his verbis meminerat : *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini* [26], et reliqua; et rursus : *Lætare, desertum sitiens, exsultet desertum, et efflorescat sicut lilium* [27]; et, *Florebunt et exsultabunt deserta loca Jordanis;* quibus addidit dicens : *Roboramini, manus remissæ et genua dissoluta : consolamini, pusilli mente; confortamini, nolite timere : ecce Deus noster judicium retribuit : ipse veniet ad salvandum nos : tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient : tunc claudus saliet sicut cervus, et expedita* D *erit lingua balborum : quia eruperunt in deserto scatebræ, et vallis in terra sitiente* [28].

[25] Matth. III. [26] Isa. XL, 3. [27] Isa. XXXV, 1. [28] ibid. 3 seq.

(91) Ita etiam in *Chronico* Eusebius distinguit ab Ægypto Alexandriam; nempe urbe denotans Ægyptum inferiorem, ipso autem regionis nomine partem regni superiorem. Revera in hieroglyphicis passim inscriptionibus duplex Ægypti pars memoratur, superior et inferior.

(92) De Romanorum universali imperio, sub quo natus est Christus, pulchre Eusebius, etsi aliis verbis, in Syriaca *Theophania* lib. III, 1, 2. Ibidem aliquid etiam dicitur de vaticiniis Christum portendentibus; nimis tamen breviter, id est paucis verbis. Ægre igitur mihi persuadeo tam pauca dixisse de hoc argumento Eusebium; quo fit ut codicum Vaticanorum fragmentum hoc de prophetia Danielis, quod nominatim ex *Theophania* citatur, mihi omnino videatur ad *Theophaniam* reapse pertinere. Porro insigne aliud de vaticinio Danielico fragmentum Eusebii alibi a nobis recitabitur, in codice Vaticano repertum, ex ejus deperdito libro XV *Evangelicæ demonstrationis.*

(93) In codice A. f. 53, inscribitur *Εὐσεβίου β' Θεοφανείας* (mendose absurdeque Θεοφάνους, ut et alibi interdum observavimus); in cod. E. f. 154 (itemque in altero hujus apographo), *Εὐσεβίου Θεοφαν.* Citari igitur hic *Theophaniam* dubitari nequit. Cæterum in Syriaco textu nihil fere hujusmodi reperiebam. Quanquam de Præcursore locutum fuisse Eusebium sub initium vitæ publicæ Christi Domini, quæ incipit *Theoph.* Syr. lib. III, 40, valde est credibile ac prope necessarium.

σονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· ὅτι ἐῤῥάγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ἡ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ (94).

Hæc in sacris libris, tanquam in columnis, impressa olim apud se habentes Hebrææ gentis duces, postquam ipsis renuntiatum est Joannem in deserto et juxta Jordanem fluvium prædicare; factis prædictiones conferentes, ipsum esse et non alium, a propheta significatum, conjiciebant; missisque legatis rogabant num ipse esset Christus. Is autem negabat; et se non esse communem Servatorem fatebatur : sed enim præsente jam eo qui exspectabatur, ejusdem se præcursorem dicebat : verumtamen se nihil aliud quam vocem Servatoris nuntiam, esse docebat. Idque Evangelii divina exponit Scriptura : Fassus est, inquit, se non esse Christum, sed vocem in deserto clamantem : *Dirigite viam Domini. Ego aqua baptizo, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis* [29]. Lucas item similiter narrat, confabulantibus cunctis circa Jordanem de Joanne, num is Christus esset, respondisse Joannem : *Ego quidem vos aqua baptizo, venit autem qui me fortior est; ipse vos baptizabit Spiritu sancto et igne* [30]. Quid est autem ignis? nempe rei inutilis consumptio, et ardor spiritus. Eodem sensu Joannes quoque (apostolus) aiebat : *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine* [31]. Sed hic quidem ita initium prædicationis faciebat, deducens vocis instar hominum animas ad perfecti verbi susceptionem. Quamobrem Joannem inchoationem esse Evangelii, Marcus demonstrat [32]. Postquam vero vox siluit munere suo defuncta, et quasi exigua phosphori luce mentes hominum jam clarificaverat, tunc demum unigenitum quod antea exsistebat Dei Verbum, proprios caro factum emisit splendores.

Ταῦτα βίβλοις ἱεραῖς, ὥσπερ ἐν στήλαις, τετυπωμένα πάλαι παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες οἱ καθηγεμόνες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐπειδὴ Ἰωάννης αὐτοῖς κηρύττειν ἐπὶ τῆς ἐρήμου καὶ ἀμφὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἠγγέλλετο, τοῖς πράγμασι τὰς προῤῥήσεις συμβάλλοντες, αὐτὸν εἶναι καὶ οὐκ ἄλλον τὸν διὰ τοῦ προφήτου σημαινόμενον ὑπετόπησαν· ἠρώτων τε ἀποστείλαντες, εἰ αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός. Ὁ δὲ μὴ εἶναι μὲν ὡμολόγει, ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς τὸ κοινὸν ἁπάντων σωτήριον· παρόντος δὲ ἤδη τοῦ προσδοκωμένου, ἑαυτὸν εἶναι πρόδρομον, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἐρήμου φωνὴν τὴν κατ-αγγελικὴν τοῦ σωτηρίου, αὐτὸς ἑαυτὸν εἶναι ἐδίδασκε· καὶ τοῦτο ἡ θεία τοῦ Εὐαγγελίου παρίστησι Γραφή· Ὡμολόγησε γὰρ, φησὶν, ὅτι *Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· ἐγὼ βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι, μέσος δὲ ὑμῶν εἱστήκει, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.* Καὶ Λουκᾶς δὲ τὰ ὅμοια ἱστορεῖ, ὅτι *Πάντων διαλογιζομένων περὶ Ἰωάννου, μή ποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης· Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.* Τί δὲ τὸ πῦρ; ἡ τοῦ κούφου δαπάνη, καὶ ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος. Τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας καὶ ὁ Ἰωάννης λέγων· *Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ· οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.* Ἀλλ' οὗτος μὲν ὧδέ πη προκατήρχετο τοῦ κηρύγματος, ὁδοποιῶν οἷα φωνὴ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς ὑποδοχὴν τοῦ τελείου λόγου· ἔνθεν εἰκότως ἀπαρχὴν τοῦ Εὐαγγελίου αὐτὸν εἶναι ὁ Μάρκος ἐδίδασκεν· ἐπειδὴ δὲ ἐσιώπα μὲν ἡ φωνὴ τὰ οἰκεῖα πληρώσασα μέρη, σμικρῷ τε οἷα φωσφόρῳ φωτὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων καταυγάσασα διανοίας, αὐτὸς δὴ λοιπὸν ὁ μονογενὴς καὶ προὼν τοῦ Θεοῦ Λόγος διὰ σαρκὸς τὰς οἰκείας ἐξέπεμπε μαρμαρυγάς.

XIV.

Salis symbolo discipulorum suorum virtutem innuit [33]. Nam quia salis natura ex aqua et flatu constat, parum quid terreni participans, et corruptibilium corporum fluxam naturam constringere solet, ita ut etiam cadavera prævalente vi conservet; convenienter discipulos suos salis naturæ comparat, quoniam et ipsi ex aqua et Spiritu geniti fuerant, atque omnino Spiritu animati, non autem secundum carnem viventes, salis instar quodammodo erant, corruptibilem terrenorum hominum vitam corrigentes atque obdurantes; et eos qui probitate morum ipsis propinquabant, perficientes dulcique veluti sapore donantes. Propterea

ΙΔ' (95).

Διὰ τοῦ τῶν ἁλῶν συμβόλου τὴν δύναμιν αἰνίττεται τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἅλες τὴν μὲν οὐσίαν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος συνεστήκασι, σμικρόν τι τοῦ γεώδους μετέχοντες, τῆς δὲ τῶν φθαρτῶν σωμάτων ῥευστῆς φύσεως πυκνωτικοὶ τυγχάνουσιν, ὡς καὶ τὰ νεκρὰ διακρατεῖν σώματα κρείττονι δυνάμει· εἰκότως τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους τῇ τῶν ἁλῶν παραβάλλει φύσει, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματός εἰσι γεγενημένοι ὅλοι τε Πνεύματι ζῶντες, καὶ οὐ κατὰ σάρκα βιοῦντες, ἅλες τινὲς ὥσπερ ὑπῆρχον, τὸν φθαρτικὸν βίον τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἐπιστρέφοντες καὶ πυκνοῦντες, τῷ τε κατὰ ἀρετὴν βίῳ τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας ἀρτύοντες καὶ

[29] Joan. I, 23, 26. [30] Luc. III, 15. [31] Joan. I, 7. [32] Marc. I, 4. [33] Matth. v, 13.

(94) Totum hoc fragmentum unica ferme Græca periodo constat, quam longam circuitionem valde consuetam esse Eusebio observat Montfauconius præf. p. 6. ad ejusdem *Commentarium in psalmos*.

(95) In codice A. f. 205. b. perspicuus titulus *Εὐσεβίου βιβλίῳ τετάρτῳ Θεοφανείας*. Solus enim ordinalis numerus in compendio est.

καθηδύνοντες. Ταύτῃ τοι καὶ Μωϋσῆς ἐνομοθέτει διὰ A συμβόλων τοὺς ἅλας προσφέρειν τῷ Θεῷ, ὧδέ πη λέγων· *Καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται*· ἀλλ' ὅμως δι' αἰσθητῶν σωμάτων ταῦτ' ἐπιτελεῖν ἐνομοθέτει. Ὁ δὲ τῶν καινῶν αὐθέντης νόμων τοὺς ἅλας ἡμῖν τοὺς θεοφιλεῖς διαῤῥήδην ἐδείκνυ, τούτους εἶναι παριστὰς τοὺς φύλακας τῶν αὐτοῦ παραγγελμάτων· οἷς καὶ εἰς πρόσωπον ἔλεγεν· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς.*

et Moyses lege sanciebat ut quasi symbolum sal Deo offerretur, sic dicens : *Et omne munus sacrificii vestri sale condietur.* Et ille quidem sensibilibus corporibus hæc fieri mandabat. At novarum auctor legum sale nobis homines Deo caros perspicue denotat [34], hos mandatorum suorum observatores esse affirmans. Quibus etiam aiebat : *Vos estis sal terræ* [35].

ΙΕ' (96).

Φησὶ γάρ· *Πᾶς, ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, ὁμολογηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων.* Ὡς γὰρ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων, ὁ τῆς ἐμῆς βασιλείας γνήσιος στρατιώτης πεπαῤῥησιασμένως τὴν εἰς ἐμὲ ποιήσεται ὁμολογίαν, οὕτω κἀγὼ τὸν τοιοῦτον ἀμειβόμενος B κατὰ τὸν τῆς ἐμῆς βασιλείας καιρὸν, μάρτυς αὐτῷ παραστήσομαι τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας, τὰς ἐνστάσεις, καὶ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὸ τέλειον τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, τούς τε λοιποὺς ἄθλους τῆς φιλοθέου στρατείας αὐτοῦ καταριθμούμενος, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ συνηγορίαν ποιησόμενος ἐπὶ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ταύτην ἀμοιβὴν ἐντεῦθεν ἤδη παρέξειν ἐπαγγέλλομαι τοῖς ἐμοῖς ὁμολογηταῖς καὶ μάρτυσι τοῖς ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων πεπαῤῥησιασμένως τὴν ἐμὴν ἀνακηρύξασι βασιλείαν. Καὶ τί δ' ἂν γένοιτο μακαριώτερον τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας; Τί δ' ἂν κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον τοῦ πρὸ τοῦ θείου βήματος αὐτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀναδέξασθαι τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὁμολογίαν; ἔργῳ τε τῆς μαρτυρίας τὴν ἀμοιβὴν ἐνδείξασθαι, ἐν C αὐτῇ ψυχῇ τοῦ μαρτυρουμένου γενόμενον, καὶ ὥσπερ ἐν ἁγίῳ ναῷ ἐν αὐτῷ κατοικήσοντα; Τοῦτο δ' οὖν ἐπήγγελται, οὐ παρέργως εἰπών· *Ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ*· οὐ γὰρ ἔξω που τυγχάνων τοῦ μαρτυρουμένου, ἀλλ' ἐν αὐτῷ κατοικῶ, καὶ τῆς θεότητος αὐτὸν πληρῶν τῆς ἐμῆς, δι' αὐτῆς τῆς ἐνεργείας τὴν ἐν αὐτῷ ποιήσομαι ὁμολογίαν.

XV.

Ait enim : *Quicunque confessus fuerit de me, confessio de eo fiet coram angelis* [36]. Sicut enim apud duces regesque fit, ille qui mei regni fidelis miles confidenter de me confessionem fecerit, hunc ego vicissim remunerans, regni mei tempore, testis ei adero religiosæ confessionis ; pugnas peractas, animi alacritatem, patientiam, perfectam erga Deum charitatem, et reliqua Deo devotæ ejus militiæ certamina computans, eique patrocinans apud Patrem meum qui in cœlis est. Hanc retributionem jam nunc spondeo me daturum confessoribus testibusque meis, qui coram cunctis hominibus confidenter meum prædicaverint regnum. Quid porro beatius hac promissione fieri potest ? Quid melius vel gloriosius, quam ante divinum tribunal unigenitum ipsum Dei Verbum faciendam suscipere de nobis confessionem ? atque adeo opere præmium nostri de eo testimonii exhibere, dum in ipsa testis sui anima versatur, ac veluti in sancto templo in eadem habitat? Atqui hoc promisit, haud casu dicens : *Confitebor et ego eum.* Non enim alicubi, extra eum de quo confiteor, sum, sed in ipso habito, atque eum deitate mea complens, per ipsam efficaciam, qua in illo operor, confessionem de eo peragam.

Πλὴν ἐπιῤῥώσας αὐτοὺς ἐλπίσιν ἀγαθαῖς διὰ τῆς τοσαύτης ἐπαγγελίας, ἐπιστρέφει πάλιν τοὺς αὐτοὺς δι' ἀπειλῆς φοβερωτέρας ἐπιλέγων, ὅτι, *Τὸν ἀρνησάμενον ἀπαρνήσομαι.* Ἀναγκαίως δὲ καὶ ταύτην αὐτοῖς ἐπανετείνατο τὴν ἀπειλὴν, ὡς ἂν μὴ καταφρονήσαιεν τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας, ἔμπαλιν δὲ ὅπως φρίττοιεν τὴν ἄρνησιν τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας, διὰ τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτῇ τιμωρίαν, ἥτις ἦν τὸ πρὸς τοῦ D Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἀρνηθῆναι. Ὅμοιον δ' ἂν εἴη τὸ ἀρνηθῆναι ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τῷ ἀρνηθῆναι ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, καὶ τῷ ἐκπεσεῖν τῆς ζωῆς, καὶ τῷ στερηθῆναι τοῦ φωτὸς, καὶ τῷ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀποβληθῆναι. Τὸ δὲ καὶ ταῦτα πάντα παθεῖν ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων μονονουχὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θείοις βήμασι καταχριθέντας καὶ ἀποβλήτους γενομένους τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ποίας οὐκ ἂν γένοιτο χεῖρον ἐσχάτης τιμωρίας;

Postquam illos priore effato in egregiam spem erexerat, rursus attentos facit eos, terribilioribus minis admonens fore ut ipse negantem se neget. Necessario autem has quoque ipsis minas intendit, ne forte aliquando negligant ipsum confiteri, vicissimque ut negare eum perhorrescant propter consecuturam ejus rei pœnam, nempe quia a Filio Dei negabuntur. Perinde vero est negari a Patre, atque a Dei sapientia negari, et vita excidere, luceque privari, et omni bono depelli. Porro hæc omnia coram Patre cœlesti perpeti, et spectantibus angelis propemodum ante divinum ipsum tribunal condemnari, et illius regno expelli, quidni quovis summo supplicio pejus sit ?

[34] Lev. II, 13. [35] Matth. V, 13. [36] Matth. X, 32, 33.

(96) Cod. A. f. 166. b. Cod. L. f 94 In utroque codice præponitur fragmento titulus Εὐσεβίου β. Θεοφανείας, cum compendiis in secundo vocabulo, ut in præcedentibus dixi.

XVI.

Dum ait Dominus [37], se venisse ut gladium immitteret, neque ut pacem daret, sed ut potius separationem inferret, his verbis docuit haud grata, neque multis consueta, neque jucunda daturum mundo advenisse, sed talia quæ ipsis erunt igne urentiora, nequitiam quamlibet et animæ improbitatem ceu alienam materiem prorsus combustura, et auri instar cujusque animam illustratura qui eam vim receperit; per quam mox tanquam gladio acutissimo, genere inter se affines separare non demorabitur, ita ut filios a patribus dividat, filias a matribus, nurus a socrubus, rationali inquam telo divinoque gladio, et divino salutarique igne, ut melioris frugis homines ad cœlestia desideria inflammentur, neque diutius cum improbis societatem habere patiantur: atque ita hinc ipsis civile bellum merito confletur, iniquis patribus fideles filios persequentibus, matribus irreligiosis filias frugi, socrubus pariter nurus suas: ipso scilicet hæc operante, dum humanarum animarum delectum habet, et invisibili divinaque potentia inter has discernit; et dignas quidem gratia sua ac vocatione, pro virtutis merito conscribit, indignas autem electione sua secernit. Hæc in antecessum divina provisione discipulis exponebat, futurum affirmans civile bellum propter suam doctrinam, et se ignem accensurum, et gladium per domos immissurum, et vim suam per cognationes discursuram, ut a noxiis parentibus affinibusque dividat, sed Deo conjungat; futuram quippe plurimam inimicitiam et pugnam suorum militum adversum aliter viventes, in domibus singulis; dum alii irreligiosos, intemperantes, et asperos sectantur mores; alii modeste, composite, pieque vivunt. Hinc odium grave bellumque inconciliabile in singulis familiis conflatum iri. — Dei notitiam atque amicitiam, quam discipulis suis conciliabat, animæque imperturbationem, et mentis serenitatem firmumque statum, pacis vocabulo denotans. Vere enim illa pax est, quæ justitia Dei et pietate gloriatur.

Verumtamen hæc præcipiebat Servator, haud equidem contra Moysis legem dicentem: *Honora*

ΙϚʹ (97).

(98) Λέγων μέντοι ὁ Κύριος, ὅτι *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν, καὶ οὐκ εἰρήνην δοῦναι, ἀλλὰ διαμερισμόν*, ἐδίδασκε διὰ τούτων, ὅτι μὴ τὰ φίλα μηδὲ τὰ συνήθη τοῖς πολλοῖς καὶ τὰ ἡδέα παραδώσων ἐλήλυθε τῷ βίῳ, ἀλλὰ ταῦτα ἃ δὴ πυρὸς αὐτοῖς ἔσεσθαι καυστικώτερα, πᾶσαν κακίαν καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς ὥσπερ ἀλλοτρίαν ὕλην καταφλέξαντα, καὶ χρυσοῦ δίκην λαμπρύνοντα πᾶσαν ψυχὴν τῶν παραδεξομένων αὐτοῦ τὴν δύναμιν· δι' ἧς ὅσον οὔπω μέλλειν μαχαίρας δίκην ὀξυτάτης διαιρεῖν τοὺς κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντας, ὥστ' ἀφορίζειν υἱοὺς γονέων, καὶ θυγατέρας μητέρων, καὶ νύμφας τῶν κηδεστριῶν, ὑπὸ τοῦ λογικοῦ βέλους καὶ τῆς θεϊκῆς μαχαίρας τοῦ τε θείου καὶ σωτηρίου πυρὸς, τῶν ἐν ἀνθρώποις κρειττόνων ἐπὶ τὸν οὐράνιον πόθον ἐξαπτομένων, καὶ μηκέτι οἵων τε φέρειν τὴν μετὰ τῶν φαύλων συνουσίαν· ὥστ' ἐνθένδε εἰκότως τὸν ἐμφύλιον αὐτοῖς ἀναῤῥιπίζεσθαι πόλεμον, πατέρων μὲν φαύλων υἱοῖς πιστοῖς ἐπανισταμένων, μητέρων δὲ ἀθέων θυγατράσι σώφροσι, κηδεστριῶν τε ὡσαύτως ταῖς ἑαυτῶν νύμφαις· αὐτοῦ ταῦτ' ἐνεργοῦντος ἐν τῷ στρατολογεῖν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, καὶ τὰς ἀξίας τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἐκλέγεσθαι, ἀοράτῳ τε καὶ θεϊκῇ δυνάμει ἐν μέσοις τούτοις ἅπασι διακρίνειν (99)· καὶ τοὺς μὲν ἀξίους τῆς αὐτοῦ χάριτός τε καὶ κλήσεως ἀριστίνδην ἀποβάλλειν, τοὺς δ' ἀναξίους τῆς ἐκλογῆς ἀφορίζειν (1). Ταῦτα προλαβὼν ἐνθέῳ προγνώσει διεστέλλετο πρὸς τοὺς μαθητὰς, μαρτυρόμενος τὸν μέλλοντα συστήσεσθαι ἐμφύλιον πόλεμον διὰ τοὺς αὐτοῦ λόγους· καὶ ὡς πῦρ ἐξάψει, καὶ μάχαιραν ἐμβαλεῖ κατ' οἴκους, καὶ κατὰ συγγενείας ἡ αὐτοῦ δύναμις, χωρίζουσα μὲν τῶν ἐπιβλαβῶν γονέων καὶ συγγενῶν, συνάπτουσα δὲ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ ἑνοῦσα τοὺς ἀξίους αὐτῆς· ἔσεσθαι γὰρ πλείστην ὅσην διαφοράν τε καὶ μάχην τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν πρὸς τοὺς ἐναντίως ζῶντας, καθ' ἕκαστον οἶκον, τῷ τοὺς μὲν τὸν ἀκόλαστον καὶ ἄθεον καὶ δυσμενῆ μετιέναι βίου τρόπον, τοὺς δὲ τὸν σώφρονα καὶ κόσμιον καὶ ἐπιεικῆ· διὸ δὴ ἔχθραν δεινὴν καὶ πόλεμον ἄσπονδον ἐκ τούτου συστήσεσθαι ἐφ' ἑκάστης συγγενείας (2). — Τὴν πρὸς Θεὸν γνῶσίν τε καὶ φιλίαν, ἣν τοῖς αὐτοῦ προὐξένει μαθηταῖς, τήν τε τῆς ψυχῆς ἀταραξίαν, καὶ λογισμοῦ τὸ γαληνὸν καὶ εὐσταθὲς τοῦτον ἀποκαλῶν τὸν τρόπον· (3) εἰρήνη γὰρ ὄντως ἐκείνη ἐστὶν, ἡ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ καὶ εὐσεβείᾳ σεμνυνομένη.

(4) Πλὴν ταῦτα διετάττετο ὁ Κύριος, οὐκ ἀντινομοθετῶν τῷ φάσκοντι παρὰ Μωϋσεῖ, *Τίμα τὸν πα-*

[37] Matth. x, 34.

(97) In codice A. f. 186 fragmentum hoc gerit perspicue titulum *Εὐσεβίου δευτέρῳ* (vel *δευτέρου*) *Θεοφανείας*. Atquiillud δευτέρῳ mendum existimo amanuensis qui in antiquiore codice legerit litteram δ, *quarto*, praveque explicaverit *δευτέρῳ*. Reapse in Syriaca *Theophania*, lib. IV, 12 et 28, sermo est de dissidiis bellisque domesticis ac civilibus religionis diversæ causa; quanquam nostrum fragmentum nonnisi alicubi cum prædictis locis congruit.

(98) *Th.* Syr. IV, 12.

(99) Sine dubio pertinet ad hunc locum fragmentum Eusebii in Catena ad Matthæum cap. x, 34, edit. Crameri, p. 84. Εὐσεβίου Καισαρείας. Τὴν τμητικὴν (μάχαιραν) εἰς τὸ διαιρεῖν τοὺς ἀξίους τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων.

(1) Hæc in Syriaca *Theophania*, lib. IV, 12, ait Eusebius se sumere ex Hebraico Evangelio, quod alibi etiam ab Eusebio citatum postea videbimus.

(2) Hæc valde congruunt cum *Theoph.* Syr. IV, 28.

(3) Vides hunc præcipue locum adamussim pertinere ad Syriacam *Theophaniam*, lib. IV, 12, ita tamen ut Græcus textus mihi lucidior meliorque videatur.

(4) In codice A. f. 204, perspicue, cum compendio tantum in secundo vocabulo: Εὐσεβίου βιβλίῳ τετάρτῳ Θεοφανείας, *Eusebii ex libro quarto Theophaniæ.*

τέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, νόμῳ, βεβαιῶν δὲ κἀκεῖνον καὶ ἐπισφραγιζόμενος διὰ τῆς κρείττονος καὶ ἐντελεστέρας ἐντολῆς τῆς τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγαπᾷν διακελευομένης. Πατέρα μὲν γὰρ καὶ μητέρα τιμᾷν παντί τῳ νόμιμον κατὰ φύσιν· ὄντος δὲ ἑτέρου πατρὸς τοῦ καὶ τῶν γεγεννηκότων κρείττονος, αὐτούς τε ὑποστησαμένου, ἣν δὲ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τὰ προκείμενα διατattόμενος, οὐ χρῆναί φησι, ὑπερβάλλειν τῇ φιλίᾳ τοὺς τὸ σῶμα γεγεννηκότας τοῦ τὴν λογικὴν ὑποστησαμένου Λόγου· ἀλλὰ κἀκείνοις μὲν προσφέρεσθαι τιμῇ τῇ πάσῃ, διαθέσει τε τῇ προσηκούσῃ, αὐτῷ δὲ ὑπερβαλλόντως τὸ πρῶτον ἀπονέμειν σέβας, ὑπεραγαπᾷν τε καὶ φιλεῖν αὐτὸν ὑπὲρ πάντας· ὡς μὴ κατοκνεῖν δι' αὐτὸν καὶ γονέων ἀσεβῶν διίστασθαι, καὶ ἀθέων ἀδελφῶν ἀφορίζεσθαι, υἱούς τε καὶ θυγατέρας ἀποστρέφεσθαι, καὶ τῇ τοῦ Λόγου τμητικωτάτῃ μαχαίρᾳ τούτων ἁπάντων τὰ φυσικὰ διακόπτειν φίλτρα, εἰ ἐμποδὼν ποτε γένοιντο τῇ περὶ αὐτὸν εὐσεβεῖ διαθέσει. Διὸ ἀκριβῶς ἐν τῷ Ματθαίῳ ἔφη· *Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος*· χώραν μὲν γὰρ διὰ τούτων καὶ τοῖς τῷ γένει προσήκουσι διαθέσεως καταλέλοιπεν· ὑπὲρ αὐτὸν δὲ οὐκέτ' αὐτοῖς συνεχώρει τιμᾶσθαι, οὐδὲ διὰ τὴν εἰς τὸν πατέρα αἰδῶ, ἢ τῆς τεκούσης ἕνεκα, ἢ χάριν τῆς πρὸς τὰ φίλτατα στοργῆς, ἐξόμνυσθαι τὴν αὐτοῦ φιλίαν, ἀλλὰ φιλεῖν μὲν κἀκείνους, ὡς καὶ τοῦ τῆς φύσεως νόμου καὶ τοῦ θείου λόγου τοῦτο διαγορεύοντος· μέχρι δὲ τοσούτου φιλεῖν, μέχρις ὅτε μηδὲν καταβλάπτει ἡ περὶ αὐτοὺς διάθεσις τὴν πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν. Εἰ δὲ μέλλοιεν ἐμποδὼν ποτε οὗτοι γίνεσθαι τοῖς τῆς θεοσεβείας νόμοις, προτιμητέος ὁ τῶν ψυχῶν Πατήρ· οὗτος δὲ ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ ταῦτα διακελευόμενος καὶ νομοθετῶν· δεῖν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας ὑπὲρ πάντας τοὺς τῷ γένει προσήκοντας αὐτὸν ἀγαπᾷν, μηδὲ προτιμᾷν τῆς περὶ αὐτὸν διαθέσεως φίλτρα σαρκῶν ἢ σωμάτων συγγενείας. Τότε δὲ καὶ ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἡ τμητικωτάτη, τοὺς ἀναξίους ἀπὸ τῶν ἀξίων διακόπτουσα, διέλοι ἂν δικαίως τῶν μὴ ἀσεβῶν (4*) γονέων τοὺς εὐσεβεῖς ἀφορίζουσα υἱούς. Ὡσαύτως τιμητέον καὶ ἀγαπητέον υἱοὺς καὶ θυγατέρας νόμοις φύσεως, οὐ μὴν ὥσθ' ἕνεκεν τούτων ἐξάρνους γίνεσθαι τῆς περὶ αὐτὸν ὁμολογίας· μεγίστης τε τιμωρίας ἀπειλητικὴν προήκατο φωνὴν εἰπὼν κατὰ μὲν Λουκᾶν, *Οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*· κατὰ δὲ Ματθαῖον, *Οὐκ ἔστι μου ἄξιος*· εἴπερ ὁ ταῦτα λέγων αὐτὸς ἐκεῖνος ἦν ὁ ἐν ἀρχῇ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, αὐτὸς ὢν ἡ ζωὴ καὶ ἡ σοφία καὶ τὸ φῶς καὶ *μου ἄξιος*, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ, Οὐκ ἂν γένοιτο ζωῆς ἄξιος, οὐδ' ἄλλου τινὸς ἀγαθοῦ.

Ἐπιτείνων δὲ τοὺς τῆς ψυχῆς τόνους, καὶ τῆς, ὡς ἂν εἴποι τις, στρατιωτικῆς κατὰ Θεὸν ἀνδρείας τὴν ῥώμην ἀναζωπυρῶν, ἐπιλέγει· *Καὶ ὃς οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*· οὐ γὰρ πατέρων, φησὶν, οὐδὲ μητέρων, οὐδὲ υἱῶν, οὐδὲ θυγατέρων μόνον προτιμᾶσθαι προσήκει τὴν ἐμὴν φιλίαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ, καὶ αὐτῆς ὅλης τῆς προσκαίρου ζωῆς. Τὸ

A *patrem tuum et matrem tuam* [38]; imo et illam firmans sigilloque muniens per melius perfectiusque præceptum quo Deum tota anima diligere jubemur [39]. Nam patrem quidem matremque honorare quilibet homo lege naturæ debet. Sed cum et alius pater sit gignentibus melior, qui et hos creavit, nempe ipsum Dei Verbum, qui prædicta præcepit, non oportere ait majore affectu prosequi corporis genitores, quam illud quod rationalem partem nobis indidit Verbum : sed et illis omnem honorem convenientemque affectum exhibere, et Deo eximium ac principale reddere obsequium, ipsumque præ omnibus amare ac diligere; ita ut minime cunctemur, causa ejus a parentibus impiis dissidere, et ab irreligiosis fratribus separari, filiosque et filias

B aversari, Verbique acutissimo gladio omnium horum naturales præcidere affectiones, si forte nos a pio erga Deum amore impediant. Diserte itaque apud Matthæum dixit : *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus* [40]. Quippe his verbis, locum relinquit amori quoque erga genere proximos ; sed tamen haud magis quam se honorari concedit : neque propter patris matrisve reverentiam, aut carissimorum affectum, ejurare Dei amicitiam ; sed et illos diligere, quoniam id tum lex naturæ, tum Dei verbum jubent ; et nihilominus amare eatenus, quatenus erga hos dilectio nihil religioni Deo debitæ nocet. Quod si forte hi impedimento fiant religionis legibus, anteponendus

C est animarum Pater : erat autem hic, ipsum Dei Verbum hæc præcipiens et has leges statuens : debere scilicet milites suos supra omnes genere conjunctos ipsum amare nec dilectioni suæ carnales affectus præponere vel corporum consanguinitates. Tunc autem gladius Dei acutissimus indignos a dignis præcidendo juste secernet, ab impiis nimirum parentibus pios filios separans. Similiter in pretio habendi sunt atque amandi filii filiæque naturæ lege ; non ita tamen, ut horum causa Christum confiteri recusemus. Maximique supplicii vocem indicem pronuntiavit, dum ait secundum Lucam : *Non potest meus esse discipulus* [41] ; secundum vero Matthæum : *Non est me dignus* [42]. Siquidem qui hæc aiebat, illud ipsum erat unigenitum ab initio Dei Verbum,

D quod est vita, sapientia, lux, et omnium bonorum cumulus. Ergo dictio : *Non est me dignus*, idem valet quod, Non erit vita neque alio quolibet bono dignus. τὸ πάντων ἀγαθῶν πλήρωμα· τὸ γοῦν, *Οὐκ ἔστι*

Jam vero corroborans animæ nostræ nervos, et militaris, ut ita dicam, secundum Deum fortitudinis vires incendens, pergit dicere : *Et qui non bajulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus* [43]. Non enim patribus tantum ac matribus, filiis filiabusque anteponere debet, inquit, amorem mei, sed et corpori proprio, et universæ huic temporali vitæ. Corpus igitur, quo nunc anima

[38] Exod. xx, 12. [39] Matth. xxii, 37. [40] Matth. x, 37. [41] Luc. xiv, 26. [42] Matth. x, 37. [43] ibid. 38.

(4*) Vel delendum μή, vel legendum εὐσεβῶν, nisi malis legere μήν. Edit.

includitur, crucifigere oportet, et veluti mortuum efficere, clavis configentes illius cupiditates et mortificantes, adeo ut non videatur viventem circumferre carnem, sed exstinctam, et divinis præceptis transfixam. Atque ita anima, quæ alia constat substantia incorporea et intellectuali, victoriale tropæum adversus hostes erigens, corpus ceu crucem circumferre videatur, et mortuum veluti instrumentum gestans subsequatur rationem (seu Verbum) præclari instar militis qui victoriæ de hostibus manubias gerat. Nisi enim hoc modo sequatur me, inquit, discipulus corpus suum et carnem mortificans, et quasi exanimem quamdam crucem sibi imponens, minime sit neque esse possit me dignus. Culmen itaque philosophici moris his verbis repræsentat, discipulos suos tanquam viros militares ad fastigium virtutis conscendere invitans.

Quoniam non solum plus quam patrem ac matrem et liberos, verum etiam plus quam proprium corpus, amicitiam ipsius æstimandam esse docuerat; uno adhuc reliquo, magis etiam quam corpus necessario, id est anima; sermonem intendens, de hac quoque ita locutus est : *Qui non oderit etiam animam suam, non potest meus esse discipulus.* Secundum vero Matthæum : *Qui invenerit animam suam, perdet eam : et qui eam perdiderit propter me, inveniet eam* [44]. Non enim mihi, inquit, de exterioribus sermo est, neque de parentibus et liberis, sed ne de ipso quidem corpore et carne hac facile corruptibili, quæ parum curare jubeo, dum contra præ omnibus in pretio habere sermones meos adhortor. Sed quamvis anima pretiosior omnibus sit, ita ut nihil melius quispiam habeat, huic ipsi creator ejus anteponendus est; ita ut si tempus forte exigat huic quoque non parcere, eamque exitio (ut hypothetice loquar) pro Dei cultu tradere, id quoque sine dubitatione agendum sit. Etenim soli Deo, perditam (dico per hypothesim) ipsius causa animam recuperare et invenire possibile est. Nam qui eam nusquam exsistentem primo formavit, et ex non exstante subsistere fecit, haud impos erit eam ex hominum consortio pulsam, et de hac mortali vita abactam, rursus ad luminis auras revocare. Nam quod perditum fuit, haud sane in nihilum dissolvitur, sed subsistit, est, ac permanet; tantum se subtrahit latetque destructores suos, non tamen magnum oculum fugit. Quamobrem nihil reapse apud Deum perit. Quod si quis Deo non credens, neque posse ab eo animam quæ periisse putetur, revocari ac vivificari judicans, confessionem de Deo factam abnegaverit, ac propterea impendentem ab hominibus necem fugerit, seque securam inter homines vitam adeptum putaverit, atque ita animam suam se invenisse speret, quippe qui hominum insidias impendentemque religionis causa necem vitaverit; hic, inquam, sciat vera potius

[44] Matth. x, 39.

(5) Cod. A. f. 204. b.

A γοῦν σῶμα, ὃ περίκειται νῦν ἡ ψυχή, ἀνασταυρῶσαι προσήκει, καὶ ὥσπερ νεκρὸν ἀπεργάσασθαι, καθηλώσαντας αὐτοῦ τὰ πάθη καὶ ἀπονεκρώσαντας, ὡς μηκέτι δοκεῖν ζῶσαν περιφέρειν σάρκα, ἀλλὰ νενεκρωμένην, καὶ τοῖς θείοις παραγγέλμασι πεπερονημένην· ὥστε τὴν ψυχὴν, ἑτέρας οὖσαν οὐσίας τῆς ἀσωμάτου καὶ νοερᾶς, τρόπαιον νικητήριον κατ' ἐχθρῶν ἐγείρουσαν, τὸ σῶμα σταυρὸν δοκεῖν περιφέρειν, καὶ νεκρὸν ὥσπερ ὄργανον ἀχθοφοροῦσαν ἕπεσθαι τῷ Λόγῳ δίκην γενναίου στρατιώτου τὰ βραβεῖα τῆς νίκης κατ' ἐχθρῶν ἐπικομιζομένου. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἀκολουθήσει μοι, φησὶν, ὁ ἐμοὶ μαθητευόμενος, τὸ ἑαυτοῦ σῶμα καὶ τὴν σάρκα νεκρώσας, καὶ οἷόν τινα σταυρὸν ἄψυχον περιθέμενος, οὐκ ἂν γένοιτό μου ἄξιος, οὐδὲ δύναιτο εἶναι μαθητής. Ἀκρότητα δὲ B καὶ διὰ τούτων φιλοσόφου τρόπου παρίστη, τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς οἷα στρατιωτικοὺς ἄνδρας ἐπ' ἄκρον ἀρετῆς σπεύδειν προκαλούμενος.

(5) Ἀλλ' ἐπειδὴ πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ τέκνων οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ προτιμᾷν τὴν αὐτοῦ φιλίαν ἐδίδαξεν, ἑνὸς δὲ λοιπὸν ἔτι λείποντος τοῦ καὶ τῶν σωμάτων ἀναγκαιοτέρου, τοῦτο δὴ ἦν ἡ ψυχή· ἐπιτείνων τὸν λόγον, καὶ περὶ ταύτης τοιαύτας προὔφέρετο φωνὰς, ὅτι *Ὁ μὴ μισῶν καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*· κατὰ δὲ τὸν Ματθαῖον, *Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας αὐτὴν ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.* Οὐ γὰρ περὶ τῶν ἐκτός μοι, φησὶν ὁ λόγος, οὐδὲ περὶ γονέων καὶ τέκνων, ἀλλ' C οὐδὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος καὶ τῆς εὐφθάρτου ταύτης σαρκὸς, ὧν δὴ ἔλαττον φροντίζειν παρακελεύομαι, καὶ πρὸ πάντων τιμᾷν τοὺς ἐμοὺς λόγους παραινῶ· ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ πάντων τιμιώτερον ἡ ψυχὴ, ἧς οὐκ ἂν γένοιτό τι κρεῖττον ἑκάστῳ, καὶ ταύτης αὐτῆς δέοι ἂν τὸν ποιητὴν αὐτῆς προτιμᾷν· ὡς, εἰ καιρός ποτε καλέσειεν, ἀφειδῆσαι καὶ ταύτης, ἀπωλείᾳ τε αὐτὴν, ὡς ἐν ὑποθέσει λόγου εἰπεῖν, ὑπὲρ εὐσεβείας Θεοῦ παραδοῦναι, καὶ τοῦτο χρὴ προθύμως ὑπομένειν· ὅτι μόνῳ Θεῷ καὶ τὴν, ὡς ἐν ὑποθέσει, ἀπολωλυῖαν δι' αὐτὸν ψυχὴν ἀνακαλέσασθαι καὶ ἀνευρεῖν δυνατόν. Ὁ γὰρ μηδαμοῦ μηδαμῶς οὖσαν αὐτὴν πρότερον ὑποστησάμενος, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, οὐκ ἂν εἴη ἀδύνατος ἀπολλυμένην αὐτὴν ἐξ ἀνθρώπων, καὶ ἐκ τοῦ θνητοῦ βίου ἀφανι- D σθεῖσαν, αὖθις εἰς φῶς παραγαγεῖν. Τὸ γὰρ ἀπολωλὸς οὐκ εἰς ἀνυπαρξίαν κεχώρηκεν, ἀλλ' ὑπάρχει μὲν καὶ ἔστι καὶ μένει· κέκρυπται δὲ καὶ λανθάνει τοὺς ἀπολωλεκότας, ἀλλ' οὐδὲ τὸν μέγαν διαδιδράσκει ὀφθαλμόν· διὸ οὐδὲν ἂν ἀπόλοιτο παρ' αὐτῷ. Εἰ δέ τις, ἀπιστήσας Θεῷ, καὶ μὴ δύνασθαι αὐτὸν τὴν ἀπολωλέναι νομισθεῖσαν ψυχὴν αὖθις ἐπαναγαγεῖν καὶ ζωοποιεῖν ἡγησάμενος, ἔξαρνος γένοιτο τῆς περὶ τὸν Θεὸν ὁμολογίας, εἶτα διαφύγοι μὲν τὸν ἐξ ἀνθρώπων ἐπηωρημένον θάνατον, ἐν ἀσφαλείᾳ δὲ ἤδη καὶ ἐν ἀμερίμνῳ τῆς ἀνθρώπων ζωῆς ἡγοῖτο ἑαυτὸν γεγονέναι, ὡς δοκεῖν εὑρηκέναι ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν, ἅτε δὴ ἐκφεύγων τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιβουλὰς, καὶ τὸν ἠπει-

A λημένον ἕνεκεν τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου θάνατον· ἔστω ὁ τοιοῦτος τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἑαυτὸν στερήσας, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ἣν εὑρηκέναι νενόμικεν, ἀληθεῖ λόγῳ παραδοὺς ἀπωλείᾳ. Πάσης γὰρ ἐσχάτης ἀπωλείας γένοιτ' ἂν χεῖρον τὸ ἐκπεσεῖν Θεοῦ, καὶ ἀρνηθῆναι ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τί δὲ καὶ πλέον ἐπορίσατο, ἑαυτὸν ἀπατήσας, καὶ εὑρηκέναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπολαβών, ὅτε, φεύγων τὸν θάνατον, τὸν Θεὸν ἠρνεῖτο; Σμικροῦ γὰρ ὄντος καὶ ἐπικαίρου βίου, μετ' οὐ πολὺ τῆς θνητῆς καὶ ὀλιγοχρονίου ζωῆς στερηθείς, καὶ τῷ θανάτῳ ὃν φεύγων τὸν Θεὸν ἠρνεῖτο ὑποβληθείς, τῇ μετὰ τὸν θάνατον αἰωνίᾳ κολάσει παραδοθήσεται, ἀπολέσας ἀληθῶς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ἣν εὑρηκέναι ὑπειλήφει· ὡς ἀνάπαλιν ὁ διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα ἑαυτὸν ἀπογνούς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπαρνηθείς, ὅσον τε ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ προθέσει τὴν ἑαυτοῦ B ψυχὴν ἀπολωλεκώς, πάντα τε ταῦτα εὐθαρσῶς ὑπομείνας διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν πίστιν, θαῤῥείτω ὡς μηδενὸς ἀπολωλότος αὐτῷ· οὐ γὰρ ἀπόλωλεν ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' εὗρε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Εἰ γοῦν ὡς ἐν ὑποθέσει λόγου θνητὴ οὖσα ἐτύγχανε, καὶ οἷά τε ἀληθῶς εἰς τὸ μὴ ὂν χωρεῖν, καὶ εἰ ἀπώλλυτο ὑπὸ ἀνθρώπων ἀναιρουμένη, ὅμως οὐκ εἰς ἀνέλπιστον χρὴ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνα διακαρτερεῖν· ἐπειδὴ τῷ Θεῷ καὶ τὰ ἀπολωλότα καὶ τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντα παράγειν ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ζωοποιεῖν δυνατόν. Διὸ καὶ τὸν νομισθέντα μηκέτι εἶναι, ἀλλὰ δι' αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἀπολωλότα, οὐκ ἂν αὐτῷ γένοιτο ἀδύνατον αὖθις ὑποστήσασθαι, καὶ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀπολωλυίας ψυχῆς τῷ δι' αὐτὸν αὐτὴν ἀπολωλεκότι παρασχεῖν.

vita se ipsum privasse, suamque animam, quam sibi invenisse videbatur, perditioni tradidisse. Quovis enim summo exitio deterius est Dei gratiam amittere et a Filio Dei negari. Quid vero quispiam proficit, dum se decipit, et animam suam invenire arbitratur, cum mortem vitans, Deum negat? Nam cum sit arctum et temporale hoc ævum, quantocius mortali brevique vita orbatus, æterno post mortem supplicio tradetur, perdita enimvero propria anima, quam se invenisse putabat. Sicuti versa vice qui ob spem in Deum semetipsum negligit, suamque vitam abnegat, et quantum attinet ad suum propositum, animam propriam perdit, cuncta hæc alacriter propter fidem erga Deum tolerans; hic inquam erecta fiducia sit, quasi nihil perdiderit. Non enim ipse amisit, sed invenit animam suam. Si ergo per hypothesim mortalis esset anima, ac vere in nihilum posset dissolvi, et si periret ab hominibus extincta, nihilominus haud sine spe foret pro religione depugnandum; quia Deo et perdita et nusquam exstantia, ad exsistendum atque ad vitam perducere non est arduum. Quapropter ea etiam quæ exsistere non creduntur, sed ejus causa ex hominibus excesserunt, non erit ei impossibile rursus instaurare, et perditæ animæ inventionem ei, qui ipsius causa amisisset, concedere.

IZ' (6).

C Οὐδεὶς μέντοι πώποτε προφητῶν τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας γυμνῶς εἰς πάντας εὐηγγέλιστο· ἀλλ' ᾔδεσαν μὲν αὐτὸ προφῆται πάντες, οὐ μὴν καὶ τῷ Ἰουδαίων λαῷ παρεδίδοσαν, διὰ τὸ νηπιάζειν τὰς φρένας, καὶ ἐξασθενεῖν πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ κηρύγματος· πρώτου δὲ Ἰωάννου τηλαυγῶς κηρύξαντος ἠγγικέναι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καταγγείλαντος ἀνθρώποις, οἱ τῷ κηρύγματι ἑαυτοὺς ἐπιδόντες περιάρπαστον αὐτὴν ἐσχήκασιν, ἐξ ἐκείνων τῶν ἡμερῶν ἀρξάμενοι, ἐξ ὧν ὁ Ἰωάννης τὸν περὶ αὐτῆς κατήγγειλε λόγον. Τὰ μὲν γὰρ Μωϋσέως νόμιμα καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν λατρείαν καιρόν φησιν ἐσχηκέναι οἰκεῖον· τοῦτον δὲ περιγράφεσθαι μέχρι τῆς Ἰωάννου παρουσίας· καὶ τοὺς προφήτας δὲ μέχρις D Ἰωάννου Ἰουδαίοις πεποιῆσθαι τὰς παραγγελίας πρὸς τὸ φυλάττειν τὰ Μωϋσέως νόμιμα· πρῶτον δὲ Ἰωάννην ἀρχηγὸν γεγονέναι τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἅτε πρόδρομον αὐτοῦ γενόμενον. Αὐτοῦ τε πρώτου καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἅπασιν ἀνθρώποις εὐηγγελισμένου, τοὺς ἀξίους αὐτῆς εἰς αὐτὴν βιάζεσθαι νοήσομεν, ἐπιστήσαντες, ὡς μέγας ἀγὼν τυγχάνει τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις πρὸς τὴν ἐν οὐρανοῖς ἄνοδον. Τὸ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας καὶ σάρκα θνητὴν περιβεβλημένους, τῶν φυσικῶν ὀρέξεων κρείττους γίνεσθαι, ἡδονῆς τε κρατεῖν καὶ πάσης αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ἀπομιμεῖσθαι τὸν

XVII.

Nemo unquam ex prophetis præconium regni cœlorum aperte coram populo fecit: sed sciebant quidem id prophetæ omnes, neque tamen Judæorum populo prodebant, propter mentis illorum infantiam, et sustinendæ præconii magnitudinis infirmitatem. Cum autem primus Joannes clare prædicavit appropinquare regnum cœlorum, et peccatorum remissionem per regenerationis lavacrum hominibus nuntiavit, ii qui prædicationi assensum suum præbuerunt, regnum illud ceu ex rapto sibi habuerunt, ex eo tempore incipientes, quo Joannes de ipso sermonem intulit. Nam Moysis legalia et Judaicum cultum proprium tempus habuisse ait; quod Joannis præsentia finitur; prophetas quoque usque ad Joannem Judæis auctores fuisse ut Moysis legalia servarent. Sed primum Joannem initium Novi Testamenti fecisse, utpote ipsius præcursorem. Ipso autem primo, ætate illa, regnum cœlorum cunctis hominibus nuntiante, dignos illo homines in ipsum vi irrumpere putabimus, si consideremus quam gravis sit conatus hominibus terræ incolis iter ad cœlum tendere. Namque homines natos, et mortali carne circumdatos, naturalibus appetitibus fieri superiores, et voluptatem omnemque turpem cupiditatem cohibere, vitamque angelicam velle in terris imitari; ita ut æque ac Paulus dicere possint : *Nostra autem conversatio in*

(6) Huic quoque fragmento in codice A. f. 218, superscribitur titulus *Εὐσεβίου βιβλίῳ τετάρτῳ Θεοφανείας*, cum siglis supra secundum vocabulum.

cœlis est[45]; quidni hoc violentum sit, ac propemodum præter naturam supraque vires esse videatur? Quis vero religionis nostræ ascetas cernens carnem suam propemodum emortuam efficere, ut dicant : *Cum Christo crucifixus sum, vivo autem jam non ego*; quis, inquam, non fatebitur, vere hos vim facere regno cœlorum? Quod si quis præterea observet mirabilem sanctorum martyrum constantiam, quis rursus non dicat vim inferri ab his regno cœlorum, prout Servator jam prædixit?

XVIII.

Congrue admodum non multitudini tantum turbisque tunc astantibus primam parabolam intulit Christus[46], verum etiam iis qui postea ad ejus audiendos sermones conventuri erant; rei gerendæ differentias divina provisione declarans, causasque prædicens ob quas nonnulli divina gratia excident. Initium parabolæ seminator est, et hujus exitus ad eós qui extra erant, tum seminis projectio, et hoc haud pari modo recipientes regiones. Jam hæc esse regni mysteria ipsemet testatus est. Nam et seminator de supernis exiverat, et illuc redibat; nempe ut ipse docebat, dicens : *Ego ex Patre processi, et venio*[47]. Sed et de propriis sui regni conclavibus exiverat ad illos qui exteri ei facti erant, postquam expulit Deus Adamum, et collocavit eum juxta paradisum deliciarum. Ille autem exsul propter inobedientiam factus, et extra paradisum ejectus, interioris agriculturæ semina pessumdedit, instar illius contumacis adversus patrem filii, qui acceptam substantiam in aliena regione dissipavit. Christus vero benignitate optimi Patris exivit, seminator factus, venitque ad nos exteros haud aliam ob causam, nisi ut in nobis seminaret cœleste semen. Solus autem ipse exivit ad seminandum; quandoquidem et is solus erat omnium seminator. Multi quippe de cœlestibus venerunt stationibus, atque ad homines se contulerunt, sed non seminandi causa : non enim seminatores erant, sed administratorii spiritus in ministerium missi. Moyses autem, et post eum prophetæ haud mysteria regni cœlorum hominibus disseruerunt, sed parvulos adhuc erudierunt, insipientes a malitiæ errore averterunt, et idololatrico illorum morbo medicinam facere studuerunt, eorumdem animas, velut novalia quædam, semine vegetantes. Solus autem universalis sator, Dei Verbum, beni-

A ἀγγελικὸν ἐθέλειν βίον ὥστε λέγειν ὁμοίως Παύλῳ δύνασθαι, *Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει*, πῶς οὐ βίαιον, καὶ, ὡς ἄν τις εἴποι, παρὰ φύσιν καὶ ὑπὲρ δύναμιν εἶναι δοκεῖ; Τίς δὲ τοὺς τῆς θεοσεβείας ἀσκητὰς ὁρῶν μονονουχὶ νεκροῦν τὴν ἑαυτῶν σάρκα, ὡς ἐπαληθεύοντας λέγειν· *Χριστῷ συνεσταύρωμαι, ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ*, οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῶς βιάζεσθαι αὐτοὺς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; Εἰ δ' ἐπιστήσειέ τις τῇ θαυμαστῇ προθέσει τῶν ἁγίων μαρτύρων, πῶς οὐκ ἂν εἴποι βιάζεσθαι αὐτοὺς τὴν βασιλείαν κατὰ τὴν σωτήριον προαγόρευσιν (7);

ΙΗ' (8).

Σφόδρα καταλλήλως τοῖς ὄχλοις καὶ πλήθεσι τὴν πρώτην ἐποιήσατο παραβολὴν ὁ Χριστὸς, οὐ τοῖς τότε παριστῶσιν αὐτῷ μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα B συνελευσομένοις ἐπ' ἀκροάσει τῶν αὐτοῦ λόγων, τὰς διαφορὰς θεϊκῇ δηλώσας προγνώσει, προφήσας τε τὰς αἰτίας τῶν τῆς χάριτος τῆς θείας ἀποπεσουμένων. Ἀρχὴ δὲ τῆς παραβολῆς ἐστιν ὁ σπορεὺς καὶ ἡ τούτου ἔξοδος πρὸς τοὺς ἔξω, ἥ τε τοῦ σπόρου πτῶσις καὶ αἱ τοῦτον οὐχ ὁμοίως καταδεξάμεναι χῶραι. Μυστήρια δὲ ταῦτα εἶναι τῆς βασιλείας αὐτὸς ἐμαρτύρει. Ὅ τε γὰρ σπορεὺς ἄνωθεν ἐξῄει καὶ κατῄει· ὥσπερ οὖν αὐτὸς ἐδίδασκε λέγων, *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω*. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ταμιείων τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐξῄει πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἔξω γεγονότας ἐξ ἐκείνου (9), ἐξ οὗπερ ἐξέβαλεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς. Ὁ μὲν γὰρ ἀπόβλητος διὰ C τὴν παρακοὴν γεγονὼς, καὶ τοῦ παραδείσου βληθεὶς ἔξω, τὰ ἐκ τῆς ἔνδον γεωργίας σπέρματα ἀπολωλέκει, κατὰ τὸν ἀφηνιάσαντα τοῦ πατρὸς υἱὸν, καὶ τὴν οὐσίαν ἣν εἰλήφει ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς χώρας διασπαθήσαντα· ὁ δὲ φιλανθρωπίᾳ τοῦ παναγάθου Πατρὸς ἐξῆλθεν, αὐτὸς ὢν ὁ σπείρων, καὶ ἐξῆλθε πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἔξω γενομένους, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ σπεῖραι, ἐπεὶ καὶ μόνος αὐτὸς ἦν ὁ τῶν ὅλων σπορεύς. Πολλοὶ μὲν γὰρ ἐξῆλθον ἐκ τῶν οὐρανίων διατριβῶν, καὶ κατῆλθον εἰς ἀνθρώπους, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ σπεῖραι· οὐ γὰρ ἦσαν σπορεῖς, ἀλλὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα· Μωϋσῆς δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν προφῆται οὐ τὰ μυστήρια τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀνθρώποις κατεβάλοντο, νηπίους ἅτε παιδαγωγοῦντες, καὶ ἄφρονας τῆς κατὰ τὴν κακίαν ἀπείρ- D γοντες πλάνης, θεραπεύειν αὐτῶν πειρώμενοι τὴν τῆς εἰδωλολατρείας νόσον, καὶ ὥσπερ νεοῦντες αὐτῶν καὶ ἀροῦντες τὰς ψυχάς. Μόνος δὲ ὁ τῶν ὅλων σπορεὺς,

[45] Phil. III, 20. [46] Matth. XIII, 3. [47] Joan. VIII, 42.

(7) Videsis partim his similia in Syriaca *Theophania* lib. III, 21, 22, 23, et lib. IV, 32, ubi priscorum Christianorum mira ac severa virtus egregie describitur.

(8) Citatur hoc titulo in cod. A. f. 122, et cod. L. f. 14, b : *Εὐσεβίου βι. Θεοφανείας*. Vides hic manifeste dici βιβλίῳ non tantummodo β. Superponitur autem in cod. A. compendium significans τετάρτου vel potius τετάρτῳ (mendose tamen in cod. L. πρώτου vel πρώτῳ). Reapse in *Theophania* Syriaca, lib. IV, 33 et 34, sermo est de parabola seminatoris; verumtamen multo brevius. Neque ego certe titulos codicum Vaticanorum, qui hoc fragmentum ex *Theophania* esse affirmant, negare aut delere queo, præsertim quia, facta textuum comparatione, luce meridiana clarius apparet tractum hunc ex illo prorsus opere esse derivatum.

(9) Animadverte quam hæc congruant cum Syriaca seu Anglica *Theophania*, lib. IV, 34 : *He therefore went forth from within, and came out. Where then was he within, but above the world? where he existed; and in the end of the world he came forth, and came down to us, who were without the kingdom of heaven.* Mitto de aliis locis similibus dicere.

ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, φιλανθρωπίᾳ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθε, καινὰ σπέρματα καὶ βασιλείας οὐρανῶν μυστήρια εὐαγγελιούμενος, τοῖς τε κατ' οὐρανὸν τοῦ Θεοῦ λειτουργοῖς τὸ τῶν ἀνθρώπων συνάψων γένος· ἐπὶ τούτοις οὖν μόνος αὐτὸς τὴν ἀπὸ τῶν πατρικῶν βασιλείων ἐποιεῖτο ἔξοδον· οἱ δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ σπέρματα καταδεξάμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οἷα δὴ χώρας γεωργῷ παρεῖχον τῷ Λόγῳ, καὶ διὰ τῶν ἀκοῶν τὸν οὐράνιον ὑπεδέχοντο σπόρον.

A gnitate Patris exivit, nova semina et regni cœlorum mysteria fauste nuntiaturus, et supernis Dei ministris humanum genus consociaturus. Hanc ergo ob causam solus ipse e paterno regno processit. Qui autem semina ejus exceperunt, hi suas animas velut agros cultori Verbo exhibuerunt, et aure faventes cœleste semen admiserunt.

Εἰ μὲν οὖν (10) οἱ μαθητευόμενοι μιᾶς ὑπῆρχον προαιρέσεως, οὐδὲν ἐχρῆν διακρίνειν καὶ ἀφορίζειν τούτους ἀπ' ἀλλήλων· ἐπειδὴ δὲ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τοῦ αὐτεξουσίου ἐκράτει δύναμις, ἄλλοι τε ἄλλως ἑαυτοῖς καὶ τῷ καταβληθέντι ταῖς ψυχαῖς οὐρανίῳ σπόρῳ κατακέχρηνται, εἰκότως οἷα Θεοῦ Λόγος τὴν γνῶσιν προειληφὼς τῶν μελλόντων, ὁποῖα πείσεται εἰς ἀνθρώπους ὁ παρ' αὐτοῦ σπόρος πεσὼν, θεσπίζει. Πτῶσιν γοῦν θαυμαστῶς τὴν καταβολὴν τῶν οὐρανίων σπερμάτων τὴν εἰς ἀνθρώπους ὠνόμασε· καὶ δὴ δύο τάγματα τῶν τὸν σπόρον καταδεξαμένων ἔσεσθαι, διδάσκει· πρότερον τὸ τῶν καταξιουμένων μὲν τῆς κλήσεως τῆς οὐρανίου, δι' ἀπροσεξίαν δὲ καὶ ῥαθυμίαν τῆς χάριτος ἀπολισθαινόντων· δεύτερον δὲ τὸ τῶν πολυπλασιαζόντων τὸν σπόρον ἐν ἀγαθαῖς καρποφορίαις. Τρεῖς δὲ ἐν ἑκατέρῳ τάγματι διαφορὰς τίθησιν· οἵ τε γὰρ τὸν σπόρον ἀπολλύντες οὐχ ὅμοιον ἴσχουσι τῆς ἀπωλείας τὸν τρόπον· οἵ τ' αὖ γεωργοῦντες αὐτὸν, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ ποριζόμενοι καρπὸν, οὐκ ἴσην ἀποφέρονται τὴν εὐπορίαν· ἔτι πρὸς τούτοις καὶ τὰς αἰτίας τῆς ἀποπτώσεως τῶν τὸν σπόρον ἀπολλύντων προγνώσει θεϊκῇ παρίστησιν· ἢ γὰρ διὰ ῥαθυμίας ἀφυλάκτους τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀπολιπόντες, τὰ καταβληθέντα αὐτοῖς σωτήρια σπέρματα ἀπολωλέκασιν, ἁρπασάντων αὐτὰ ἐκ τῆς αὐτῶν διανοίας τε καὶ μνήμης, ἐχθρῶν τινων καὶ ἐπιβούλων ἤτοι πνευμάτων καὶ δαιμόνων πονηρῶν τὸν περίγειον διιπταμένων ἀέρα, ἢ ἀνδρῶν γοήτων καὶ ἀπατηλῶν, ἢ λόγων ἐναντίων τῇ ἀληθείᾳ· ἃ δὴ πετεινὰ οὐρανοῦ ὠνόμασεν· ἢ δεύτερον διὰ φιλαργυρίαν καὶ φιληδονίαν, διά τε τὰς τοῦ βίου φιλοπραγμοσύνας, ἃ δὴ ἀκάνθας ἀπεκάλεσε, τὸν ἐν αὐτοῖς σπόρον ἀποπνιγῆναι πεποιήκασιν· ἢ τρίτον διωγμῶν καὶ περιστάσεων τοὺς ἀγῶνας οὐχ ὑπομείναντες, ἃ δὴ καὶ καύσωνα διὰ τῆς παραβολῆς προσεῖπεν, ἀπηλέγχθησαν μὴ κατὰ βάθος τῆς αὐτῶν ψυχῆς τὸν σπόρον ἐῤῥιζωμένοι, ἀλλ' ἐξ ἐπιπολῆς καὶ μέχρι τοῦ δοκεῖν ὡς πρός τινα καιρὸν ἀνθεῖν, καὶ τῇ τῶν πολλῶν φαντασίᾳ σπουδαίους εἶναι νομίζεσθαι· οὓς καὶ μακρῷ λαθόντας χρόνῳ ἐπιστὰς ἀπήλεγξεν ὁ πυρωτικὸς καὶ τῶν οὐ γνησίων διελεγκτικὸς καιρὸς, ὃν δὴ καύσωνα εὐθυβόλως ὁ Σωτὴρ ὠνόμασε.

Si quidem itaque Christiana doctrina eruditi, uno eodemque proposito essent, nihil opus esset discernere inter ipsos ac separare. Nunc quia in cunctis hominibus liberi arbitrii vis prævalet, aliique aliter indole sua jactoque intra suas animas divino semine utuntur; ideo recte, utpote Dei Verbum, futuri B scientiam præoccupans, quid semini suo inter homines sparso eventurum sit, prædicit. Casum itaque mirifice appellat cœlestium seminum in homines projectionem. Duosque docet fore recipientium semen ordines : priorem illorum qui cœlestem vocationem sortiti, per socordiam tamen atque ignaviam gratia excidunt : secundum ordinem illorum qui semen egregio fructu multiplicant. Tres porro in utroque ordine differentias statuit. Nam et qui semen pessumdant, haud pari modo exstinguunt : vicissimque ii qui illud excolunt, ex eoque fructum gignunt, haud pari ubertate sunt. Insuper causas etiam lapsus eorum qui semen pessumdederunt, divina provisione sistit. Nam vel ignave incustoditas animas suas esse sinentes, injecta in has semina C amiserunt, rapientibus scilicet ex ipsorum mente ac memoria inimicis quibusdam atque insidiosis spiritibus malisque dæmonibus, qui in hoc circa tellurem aere volitant : vel etiam fraudulentis hominibus ac fallacibus, vel contrariis veritati doctrinis ; quæ omnia cœlestium volucrum nomine indigitavit. Vel etiam secundo loco avaritia et voluptatis studium, et variæ mundi curæ, quas spinas dixit, semen in ipsis emori cogunt. Vel denique tertio loco, persecutionum ac pressurarum certamina non sustinentes, quas æstus nomine in parabola appellavit, coarguti sunt haud alte in illorum anima semen fuisse radicatum, sed in superficie tantummodo ac specie, brevi tempore effloruisse, et vana plebis opinione D habitos esse homines frugi ; quos diu latentes demum revelat, ignis instar explorans, et minime genuinos coarguens tempus, quod æstum apto vocabulo appellavit Servator.

ΙΘ' (11).

Ὁ δὲ αὐτὸς ἐδίδαξε τὴν αἰτίαν δι' ἣν τοῖς πλήθεσι δι' αἰνιγμάτων τοὺς λόγους παρεδίδου· αὐτοῖς μὲν ἐφεῖσθαι εἰπὼν τὰ μυστήρια τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας μανθάνειν, μὴ δίδοσθαι δὲ ἐκείνοις, τοὺς ὄχλους

XIX.

Item Christus causam docuit cur ad multitudinem non absque ænigmate loqueretur : discipulis quidem concedi dicens, ut mysteria regni Dei discerent, non tamen turbis. Ait enim : *Est autem hæc para-*

(10) Cod. A. f. 122, b. Sequentia hæc cum præcedentibus apte connecti, quis non videt? quanquam in codice nonnisi nudum Eusebii nomen gerunt.

(11) Cod. L. f. 16, b. Conferantur sequentia, ut jam dixi, cum Syriaca *Theophania*, IV, 35.

bola : Semen est verbum Dei, etc.[48] — Diversos animarum habitus in iis qui doctrinam ejus subsequente tempore suscepturi erant, recte admodum revelat Dominus. Tres videlicet ordines hominum fore dicit, qui doctrinæ suæ semen haud bene sint recepturi. Tres vicissim egregiorum hominum choros, bonæ terræ instar doctrinæ fructum uberem ac multiplicatum edituros. Ergo illos qui jacta in animam suam semina pessumdant, causas habere dicit tres. Nam vel mundi curis, ac rerum minime necessariarum studio, et opibus deliciisque impliciti, semen suum obruentes, spinis quodammodo suffocare videntur. Vel minime in mentis suæ penetralibus recepto semine, celeriter exstinguunt, angustiis correpti. Vel tertio denique causa amittendi dati seminis sibi fiunt, dum patulas aures præbent hominibus decipiendi studiosis, et jacta in illorum animam semina diripiendi. Hæc igitur secundum suam provisionem a Servatore prædicta fuerunt. Sic autem rem se habere exploratissimum est. Haud aliter enim nonnulli excidunt religionis doctrina, nisi aliquo e prædictis ab eo modis. Similiter melioris quoque ordinis, illorum scilicet qui cœleste regnum sunt adepturi, tres classes Matthæus sistit[49]. Cuncti enim ab uno satore et agricola in animabus suis, ceu fertilibus bonisque agris, unum idemque receptum semen, pro viribus excolunt; neque tamen pari numero multiplicant, verum plurimam singuli in bonis suis differentiam præ se ferunt. Etsi enim unum fuit in his omnibus semen, unus item idemque sator, non tamen singulorum sedulitas ac voluntas parem in omnibus fructum protulit : quamobrem ne agriculturæ quidem reditus par ubique fuit : sed alii triginta retulerunt, alii trigesimum numerum duplicarunt, alii denique labore præcellentes, centuplicem fructum dederunt. Prior ergo ille ordo haud aliter divina fructificatione privatur, nisi aliquo e prædictis modis. Qui autem in contrario ordine sunt, pura anima et genuino mentis proposito, salutari recepto semine, vicissim pro suæ animæ viribus fructificationem suam multiplicant.

A δηλώσας· ἔφη γάρ· Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· Ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, κ. τ. λ.—(12) Τὰς ἐν ψυχαῖς διαφορὰς τῶν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ μελλόντων ὑποδέχεσθαι ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις εὖ μάλα ἐχυμνοῖ ὁ Κύριος· καὶ τρία μὲν τάγματα τῶν οὐ γνησίως τὸν σπόρον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας παραδεχομένων ἔσεσθαι προαγορεύει· τρεῖς ὡσαύτως ἀγαθῶν χορούς τῶν δίκην εὐγείου χώρας πολυφορούντων καὶ πολυπλασιαζόντων τὸν λόγον. Τῶν μὲν οὖν ἀπολλύντων τὰ καταβαλλόμενα τῇ αὐτῶν ψυχῇ σπέρματα αἰτίας εἶναί φησι τρεῖς· ἢ γὰρ ὑπὸ φροντίδων τοῦ βίου, καὶ τῆς παρὰ τὰ μὴ ἀναγκαῖα σπουδῆς, ὑπό τε πλούτου καὶ τρυφῆς, καταχωννύντες τὸν ἐν αὐτοῖς σπόρον ἐοίκασι τοῖς ὑπὸ ἀκανθῶν ἀποπνίγουσι· ἢ οὐκ ἀπὸ βάθους διανοίας αὐτὸν παραδεξάμενοι, θᾶττον B ἀποσβέννυνται περιστάσεως καταλαβούσης· ἢ κατὰ τρίτην αἰτίαν αἴτιοι ἀπωλείας καθίστανται τοῦ ἐν αὐτοῖς σπόρου, τὰς αὐτῶν ἀκοὰς ἐκδιδόντες ἀνέτως τοῖς ἐξαπατᾷν ἐθέλουσι καὶ ὑφαρπάζειν τὰ ἐν τῇ αὐτῶν ψυχῇ καταβληθέντα σπέρματα. Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ πρόγνωσιν τῷ Σωτῆρι προλέλεκτο· τοῖς δὲ ἔργοις οὕτως ἔχοντα ἡ ἐνάργεια παρίστησιν· οὐκ ἄλλως γὰρ ἐκπίπτουσί τινες τοῦ τῆς θεοσεβείας λόγου ἢ καθ' ἕνα τῶν ὑπ' αὐτοῦ προῤῥηθέντων τρόπων. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ κρείττονος τάγματος τῶν τευξομένων τῆς οὐρανίου βασιλείας τρεῖς εἶναι τάξεις παρίστη κατὰ Ματθαῖον, πάντων μὲν ὑφ' ἑνὸς σπορέως τε καὶ γεωργοῦ ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς, οἷα δὴ χώραις εὐγείοις καὶ ἀγαθαῖς, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὑποδεδεγμένων σπόρον, γεωργησάντων δὲ αὐτὸν κατὰ δύναμιν, πολυπλασιασάντων C τε οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ πλείστην ἑκάστων ἐνδειξαμένων ἐν ἀγαθοῖς διαφοράν· εἰ δὴ εἷς μὲν ἦν πᾶσιν αὐτοῖς ὁ σπόρος, εἷς δὲ καὶ ὁ αὐτὸς σπορεὺς, οὐ μὴν τὰ ἐξ ἐπιμελείας τῆς ἑκάστου προαιρέσεως, ἴσα τοῖς πᾶσιν ἐπορίζετο· διὸ οὐδὲ ὁ τῆς γεωργίας καρπὸς ὅμοιος παρὰ τοῖς πᾶσιν ἦν· ἀλλ' οἱ μὲν τριακοντάχουν ἐκαρποφόρουν, οἱ δὲ παρὰ τούτους ἐδιπλασίαζον, οἱ δὲ ὑπερβάλλοντες τῇ φιλοπονίᾳ ἑκατοντάχουν τὸν καρπὸν ἀπεδίδοσαν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐκ ἄλλως τῆς κατὰ Θεὸν στέρονται καρποφορίας ἢ καθ' ἕνα τῶν λελεγμένων τρόπων· οἱ δὲ ἐναντίως ἐκείνοις διακείμενοι, καθαρᾷ ψυχῇ καὶ προαιρέσει γνησίᾳ τὸν σωτήριον ὑποδεξάμενοι σπόρον, πάλιν κατὰ δύναμιν τῆς αὐτῶν ψυχῆς πολυπλασιάζουσι τοὺς ἑαυτῶν καρπούς.

Etiamsi sæcularibus, inquit, nonnisi per parabolam facta verba sunt, ut videntes non videant, et audientes non intelligant propter suam incredulitatem ; nihilominus cuique digno totus sermo erit perspicuus. Nam nec lucerna ut ne luceat incenditur, neque ut sub modio vel lecto condatur[50] : ita nihil adeo erit absconditum, ut nulli omnino innotescat. Sic etiam cœlorum regni mysteria per parabolam dicta, etsi fidei extraneos latent, quorum etiam causa involute sunt prolata, non tamen impenetrabilem omnibus sensum habebunt. Ita ergo sunt dicta, ut a dignis tantummodo cognoscantur. Quamobrem vos, disciples mei, et cernitis et auditis mentis oculis atque auribus purificatis ea quæ multitu-

D (13) Εἰ καὶ τὰ μάλιστα, φησὶ, τοῖς ἔξω διὰ παραβολῆς εἴρηται τὰ λεγόμενα, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, ἀλλὰ τοῖς γε ἀξίοις σαφὴς ἔσται πᾶς λόγος. Οὔτε γὰρ λύχνος ἐπὶ τῷ μὴ φαίνειν ἐξάπτεται, οὐδ' ἐπὶ τῷ καλύπτεσθαι ὑπὸ μόδιον ἢ κλίνην· οὐκέτι κρυπτὸν ἔσται πάντη λανθάνον, ὡς μή τισι γοῦν γνωρίζεσθαι· οὕτως καὶ τὰ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν μυστήρια διὰ παραβολῆς λεγόμενα, εἰ καὶ τοὺς ἔξω τῆς πίστεως λανθάνει, δι' οὓς καὶ ἐπικεκαλυμμένως εἴρηται, ἀλλ' οὐ τοῖς πᾶσιν ἀπόῤῥητον περιέξει τὸν νοῦν· λέλεκται γοῦν ὡς ἂν μόνοις τοῖς ἀξίοις γνωρίζοιτο. Διόπερ ὑμεῖς, οἱ ἐμοὶ μαθηταὶ, καὶ βλέπετε καὶ ἀκούετε διανοίας ὀφθαλμοῖς καὶ ὠσὶ κεκαθαρμένοις τὰ μὴ τοῖς

[48] Luc. VIII, 11. [49] Matth. XIII, 23. [50] Luc. VIII, 16.

(12) Cod. A. f. 124. Cod. L. f. 16. 6.

(13) Cod. A. f. 124, b. Cod. L. f. 18.

πᾶσι καταληπτά· ὑμῖν γὰρ τοῖς ἔχουσι τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν καὶ ἡ τῶν ἀπορρήτων προστεθήσεται γνῶσις· τοῖς δὲ μὴ πίστιν ἔχουσιν εἰλικρινῆ, προσποιουμένοις δὲ ἔχειν, πρὸς τὸ μηδὲν πλέον ἐκ τῶν παραβολῶν γινώσκεσθαι, καὶ στέρησις ἔσται τοῦ δοκοῦντος αὐτοῖς ὑπάρχειν, ἐλεγχθείσης αὐτῶν ἐν καιρῷ τῆς προσποιήτου πίστεως.

Ὁ γὰρ χρόνος πάντων ἔλεγχος· κἂν οὖν πρὸς ὀλίγον ἡ καθ' ὑμῶν ἰσχύσῃ διαβολὴ καὶ συκοφαντία, ἀλλ' ἐπιὼν ὁ μακρὸς χρόνος, καὶ διαλάμπουσα δι' ὑμῶν πᾶσιν ἀνθρώποις καταβαλλομένη διδασκαλία (14), τὰ νῦν τέως λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς ἐκλάμψαι ποιήσει, καὶ τοὺς συκοφάντας ἐλέγξει. Βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε· ὁ ἔχων γὰρ σπουδαίαν προαίρεσιν λήψεται Πνεύματος χάριν καὶ σοφίας καὶ γνώσεως, καὶ ἀξίαν τῶν πόνων τὴν ἀμοιβήν· καὶ ὃς ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ· τὰ γὰρ ἐκ φύσεως ἡμῖν ἐνόντα, ἢ διὰ χάριτος δοθέντα, ἐὰν μὴ διὰ συνεχοῦς προσοχῆς καὶ σπουδῆς φιλοπόνου φυλάξωμεν, ταῦτα ζημιωθησόμεθα, οὐ μόνον μηδὲν προσλαμβάνοντες, ἀλλὰ προσαπολλύντες καὶ ἃ ἔχειν ἐδόξαμεν· καὶ αὖ ὃς ἔχει τὸ φύσει εὐήκοον πρὸς τὸν λόγον, τούτῳ καὶ ὁ λόγος ἀληθινῶς δίδοται, καὶ προσγίνεται τῇ φυσικῇ συνέσει τὸ ἐκ θείας ἀκροάσεως σοφόν. Ὡς δὲ οὐκ ἔχει τὸ διὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς δημιουργίας ὑπάρχον αὐτῷ σῶον φυλαττόμενον, ἴσως τὸ μηδὲ νοῦν ἔχοντι καθίσταται, φρενοβλαβὴς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ γενόμενος· καθάπερ καὶ ὁ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων, εἰ μὴ βλέποι, ἴσος τῷ τυφλῷ γεγένηται· καὶ φαίη τις ἂν αὐτὸν ἀφῃρῆσθαι τῶν ὀφθαλμῶν· οὕτως οἱ πολλοὶ δι' ἑαυτοὺς πρὸς τὸν λόγον ἀσύνετοι· ὅτι οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσέχοντες ἀκούουσιν, ἀλλ' ἀπέρριψαν ἀμελείᾳ τὸν λόγον.

A dini intelligibilia non sunt. Vobis enim, qui in me creditis, arcanorum quoque adjicietur notitia. Ii autem qui puram fidem non habent, sed simulant, præterquam quod nihil de parabolis intelligent, eo etiam spoliabuntur quod videntur habere, cum illorum ficta fides idoneo tempore coarguetur.

[31] Nam tempus cuncta coarguit. Etiamsi igitur tantisper criminatio vel calumnia adversus vos forte prævaleat; at subsequens prolixum tempus et splendida per vos cunctis hominibus impertita doctrina, ea quæ nunc multos latent, illucescere faciet, et calumniatores redarguet. Animadvertite igitur quomodo audiatis. Nam qui habet bonum propositum, accipiet Spiritus gratiam et sapientiæ
B ac scientiæ, dignamque laborum mercedem: ei vero qui non habet, etiam id quod videtur habere, auferetur. Etenim quæ naturaliter nobis insunt, vel gratis data sunt, nisi continenti attentione, studioque industrio custodiamus, amittemus, non modo nihil insuper accipientes, verum etiam eorum quæ habere putabamus, detrimentum patientes. Sane qui ad doctrinam audiendam alacer est, huic reapse doctrina traditur, et illius naturali intelligentiæ accedit divinæ lectionis sapientia. Qui autem jam inde a primæva creatione datam indolem non habet incolumem, hic par mente carenti est, a malo dæmone vecors effectus. Sicut et ille qui oculos habens nihil tamen videt, par cæco est, me-
C ritoque dicetur oculis orbatus. Sic nimirum multi propria culpa hebetes ad doctrinam sunt, quia jam inde ab initio audire illam renuerunt, sed socordia sua abjecerunt.

K' (15).

Ὑπογράφει γε μὴν ἐνταῦθα σπορέα ἑαυτὸν ὁ Κύριος, κῆπον δὲ ὀνομάζει τὸν κόσμον (16). Αἰνιττόμενος δὲ τὴν ἐν τῷ σπόρῳ δύναμιν ὁποία τις εἴη, κόκκῳ σινάπεως αὐτὸν παραβάλλει, ὃς τῶν παρ' ἀνθρώποις λόγων, Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβαρικῶν, τῶν δὴ σοφίαν τινὰ τοῦ αἰῶνος τούτου προϊσχομένων, σμικρότατος εἶναι δοκεῖ καὶ εὐτελέστατος, δύναμίν γε μὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐν ἑαυτῷ φέρει. Καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς σῖτος μὲν, καθ' ὃ ψυχῶν τρόφιμός ἐστι, καὶ τροφῆς τῆς παρὰ τῷ Θεῷ παρεκτικός· κόκκος δὲ σινάπεως, καθ' ὃ βραχύτατος μὲν ἁπάντων τῶν σπερμάτων· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλο τῶν ἐπὶ γῆς καταβαλλομένων σπερμάτων τούτου τῇ σμικρότητι συγκρίνεσθαι δυνάμενον, διὰ τὸ κέντρῳ ἐοικέναι, καὶ σχεδὸν ἀτόμῳ καὶ ἀμερεῖ σώματι· ὅμως δὲ εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἐπιδίδωσιν, ὡς πᾶν τὸ τῶν λαχάνων καλύψαι γένος. Ὃ δὴ καὶ αὐτὸ ἔκβασιν ἔργοις αὐτοῖς σύμφωνον ἔδειξε ταῖς προρρήσεσιν· αὐτίκα γοῦν ὀφθαλμοῖς πάρεστι παραλαμβάνειν, ὡς ὁ σπόρος ὁ εὐαγγελικὸς, σπειρό-

XX.

Dicit se hoc loco[31].[32] Dominus satorem, agrum autem terrarum orbem. Ut autem quanta semini vis sit insita innuat, grano sinapis illud comparat: quod quidem, inter hominum doctrinas, sive Græcas sive barbaricas, quotquot sapientiam aliquam hujus sæculi præ se ferunt, minimum esse videtur atque vilissimum, neque tamen vulgarem virtutem continet. Est autem illa doctrina, frumentum quidem quatenus animarum nutrix est, et alimoniæ a Deo
D datæ ministra; granum vero sinapis, quatenus seminum omnium est tenuissimum. Neque enim est aliud ex his quæ in terram projiciuntur seminibus, hujus parvitati comparandum, ita ut puncto simile sit, et velut atomo et sine partibus corpori; et tamen in tantam excrescit magnitudinem, ut omne olerum genus superet. Quod profecto habere exitum revera consonum prædictionibus ostendit. Ecce enim oculis spectare licet, quomodo evangelicum semen, sub ipsis sationis primordiis

[31-32] Matth. XIII, 31; Luc. XIII, 19.

(14) Congruunt hæc belle cum *Theophania* Syriaca, lib. IV, 31.

(15) Grande hoc fragmentum, usque ad verba ὑποδεξαμένων αὐτόν, perspicuum gerit titulum in codice A, f. 164: βιβλίῳ τετάρτῳ Θεοφανείας, cum solitis tantum numeri siglis supra β.

(16) Sic in *Theophania* Syriaca, IV, 34.

invisibile fuerit, et præ doctrina qualibet vere minimum et contemptissimum. Deinde vero tantum cepit incrementum, ut universum orbem repleverit. Fuit ergo revera per cunctas gentes semen hoc majus quam Græcorum et barbarorum sapientia, quam Matthæus oleribus comparavit, infirmitatem ita et corruptibilitatem humanarum doctrinarum significans. Namque et apud prophetas dictum de ipsis est : *Tanquam fenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident* [83]. Hujuscemodi sunt sophistarum ac philosophorum doctrinæ disciplinæque, quæ aliquandiu herbescunt, brevique tempore florent, sed non diu post excidunt per se ipsæ corruptæ : ita ut alibi feno tectorum comparet eas David [84], quod, priusquam evellatur, jam exaruit.

Sunt istæ igitur sapientium hujus sæculi doctrinæ, infirmæ nimirum et oleraceæ, feno florescenti similes. Secus vero omnium minimum et tenuissimum inter semina, regni nimirum cœlorum evangelicum verbum, acre mordensque veluti sinapi, quod tamen longe excrevit, et humanæ sapientiæ superius evasit: atque in altum sublatum omnia loca occupavit, ita ut magna arbor ex eo sit orta, cœli volucrum capax qui in ejus ramis consistunt. Olim id quidem simplicibus verbis Servatoris voce prolatis, divina prognosticaque virtute prædicebatur. Jam vero in quale quantumque opus prædictio processerit, quantumque creverit doctrinæ vox, dici pro dignitate non potest. Tantum itaque progressu temporis salutare semen virtutem exseruit, ut germinata ex illo arbor, id est, fundata a Servatore per universam terram Ecclesia, cuncta loca oppleverit; in ejus ramis cœli volucres habitent, angeli divi scilicet et cœlestes potentiæ, quæ terram invisibiliter discurrunt ; itemque animæ sanctæ alte gradientes, id est, vita sensuque sublimi ac cœlesti præditæ. Namque has et non aliud quidlibet denotari a cœli avibus, Servatoris hæc parabola significat. Sicut econtrario in parabola seminatoris vocabulo avium, insidiantes hominibus potentias denotabat, pari vocabulo dicens aves cœli diripuisse semen jactum iis qui juxta viam illud susceperant.

XXI.

Atque hæc necessario Servator discipulis suis mandabat [85], morbum gravissimum ipsorum animæ, tumorem atque jactantiam sanans, vetansque ostentationem, ne ullatenus extollerentur, neve quid magnum aut superbum de se existimarent. Docet contra, nostri esse arbitrii in regnum introire, aut secus. Nam si, ut dicitur apud Matthæum, conversi fiamus sicut parvuli, malitia scilicet parvuli, ut ait Apostolus [86]; et si hoc regnum admittemus more simplicis et nulli adhuc vitio dediti infantis, et si puritatem atque innocentiam puerilis ætatis

A μενος μὲν ἐν ἀρχαῖς ἀφανὴς ἦν, καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς εὐτελέστατος καὶ σμικρότατος λόγων· προϊὼν δὲ τοσοῦτον ἐπιδέδωκεν αὔξης τε καὶ μεγέθους, ὡς τὴν σύμπασαν οἰκουμένην πληρῶσαι. Γέγονεν οὖν ἀληθῶς μείζων τῆς παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις σοφίας, ἣν λαχάνοις κατὰ Ματθαῖον παραβέβληκε, τὸ ἀσθενὲς καὶ φθοριμαῖον τῶν παρ' ἀνθρώποις μαθημάτων ὧδε αἰνιξάμενος. Ἐπεὶ καὶ ἐν προφήταις ἐλέγετο περὶ αὐτῶν· *Ὡς χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὡς λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται*. Τοιαῦτα δὲ τὰ σοφιστῶν καὶ φιλοσόφων μαθήματα καὶ παιδεύματα, πρὸς καιρὸν μὲν χλοάζοντα, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀνθοῦντα, οὐχ εἰς μακρὸν δὲ ἐκπίπτοντα, καὶ ἐξ ἑαυτῶν φθειρόμενα· ὡς ἐν ἑτέροις χόρτῳ δομάτων ἀφομοιοῦν αὐτὰ, ὃς πρὸ τοῦ ἐκσπα-
B σθῆναι ἐξηράνθη.

Ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῖς παρὰ τοῦ αἰῶνος τούτου τοιαῦτα, ἀσθενῆ καὶ λαχανώδη, καὶ χόρτῳ εὐθαλεῖ παρεικασμένα μαθήματα· ὁ δὲ βραχύτατος καὶ πάντων τῶν σπερμάτων μικρότατος, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καταγγελτικὸς λόγος, δριμὺς μὲν καὶ δεκτικὸς καθάπερ τὸ σίνηπι, ὅμως δὲ ὑπερανέβη καὶ ὑπερηύξησε, κρείττων τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀποδειχθεὶς σοφίας· καὶ ὡς ὑψωθεὶς πάντα τόπον ἐκάλυψεν, ὡς καὶ δένδρον ἀποτελεσθῆναι μέγα ἐξ αὐτοῦ, χωρητικὸν πετεινῶν οὐρανοῦ κατασκηνούντων ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ· πάλαι μὲν ὑπὸ τῆς σωτηρίου γῆς ψιλοῖς ῥήμασιν, ἐνθέῳ γε μὴν καὶ προγνωστικῷ δυνάμει προανεφωνεῖτο. Ὡς δ' εἰς ἔργα προκεχώρηκεν ἡ πρόγνωσις,
C εἰς αὔξην τε προῆλθεν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, οὐκ ἔστι κατ' ἀξίαν εἰπεῖν· τοσαύτην γοῦν ὁ σωτήριος σπόρος ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιδέδειχται ἀρετὴν, ὡς τὸ ἐξ αὐτοῦ φυὲν δένδρον, τοῦτο δ' ἂν εἴη ἡ πανταχοῦ γῆς ἱδρυμένη αὐτοῦ Ἐκκλησία, τὰ πάντα πληρῶσαι· ὥστε ἐν τοῖς κλάδοις αὐτῆς κατασκηνῶσαι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἀγγέλους δηλαδὴ θείους καὶ οὐρανίας δυνάμεις, τὰς περὶ γῆν ἀφανῶς διιπταμένας, ψυχάς τε ἁγίας καὶ μετεωροπόρους, βίῳ καὶ φρονήματι μεταρσίους καὶ οὐρανίους· ταύτας γὰρ εἶναι καὶ οὐδὲ ἄλλας τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἡ σωτήριος ἐν τούτοις ᾐνίξατο παραβολή· ὡς ἔμπαλιν διὰ τῆς τοῦ σπόρου τὰς ἐπιβούλους τῶν ἀνθρώπων ἐδήλου δυνάμεις, ὁμωνύμως πετεινὰ οὐρανοῦ φήσας διηρπακέναι τὸν σπόρον τῶν παρὰ τὴν ὁδὸν ὑποδεξαμένων αὐτόν.

D ΚΑ' (17).

Καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως ὁ Σωτὴρ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς παρεδίδου, νόσον ἀργαλεωτάτην τῆς αὐτῶν ψυχῆς, χαυνότητά τε καὶ ἀλαζονείαν ἰώμενος, καὶ κωλύων τὸ μεγάλαυχον, ὡς ἂν μήποτε ἐπαρθεῖεν, μηδέ τι μέγα μηδὲ ὑπερήφανον περὶ ἑαυτῶν φρονήσαιεν. Διδάσκει δὲ ἄντικρυς ἐφ' ἡμῖν κεῖσθαι τὸ εἰσελθεῖν, ἢ μὴ, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν Ματθαῖον στραφέντες γενοίμεθα ὡς τὰ νήπια τῇ κακίᾳ νηπιάζοντες κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ εἰ δεχοίμεθα τὴν βασιλείαν ὡς ἁπλοῦν καὶ ἀπειρόκακον παιδίον, καὶ εἰ τὸ καθαρὸν καὶ ἀμίαντον τῆς παιδικῆς

[83] Ps. xxxvi, 2. [84] Ps. cxxviii, 6. [85] Matth. xviii, 3. [86] I Cor. xiv, 20.

(17) In codice A. f. 243. b. titulus mendose scriptus Εὐσεβίου δευτέρας θεοφάνους, sine dubio corrigendus Εὐσεβίου δ' Θεοφανείας, *Eusebii in quarto Theophaniæ*.

ἡλικίας ζηλώσομεν, εἰσελευσόμεθα εἰς αὐτήν· ἀλλὰ καὶ ἐὰν εὐνουχίσωμεν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· οὕτω γάρ τις ἐκτεμὼν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς πᾶν τὸ αἰσχρὸν καὶ ἀκόλαστον πάθος, εἰ καὶ τὴν τοῦ σώματος ἡλικίαν προβεβηκὼς εἴη ἀνὴρ, στραφεὶς γένοιτ' ἂν ὡς παιδίον. Εἰ δὲ μηδὲν τούτων πράξαιμεν, ἀποφάσει τοῦ Σωτῆρος ὑποβληθησόμεθα, μετὰ τοῦ ἀμὴν ἀποφηναμένου, ὅτι εἰ μὴ πράξαιμεν ταῦτα, οὐκ ἔσται ἡμῖν εἰσιτητὸν εἰς τὴν βασιλείαν.

KB' (19).

Ὁμοία δὲ παρὰ τῷ Ματθαίῳ κεῖται παραβολή. Ὥσπερ, γάρ φησιν, ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν· ἐπεὶ πολλὰ τυγχάνει τὰ χαρίσματα διάφοροί τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἱ διαιρέσεις, ἑκάστῳ δὲ δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον· γένοιτο ἂν ποτε ὁ μέν τις ἑνὸς μέτοχος χαρίσματος, ὁ δὲ δυοῖν, ὁ δὲ πλειόνων· οὕτως οὖν εἴρηται, τῷ μὲν δεδόσθαι πέντε τάλαντα, τοσούτων χαρισμάτων διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτῷ δεδωρημένων· ἑτέρῳ δὲ οὐ τοσαῦτα, ἀλλ' ἓν μόνον δίδοται, ὃς πλείονος τύχοι ἂν κατακρίσεως, ὅτι μηδὲ πολλὰ εἰληφὼς ὡς ἀποκνῆσαι τῇ τῶν πλειόνων ἐργασίᾳ, οὐδὲ τοῦ ἑνὸς τὸν καρπὸν ἐπορίσατο, ἀργὸν δὲ αὐτὸ φυλάξας, καὶ μὴ μεταδοὺς ἑτέροις, στερήσεται καὶ τούτου κατὰ τὴν σωτήριον ἀπόφασιν, ἐλέγχοντος αὐτὸν τοῦ κριτοῦ ἐπὶ ἀργίᾳ καὶ ὀκνηρίᾳ, καὶ φοβερὰν ἀπειλὴν καὶ κρίσιν ἀπότομον κατ' αὐτοῦ ἐκφέροντος. Οἱ δὲ καὶ πλειόνων τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἠξιωμένοι χαρισμάτων, εἶτα τούτων τὸν καρπὸν διὰ τῆς πρακτικῆς ἐργασίας πολυπλασιάσαντες, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν λόγων συνάρσεως δεξιᾶς καὶ ἀγαθῆς μαρτυρίας τεύξονται. Ἐν ὀλίγοις γὰρ δοκιμασθέντας τοῖς κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον, μειζόνων τῶν κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα καὶ οὐρανίων ἐπάθλων καταξιώσει. Τὸν δὲ πονηρὸν καὶ ὀκνηρὸν δοῦλον ἐλέγξας ἐπὶ τῇ πονηρίᾳ καὶ τῷ ὄκνῳ, τῇ προσηκούσῃ παραδώσει δίκῃ· ὀκνηρὸν μὲν αὐτὸν εἰπὼν διὰ τὸ μηδὲν ἐθελῆσαι τῶν δεόντων ἐργάσασθαι, πονηρὸν δὲ διὰ τὸ τολμῆσαι φάναι τῷ ἑαυτοῦ κυρίῳ, Αὐστηρὸς εἶ ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπελέγξας γοῦν αὐτὸν πρότερον ὡς ἐναντιολογοῦντα, καὶ ἐκ τοῦ στόματος κατακρίνας αὐτὸν, ὅτι, καίπερ αὐτὸν αὐστηρὸν καὶ ἀπαραίτητον κριτὴν εἶναι φήσας, ὅμως κατεφρόνησεν ὡς μηδὲν ἀγαθὸν θελῆσαι πρᾶξαι, δικαιοτάτην ἐξοίσει τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, σκότῳ παραδοὺς αὐτὸν ἐξωτάτῳ, ὡς οὐ μόνον ἀργὸν καὶ πονηρὸν, ἀλλὰ καὶ ἀχρεῖον καὶ ἀπόβλητον δοῦλον. Δόξει μὲν οὖν ἀπεριέργως ὅσον ἐπὶ τῇ ἀκολουθίᾳ περὶ τοῦ μηδὲν ἐργασαμένου, ἀλλὰ ἀποκρύψαντος τὸ τάλαντον, τοῦτ' εἰρῆσθαι· ἐπεὶ δὲ τὸ εἰς ἡμᾶς ἧκον (20) Ἑβραϊκοῖς χαρακτῆρσιν Εὐαγγέλιον τὴν ἀπειλὴν οὐ κατὰ τοῦ ἀποκρύψαντος ἐπῆγεν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ

A adamabimus, in regnum introibimus: imo etiam si nosmet propter regnum cœlorum spadonabimus (18); sic enim homo præcidens ex anima sua turpem quamlibet et intemperantem passionem, etsi corporis ætate jam vir evaserit, conversus fiet tanquam puer. Sin vero nihil horum fecerimus, Servatoris sententiæ subjiciemur, cum dictione amen interminantis, quod nisi ita nos gesserimus, non patebit nobis ad regnum introitus.

XXII.

Par apud Matthæum quoque exstat parabola. Etenim homo, ut ait, peregre proficiscens, vocavit servos suos; et uni quidem dedit quinque talenta, alteri duo, tertio denique unum [87]; quia multa sunt dona, et diversæ sancti Spiritus diribitiones; unicuique autem datur prout expedit. B Contingit quippe aliquando ut aliquis uno dono potiatur, duobus alter, alius denique pluribus. Sic ergo dictum est, alii quidem data fuisse quinque talenta, quia totidem sancti Spiritus dona illi attributa sunt: alii autem haud totidem, sed unum datum fuisse; qui graviorem damnationem perferet, quia cum multa non accepisset, ne forte ad operosius negotium torperet; nihilominus ne ex uno quidem fructum retulerit; quod cum iners custodiverit, neque aliis fuerit impertitus, hoc ipso spoliabitur, secundum Servatoris effatum, damnante eum judice de socordia atque ignavia, terribilesque minas et diram sententiam adversus eum ferente. Qui vero plura sancti Spiritus munera collata habuerunt, et deinde C harum fructum operoso labore multiplicarunt, hi quo tempore rationum dati et accepti collatio fiet, faustum bonumque testimonium referent. Namque in paucis probatos, in præsente nimirum vita, majoribus in futuro sæculo et cœlestibus præmiis dignabitur Dominus. At vero nequam servum et pigrum, incusata ejus improbitate et ignavia, congrua pœna afficiet; socordem eum appellans, quia officium non præstiterit; nequam autem, quia domino suo dicere ausus fuerit, Austerus es homo, et reliqua. Igitur eo coarguto quod repugnantia loqueretur, et ex ore ejus damnans, quia cum eum austerum et inexorabilem judicem esse dixisset, nihilominus tam fuerit negligens ut nihil agere boni voluerit, justissimam feret in eum sententiam, D tenebris exterioribus eum tradens, non modo ut socordem et nequam, verum etiam ut inutilem domoque pellendum famulum. Videbitur ergo apparenter, haud satis accurate quod attinet ad sensuum sequelam, hoc de illo fuisse dictum qui nihil operans talentum abscondit. Certe quod Hebraicis

[87] Matth. xxv, 14.

(18) Utor hoc verbo, quod est in fragmentis antiquissimis veteris Italæ Matth. xix, 12, a me editis cum sancti Augustini genuino *Speculo*; idque vocabulum in meo quoque glossario *Spicil.* t. ix, jure scripsi: *Sunt spadones*, etc., *qui se ipsos spadonaverunt propter regnum.* Quo pio sensu, et quidem huc respiciens, etiam Tertullianus *De cult. fem.* ix, dixit, *se spadonatui assignant propter regnum Dei.*

(19) Hoc quoque ingens fragmentum usque ad verba extrema παραδώσει δίκῃ, gerit titulum in codice A. 254. b. *Εὐσεβίου β.* (cum siglis supra β.) *Θεοφανείας : Eusebii, libro quarto Theophaniæ.*

(20) Etiam in Syriaca *Theophania* lib. iv, 12, laudat Eusebius Evangelii exemplar Hebraicis (id est Syriacis) litteris scriptum. Jam vero cum in Vat. bibliotheca codex exstet Syriacus sub numero XIX, priscus adeo ut Eusebii ætatem exæquare posse

litteris conscriptum Evangelium ad nos devenit, minas illas haud contra talenti occultatorem, sed contra luxuriose viventem intendit. Tres enim ibi repræsentantur servi; alius domini substantiam devorans cum meretricibus et saltricibus; alter opere multiplicans; tertius talentum occultans. Deinde ait unum quidem benevole exceptum, alterum reprehensum tantummodo, tertium in vincula conjectum. Ambigo, an forte apud Matthæum post absolutum contra ignavum servum sermonem, quæ sequitur sententia, haud in hunc, sed per epanalepsin dicta fuerit adversus comedentem et bibentem cum ebriosis.

A ἀσώτως ἐζηκότος. Τρεῖς γὰρ δούλους περιεῖχε, τὸν μὲν καταφαγόντα τὴν ὕπαρξιν τοῦ δεσπότου μετὰ πορνῶν καὶ αὐλητρίδων, τὸν δὲ πολλαπλασιάσαντα τὴν ἐργασίαν, τὸν δὲ καταχρύψαντα τὸ τάλαντον· εἶτα τὸν μὲν ἀποδεχθῆναι, τὸν δὲ μεμφθῆναι μόνον, τὸν δὲ συγκλεισθῆναι δεσμωτηρίῳ. Ἐφίστημι, μήποτε, κατὰ τὸν Ματθαῖον, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ λόγου τὴν κατὰ τοῦ μηδὲν ἐργασαμένου ἡ ἑξῆς ἐπιλεγομένη ἀπειλὴ οὐ περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ περὶ τοῦ προτέρου κατ' ἐπανάληψιν λέλεκται τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μετὰ τῶν μεθυόντων.

Hæc igitur ita apud Matthæum dicta fuerunt in monte Olearum, ubi Servator cum discipulis consistens de mundi consummatione disserebat. Prædictam autem parabolam solus Lucas commemorat tanquam dictam a Servatore quo tempore apud Hierichuntem degebat [88]. Quare nec eamdem hanc cum illa esse putandum est, quoniam quæ in ambabus leguntur, haud similia sunt. Hic enim decem dicuntur servi, illic haud pari numero. Hic singuli singulas minas accipiunt, illic alius quinque talenta, alter duo, tertius unum accipit. Hic qui decuplavit minam, audit : Euge, serve bone et fidelis, quia in minimo fuisti fidelis, esto potestatem habens super decem urbes. Qui autem ex una fecit quinque, similiter audit : Tu quoque supra quinque urbes esto. In talentorum vero parabola dicebatur : euge, serve bone; in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως εἴρηται παρὰ τοῦ Ματθαίου ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, τοῦ Σωτῆρος τοῖς
B αὐτοῦ μαθηταῖς συνόντος καὶ τὰ περὶ τῆς συντελείας προδιαστελλομένου· τὴν δὲ προκειμένην παραβολὴν μόνος Λουκᾶς ἀπεμνημόνευσεν, ὡς τοῦ Σωτῆρος εἰρηκότος αὐτὴν καθ' ὃν χρόνον ἐν Ἱεριχοῖ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Διόπερ οὐδὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ ταύτην εἶναι ὑποληπτέον, ἐπεὶ μηδὲ τὰ ἐν αὐτοῖς φερόμενα ὅμοια τυγχάνει. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ δέκα λέγονται δοῦλοι, ἐκεῖ δὲ οὐ τοσοῦτοι· καὶ ἐνταῦθα ὁ καθεὶς ἀνὰ μίαν μνᾶν λαμβάνει, ἐκεῖ δὲ ὁ μέν τις πέντε τάλαντα, ὁ δὲ δύο, ὁ δὲ ἕν. Καὶ ἐνταῦθα ὁ μέν τις δεκαπλασιάσας τὴν μνᾶν ἀκούει, *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων*· ὁ δὲ τὴν μίαν πέντε ποιήσας ἀκούει, *Καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων*. Ἐν δὲ τῇ τῶν ταλάντων παρα-
C βολῇ ἐλέγετο, *Εὖ, δοῦλε ἀγαθέ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου.*

Age vero parabolæ explanationem ad compendium conferentes, ita dicimus. Arbitrabantur nonnulli, primo Servatoris nostri adventu regnum ejus fore, idque tunc incepturum existimabant statim ac Hierosolyma ascendisset. Adeo illos admiratione perculerant patrata ab ipso miracula. Adversus hanc opinionem Servator docet, haud ante a Patre se regnum accepturum, quam peregre ab hominibus ad Patrem abierit. Id vero hac parabola affirmavit dicens : ***Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, et rediret;*** nobilem quidem semet appellans propter carnalem nativitatem quam ex Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Davide, atque horum posteris sortitus erat. Quare et hominem se nominavit. Dum vero ait profectum in regionem longinquam, suum in cœlum de terra reditum significavit. Addens denique, se accepto regno reversurum, secundam suam theophaniam, gloriosam atque regalem, denotavit. Porro prædictæ tempore peregrinationis servos illius dicit acceptas minas diverso successu fuisse negotiatos : cives vero ejusdem ipsi infensos, missa post eum lega-

Τήν γε μὴν εἰς τὴν παραβολὴν ἑρμηνείαν ἐπιτεμνόμενοί φαμεν· Ὑπέλαβόν τινες κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ γενήσεσθαι· καὶ τοῦτο ἐνόμιζον ἔσεσθαι παραχρῆμα τότε ἐπειδὰν ἐπιβῇ τοῖς Ἱεροσολύμοις· οὕτως ἐξέπληττον αὐτοὺς αἱ θεοσημεῖαι ὑπ' αὐτοῦ συντελούμεναι. Πρὸς δὴ οὖν ταύτην τὴν ὑπόνοιαν ὁ Σωτὴρ διδάσκει, μὴ πρότερον αὐτὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν βασιλείαν ἀπολήψεσθαι, ἢ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πρὸς τὸν Πατέρα στείλασθαι. Τοῦτο δὲ διὰ τῆς παραβολῆς παρίστη, λέγων· *Ἄνθρωπός*
D *τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν, λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι*· εὐγενῆ μὲν ἑαυτὸν καλῶν διὰ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν ἐξ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἔκ τε Δαβὶδ καὶ τῶν τούτου διαδόχων γεγενημένην· διὸ καὶ ἄνθρωπον ἑαυτὸν ὠνόμαζε. Λέγων δὲ, *Ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν*, τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἑαυτοῦ ἐσήμανεν. Ἐπιφέρων δὲ τὸ, *λαβεῖν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι*, τὴν δευτέραν αὐτοῦ θεοφάνειαν, τὴν ἔνδοξον καὶ βασιλικὴν, παρίστη. Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὴν λεχθεῖσαν ἀποδημίαν τοὺς μὲν αὐτοῦ δούλους

[88] Luc. XIX, 12.

videatur; isque lingua Palæstina contineat ss. Evangelia, cupide consului num ibi hæc parabola ita legeretur, ut modo ait Eusebius; sed contrarium comperi; ita ut de alio exemplari loquatur Eusebius necesse sit.

μνᾶς φησιν εἰληφέναι καὶ εἰργάσθαι διαφόρως· A ἐχθροὺς δέ τινας πολίτας αὐτοῦ μισεῖν αὐτὸν, καὶ διὰ πρεσβείας παραιτεῖσθαι αὐτοῦ τὴν βασιλείαν. Τοὺς μὲν οὖν αὐτοῦ δούλους πάντας ἐδήλου τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας· τὴν δὲ μνᾶν τὴν πᾶσιν ἐξ ἴσου δεδομένην τὴν γνῶσιν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας· τὴν δὲ ἐργασίαν τὴν ἑκάστῳ πρὸς τῇ γνώσει κατορθουμένην ἐν ἀγαθαῖς πράξεσι καρποφορίαν· πολίτας δὲ ἑαυτοῦ μισοῦντας αὐτὸν τοὺς ἐκ περιτομῆς, ὧν τὴν πολιτείαν ὑπομείνας, καὶ ὑπὸ τὸν αὐτὸν γεγονὼς νόμον, εἰκότως πολίτην ἑαυτὸν αὐτῶν ἀνηγόρευσεν· οἱ δὲ μισοῦντες αὐτὸν καὶ τοῦ μίσους ἔργα ἐνδειξάμενοι διὰ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς οὐκ ἠρκέσθησαν αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀποδημίαν αὐτοῦ, ταῖς κατ' αὐτοῦ ἀραῖς καὶ ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς ἀθετοῦντες αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν B παραιτούμενοι, καὶ ἀπευχόμενοι τοῦτο γενέσθαι. Ὁ δὲ, καὶ μὴ βουλομένων αὐτῶν, παραλήψεται τὴν βασιλείαν· ἐπανελθών γε μὴν κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ Θεοφάνειαν, τῶν μὲν ἀξίων καὶ αὐτοῦ δούλων βασιλεύσει. Καὶ τούτων αὐτῶν πρότερον τὴν διάκρισιν ποιήσει, τοὺς μὲν ἀποδεξόμενος καὶ βασιλικαῖς τιμήσων δωρεαῖς, ἐφ' οἷς διεπράξαντο κατορθώμασιν· ἡγουμένους γὰρ πόλεων καὶ ἄρχοντας αὐτοὺς ἑτέρων καταστήσει· τοὺς δὲ ἐπ' ἀργίᾳ μεμψάμενος, καὶ ἧς ἐδόκουν πρότερον μετεσχηκέναι μοίρας στερήσει· τοὺς δὲ ὠνομασμένους αὐτοῦ πολίτας τοὺς πάλαι ὄντας ἐχθροὺς, καὶ τὰ ἐχθρῶν ἔργα εἰς αὐτὸν ἐνδειξαμένους, καὶ μετὰ ταῦτα ὀπίσω αὐτοῦ πρεσβείαν ἀπεσταλκότας καὶ παραιτησαμένους αὐτὸν, δι' ὧν εἰώθεισαν κατ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι ἀρῶν (21), εἰς μέσον ἀχθῆναι κελεύσει πρὸ τοῦ βασιλικοῦ τῆς δόξης αὐτοῦ θρόνου, κἄπειτα δικαιοσύνῃ (22) κριτηρίῳ χρώμενος, τῇ προσηκούσῃ αὐτοὺς παραδώσει δίκῃ.

A tione, dominatum ejus detrectasse. Servorum quidem nomine, cunctos denotat ipsi credentes : mina omnibus æque data, notitiam regni cœlorum : negotiatione, fructum a singulis, post illam notitiam, per sua bona opera collatum. Cives ejus osores, circumcisum populum, cujus cum conversationem pertulerit, et legibus obtemperaverit, recte sese civem illius appellavit. Osores vero ejus, et odii opera exhibentes, insidias ei struendo, haud his contenti fuerunt; verum etiam post ejus ex hominibus excessum maledictis eum incessunt, et suis etiam ad Deum precibus detestantur, regnumque detrectant, et ne hoc ullo tempore eveniat deprecantur. Verumtamen his etiam invitis regnum ipse accipiet. Revertens per suam alteram theophaniam, B dignis quidem, servisque se dignis dominabitur. Hos tamen in certas classes distribuet; alios nempe regalibus honorans muneribus propter ipsorum facta præclara; nam præsides urbium, et populorum principes constituet. Alios autem ob ignaviam reprehensos, iis etiam honorum partibus, quibus antea utebantur, spoliabit. Illos denique cives ejus appellatos, inimicos veteres, et huic appellationi congrua facta exsecutos, et legatione quoque missa ipsum detestatos, per eas nempe quas recitare solent contra eumdem diras, in medium adduci jubebit ante regalem gloriæ suæ thronum; moxque justo judicio exercito, conveniente supplicio afficiet.

DE GRÆCIS THEOPHANIÆ FRAGMENTIS GENERALIS ADNOTATIO.

Hactenus Eusebianæ Theophaniæ fragmenta, vel potius partes, ex tribus codicibus Vatt. A. E. L. edidimus. Et quidem eadem Theophania, in aliis quoque duobus recitatur Vatt. codicibus B. et F., qui tamen nonnisi exemplares sunt, et quidem imperfecti, ex codicibus A. et E. derivati. Itaque neutrius illorum nobis fuit necessarius usus. Jam vero quæcunque a nobis in superioribus foliis edita fuerunt, ea vel Theophaniæ titulo nominatim in codicibus denotabantur, vel cum Syriaca seu Anglica operis interpretatione congruebant, vel in prædictis codicibus adeo connexa erant cum partibus titulum Theophaniæ præ se ferentibus, ut ab iis avelli nequirent, etiamsi aliquando nonnisi nudum Eusebii nomen gererent. De quibus omnibus lectores nostros singulis in locis admonuimus : nihil enim nobis majori curæ fuit, quam ut fideles accuratique videremur. Utique et aliæ partes erant, quibus Eusebii (non tamen Theophaniæ) nomen erat inscriptum, quæque alicubi cum dicto opere partim consentiebant : quia tamen nimis liberum audaxque visum foret, eas cum certioribus Theophaniæ partibus copulare, id consilium merito omisimus. Itaque hæ partes in commentario Eusebii ad Lucam supra dicto apparent ; quibus identidem et pro re nata quidquid erat observandum subscripsimus.

Nunc magna quæstio exoritur, quam nos vix attingere audemus, ne rem quodammodo nostram (quod est præjudicium in re litteraria noxium et odiosum) defendere videamur; quid videlicet de Syriaca Theophania cum Græcis partibus comparata judicandum sit ; utrum videlicet ea plena sit, an compendio aliquo vel omissionibus imminuta fuerit ; quandoquidem Græca ejus, id est originalia, fragmenta in codicibus Vaticanis satis interdum differunt, quodque pluris interest, haud raro sunt prolixiora, interdum denique in tota Theophania Syriaca non apparent. Equidem testor publice, nihil me præter veritatem optare aut velle, nulloque studio teneri huic potius patrocinandi opinioni, quam alteram refellendi, patentemque aream libenter relinquere, in qua se quilibet pro suo libito exerceat aut decertet. Illa tamen me non mediocriter movet similitudo, quod Syriaca trium epistolarum Ignatii translatio, in iisdem Nitriensibus exemplaribus nunc detecta, et a doctissimo Curetono edita, adeo brevior comperta est, ut capitula undecim omissa sparsim fuerint (prout ex Gallicis ephemeridibus disco (a), etenim Anglicana editione careo) quæ in Græco jam diu edito textu leguntur. Præterquam quod tam in epistolis Ignatianis quam in fragmentis Eusebianis aliæ quoque fiunt minoris momenti varietates, modo aliquid interjaciendo, modo immutando, modo denique transferendo. Equidem ad

(21) Videtur Eusebius innuere diras quas Judæi in synagogis suis adversus Christum dicere solent.
(22) Ita cod.
(a) *Auxiliaire catholique*, t. II, p. 234 ; t. III, p. 81, 220, 272 ; t. IV, p. 244, 302.

Eusebium quod attinet, non ignoro paulo liberiorem Græcarum catenarum methodum, qua excerpti textus aliquando tantisper variari solent : quisquis tamen Græca nostra cum Syriacis conferet, ægre ut puto sibi persuadebit, fieri posse ut tot tamque grandia additamenta aliunde quam ab originali opere, desumpta sint. Cur enim catenarum Vaticanarum auctores Nicetas atquè Macarius, cur alius anonymus, primo quidem titulum Theophaniæ toties, et quidem sine ulla causa, finxissent, deinde tam longa segmenta huic potius quam alii titulo supposuissent ? Profecto fuit facillimum, Eusebii tantum nomen (quod aliquoties fit) Theophaniæ quoque fragmentis inscribere, sive alicujus amanuensis socordia sive voluntate ; verum enimvero Eusebiano alicui diversi argumenti scripto titulum Theophaniæ tam sæpe a Niceta Macarioque fuisse appictum, valde est incredibile. Quæ si ita se habent, sequitur ut Syrus Eusebii interpres, brevitati studens, partes aliquot operis subtraxisse videatur.

Atque ut ad exemplum epistolarum Ignatii revertar, dicet aliquis, apprimeque in suis perdoctis vindiciis cl. Curetonus, Græcum potius Ignatianarum epistolarum contextum interpolatum auctumque fuisse ; quod idem fortasse de Græcis quoque Eusebianis dicendum alicui videbitur. Ignatianam ego quæstionem aggredi prorsus nolo, quæ nec propositi mei est, et a summis criticis jamdiu fuit ventilata. Cæteroquin ostendendæ epistolarum illarum varietati ego quidem symbolam contuli, fragmento edito epistolæ ad Tarsenses, quod Anastasius presbyter a me vulgatus servavit (Script. vet. *t. VII, p. 22.*), *quodque hoc loco non piget repetere, quandoquidem in Ignatii edita hactenus ad Tarsenses epistola non occurrit.* Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἐν Ταρσῷ. Εἰ γὰρ ᾔδεις ὅτι Θεοῦ Υἱὸς ἦν, ἐγίνωσκες ὅτι τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀνενδεὲς ποιήσας τὸ φθαρτὸν σῶμα, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἠδύνατο τοῦτο ποιῆσαι· διὰ τί οὖν πεινᾷ; ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθῶς ἀνέλαβε σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἀνθρώποις· διὰ μὲν γὰρ τοῦ πρώτου ἔδειξεν ὅτι Θεὸς, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου ὅτι καὶ ἄνθρωπος. *« Ignatii theophori ac martyris, ex epistola ad Tarsenses. Si enim ipsum Dei Filium fuisse scires, utique etiam cognosceres, eum qui corruptibile corpus suum, quadraginta dierum spatio, cibo non indigum effecerat, potuisse etiam in perpetuum tale præstare. Cur ergo esurit ? Nempe ut ostendat se vere corpus assumpsisse, æque ac cæteros homines passibile. Priore ergo modo Deum, altero etiam hominem se esse demonstravit. » Cæteroquin illa magis sententia mihi arridet, quæ Ignatium imminutum potius a Syris aliarumque gentium hominibus statuit, quam a Græcis Latinisque hominibus auctum : ægerrime enim ferrem tot nobis eripi sacræ et dogmaticæ doctrinæ capita, quot in Nitriensi Syrorum exemplari desunt : præsertim quia partes ab his omissæ, apud perantiquos auctores laudantur.*

Jam ut Theophaniam fortasse decurtatam a Syro interprete vehementer suspicer, ante omnia me cogunt partes Græcæ complures, quæ, prout in singulis locis dixi, partim titulum Theophaniæ gerunt, partim cum illis continuantur. Deinde cum reputo vix fieri potuisse ut Eusebius nullam hoc in opere prophetiam paulo disertius exponeret, ideo partem illam Danielici vaticinii ablegare non potui, præsertim Theophaniæ titulo Eusebiique nomine in codice ornatam. De cæteris additamentis accurate in singulis prope paginis ac fideliter dixi. Age vero Vaticana Theophaniæ fragmenta ex tertio quartoque libro præcipue sumuntur ; pauca ex quinto ; ex primo denique unum, quod Græce catena Patrum in Epist. ad Hebr. IV, *12, mihi suppeditavit. Jam causa cur ex tertio potissimum quartoque libro fragmenta Græca supersint, illa est, quod duobus his libris Eusebius publicam Christi Domini vitam, prædicationem scilicet, miracula ac mortem, concluserat ; catenarum autem auctoribus hæc apprime idonea materia erat, qui ad evangelicam historiam commentarios subnectebant. Porro qui tertium quartumque librum in Syriaca vel Anglica translatione leget, is facile agnoscet totam Eusebii narrationem nullo fere ordine fieri, sumptis modo ex hoc modo ex illo evangelista argumentis, nullo inter se vinculo nexis : quartum vero præcipue librum tam libero marte scribi, ut quidvis addi aut demi aut interponi possit, quin orationis cursus abrumpi aut intercipi videatur. Ipse Eusebius in tertii libri calce ait, multo esse plura quæ de Jesu tractari poterant, a se tamen pauca eligi, quæ volumine quarto complexurus sit, quod cæteris prolixius fore promittit : quo ex dicto intelligimus, libri ejus dilatandi aut contrahendi liberam valde fuisse facultatem : quam rem haud nos equidem considerandam lectoribus proponeremus, nisi Græca nunc deprehensa fragmenta suspicionem nostram conjecturamve firmarent.*

Porro fragmentorum nostrorum duplex quodammodo classis est ; prior, undecim fragmenta continens, cum Syro ad litteram plerumque congruit, iis locis exceptis qui longius excurrunt. Altera classis, parem numerum fragmentorum habens, Theophaniæ æque titulum in codicibus nostris ostentat ; et tamen partim rarius cum Syriaco textu conspirat, partim nova ac inaudita omnino est. Atque hæc causa fuit, cur hæc nos posteriora propemodum secreverimus ; nam si temporis operisque ordinem sequi libuisset, cum superioribus miscenda erant ; quod in hac saltem prima editione noluimus, ut totius rei status evidentius constaret. Dicetne aliquis cum vulgari proverbio, Facile esse inventis seu factis addere ? Equidem in re de qua agimus, adagium nego. Namque et in Ignatianis epistolis, et in Eusebii Theophania longe facilius fuit omittere, quam adjicere : siquidem qui omittit id unum fere cavet, ne orationis seriem incautius abrumpat : qui autem addit, et excogitare nova debet et apte digerere cum styli aliqua imitatione rerumque similitudine. Profecto pauca, si minus nulla, cernimus priscorum opera quæ deinceps ab aliis aucta fuerint ; breviata vero quamplurima. Namque ut omittam quæ jamdiu editis in libris prostant ; ecce in hoc volumine habemus Evangelicas Eusebii Quæstiones ad Stephanum et ad Marinum ab anonymo nescio quo breviatas. Valerii Maximi duo ego compendia in lucem extuli Paradisi ac Nepotiani. In Vaticanis item codicibus compendia vidi historiarum Josephi et Orosii. Chrysostomum æque contractum in mss. cognovi, compendia insuper commentariorum Hieronymi ad Isaiam a Damiano quodam Daniele Remigio, ad Paulum a Claudio Taurianensi. In Vaticanis juris civilis reliquiis leges aliquot edidi integras, quæ postea in Theodosiano codice sunt imminutæ, in Justinianeo denique ad minimam brevitatem redactæ. Denique etiam Augustini librorum De musica *epitomem edidi in pervetusto codice conservatam. Sed hæc hactenus, ne legentium otio videar abuti. Quæ omnia non ideo dixi, quia Syriacæ Theophaniæ, quod est opus pretiosissimum, laudem minuere ullo modo velim, vel dubitationem hanc certo dissolvere, aut fragmentis Græcis plus æquo favere ; sed causam potius* κριτικωτάτοις *viris, ac præsertim doctissimo ac laudatissimo Leo præbere studeo, ut controversiam, si ei videbitur, pro sua sapientia ventilet, judicium exerceat, lancem prout veritas postulabit inclinet. Nihil enim ego magis opto quam ad rectam ejus sententiam accedere.*

MONITUM IN SUBSEQUENS OPUSCULUM.

(Mai, *Bibl. Patr.* IV, 208.)

In Constantini Magni Vita, *quam scripsit, Eusebius narrat lib.* IV, *cap.* 34, *compositum a se fuisse de sanctissima solemnitate paschali ejusque ratione declarativum tractatum, quem prædicto Constantino nuncupavit:* Περὶ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Πάσχα ἑορτῆς προσφωνησάντων ἡμῶν αὐτῷ μυστικὴν ἀνακάλυψιν τοῦ τῆς ἑορτῆς λόγου. *Sequente autem capitulo idem Eusebius recitat Constantini ad se litteras, quibus acceptum librum ac lectum valde commendat, et aliorum quoque multorum notitiæ et usui regali suo jussu traditum nuntiat. En autem ipsa Christianissimi Augusti verba:* Τὸ μὲν ἐγχείρημα μέγιστον, καὶ πάσης λόγων δυνάμεως κρεῖττον, Χριστοῦ μυστήρια κατ' ἀξίαν εἰπεῖν, τήν τε τοῦ Πάσχα ἀντιλογίαν τε καὶ γένεσιν, λυσιτελῆ τε καὶ ἐπίπονον τελεσιουργίαν, ἑρμηνεῦσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· τὸ γὰρ θεῖον ἀνθρώποις ἀδύνατον κατ' ἀξίαν φράσαι, καὶ τοῖς νοῆσαι δυνατοῖς. Πλὴν ὅμως ὑπερθαυμάσας σε τῆς φιλομαθείας τε καὶ φιλοτιμίας, αὐτός τε τὸ βιβλίον ἀσμένως, καὶ τοῖς πλείοσιν οἵ γε τῇ περὶ τὸ θεῖον λατρείᾳ γνησίως προσέχουσι, καθὰ ἐβουλήθης, ἐκδοθῆναι προσέταξα. Συνορῶν τοίνυν μεθ' ὅσης θυμηδίας τὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς ἀγχινοίας δῶρα λαμβάνομεν, κ. τ. λ. *« Maximum sane negotium est, et quod omnem dicendi vim superat, Christi mysteria pro dignitate edisserere, et controversiam de paschate, festique hujus originem, nec non ejusdem utilem simul ac laboriosam celebrationem decenter exponere. Nam res divinas ne ipsi quidem enarrare sufficiunt, qui eas cogitatione assequi valent. Verumtamen eximiam tuam doctrinam studiique contentionem summopere admiratus, et ipse librum legi, utque in multorum, qui divinæ religionis observantiam sincere profitentur, manus perveniret, quemadmodum volueras mandavi. Cum igitur intelligas quanta cum voluptate hujusmodi munera a solertia tua suscipimus, » etc. Pergit mox imperator dicere, eumdem librum in Latinam quoque linguam ex Græca fuisse translatum, quod auctoris justo merito ac famæ tribuit.*

Jam vero hoc adeo laudatum opusculum, quod propter ventilatam in Nicæna synodo controversiam paschalem Eusebius scripserat, jam diu tum Græce tum Latine perierat; nisi Nicetas Serrarum episcopus in sua magna ad Lucam ms. catena partem ejus insignem atque prolixam conservavisset; quam ego Græce, prout in Vaticano codice comperi, ante hos annos edidi; nunc autem Latina quoque interpretatione donandam judicavi. Et gaudeo, quod in hoc scripto, præter reliquam eruditionem, insigne quoque testimonium dat Eusebius SS. Eucharistiæ sacramento. Utique Balthasar Corderius, vir doctus quem honoris causa nomino, in sua quam typis tradidit Patrum ad Lucam catena (quæ diversa a nostra Niceliana est) p. 544-545, *hoc Eusebii excerptum a se factum Latinum protulisse videtur; sed primo haud integrum, quia totæ apud eum desunt sectiones sexta et octava, necnon propemodum totæ decima et undecima, præter alias sparsim mutilas perturbatasque periochas: tum Corderii interpretatio ejusmodi est, quam si ego singillatim expenderem et castigarem, morosus sane et odiosus judex viderer. Sic enim interdum is loquitur, ut quid fere in Græco suo manuscripto legerit, non facile agnoscas. Sed quod pluris interest, Græcus, id est originalis, Eusebii textus ante librum nostrum totus erat ineditus.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΕΟΡΤΗΣ.

EUSEBII CÆSARIENSIS DE SOLEMNITATE PASCHALI.

α'. Τάχα οὐκ ἄκαιρον ἂν εἴη καὶ αὖθις περὶ τοῦ Πάσχα διαλαβεῖν, ἄνωθεν Ἑβραίων παισὶν εἰκονικῶς παραδεδομένου. Ὁπηνίκα γοῦν Ἑβραῖοι, σκιὰς μελλόντων ἐπιτελοῦντες, πρῶτοι τὴν τοῦ φασὲκ ἑορτὴν ἐτέλουν, θρέμμα μὲν αὐτοῖς ἐξ ἀγέλης ἐλαμβάνετο· τοῦτο δὲ ἦν ἀμνὸς ἢ πρόβατον (23)· εἶτ' αὐτοὶ τοῦτο δι' ἑαυτῶν ἔθυον· κἄπειτα τῷ μὲν αἵματι πρῶτον ὑπέρθυρα καὶ φλιὰς ἕκαστος τῶν ἰδίων κατέχριον οἴκων· ταύτῃ πῃ εἰς ἀνατροπὴν ὀλοθρευτοῦ αἱμάσσοντες οὐδοὺς καὶ μέλαθρα. Σαρξὶ δὲ τοῦ προβάτου τροφῇ χρώμενοι, καὶ τὰς ὀσφῦς ζώνῃ περιδεδεμένοι,

A 1. Non erit fortasse intempestivum nunc etiam de Paschate sermonem instituere, prout is olim ritus Hebræis, figuræ causa, traditus fuit [89]. Quando itaque Hebræi res futuras adumbrantes, primi sollemnitatem phasec celebrarunt, pecudem sibi de grege sumpserunt: erat autem agnus vel ovis. Hanc victimam manu propria occiderunt. Exin ejus cruore superliminaria primum postesque suæ quisque domus inunxerunt; sic videlicet, ob exterminatorem arcendum, limen trabemque supernam cruentantes. Deinde victimæ carnibus vescentes,

[89] Exod. XII, 3.

(23) Posthinc, nec non alibi, omittuntur partes aut corrumpuntur in catena Latina Balthasaris Corderii ad Lucam.

zona lumbos præcincti, panibus azymis degustatis, A intybis etiam appositis, de loco in locum, id est de Ægyptiorum regione in desertum, transierunt. Hæc illi agere in mandatis habuerunt, cum cæde ovis esuque. Quamobrem illa ex Ægypto digressio, nomen fecit apud Hebræos festo transitus. Cæterum hæc in figura illis contingebant; nostri autem gratia scripta fuerunt [60]. Atque ita Paulus interpretatur, dum symbolorum veterum veritatem his verbis aperit : nam *Pascha nostrum immolatus est Christus* [61]. Causam vero hujus immolandi Baptista sic exhibet dicens : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* [62]. Reapse victima, malorum omnium remedium, neci traditum fuit Servatoris corpus, quod instar expiationis, totius mundi peccatum B abstulit. Propterea Isaias clare exclamavit : *Hic peccata nostra fert, et pro nobis patitur* [63].

2. Hujus ergo victimæ, id est Servatoris qui proprio sanguine humanum genus salvavit, intellectualibus pasti carnibus, videlicet dogmatibus atque doctrinis cœlorum regnum nuntiantibus, deliciis merito divinis deliciamur. Sed et fide erga sanguinem ejus, quem pro nostra salute lytrum obtulit, animæ domos, id est corpora, obsignantes, omne genus insidiantium dæmonum a nobis submovemus, transitusque solemnitatem celebrantes, transire ad divina studemus, veluti olim illi in desertum ex Ægypto commigrarunt. Ita nos quoque invium quoddam desertumque a multis iter facimus, C vetus irreligiosi erroris fermentum anima expellentes, veraque intyba amaro et insuavi victu simul apponentes. Tempus quoque solemnitatis opportunum est, haud in medium hiemem incurrens, quæ tristis est; neque vicissim in mediam æstatem, quo tempore fervens solstitium, versantium in agris venustatem deterit; nimis item prolixæ sunt horæ, haud æquis partibus divisæ. Sed neque autumnale æquinoctium jucundum aspectum præ se fert, viduato agro, et suis fructibus tanquam filiis spoliato. Superest ex his anni temporibus lætum ver, quod totius anni, ceu corporis caput est, cum sol primam stadii sui partem decurrit, luna autem pariter pleno orbis sui lumine noctis cursum in lucidum transformat diem. Ver, inquam, D hiemalium tonitruorum terriculamenta discutit, longa (noctium) interstitia tollit, aquarum exundationes cohibet. Jamque nova splendente serenitate, tranquilla fiunt navigantibus maria, sudusque aer terra iter facientibus. Regiones interim in agris gravidantur seminibus, et fructibus tumentes arbores, Dei donis exornatæ, agricolis laborum mercedem in benedictione præbent.

τροφῆς τε ἀζύμων ἄρτων μετίσχοντες, καὶ πόας πικρίδων προσφερόμενοι, τόπον ἐκ τόπου διέβαινον, τὸν ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίων γῆς ἐπὶ τὴν ἔρημον. Ταῦτα γοῦν αὐτοῖς ὁμοῦ τῇ τοῦ προβάτου σφαγῇ τε καὶ τροφῇ πράττειν νενομοθέτητο. Ἔνθεν ἡ ἐξ Αἰγύπτου μετάβασις τὴν τῶν διαβατηρίων αὐτοῖς ἐπωνυμίαν ἐπλήρου. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν τυπικῶς ταῦτα συνέβαινεν, ἐγράφη δὲ δι' ἡμᾶς. Καί γε διερμηνεύει Παῦλος τῶν παλαιῶν συμβόλων διαφαίνων τὴν ἀλήθειαν δι' ὧν φησι· *Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός*. Τὸ δὲ αἴτιον τοῦ τυθῆναι αὐτὸν ὁ Βαπτιστὴς παρίστησιν εἰπών· *Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*. Καὶ γὰρ σφάγιον κακῶν ἁπάντων ἀποτρόπαιον τὸ σῶμα τὸ σωτήριον τῷ θανάτῳ παρεδίδοτο, ὃ δὴ καθαρσίου δίκην τοῦ παντὸς ἀφεῖλε κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· κέκραγε γοῦν τηλαυγῶς Ἡσαΐας· *Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται.*

β'. Τούτου δὴ τοῦ σωτηρίου θύματος τοῦ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος ἀνασωσαμένου ταῖς λογικαῖς σαρξὶ τρεφόμενοι, μαθήμασι δηλαδὴ καὶ λόγοις βασιλείας οὐρανῶν καταγγελτικοῖς, τὴν κατὰ Θεὸν εἰκότως τρυφῶμεν τρυφήν. Ἀλλὰ καὶ πίστει τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ὃ δὴ λύτρον ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἀντιδέδωκε σωτηρίας, τοὺς ψυχῆς οἴκους τὰ σώματα κατασημαινόμενοι, πᾶν γένος δαιμόνων ἐπιβούλων ἐξ ἑαυτῶν ἀπελαύνομεν· καὶ τὴν τῶν διαβατηρίων ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες, διαβαίνειν μελετῶμεν ἐπὶ τὰ θεῖα, ὡς πάλαι τῆς Αἰγύπτου μεταβεβηκότες ἐπὶ τὴν ἔρημον. Ταύτῃ γοῦν καὶ ἡμεῖς ἀτριβῆ τινα καὶ ἔρημον τοῖς πολλοῖς στελλόμεθα πορείαν, παλαιὰν ζύμην ἀθέου πλάνης τῆς αὐτῆς ψυχῆς ἐξόριον ποιούμενοι, καὶ τὰς ἀληθεῖς πικρίδας διὰ τῆς πικρᾶς καὶ ἀλγεινῆς διαίτης προσφερόμενοι. Καὶ ὁ καιρὸς δὲ τῆς ἑορτῆς εὔκαιρος, οὐκ ἐν μέσῃ χειμῶνος ὥρᾳ παρηγμένος· στυγνὸς γὰρ οὗτος· ἀλλ' οὐδ' ἐν μέσῳ θέρει κατάλληλος ἦν, καθ' ὃν ἡ τροπὴ (24) φλεγμαίνουσα, τῶν κατ' ἀγροὺς σχολαζόντων περιαιρεῖται τὸ κάλλος· πλεονεκτεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν ὡρῶν, οὐκ ἐπαμφοτερίζοντα τῇ ἰσομοιρίᾳ (25)· μετοπώρου γὰρ τροπῆς οὐκ ἐπιτερπὴς ἡ θέα, χηρευούσης μὲν τῆς χώρας, τῶν δ' οἰκείων καρπῶν ὡς ἂν τέκνων ἀπεστερημένης. Ἔαρ δὴ λείπεται τὸ φαιδρὸν, ὃ δὴ τοῦ παντὸς ἔτους κεφαλή τις οἷα σώματος ἡγεῖται, ἡλίου μὲν δὴ ἄρτι τὸ πρῶτον τμῆμα διιπτεύοντος, σελήνης δ' ἐκ παραλλήλου πλησιφαεῖ τῷ φωτὶ τὸν τῆς νυκτὸς δρόμον εἰς λαμπρὰν μεθαρμοζομένης ἡμέραν. Τοῦτο λύει μὲν κτύπων χειμερίων φόβητρα (26), λύει δὲ μακρὰ διαστήματα, πλημμύρας ὑδάτων μεταβάλλει. Ἤδη δὲ νεαρᾶς ἐπιλαμπούσης αἰθρίας, γαλήνη μὲν τοῖς θαλαττεύουσι καθίστησι τὰ πελάγη, εὔδιον δὲ ἀέρα τοῖς κατὰ γῆν ὁδοιπόροις ἐνδίδωσι. Χῶραι δ' ἐν τούτῳ κατ' ἀγροὺς ἐγκύμονες σπερμάτων, καὶ καρπῶν σπαργῶντα φυτὰ τοῖς ἐκ Θεοῦ δώροις ἀγαλλόμενα, γεωργοῖς πόνων τὰς ἀμοιβὰς ἐν εὐλογίαις παρέχει.

[60] I Cor. x, 11. [61] I Cor. v, 7. [62] Joan. i, 29. [63] Isai. LIII, 4.

(24) Cod. evidenter τροφή, manifesto tamen mendc pro τροπή.

(25) Loquitur priscorum more, apud quos cum tam æstate quam hieme dies duodenis horis constare deberet, hæ necessario æstate longiores, hieme breviores computabantur.

(26) Æstuosis enim in regionibus hieme etiam tonitrua audiuntur.

γ'. Οὗτος ὁ τῆς ἑορτῆς καιρὸς, Αἰγυπτίοις μὲν ὄλεθρον τοῖς δαιμόνων φίλοις, Ἑβραίοις δὲ ἑορτάζουσι τῷ Θεῷ, κακῶν ἐλευθερίαν προὐξένει· οὗτος (26*) ἦν αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς πρώτης τοῦ παντὸς κοσμογονίας τετηρημένος, καθ' ὃν ἡ γῆ ἐβλάστησε, καθ' ὃν οἱ φωστῆρες ἐγένοντο, καθ' ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ παρήχθησαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· κατὰ τοῦτον καὶ ὁ Σωτὴρ τοῦ σύμπαντος κόσμου τὸ τῆς οἰκείας ἑορτῆς ἐξετέλεσε μυστήριον, καὶ τὴν οἰκουμένην (27) ὁ μέγας φωστὴρ, εὐσεβείας αὐγαῖς κατελάμπρυνε καὶ δὴ γενέθλιον κόσμου ὁ καιρὸς περιέχειν ἔοικε. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν καὶ τύπος ἐτελεῖτο, τὸ παλαιὸν Πάσχα, ὃ καὶ διαβατήριον εἴρηται· ἀλλὰ καὶ προβάτου σφαγῆς σύμβολον ἔφερεν· ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἀζύμων ἄρτων ᾐνίττετο εἰκόνα. Ταῦτα δὲ ἐπὶ τὴν σωτήριον ἑορτὴν ἅπαντα συνεπληροῦτο· τό τε γὰρ πρόβατον αὐτὸς ἦν καθ' ὃ περιέκειτο σῶμα. Αὐτὸς καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, ἔαρος δῆτα θείου καὶ σωτηρίου τροπῆς ἀπὸ χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διαλαβούσης. Αἰγυπτίων μὲν δαίμοσιν εἰσέτι καὶ νῦν θεήλατοι μάστιγες καταπέμπονται, λαοὶ δὲ πανταχοῦ γῆς οἰκοῦντες τὴν σφῶν ἐλευθερίαν τὴν ἐκ τῆς πολυπλανοῦς ἀθεότητος ἑορτάζουσι. Τῶν λαοπλανῶν δὲ πνευμάτων πεπαυμένων, καὶ χειμῶνος κακῶν, καινῶν καρπῶν εὐφορία διαφόροις χαρίσμασιν ἁγίου Πνεύματος τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ στεφανοῖ· καὶ ἁπλῶς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ ἡμέτερον μεταβέβληται· χῶραι δὲ πᾶσαι, πρὸς τοῦ γεωργοῦ Λόγου τῆς κατὰ ψυχὴν γεωργίας τυχοῦσαι, τὰ ὡραῖα τῆς ἀρετῆς ἄνθη βεβλαστήκασιν· ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ σκότους κακῶν ἠλευθερωμένοι, φωτὸς ἐν ἡμέρᾳ Θεοῦ γνώσεως κατηξιώθημεν.

δ'. Τοιαῦτα τὰ καινὰ μαθήματα πάλαι μὲν διὰ συμβόλων ἐπεσκιασμένα, νεωστὶ δὲ εἰς φῶς ἀνακεκαλυμμένα. Καὶ δὴ καὶ ἡμεῖς τὸ κεφάλαιον τῆς ἑορτῆς κύκλων (28) περιόδοις καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναζωπυροῦμεν, προέορτα μὲν προπαρασκευῆς ἕνεκα τὴν τεσσαρακονθήμερον ἄσκησιν παραλαμβάνοντες κατὰ τὸν τῶν ἁγίων ζῆλον Μωϋσέως καὶ Ἡλίου, τὴν δὲ ἑορτὴν αὐτὴν εἰς ἄληστον αἰῶνα ἀνανεούμενοι. Τὴν γοῦν πρὸς τὸν Θεὸν πορείαν στελλόμενοι, τὰς μὲν ὀσφῦς εὖ μάλα δεσμῷ σωφροσύνης περιδούμεθα, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς βαδίσματα ἐν ἀσφαλείᾳ φυλάττοντες, ὥσπερ ἐν ὑποδήμασι δὴ τὸν δρόμον τῆς οὐρανίου κλήσεως παρασκευάζομεν· βακτηρίᾳ δὲ λόγου θείου ἐν εὐχῶν δυνάμει πρὸς ἄμυναν ἐχθρῶν χρώμενοι, σὺν πάσῃ προθυμίᾳ διαβαίνομεν τὴν εἰς οὐρανοὺς φέρουσαν διάβασιν, σπεύδοντες ἀπὸ τῶν τῇδε ἐπὶ τὰ οὐράνια, καὶ ἀπὸ ζωῆς θνητῆς ἐπὶ τὴν ἀθάνατον· οὕτω γὰρ διαδέξεται ἡμᾶς ἐντεῦθεν τὰ διαβατήρια εὖ καὶ καλῶς διαβεβηκότας ἄλλη τις μείζων ἑορτή· Πεντηκοστὴν αὐτὴν ἐπίκλην Ἑβραίων παῖδες ὀνομάζουσιν, εἰκόνα φέρουσαν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Λέγει γοῦν

[64] Deut. XVI, 9.

A 3. Hoc solemnitatis tempus Ægyptiis quidem, utpote dæmonum amicis, exitium; Hebræis autem Deum festo ritu celebrantibus, malorum finem attulit. Hoc idem erat anni tempus, quod in primitiva etiam universi creatione decurrebat, quo tempore terra germinavit, et luminaria exstiterunt: quo tempore cœlum, terra, et omnia quæ in eis sunt, producta fuerunt. Hoc ipso tempore universi mundi Servator solemnitatis suæ mysterium peregit; atque orbem terrarum luminare magnum veræ religionis splendoribus illustravit, mundique natale reducere visum est. Hoc tempore figura perficiebatur, vetus nimirum Pascha seu transitus: insuper etiam symbolum cæsæ ovis fiebat; denique azymi panis esus, imaginis cujusdam instar erat. Quæ omnia in Servatoris solemnitate completa sunt. B Namque illa ovis, ipse erat, quatenus corpus circumpositum habebat. Ipse etiam sol justitiæ, cum jam ver divinæ salutarisque conversionis a deterioribus in meliora, hominum moribus supervenit. Ægyptiorum utique dæmonibus nunc etiam plagæ imponuntur, populi ubique terrarum incolentes libertatem suam a multiformi irreligiositatis errore hilariter celebrant. Compressis ergo deceptoribus populorum spiritibus et malorum hieme, novorum fructuum ubertas variis sancti Spiritus donis Dei Ecclesiam exornat; atque ut summatim dicam, universum hominum genus ad partes nostras transilivit; cunctæ regiones a Verbo agricola animæ culturam expertæ, pulchros virtutis flores germinarunt: nosque tenebris malorum erepti, C luce digni habiti fuimus qua die Dei notitiam hausimus.

4. Hæc sunt nova documenta, olim quidem symbolis obumbrata, nuper autem in lucem manifestam prolata. Et quidem nos etiam initium hujus solemnitatis cyclorum periodis singulis annis instauramus; ante festum quidem, præparationis causa, quadragesimale exercitium assumentes, sanctos Moysem et Heliam imitantes, ipsum vero festum per incessabile ævum repetentes. Ergo itinere ad Deum suscepto, lumbos apprime temperantiæ zona præcingimus, animæ vero gressus caute munientes, tanquam calceati cœlestis vocationis cursum instituimus: virgaque divini verbi, non sine precum D virtute, ad repellendos hostes utentes, cum omni alacritate ad ferentem in cœlos transitum, ab his infimis ad superna, a mortali vita ad immortalitatem properamus. Sic enim peracto feliciter transitu, major alia excipiet nos solemnitas (quam Pentecosten Hebraei nominant) regni cœlorum imaginem præ se ferens. Ait itaque Moyses: *Ex quo falcem in messem miseris, numerabis tibi septem hebdomadas, novosque panes ex nova messe propones ante Deum* [64].

(26*) Sequentes versiculi undecim usque ad τὸ παλαιὸν Πάσχα, citantur ex *Eusebio* [*De Paschate*, Εὐσεβίου περὶ τοῦ Πάσχα, etiam a Macario Chrysocephalo in sua inedita catena cod. E. f. 95, b, et quidem non sine verbis paulo pluribus quam a Niceta; quamobrem ex Eusebio potius ipso quam ex Niceta hausisse videtur Macarius.

(27) Cod. τὴν ὑφήλιον.

(28) Dicit cyclum paschalem, cujusmodi plures in antiquis monumentis tam scriptis quam sculptis exstant. Videsis Inscript. chr. apud nos, *Script. vet.* t. V, p. 70 et 472.

Significabat nempe prophetica hac figura per messem quidem vocationem gentium, per novos panes, animas Christi meritis oblatas Deo, ecclesiasque ex ethnicis conflatas, quarum causa maximum festum apud benignum Deum fit. Namque rationalibus apostolorum falcibus demessi, cunctis ubique terrarum ecclesiis tanquam in area globatim congregatis, concordi fidei sententia corporati, sale divinarum doctrinarum ac disciplinarum conditi, aqua et igne sancti Spiritus regenerati, panes escales jucundi gratique Deo per Christum offerimur.

A Μωϋσῆς· *Ἀρχομένου σου δρέπανον ἐπ' ἄμητον, ἑπτὰ ἑβδομάδας ἀριθμήσεις σεαυτῷ, καὶ νέους ἄρτους ἐκ νέων ἀμήτων παραθήσεις τῷ Θεῷ.* Ἐδήλου δὲ ἄρα προφητικῷ τύπῳ ἄμητον μὲν τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, νέους δὲ ἄρτους τὰς διὰ Χριστοῦ τῷ Θεῷ προσενηνεγμένας ψυχὰς, τάς τε ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας, ἐφ' αἷς ἑορτὴ μεγίστη τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ συντελεῖται· οἳ ταῖς τῶν ἀποστόλων λογικαῖς δρεπάναις θερισθέντες, καὶ ὥσπερ εἰς ἅλως τὰς ἁπανταχοῦ γῆς Ἐκκλησίας συναχθέντες ὑφ' ἓν, ὁμοφώνῳ τε διαθέσει πίστεως σωματοποιηθέντες, καὶ ἁλσὶ τοῖς ἀπὸ τῶν θείων λόγων μαθήμασιν ἐξαρτυθέντες, δι' ὕδατός τε καὶ πυρὸς ἁγίου Πνεύματος ἀναγεννηθέντες, ἄρτοι τρόφιμοι προσηνεῖς καὶ ἀρεστοὶ τῷ Θεῷ διὰ Χριστοῦ προσφερόμεθα.

5. Sic ergo propheticis Moysis symbolis in rem veram sanctiore effectu collatis, lætiorem nos solemnitatem agere traditione didicimus, ceu jam cum Servatore nostro coadunati, ejusque regno fruentes. Propterea nullo nobis labore ascetico atteri intra hoc festum conceditur, sed speratæ in cœlis quietis imaginem exhibere docemur. Quare nec in precibus genu flectimus, neque cibi abstinentia nosmet affligimus. Etenim eos, quibus in Deo resurgendi gratia fuit, jam non decet denuo humi procumbere; nec, passionibus liberatos, paria perpeti cum mancipiis cupiditatum. Quamobrem post Pascha Pentecosten septem hebdomadis integris celebramus; sicut prævium Paschati tempus quadragesimalis exercitii sex hebdomadis viriliter sustinuimus. Nam senarius numerus actuosus, ut ita dicam, est et efficax. Ideo et sex diebus universa Deus condidisse dicitur. Laboribus autem in illa toleratis merito succedet secunda solemnitas in septem hebdomadis, multiplicata nobis requie, cujus symbolum septenarius numerus est. Non tamen ex his septem hebdomadis Pentecostes seu quinquagenarius numerus adamussim conficitur; nam postrema excedente monade, in hac solemnissimum Christi ascendentis diem obsignamus. Merito igitur sanctæ Pentecostes diebus futuram requiem repræsentantes, lætis animis sumus, simulque corpori quietem indulgemus, quasi cum Sponso jam versemur, ideoque nobis jejunare non liceat.

B ε'. Ταύτῃ πῃ τῶν παρὰ Μωϋσεῖ προφητικῶν συμβόλων εἰς ἔργα σεμνοτέροις τοῖς ἀποτελέσμασι χωρούντων, αὐτοί γε μὴν τὴν ἑορτὴν φαιδροτέραν ἄγειν παρειλήφαμεν, ὡς ἂν τῷ Σωτῆρι συναγηγερμένοι, καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀπολαύοντες. Διὸ οὐκέτι πονεῖσθαι κατὰ τήνδε τὴν ἑορτὴν συγχωρούμεθα, τῆς δ' ἐλπιζομένης ἐν οὐρανοῖς ἀναπαύσεως τὴν εἰκόνα φέρειν διδασκόμεθα· ὅθεν οὐδ' ἐν ταῖς εὐχαῖς γόνυ κλίνομεν, οὐδ' ἀσιτίαις καταπονούμεθα· τοὺς γὰρ τῆς κατὰ Θεὸν ἀναστάσεως ἠξιωμένους οὐκέτ' αὖθις οἷόν τε ἐπὶ γῆς πίπτειν· οὐδὲ τοὺς τῶν παθῶν ἠλευθερωμένους τὰ ἴσα πάσχειν τοῖς καταδεδουλωμένοις. Διὸ μετὰ τὸ Πάσχα τὴν Πεντηκοστὴν ἐν ἑβδομάσιν ἑπτὰ τελείαις ἑορτάζομεν, τὸν μὲν πρότερον αἰῶνα τῆς πρὸ τοῦ Πάσχα τεσσαρακονθημέρου συνασκήσεως ἐν ἓξ C ἑβδομάσιν ἀνδρισάμενοι· πρακτικὴ γὰρ ἡ ἑξὰς καὶ ἐνεργητική· διὸ καὶ ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεὸς πεποιηκέναι λέγεται τὰ σύμπαντα. Τοὺς δ' ἐν ἐκείνῃ πόνους εἰκότως ἡ δευτέρα ἑορτὴ ἐν ἑβδομάσιν ἑπτὰ διαδέξεται, πολυπλασιαζομένης ἡμῖν τῆς ἀναπαύσεως, ἧς τὰ σύμβολα ἡ ἑβδομὰς σημαίνειν θέλει. Οὐ μὴν ἐπὶ ταύτας ὁ τῆς Πεντηκοστῆς ἀριθμὸς ἵσταται· ὑπεραχοντίσας δὲ τὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας, μονάδι τῇ μετὰ ταύτας ὑστάτῃ τὴν πανέορτον ἡμέραν τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἐπισφραγίζεται. Εἰκότως ἄρα ἐν ταῖς τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ἡμέραις τὴν μέλλουσαν ἀνάπαυσιν διαγράφοντες, τὰς ψυχὰς γαννύμεθα, καὶ τὸ σῶμα διαναπαύομεν, ὡς ἂν αὐτῷ συνόντες ἤδη τῷ Νυμφίῳ, καὶ νηστεύειν μὴ δυνάμενοι.

6. Sed tamen quod sacri evangelistæ Servatoris passionem circa dies azymorum Judaici Paschatis contigisse narrent, nemo dubitabit. Hæc enim causa fuerat legis a Moyse latæ, quæ dicitur paschalis. Nam quia Agnus Dei, tanquam ovis, ab ipsis Judæis ad cædem ducendus erat, quam ob communem hominum salutem passurus erat, haud alio quam prædicto tempore, Deus futuram rem demonstrativis symbolis præoccupans, illo ipso tempore, quod volventibus annorum periodis, occursurum erat, materialem ab Judæis agnum immolari præcepit: idque ab eis singulis annis factitatum fuit, donec completa veritas veteres imagines circumscripsit. Quamobrem ex illo tempore apud gentes quidem vera mysteriorum manet solemnitas; apud Judæos autem ne ipsorum quidem symbolorum memoria superest, erepto iis loco ubi festi ritum perage-

ς'. Πλὴν ὅτι οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταὶ τὸ σωτήριον D πάθος κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πάσχα τῶν ἀζύμων ἱστόρησαν γεγονέναι, οὐδεὶς ἂν ἀμφιβάλοι· τοῦτο γὰρ ἦν τοῦ νόμου τοῦ παρὰ Μωϋσεῖ περὶ τοῦ Πάσχα λεγομένου αἴτιον. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἄγεσθαι παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τοῦτο πάσχειν ὑπὲρ τῆς κοινῆς πάντων ἀνθρώπων σωτηρίας, οὐκ ἄλλοτε ἢ κατὰ τὸν δηλούμενον καιρὸν, προλαβὼν τὸ μέλλον ὁ Θεὸς διὰ συμβόλων εἰκονικῶς, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν μέλλοντά ποτε κατὰ χρόνων περιόδους ἐπιστήσεσθαι καιρὸν, ἀμνὸν παρὰ Ἰουδαίοις αἰσθητὸν ἐκέλευε θύεσθαι· καὶ τοῦτο αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ἐτελεῖτο, ἕως ἡ ἀλήθεια ἀποπληρωθεῖσα, τὰς παλαιὰς εἰκόνας περιέγραψεν. Ὅθεν ἐξ ἐκείνου παρὰ μὲν τοῖς ἔθνεσιν ἡ ἀληθὴς τῶν μυστηρίων κεκράτηκεν ἑορτὴ, παρὰ δὲ Ἰουδαίοις οὐκέτι οὐδ' αὐτῶν ἡ μνήμη τῶν συμβόλων

φυλάττεται, περιῃρημένου αὐτῶν τοῦ τόπου ἐν ᾧ τὰ τῆς ἑορτῆς τελεῖσθαι νενομοθέτητο. Εἰκότως ἄρα ἡ θεία τῶν Εὐαγγελίων γραφὴ κατὰ τὸν χρόνον τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀζύμων πεπονθέναι φησὶ τὸν Σωτῆρα· ἐπειδὴ καὶ τότε ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη ταῖς προφητικαῖς ἀκολούθως φωναῖς.

ζ'. Καὶ οἱ μὲν κατὰ Μωϋσέα ἅπαξ τοῦ παντὸς ἔτους πρόβατον τοῦ Πάσχα ἔθυον τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς, τὸ πρὸς ἑσπέραν· ἡμεῖς δὲ οἱ τῆς Καινῆς Διαθήκης ἐφ' ἑκάστης Κυριακῆς ἡμέρας τὸ ἑαυτῶν Πάσχα τελοῦντες, ΑΕΙ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΕΜΦΟΡΟΥΜΕΘΑ, ΑΕΙ ΤΟΥ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΟΥ ΠΡΟΒΑΤΟΥ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝ (29). ἀεὶ τὰς ὀσφῦς τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ περιεζώσμεθα, ἀεὶ τοὺς πόδας παρεσκευάσμεθα ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀεὶ τὰς βακτηρίας ἔχομεν ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ τῇ ῥάβδῳ τῇ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ προελθούσῃ ἐπαναπαυόμεθα, ἀεὶ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαττόμεθα, ἀεὶ τὴν ἐρημίαν τοῦ ἀνθρωπείου βίου μεταδιώκομεν. ἀεὶ τὴν πρὸς Θεὸν πορείαν στελλόμεθα, ἀεὶ τὰ διαβατήρια ἑορτάζομεν. Ταῦτα γὰρ πάντα οὐχ ἅπαξ τοῦ ἔτους πράττειν ἡμᾶς, ἀεὶ δὲ καὶ διὰ πάσης ἡμέρας ὁ εὐαγγελικὸς λόγος βούλεται. Διὸ καὶ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα τὴν τοῦ Πάσχα τοῦ ἡμετέρου ἑορτὴν κατὰ τὴν σωτήριον καὶ Κυριακὴν ἡμέραν ἐπιτελοῦμεν τοῦ ἀληθινοῦ προβάτου, δι' οὗ ἐλυτρώθημεν, τὰ μυστήρια ἀποπληροῦντες· καὶ οὔτε τὸ σῶμα σιδήρῳ περιτέμνομεν, τῆς δὲ ψυχῆς τῷ τμητικῷ λόγῳ πᾶσαν περιαιροῦμεν κακίαν· οὔτε σωματικοῖς ἀζύμοις χρώμεθα, μόνοις δὲ τοῖς τῆς εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. Ἡ χάρις γὰρ, ἡμᾶς τῆς γεγηρακυίας ἐλευθερώσασα συνηθείας, τὸν καινὸν ἄνθρωπον παρέδωκεν ἡμῖν τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα, καὶ τὸν καινὸν νόμον, καινήν τε περιτομὴν, καινόν τε Πάσχα, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον·[64] οὕτω καὶ τῶν παλαιῶν καιρῶν ἐλευθέρους ἡμᾶς ἀφῆκε.

η'. Πλὴν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, μέσου τῆς ἁγίας συνόδου προκαθεζομένου (30), ὡς ἤχθη εἰς μέσον τὸ περὶ τοῦ Πάσχα ζήτημα, ἐλέγετο μὲν ὅσα καὶ ἐλέγετο (31)· ἐπλεονέκτει δὲ τῷ πλήθει τῶν ἐπισκόπων ἡ τριπλασίων μοῖρα τῆς ὅλης οἰκουμένης ἑτέρωθεν ἀντιτείνουσα τοῖς τῆς ἀνατολῆς· ἀρκτῷα γὰρ ὁμοῦ καὶ μεσημβρινὰ, καὶ τὰ κατὰ δύοντα ἥλιον ἔθνη, τῇ συμφωνίᾳ φραξάμενα, τὴν ἐναντίαν ἀνθεῖλκε τοῖς τῆς ἑῴας τὴν παλαιὰν διεκδικοῦσι συνήθειαν. Τέλος δὲ λόγου εἶξαν οἱ ἀνατολικοί· καὶ οὕτω μία Χριστοῦ γέγονεν ἑορτή· καὶ οὕτω τῶν μὲν κυριοκτόνων ἀπέστησαν, τοῖς δὲ ὁμοδόξοις συνήφθησαν· ἡ φύσις γὰρ

A re jussi fuerant. Convenienter utique divina Evangeliorum scriptura Judaicorum azymorum tempore passum Servatorem dicit, quia tunc reapse tanquam ovis ad cædem ductus fuit propheticis oraculis consentanee.

7. Et Moysis quidem asseclæ semel in anno paschalem ovem immolabant, quarta decima primi mensis die, circa vesperum. Nos autem Novi Fœderis homines, Dominicis cunctis diebus Pascha nostrum celebrantes, SERVATORIS CORPORE SEMPER SATIAMUR, SEMPER SANGUINEM AGNI PARTICIPAMUS: lumbos semper animæ nostræ castitate et modestia præcingimus, semper pedibus parati sumus ad Evangelii procinctum, semper baculos manu tenemus, et B virgæ de radice Jessæ germinanti innitendo quiescimus, Ægypto semper alienamur, semper humanæ vitæ solitudinem sectamur, semper itinere ad Deum tendimus, semper transitus festum celebramus. Hæc enim haud semel quotannis, sed semper singulisque diebus a nobis fieri evangelicus sermo vult. Propterea singulis hebdomadis paschatis nostri festum, Dominica Salvatoris die peragimus, veri agni, per quem liberati fuimus, mysteria celebrantes. Neque corpus ferro circumcidimus, sed acuta verbi evangelici acie cunctam animæ malitiam abscindimus. Neque corporeis azymis utimur, sed sinceritatis tantummodo ac veritatis. Gratia enim quæ nos veteribus moribus liberavit, novum nobis tradidit hominem, qui secundum Deum conditus est, novam C legem, novam circumcisionem, novum Pascha, et illum qui in abscondito Judæus est[64]. Sic nos antiquorum temporum jugo relevatos dimisit.

8. Verumtamen cum Deo dilectissimus imperator sancta synodo coram medius sederet, commota illic de Paschate quæstione, dixit ea quæ dixit. Prævalebant autem tres ex quatuor partibus episcoporum in toto mundo, qui Orientalibus episcopis contrarium sentiebant. Nam Septentrionis, Austri, itemque Occidentis populi concordia sua roborati sententiam gerebant adversam Orientalibus, qui veterem suam consuetudinem tuebantur. Sed cesserunt demum Orientales; atque ita una Christi facta est D solemnitas; sic a Domini occisoribus recedentes, propriæ religionis hominibus copulati sunt. Natura

[64] Rom. II, 29.

(29) En Eusebii egregium de sacrosancta Eucharistia, prout eam nos catholici confitemur et credimus, testimonium. Undique enim mihi suppeditat (ut verbis Tullianis utar *Pro Scauro*, n. 22) quod pro Christi humanitate sub eucharisticis velis præsente dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint, in Eusebium puta, Cyrillum, Sophronium, Eutychium, Nicephorum, Luculentium, aliosque a me editos auctores vel fragmenta ipsorum, ut suis locis adnotavi. De mysterio corporis Christi Eusebius etiam in *Theophania*, lib. III, 61, qui brevior locus lumen plurimum ab hoc *De paschate* tractatu accipit.

(30) Loquitur auctor de Constantino Magno in synodo Nicæna, medio sed humili loco sedente, ac disserente Euseb. in *Vita* ejus lib. III, 10 seqq., et præsertim 18.

(31) Legatur Constantini epistola apud Eusebium *Vit. Const.* III, 17-20. Idem Constantinus die ipso Paschatis sermonem ad sanctos habuit (cap. 1). Quomodo religiosissimus imperator annuum Pascha celebraret, dicitur in ejus *Vita* lib. IV, 22, precibus nempe, splendido cultu, et eleemosynis.

enim similia trahit ad similia. Quod si quis dicat scriptum esse : Prima azymorum die accedentes discipuli dixerunt Servatori, Ubinam vis paremus tibi manducare Pascha? ille autem duos misit ad quemdam, ut ei dicerent : Apud te facio Pascha; nos respondemus, non hoc fuisse præceptum, sed historiam esse rei gestæ tempore quo Servator passus est. Aliud vero est priscam rem narrare, aliud legem ferre, et mandata posteris tradere.

A ἕλκει τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια. Εἰ δέ τις εἴποι, ὡς ἄρα γέγραπται· Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον τῷ Σωτῆρι, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα; Ὁ δὲ πρὸς τὸν δεῖνα ἀπέστειλε, παραγγείλας εἰπεῖν· Πρὸς σὲ ποιῶ τὸ Πάσχα· ἐροῦμεν, ὅτι τοῦτο παράγγελμα οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἱστορία πράγματος συμβεβηκότος κατὰ τὸν τοῦ σωτηρίου πάθους καιρόν. Ἕτερον δέ ἐστι τὸ παλαιὰν πρᾶξιν διηγεῖσθαι, καὶ ἕτερον τὸ νομοθετεῖν καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα παραγγελίας καταλιμπάνειν.

9. Sed neque Servator cum Judæis Pascha celebravit passionis suæ tempore. Non enim dum illi ovem immolabant, ipse quoque cum suis discipulis proprium Pascha peregit. Nam illi die Parasceves, in qua patiebatur Servator, celebrabant; unde et nemo prætorium est ingressus, sed Pilatus ad eos exivit : Christus autem die omnino quinta hebdomadæ cum discipulis discubuit, et convescens ait : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*. Viden' quomodo Servator haud cum Judæis Pascha manducaverit? Quia novum quid illud erat, et a consueto Judaico more abhorrens, necessario instituit dicendo : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar* [66]. Nam prisca illa vel potius antiquata, quæ cum Judæis comedisset, non erant desiderabilia : novum autem mysterium Novi sui Fœderis, quod discipulis propriis tradebat, desiderabile merito ipsi erat : quia multi ante eum prophetæ ac justi videre optaverant Novi Fœderis mysteria : ipsum imo Verbum communem salutem prorsus sitiens, mysterium tradebat, quo omnes homines festum erant acturi, idque sibi desideratum esse fatebatur. Certe Moysis Pascha haud cunctis gentibus idoneum erat, quandoquidem uno in loco, id est Hierosolymis, fieri jussum erat. Quamobrem haud erat desiderabile. Sed Servatoris mysterium in Novo Fœdere cunctis hominibus congruum, jure optimo desiderabile erat.

θ'. Ἀλλὰ καὶ ὁ Σωτὴρ οὐ μετὰ Ἰουδαίων ἐπετέλεσε τὸ Πάσχα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἰδίου πάθους. Οὐ γὰρ ὅτε ἔθυον ἐκεῖνοι τὸ πρόβατον, τότε καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν τὸ ἑαυτοῦ B ἤγαγε Πάσχα· οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὴν Παρασκευὴν, ἐν ᾗ πέπονθεν ὁ Σωτὴρ, τοῦτ' ἔπραττον· ὅθεν οὐδὲ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἀλλ' ὁ Πιλάτος πρὸς αὐτοὺς ἔξεισιν· αὐτὸς δὲ πρὸ ὅλης ἡμέρας τῇ πέμπτῃ τοῦ Σαββάτου τοῖς μαθηταῖς συνανέκειτο, καὶ συνεσθίων αὐτοῖς ἔλεγεν· *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν*. Ὁρᾷς ὅπως ὁ Σωτὴρ οὐ μετὰ Ἰουδαίων τὸ Πάσχα ἤσθιεν; Ἐπειδὴ καινὸν ἦν ἐκεῖνο καὶ ξενίζον παρὰ τὰ συνήθη καὶ Ἰουδαϊκὰ ἔθη, ἀναγκαίως ἐπέστησεν εἰπών· *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν*· τὰ μὲν γὰρ παλαιὰ ἤθη ὄντα καὶ πεπαλαιωμένα, ἃ δὴ μετὰ Ἰουδαίων ἤσθιεν, οὐχ ἦν ἐπιθυμητά· τὸ δὲ καινὸν μυστήριον τῆς Καινῆς αὐτοῦ Διαθήκης, ὃ δὴ C μετεδίδου τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἐπιθυμητὸν ἦν αὐτῷ εἰκότως· ἐπεὶ πολλοὶ πρὸ αὐτοῦ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν τὰ τῆς Νέας Διαθήκης μυστήρια· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λόγος, πάντοτε διψῶν τὴν κοινὴν σωτηρίαν, μυστήριον παρεδίδου, δι' οὗ πάντες ἄνθρωποι ἔμελλον ἑορτάζειν, ἐπιθυμητὸν τοῦτο αὐτῷ εἶναι ὡμολόγησε. Τὸ μὲν Μωϋσέως Πάσχα οὐχ ἥρμοζε πᾶσι τοῖς τότε ἔθνεσι· πῶς γάρ; ὁπότε ὑφ' ἕνα τόπον τὸν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ τελεῖσθαι νενομοθέτητο· διὸ οὐχ ἦν ἐπιθυμητόν· τὸ δὲ σωτήριον μυστήριον τῆς Καινῆς Διαθήκης, πᾶσιν ἀνθρώποις ἁρμόζον, εἰκότως αὐτῷ ἐπιθυμητὸν ἦν.

10. Sed ipse quidem antequam pateretur, cum suis discipulis Pascha comedit, festumque egit, non cum Judæis. Reapse postquam ipse vespere festum celebrasset, pontifices cum proditore manus ei injecerunt : non enim illi eo vespere Pascha comedebant; alioquin ab ejus persecutione quievissent. Quem mox captum ad Caiphæ domum duxerunt; ubi exacta nocte, illucescente die congregati, primam in eum damnationem tulerunt. Deinde illinc surgentes cum plebe eumdem ad Pilatum [67] traxerunt. Tunc autem ait Scriptura in prætorium eos non introisse; ne sub ethnicum tectum ingressi, ut putabant, inquinarentur, sed puri manentes hi impurissimi, vespere imminente Pascha comederent; hi qui culicem excolantes, camelum glutiebant [68], quique animas simul et corpora Servatoris cæde impiabant, sub tectum ingredi reveriti sunt; sed

ι'. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν, πρὸ τοῦ παθεῖν, σὺν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἔφαγε τὸ Πάσχα, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπε- D τέλεσεν, οὐ μετὰ τῶν Ἰουδαίων· ἑορτάσαντος δὲ αὐτοῦ ἑσπέρας, οἱ ἀρχιερεῖς ἅμα τῷ προδότῃ ἐπιστάντες, ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας· οὐ γὰρ ἤσθιον αὐτοὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν τὸ Πάσχα· ἢ γὰρ ἂν τὴν σχολὴν περὶ αὐτὸν εἶχον· καὶ δῆτα συλλαβόντες ἀπήγαγον εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Καϊάφα, ἔνθα διανυκτερεύσαντες, ὡς ἡμέρα ἐγένετο, συνήχθησαν, καὶ ἀνακρίνουσιν αὐτὸν πρότερον· εἶτα μετὰ ταῦτα ἀναστάντες ἅμα τῷ πλήθει ἤγαγον αὐτὸν πρὸς Πιλάτον. Καὶ τότε φησὶν ἡ Γραφὴ, ὅτι μὴ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα δὴ μὴ, ὑπὸ στέγην Ἑλληνικὴν εἰσελθόντες, ὥς γε ᾤοντο, μιανθῶσι, καθαροὶ δὲ μείναντες οἱ παμμίαροι, ἑσπέρας ἐπιστάσης, φάγοιεν τὸ Πάσχα, οἱ τὸν κώνωπα διυλίζοντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, οἱ τὰς ψυχὰς αὐτοῖς σώμασι κατὰ τοῦ Σωτῆρος μιαι-

[66] Luc. XXII, 15. [67] Joan. XVIII, 28. [68] Matth. XXIII, 24.

φονίᾳ μεμιαμμένοι, τὸν ὄροφον ἐδεδίεσαν ὑπεισελθεῖν· ἀλλ' οἱ μὲν κατ' αὐτὴν ἐκείνην τοῦ πάθους τὴν ἡμέραν τὸ λυμαντικὸν τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἔφαγον Πάσχα, τὸ αἷμα τὸ σωτήριον οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν, ἀλλὰ καθ' ἑαυτῶν ἐξαιτησάμενοι. Ὁ δ' ἡμέτερος Σωτὴρ οὐ τότε, πρὸ ἡμέρας δὲ ἀνακείμενος μετὰ τῶν μαθητῶν, τὴν ἐπιθυμητικὴν ἑαυτῷ ἑορτὴν ἦγεν.

ια'. Ὁρᾷς, ὡς ἐξ ἐκείνου, ὁ μὲν αὐτῶν ἐχωρίζετο καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀνεχώρει μιαιφονίας, συνήπτετο δὲ τοῖς μαθηταῖς, ἅμα αὐτοῖς τὴν ἐπιθυμητὴν ἑορτὴν πανηγυρίζων; Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν τὸ Πάσχα σὺν Χριστῷ βρωτέον, καθαιροῦσι μὲν τῆς ἑαυτῶν διανοίας πᾶσαν ζύμην κακίας καὶ πονηρίας, ἀζύμων δ' ἀληθείας καὶ εἰλικρινείας ἐμπιπλαμένοις, ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ τὴν ἀληθῆ περιτομήν, καὶ τοῦ τυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν προβάτου τῷ αἵματι τὰς τῆς διανοίας ἡμῶν φλιὰς περιχρίουσιν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀλοθρευτοῦ. Καὶ τοῦτο οὐ πρὸς μίαν περίοδον τοῦ παντὸς ἔτους, ἀλλὰ καὶ δι ἑβδομάδος ἁπάσης. Παρασκευὴ μὲν ἡμῖν ἔστω νηστεία, πένθους σύμβολον, τῶν προτέρων ἡμῖν χάριν ἁμαρτημάτων, καὶ μνήμης ἕνεκα τοῦ σωτηρί ου πάθους.

ιβ'. Ἰουδαίους γε μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀπεσφάλθαι τῆς ἀληθείας φημί, ἐξ οὕπερ αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβεβουλεύκασι, τὸν Λόγον τῆς ζωῆς ἐξ ἑαυτῶν ἀπελαύνοντες. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων παρίστησι γραφή. Τῷ μὲν γὰρ Κυρίῳ ἐπιμαρτυρεῖ τὸ Πάσχα βεβρωκέναι τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων· μηδ', ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ Πάσχα ἡμέρᾳ τὸ σύνηθες αὐτοῖς βεβρώκασι Πάσχα, ἀλλὰ τῇ μετ' ἐκείνην ἑξῆς, ἥτις ἦν τῶν μὲν Ἀζύμων δευτέρα, σελήνης δὲ πεντεκαιδεκάτη, ἐν ᾗ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κρινομένου ὑπὸ Πιλάτου, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον. Οὐκ ἄρα τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι, βεβρώκασιν αὐτὸ κατὰ τὸν νόμον· ἢ γὰρ ἂν μετὰ τοῦ Σωτῆρος καὶ αὐτοὶ τὸ Πάσχα πεποιήκεσαν· ἀλλ' ἐξ ἐκείνου ἅμα τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῇ, πρὸς τῆς αὐτῶν τυφλωθέντες κακίας, καὶ πάσης ἀληθείας ἐσφάλησαν. Ἡμεῖς δὲ τὰ αὐτὰ μυστήρια δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἄγομεν, ἐν παντὶ μὲν προσαββάτῳ τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν ἀνάμνησιν ποιούμενοι διὰ νηστείας, ἣν (31) ἐνήστευσαν, ἀρθέντος ἀπ' αὐτῶν τοῦ Νυμφίου, τότε πρῶτον οἱ ἀπόστολοι· διὰ πάσης δὲ Κυριακῆς ἡμέρας τῷ ἡγιασμένῳ σώματι τοῦ αὐτοῦ σωτηρίου Πάσχα ζωοποιούμενοι, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι αὐτοῦ τὰς ψυχὰς κατασφραγιζόμενοι.

A ipsa Dominicæ passionis die cum animæ ipsorum exitio Pascha comederunt, Servatoris sanguinem non pro se, sed contra se expetentes. Noster vero Servator non tunc, sed hesterna die discumbens cum discipulis, desideratum sibi festum peregerat.

11. Viden' quomodo jam ex eo tempore Christus a Judæis secedebat, et illorum cruentam indolem aversabatur, adjungebat autem sibi discipulos, cum iisque desideratam celebritatem agebat? Ergo et nos comedere cum Christo Pascha debemus, mentem nostram omni malitiæ fermento expurgantes, azymis autem veritatis ac simplicitatis nos saturantes, habentesque in anima eum, qui in abscondito est B Judæus**, veramque circumcisionem, et immolati pro nobis agni sanguine mentis nostræ postes inungentes, ob exterminatorem nostrum propulsandum. Neque hoc in una periodo uniuscujusque anni, sed tota etiam hebdomada. Præparatio tamen nobis sit jejunium, luctus symbolum, propter priora peccata nostra, et ob patientis Servatoris memoriam.

12. Judæos certe jam olim a veritate aberrasse aio, ex quo veritatem ipsam persecuti sunt, et Verbum vitæ a se expulerunt. Atque hoc manifeste affirmat Scriptura evangelica. Nam Dominum prima die Azymorum comedisse Pascha testatur. Ipsi vero non qua die oportebat, ut ait Lucas, consuetum Pascha comederunt, sed die crastina, quæ erat Azymorum secunda, lunæ vero quinta decima; in qua C dum de Servatore nostro judicium exerceret Pilatus, non sunt ingressi prætorium. Non ergo prima die, in qua fuerat immolandum, comederunt, prout lex volebat, Pascha; sic enim cum Servatore et ipsi Pascha comedissent; sed jam tum struendis Servatori insidiis occupati, a sua malitia excæcati, omni veritate exciderunt. Nos vero eadem mysteria toto anno agimus, omni præcedente Sabbatum die Servatoris passionem commemorantes cum jejunio, quod primum tunc apostoli ablato ab ipsis Sponso observarunt. Omni die Dominica per corpus sanctificatum ipsius salutaris Paschatis vivificamur, et pre- D tioso sanguine ipsius in anima obsignamur.

** Rom. II, 29.

(31) Dicit sextæ feriæ perpetuum in Græca Ecclesia jejunium, quod tamen in Occidente varias vices passum est. Vide Thomassinum *De jejuniis* part. II, cap. 15.

LECTURIS JOAN. HENR. NOLTE S. P. D.

Atque ista quidem veritatis oratio est per Ecclesiæ præconium proclamata. Illi porro qui Filium Dei inficiantur, unum vero solum Deum esse dictitant, nec præter illum aliud: quorsum se molestos Ecclesiæ Dei exhibent ulterius, qui potius debuerant aggregari ad synagogas Judæorum? ✠ Quorsum semet quoque ipsos verbis transadigunt blasphemantibus, unum Deum, sycophantæ velut solent, conviciantes per duo cognomina, si eumdem ipsum Filium, quem et Patrem, per omnia esse contendunt. Cujus etenim pater esset ille, qui filium non habeat qui subsistat? Cujus porro et ille filius, cujus nullus præexstiterit, qui genuit eum pater? Unus siquidem cum exsistat, nec aliud, omnino fieri non potest aliter, quin unus idemque sit incarnatus, passus, et in homine suo, vitam transigens mortalem.

ΚΕΦ. Ε'.

Ὅπως Μάρκελλος τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἠρνεῖτο, τὴν τοῦ Σαβελλίου προαίρεσιν μιμούμενος.

Ἀλλὰ ταῦτα λέγοντα Σαβέλλιον ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ὡς ἄθεα καὶ δυσσεβῆ τολμῶντα, μακρὰν ἤλασε. Ταῦτα δὲ Μάρκελλος ἀνανεοῦσθαι πειρᾶται, προκαλύμματι χρώμενος οὐ πιθανῷ λόγῳ. Θεὸν γὰρ ἕνα ὀρθῶς ὁριζόμενος, τοῦτον αὐτὸν Λόγον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ ἡνωμένον καὶ συνημμένον αὐτῷ φησιν· κἄπειτα τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τὸ μέν τι Πατέρα καλεῖ, τὸ δὲ Υἱόν· ὡς διπλῆν τινα καὶ σύνθετον οὐσίαν ἐν ἑαυτῷ εἶναι (20). Καὶ πόσῳ τούτου κρείττων ἐν κακῶν ἐκλογῇ ὁ μὴ διαιρῶν μὲν τὴν ἄναρχον καὶ ἀγέννητον καὶ θεϊκὴν δύναμιν, τὸν αὐτὸν δ' εἶναι ὁμολογῶν γυμνῷ τῷ λόγῳ (21). Πόσῳ δὲ ἑκατέρων βελτίων ὁ Ἰουδαῖος, τὸν ἕνα Θεὸν οὐ διαιρῶν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν Μαρκέλλῳ παραπλησίως, οὐδὲ τὸν αὐτὸν Υἱοπάτορα κατὰ τὸν Σαβέλλιον εἰσάγων, ἀλλὰ σέβων μὲν τὸν Θεόν, γνωρίζων δὲ καὶ προσδοκῶν τὸν Χριστὸν αὐτοῦ τὸν διὰ τῶν προφητῶν ἥξειν κηρυττόμενον· ὃν ἐλθόντα, ἐπεὶ μὴ παρεδέξαντο, δίκην τῆς εἰς αὐτὸν ἀπιστίας ὑπέσχον τε καὶ ὑφέξουσι.

CAP. V.

Quomodo Marcellus Filium Dei abnegavit, Sabellii sectam secutus et propositum.

Enimvero Sabellium cum hæc tueretur, tanquam atheum hominem et impie audacem, Ecclesia Dei, procul amandavit. Hæc eadem Marcellus instaurare demum satagit, prætextu quodam usus, sermone non admodum probabili. Unum enim Deum recte professus hunc ipsum Deum, continuisse in se affirmat Verbum suum sibi adunitum, sibique concretum. Atque hinc progressus, illius unius quem tenuit Dei, aliud Patrem vocat, aliud Filium, ac si in uno et eodem foret duplex quædam essentia, eadem et composita. Et quanto quidem rectius, e duobus malis, is qui divinam, ingenitam et imprincipiatam virtutem nequaquam dividens, unum esse atque unicum exsertim affirmavit. Et quanto quidem utroque melius Judæus, unum Deum non dividens in Patrem et in Filium? quod Marcellus facit. Nec eumdem quod Sabellius facit, Filio-Patrem introducit: sed cum Deum veneretur, agnoscit et exspectat Christum ejus per prophetas annuntiatum; quem cum advenisset, quia non susceperant, infidelitatis illius pœnam sufferunt adhuc et sustinebunt.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὅπως ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ πιστεύει.

Οἱ δὲ πιστεύειν εἰς τὸν ἀφικόμενον δι' εὐχῆς ἔχοντες τρία ταῦτα γνωριοῦσιν· (22) τὸν ἐκ σπέρματος Δαβίδ, καὶ τῆς αὐτῆς ἁγίας Παρθένου· καὶ τὸν ἐνοικήσαντα τούτῳ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ προόντα καὶ οὐσιωδῶς

CAP. VI.

Quomodo credat Ecclesia Dei.

At qui in illum, qui advenit, credere desiderant, hæc tria manifeste confitebuntur: natum de semine Davidis, ipsaque adeo sanctissima Virgine: Filium quoque Dei eum inhabitantem, qui prius

✠ Ed. Paris. pag. 63, 64.

θεότητος, σωματικῶς κατοικῆσαι. M.—Mox vulgo διὸ δέ, et ἦν δὲ θεολογ. et οἷς ἐκτραπ. et Υἱὸν τοῦ Θεοῦ π. ἢ κ. ἄνθρωπον et ἕνα δ. τὸν Θ.

(19) Vulg. *Συκοφαντοῦντα*. Imo συκοφαντοῦντες. Est enim συκοφαντία illud de Deo prædicare, quod Deus non erat. In postremo fine capitis, ferri forsan posset et θνητὸν βίον. M.—Dein εἰ δέ et υἱοῦ ὑφεστ. et ἐνωμένον καὶ συν.

(20) *Οὐσίαν ἐν ἑαυτῷ εἶναι*. Recte, et tamen ἔχειν, ut paulo prius legi poterat. M.

(21) *Γυμνῷ τῷ λόγῳ*. Sabellius namque vult ergo Marcellum clam, non exsertim Σαβελλιάζειν. Judæi Deum non dividebant: quia Christum ejus, adhuc exspectatum credebant, et credunt verum et merum hominem, de hominibus futurum. M.—Mox vulgo σέβων καὶ τὸν Θ.

(22) Vulgo γνωρίζουσι: et ἀπεστάλθη M. in corr.; mox vulgo et Υἱὸς τοῦ ἀνθρ. ὃν et τριῶν δέ et εἶεν ἀποβλ. et τὴν μὲν σάρκα τ. σ. Porro vulgo σκοπὸν et δογματίζοντες.

exstabat, et substantialiter consistebat : nec non istius Patrem Deum, a quo missus advenit ille, quemadmodum ab ipso sæpe ponitur in confesso. Nobis igitur unus Deus est, *a quo sunt omnia* [44], secundum Apostoli dictum. Et unus Dominus Jesus Christus *per quem sunt omnia* [45], qui Deo Filius unigenitus præexsistebat. Et tertius, secundum carnem Filius hominis : quem hominem nostra causa suscepit Filius Dei. Sed nec corpus quod assumpsit, erat idem cum Filio Dei, qui assumpsit : neque ipse Dei Filius unus idemque debet existimari cum genitore suo. E tribus autem subjectis hisce, illi qui duobus concessis tertium rejiciunt, ab Ecclesia Dei sunt rejiciendi.

CAP. VII.

Quod diversum ab Ecclesia dogma tuentes, a theologica de Dei Filio ratione, non uno modo solo exciderunt.

Carnem certe Servatoris athei quidam hæretici abnegando, et opinione tantum nuda, atque per phantasiam in terris apparuisse solam dicendo, primi erant qui in hoc genere a scopo veritatis exciderunt. Atqui dispensationem illam in carne admiserunt, abnegantes præexsistentiam Filii Dei, varias, quod jam dixi, errorum semitas adinvenerunt. Sunt qui merum illum hominem arbitrantur, nihilo meliorem hominum natura communi, nisi quantum ad virtutis prærogativas. At qui ipsum super omnia Deum corpus inhabitasse affirmant, et ipsum sui ipsius Filium exstitisse asserunt, propter illam secundum hominem dispensationem, cum duo concederent, Deum atque hominem, a tertio semetipsos excluserunt, Servatorem ipsum Dei Filium unigenitum abnegando. ✠ Hanc olim Sabellius tuebatur sententiam : et ad illam nunc delatus Marcellus abiit. Qui, non aliter quam Judæi infideles, se Deum agnoscere profitentur, qui est super omnes, et hoc vehementer urgent. Secundo quoque loco carnem agnoscunt de Virgine sumptam sanctissima : tertium vero illud, quod est primum salutis nostræ caput, Filium, quem velut obviis ulnis amplectuntur, lucem atque veritatem, per abnegationem Filii, a veritatis luce exciderunt. Hinc est, ut illos audiamus unum quidem Deum confitentes, et carnem venerantes a Servatore susceptam : at Filium nihilominus Dei inhabitantem hanc carnem, voce tenus atque labiis, cum agnoscant, re ipsa penitus abnegantes. Nam Filium Dei inquirere debemus illum, qui vivat et subsistat vere : non idem qui censeatur, cum illo quod assumpsit corpore; nec idem cum Deo atque Patre. Neque enim secundum pietatem vere senserit is, qui Filium profitetur esse illum Deum qui est super omnia. Eccujus matris esse potest ille Filius, qui divinitate ingenita et absque ullo principio, amicitur? Nec si quis unigenitum Dei Filium, eumdemmet et Patrem esse doceat, judicium poterit declinare, quod est contra maledicos constitutum.

A ὑφεστῶτα· καὶ τὸν τούτου Πατέρα Θεὸν, ὑφ' οὗ καὶ αὐτὸς ἀπεστάλθαι συνεχῶς ὁμολογεῖ. Ἡμῖν τοίνυν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, *ἐξ οὗ τὰ πάντα*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, *δι' οὗ τὰ πάντα*, ὁ προὼν τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, καὶ τρίτος ὁ κατὰ σάρκα Υἱὸς ἀνθρώπου, ὃν δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' οὔτε ὃ ἀνείληφε σῶμα ταὐτὸν ἦν τῷ ἀνειληφότι Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· οὔτε αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἂν νομισθείη τῷ γεγεννηκότι· τριῶν δὴ τούτων ὑποκειμένων, οἱ δύο διδόντες, τὸ τρίτον δ' ἐκποδὼν ποιούμενοι, τῆς Ἐκκλησίας εἶεν ἂν ἀπόβλητοι.

ΚΕΦ. Ζ'.

B *Ὅπως οἱ ἑτερόδοξοι διαφόρως τῆς περὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογίας ἐκπεπτώκασιν.*

Τὴν δὴ μὲν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἄθεοί τινες τῶν ἑτεροδόξων παραιτησάμενοι, δόξῃ δέ τινι φαντασίας ὦφθαι αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς εἰρηκότες, πρῶτοι τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ διημαρτήκασιν. Οἱ δὲ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν παραδεδεγμένοι, τὸν δὲ προόντα τοῦ Θεοῦ Υἱὸν ἀρνησάμενοι, ποικίλας, ὡς ἔφην, ἑαυτοῖς ἀνοδίας ἐπενόησαν. Οἱ δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον, τῆς κοινῆς ἁπάντων φύσεως κατ' οὐδὲν κρείττονα ἢ ὅσον ἀρετῆς προτερήμασι, γεγονέναι αὐτὸν εἰρηκότες. Οἱ δ' αὐτὸν ἐνοικῆσαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τῷ σώματι δογματίσαντες, Υἱόν τε αὐτὸν ἑαυτοῦ χρηματίσαι φάντες, δι' ἣν ὑπέμεινε κατ' ἄνθρωπον οἰκονομίαν, δύο διδόντες οὗτοι, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, τοῦ τρίτου τὸν
C μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, ἀρνησάμενοι. Τούτων πάλαι μὲν Σαβέλλιος, νυνὶ δὲ Μάρκελλος, τῇ γνώμῃ συναπαχθέντες, τὸν μὲν ἐπὶ πάντων Θεὸν Ἰουδαίων τοῖς ἀπίστοις ὁμοίως εὖ μάλα εἰδέναι διισχυρίζονται· καὶ δεύτερον τὴν σάρκα τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου συνωμολογήκασι· (23) τὸ δὲ τρίτον, αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τῆς ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίας, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ παραγκωνισάμενοι, φῶς ὄντα καὶ ἀλήθειαν ὁμοῦ, τῇ ἀρνήσει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς ἐκπεπτώκασιν. Ἔνθεν ἕνα μὲν Θεὸν ὁμολογούντων αὐτῶν ἀκούσει, καὶ τὴν σάρκα δὲ τοῦ Σωτῆρος τιμώντων· τὸν δὲ ἐνοικήσαντα τῇ σαρκὶ Θεοῦ Υἱὸν φωνῇ μὲν καὶ χείλεσι παραδεχομένων, ἔργῳ δὲ παραιτουμένων. Υἱὸν γὰρ Θεοῦ χρῆν ζητεῖν, ἀληθῶς ζῶντα
D καὶ ὑφεστῶτα· οὔτε τὸν αὐτὸν, ᾧ ἀνείληφεν, ὄντα σώματι, οὔτε τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Οὔτε γὰρ τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν Υἱὸν ἄν τις εἰπὼν εὐσεβὴς εἴη· (τίνος γὰρ ἔσται Υἱὸς ὁ τὴν ἄναρχον καὶ ἀγέννητον θεότητα περιβεβλημένος;) οὔτε τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα τις εἰπὼν δράσεται τὴν κατὰ τῶν δυσφήμων δίκην.

✠ Ed. Paris. pag. 65. [44] Coloss. I, 16. [45] Ibid. 17.

(23) *Τὸ δὲ τρίτον.* Vulgo ἀλλὰ τὸ τρίτον et Mp. γρ. ὁμῶς loco ὁμοῦ, et γρ. ἀκούσεις loco ἀκούσει. Dein vulgo χρὴ ζητεῖν et κατὰ τ. δυσσεβῶν δίκην et διὸ δὲ τήν.

ΚΕΦ. Η'.

Παράθεσις τῆς ὑγιοῦς καὶ ἐκκλησιαστικῆς ὀρθοδοξίας.

Διὸ δὴ τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν ὀρθοτομοῦσα ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, τὰς μὲν ἄλλας παρεκτροπὰς ἀπεδοκίμασε, τοῖς δ' αὐτῆς θρέμμασι τῆς ἐνθέου χάριτος παραδίδωσι τὴν γνῶσιν, κατ' αὐτὸ τῆς παλιγγενεσίας μυστήριον ὁμολογεῖν διδάσκουσα (καὶ) πιστεύειν (24) εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, τελείαν καὶ ἀκριβῆ καὶ ὁλόκληρον ταύτην εἰδέναι (25) παρέχουσαν τὴν θεολογίαν, ᾗ Θεὸν μὲν ἕνα παραδίδωσιν, ἀφορίζουσα τῆς Ἑλληνικῆς καὶ πολυθέου πλάνης· Πατέρα δὲ αὐτὸν οἶδε τῆς Ἰουδαϊκῆς χωρίζουσα διδασκαλίας, παντοκράτορα δὲ αὐτὸν ὁμολογεῖ, τῆς τῶν ἀθέων ἑτεροδόξων ἀποστρεφομένη τὴν δυσσέβειαν. Οὐδεὶς γοῦν τῶν ἑτεροδόξων εἴποι ἂν τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸν εἶναι τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα, ὡς οὐδὲ Ἰουδαίων ὁμολογήσειεν ἄν τις τὸν Θεὸν Πατέρα εἶναι, τὸν μονογενῆ Υἱὸν μὴ εἰδώς· οὐδέ γε Ἕλλην ἕνα μόνον φήσειεν εἰδέναι Θεόν. Διά τοι τούτων ἁπάντων ἀποκαθαίρουσα τὴν πλάνην ἡ Ἐκκλησία, τὸν ἕνα Θεὸν κηρύττει, αὐτὸν εἶναι καὶ Πατέρα καὶ παντοκράτορα διδάσκουσα, Πατέρα μὲν ἑνὸς τοῦ Χριστοῦ μόνου, τῶν δὲ λοιπῶν ἁπάντων Θεὸν καὶ κτίστην καὶ Κύριον. Οὕτω καὶ Υἱὸν Θεοῦ μονογενῆ Ἰησοῦν Χριστὸν παραδίδωσι, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον· οὐ τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ Πατρὶ, καθ' ἑαυτὸν δὲ ὄντα καὶ ζῶντα, καὶ ἀληθῶς Υἱὸν συνόντα (26), Θεὸν (27) ἐκ Θεοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ ζωὴν ἐκ ζωῆς· ἀλέκτοις καὶ ἀῤῥήτοις, καὶ παντάπασιν ἀγνώστοις ἡμῖν, καὶ ἀκαταλήπτοις λόγοις ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων γεγεννημένον, καὶ οὐχ ὁμοίως μὲν τοῖς λοιποῖς γεννητοῖς ὑποστάντα, οὐδὲ ζωὴν ἐμφερῆ τοῖς δι' αὐτοῦ γεγεννημένοις ζῶντα, μόνον δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ἀποτεχθέντα, καὶ αὐτοζωὴν ὄντα. Καὶ ἔπρεπε γὰρ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, πρὸ παντὸς γεννητοῦ, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων, τὸ μονογενὲς τοῦτο προβάλλεσθαι γέννημα, ὥσπερ τινὰ κρηπῖδα καὶ θεμέλιον ἀῤῥαγῆ, τῶν μελλόντων δι' αὐτοῦ γεννήσεσθαι. Διὸ δὴ πρὸ πάντων τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τὸν Υἱὸν ἐγέννα, ὥσπερ τινὸς φωτὸς ἀκτῖνα, καὶ ζωῆς πηγὴν, καὶ θησαυρὸν ἀγαθῶν, « ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς « γνώσεως ἀπόκρυφοι, » κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Τοσούτων ἀγαθῶν, ὁ μόνος ἀγαθὸς Πατὴρ τὸν Υἱὸν ὑφίστη αὐτοζωὴν ὄντα, ζωοποιὸν τῶν ὅλων, καὶ αὐτοφῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ πάσης νοερᾶς καὶ λογικῆς οὐσίας φωτιστικόν· καὶ αὐτόλογον, καὶ σοφίαν, σοφῶς (28) τὰ πάντα καὶ λογικῶς ὑφιστάμενόν τε καὶ διοικοῦντα. Ὧν δὴ χάριν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μόνος αὐτὸς καὶ οὐδὲ ἄλλος ἀνηγόρευταί τε καὶ ἔστιν.

CAP. VIII.

Proponitur orthodoxa et salutaris Ecclesiæ fides.

A Quapropter via regia atque recta incedens Ecclesia Dei, diverticula a se ablegat cujusquemodi: suis, qui sunt, alumnis gratiæ divinæ cognitionem commendat: dum in ipso regenerationis sacramento docet confiteri, et credere in unum Deum Patrem omnipotentem, perfectam suis numeris exactam, et consummatam undique hanc præ se ferens credendam theologiæ rationem, qua Deus esse unus traditur, paganorum de diis multis errores refelluntur; qua agnoscitur idem Deus Pater: per quam confessionem suam discernitur Ecclesia a Judæis; qua agnoscitur idem omnipotens esse, B atheorum et hæreticorum impietatem detestando. Nullus autem plane inter aliter profitentes, quam Ecclesia docet, confitebitur Deum Patrem Christi esse illum qui Deus est omnipotens; ut nec e Judæorum secta quispiam est professurus Deum Patrem, cum ejus Filium unigenitum non admittat: sed nec paganorum ullus concesserit, unum solum esse Deum. Ab istorum omnium erroribus Ecclesia se mundans, unum Deum prædicat, et eumdem esse docet Patrem et omnipotentem: Patrem quidem unius solius Christi; omnium autem Dominum et conditorem, et Deum. Ad eumdem quoque modum Dei Filium unigenitum agnoscit eum, qui ante omnia sæcula de Patre fuit genitus: non illum certe, eumdem cum Patre exsistentem, C at per se subsistentem, viventemque vere Filium, cum Patre coexsistentem Deum de Deo, lumen de lumine; vitam de vita; inenarrabilibus, ineffabilibus, omnimodo incognitis et imperscrutabilibus rationibus de Patre genitum, ad salutem universis procurandam. Non similiter aliis subsistentem: nec vitam viventem cum illis parem qui ab eo sunt creati: solum de solo Patre genitum: ipsammet vitam exsistentem. Erat enim Deo conveniens et congruum, qui super omnes est, qui ante omnia genita, ante sæcula omnia exsistebat, unigenitum hoc genimen producere, veluti quamdam basim futurum et fundamentum, et sustentaculum immobile eorum omnium quæ erant in secundis producenda. D Hanc ob causam Filium progeneravit, ante ea omnia quæ producenda erant, tanquam lucis cujusdam radium, vitæ fontem, bonorum thesaurum, « in quo sunt omnes sapientiæ thesauri absconditi et cognitionis, » quemadmodum divinus docebat Apostolus [44]. Tantorum taliumque bonorum, qui solus bonus Pater est, Filium progenuit suum, ipsammet vitam exsistentem, et omnium quæ sunt

(24) *Διδάσκουσα πιστεύειν*, lege καὶ πιστεύειν. Corde enim creditur, ore fit confessio: utrumque exigitur in sacro baptismate.

(25) *Παρέχουσαν θεολογίαν*. Lege παρέχουσα. Ecclesia nempe, suis alumnis hanc fidem; sic statim χωρίζουσα. M. — Mox vulgo τὸν Θεὸν Πατέρα.

(26) *Υἱὸν συνόντα*. Deest, τῷ Πατρί.

(27) Μρ. γρ. Πατρί ante Θεόν ponendum. Mox vulgo διὸ δὲ et αὐτὸ φῶς, etc.

(28) *Καὶ σοφίαν, σαφῶς*. Potius αὐτοσοφίαν, ut αὐτόλογον. Sic et mss. cf. p. 121 D. Mox vulgo ὧν δὲ et ἀναγορεύεται.

vivificatorem : ipsammet lucem veram, illuminantem omnes substantias ratione præditas et intellectu ; ipsammet rationem, et ipsammet sapientiam, sapienter et secundum rationem optimam omnia producentem et administrantem. Quocirca unigenitus Filius Dei, solus ipse est, neque præter eum alius est, aut esse dicitur.

CAPUT IX.

Quod non similiter atque cæteræ creaturæ subsistat Filius.

Atque ideo reprehendi nec immerito debent ii, qui ausi sunt illum ✠ creaturam nominare, ipsumque dicere e non ente, quemadmodum et cæteræ producuntur creaturæ, progeneratum. Nam qui, quæso, ita esse potest Filius ? Qui Dei unigenitus Filius, si eamdem cum reliquis creaturis naturam sortiatur ; hoc enim pacto, ipsorum potius esset frater, quam Filius Dei : hoc pacto de multis productis ipse unus erit : veluti qui participaverit creationis illius, non de præexsistente subjecto, et ejusdem sit cum creaturis communionis. Enimvero longe aliter de eo divina oracula prædicarunt. Ubi enim de rerum productione sermo instituitur : ibi B omnia per illum facta fuisse, non una vice testificantur. *Omnia* enim, inquiunt, *per illum facta sunt, et sine eo nihil factum est* [47]. Et alibi : *In illo condita sunt universa, quæ sunt in cœlis, et quæ super terram ; sive visibilia fuerint, seu invisibilia* [48]. Et iterum, *Omnia per ipsum, et in ipso condita sunt : et ipse est ante omnia* [49], et, » *In ipso omnia substiterunt*, secundum doctrinam apostolicam [50]. Cum vero de ipsius divinitate tractationem instituit, a rerum omnium universitate eum separat : Dominum vero ipsum atque herum, conditorem atque Deum et Servatorem agnoscit universorum, illumque solum, nec ab illo alium, Dei agnoscit et fatetur, unigenitum : Sapientiam, Verbum, vitam, lucem ipsum appellat solum : imaginem Dei invisibilis : C lucis sempiternæ relucentiam, et hisce congenita sexcenta similia nomina adhibet quibus illum glorificat : quibus omnibus id agit, ut paternæ deitatis peculiarem et propriam relationem ostendat ad illum tantummodo spectare, veluti ad Filium unigenitum. Hinc factum, ut magna voce Pater illi dederit, præconio suo cœlesti, ad Jordanis fluenta testimonium, quod solus ipsi esset dilectus, ubi effatur : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihimet complacui* [51]. Quod ipsum testimonium secunda vice, cum in monte transformaretur [52], ingeminavit, rem

A

ΚΕΦ. Θ'.

Ὅτι μὴ τοῖς πολλοῖς κτίσμασιν ὁμοίως καὶ ὁ Υἱὸς ὑπέστη.

(29) Ὅθεν εἰκότως ἄν τις μέμψαιτο τοῖς κτίσμα αὐτὸν φάναι τετολμηκόσιν ἐξ οὐκ ὄντων ὁμοίως (30) τοῖς λοιποῖς κτίσμασιν γενόμενον. Καὶ πῶς γὰρ ἔτι ἔσται Υἱός ; Πῶς δὲ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ ὁ τὴν αὐτὴν τοῖς λοιποῖς κτίσμασιν ἐπιγραφόμενος φύσιν ; ταύτῃ γὰρ ἀδελφὸς ἂν τούτων γένοιτο μᾶλλον, οὐχὶ δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· (31) τῶν τε πολλῶν γενητῶν ἔσται εἷς, ἅτε τῆς ἐξ οὐκ ὄντων κτίσεως ὁμοίως αὐτοῖς μετασχὼν (32) κοινωνίας. Ἀλλ' οὐχ ὧδε τὰ θεῖα περὶ αὐτοῦ παιδεύει λόγια· ἀλλ' ὅτε μὲν τῆς τῶν γενητῶν ὑπάρξεως τὴν διδασκαλίαν καλεῖται, (33) ἀθρόως τὰ πάντα μαρτυρεῖ δι' αὐτοῦ γεγονέναι· « Πάντα γάρ, » « [φησὶ] « δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένε-
B « το οὐδὲ ἕν· » καὶ « Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ « ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ εἴτε « ἀόρατα, καὶ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτι- « σται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· » καί, « Τὰ πάντα « ἐν αὐτῷ συνέστηκε, » κατὰ τὰς ἀποστολικὰς διδασκαλίας· ὅτε δὲ τὴν περὶ αὐτοῦ θεολογίαν εἰσάγει, τῶν μὲν λοιπῶν ἁπάντων αὐτὸν ἀφορίζει, Κύριον δὲ αὐτὸν καὶ δεσπότην, καὶ δημιουργόν, καὶ Θεόν, καὶ Σωτῆρα τῶν ὅλων οἶδε· μονογενῆ τε Υἱὸν Θεοῦ μόνον αὐτὸν καὶ οὐδένα ἄλλον ἀποφαίνει· Σοφίαν τε καὶ Λόγον, καὶ ζωήν, καὶ φῶς μόνον αὐτὸν ἀποκαλεῖ, εἰκόνα τε τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· καὶ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, ἕτερά τε μύρια τούτοις ἀδελφὰ περὶ αὐτοῦ δοξάζειν διδάσκει, ὧδέ πη τῆς πατρικῆς θεότητος, τὴν
C πρὸς μόνον αὐτόν, ὡσανεὶ πρὸς Υἱὸν μονογενῆ, ἰδιάζουσαν σχέσιν ἐπιδεικνύμενα. Διὸ καὶ Υἱὸν ἀγαπητὸν ἀνεκήρυττε μόνον αὐτόν· ἀμφὶ τὰ Ἰορδάνου ῥεῖθρα ἡ πατρικὴ (34) φωνὴ μεγάλῃ μαρτυροῦσα βοᾷ· « Οὗ- « τός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα· » Καὶ δευτεροῖ γε τὴν μαρτυρίαν καὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως, τὸν αὐτὸν ἐπισφραγιζομένη λόγον. Αὐτοῦ τοιγαροῦν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ταύτην αὐτῷ τὴν μαρτυρίαν παρασχομένου, τοῦ τε εὐαγγελιστοῦ διαῤῥήδην αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ εἶναι διδάσκοντος δι' ὧν ἔφη· « Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς « ἢ μονογενὴς Θεὸς (35), ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πα-

✠ Ed. Paris. pag. 67. [47] Joan. I, 3. [48] Coloss. I, 16. [49] Ibid. 17. [50] Ibid. [51] Matth. III, 17. [52] Matth. XVII, 5.

(29) Quæ hic habentur apud Eusebium, recitat D Socrates, lib. I, cap. 21, ut tueatur auctorem a suspicione Arianismi. Sed non persuasit illustrissimo Baronio, ad annum 340 ; neque vero persuadet mihi. M.

(30) *Ἐξ οὐκ ὄντων τῶν ὁμοίως*. Conjeceram legend. ἐξ οὐκ ὄντων αὐτόν, ὁμοίως. Sed apud Socratem est, ἐξ οὐκ ὄντων, ὅμοιον τοῖς. M. — Τῶν ante ὁμοίως non est in codd., quare delevi.

(31) *Ταύτῃ γὰρ ἀδελφὸς ἂν τούτων γένοιτο μᾶλλον, οὐχὶ δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ*. Hæc desunt in Socrate.

(32) Ἴσ. καί mss.

(33) *Διδασκαλίαν καλεῖται*. Locus corruptus : nec adjuvat hic Socrates : nam omisit forte · εἰσάγει. M.—Διδ. ποιεῖται codd., qui mox φησί om. Dein vulgo ἐκτ. πάντα τά. Infra vulgo ἐπιδεικνυμένῃ et ἀνακηρύττει.

(34) *Ῥεῖθρα ἡ πατρικὴ*. Forte, ῥεῖθρα, ὅπου γε ἡ πατρική. M. — Vulgo ἀμφὶ Ἰορδ. Dein vulgo μαρτ. ἐπὶ τῆς.

(35) *Ἢ μονογενὴς Θεός*. Non sunt hæc evangelistæ : sed nec credo Eusebii, nisi forsan ἤγουν μονογενὴς Θεός. — Infra vulgo ἔδωκεν ὥστε πᾶς.

τρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. » Ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἐν ταῖς περὶ αὐτοῦ διδασκαλίαις ταῦτ' ἐπισφραγιζομένου, δι' ὧν ἔλεγεν· *Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.* Ὁ μετὰ ταύτας τὰς φωνὰς γενητὸν ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ κτίσμα (36) προηγμένον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὸν Υἱὸν ὁριζόμενος, λέληθε τοὔνομα μὲν αὐτῷ μόνον χαριζόμενος, τὸ δ' ἀληθῶς Υἱὸν εἶναι ἀρνούμενος. Ὁ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων γεγονὼς, οὐκ ἂν ἀληθῶς γένοιτ' ἂν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ὅτι μηδὲ ἄλλο τι τῶν γεννητῶν.

A eamdem veluti sigillo suo communiturus. Quocirca cum hujusmodi testimonium ipsi universorum Deus exhibuerit; cumque disertis verbis Evangelista pronuntiet, eum esse Filium unigenitum, dum pronuntiat: *Deum nemo vidit unquam: Unigenitus Filius* (aut Deus unigenitus) *qui erat in sinu Patris, ipse enarravit* [83]. Adhuc cum Servator insuper ipse, inter docendum, hoc assignet, ubi ita loquitur: *Ita Deus dilexit mundum, ut Filium ipsius unigenitum dederit, ut omnis qui in eum crediderit, vitam possideat æternam* [84]. Quisquis igitur ✠ post hæc testimonia progenitum illum de non entibus, et ex non ente productam affirmaverit creaturam, istum Filium; nomen ei nudum tantummodo largiri deprehenditur, revera autem Filium esse, pernegare. Nam qui de non exsistentibus generatus est, is certe Dei Filius esse revera nequit: non magis quam quidvis aliud creatum.

ΚΕΦ. Ι'.

B

Ὅτι μόνος ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς εἰκότως καὶ Θεὸς καὶ μονογενὴς Υἱὸς μόνος αὐτὸς ἀνείρηται.

(37) Ὁ δ' ἀληθῶς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐξ αὐτοῦ ἅτε δὴ ἐκ Πατρὸς ἀποτεχθεὶς, εἰκότως καὶ Ἀγαπητὸς καὶ Μονογενὴς χρηματίζειεν ἂν τοῦ Πατρός· οὕτω δὲ καὶ Θεὸς ἂν εἴη (38). Τί γὰρ ἂν γένοιτο Θεοῦ γέννημα τῷ γεγεννηκότι ἀφωμοιωμένον; Κτίζει μὲν οὖν βασιλεὺς πόλιν, ἀλλ' οὐ γεννᾷ πόλιν· γεννᾷν δὲ υἱὸν, ἀλλ' οὐ κτίζειν λέγεται· καὶ ὁ δημιουργὸς τεχνίτης, ἀλλ' οὐχὶ πατὴρ γένοιτ' ἂν τοῦ πρὸς αὐτὸν δημιουργουμένου· τοῦ δ' ἐξ αὐτοῦ φύντος υἱοῦ οὐκ ἂν δημιουργὸς λεχθείη. Καὶ δὴ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τοῦ μὲν Υἱοῦ Πατὴρ, τοῦ δὲ κόσμου κτίστης ἂν εἰκότως καὶ ποιητὴς λέγοιτο. Εἰ δ' ἅπαξ που τῆς Γραφῆς εὑρίσκει C τις εἰρημένον, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, τὸν νοῦν ἐπισκοπεῖν χρὴ τοῦ λόγου, ὃν μικρὸν ὕστερον ἐκθήσομαι· ἀλλὰ μὴ, κατὰ Μάρκελλον, ἐκ μιᾶς λέξεως τὸ κυριώτατον τῆς Ἐκκλησίας παρασαλεύειν δόγμα. Κἀκεῖνος γὰρ, ἅπαξ ἀκούσας Λόγον εἶναι τὸν Υἱὸν, ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον καταπεσὼν, τὴν ὕπαρξιν ἠθέτει αὐτοῦ. Ὃν δὴ καὶ πρὸς αὐτοῦ καὶ πρὸς τοῦ Πατρὸς μαρτυρούμενον εἶναι Υἱὸν, πῶς τοῖς λοιποῖς γεννητοῖς παραβάλλειν ὅσιον; Πῶς δ' ἔσται Μονογενὴς, τῷ πλήθει τῶν γεγονότων συναριθμούμενος; Καὶ μὴν ἐξ αὐτῆς τῆς προσηγορίας ὁ υἱὸς τὴν πρὸς τὸν πατέρα φυσικὴν σχέσιν παρίστησιν· ὡς αὖ πάλιν τὸ μονογενὲς ὄνομα καὶ τοῦ γένους ἐφάπτεται, καὶ τῆς γεννήσεως αὐτῆς, καὶ τοῦ μόνον εἶναι, καὶ μηδέτερον αὐτῷ τῆς υἱότητος κοινωνεῖν. D Ἀλλ' ἐοίκασι ταὐτὸν Μαρκέλλῳ πάθος πεπονθέναι καὶ οὗτοι. Ὁ μὲν γὰρ δέει τοῦ μὴ δύο Θεοὺς εἰπεῖν, τὴν ἄρνησιν τοῦ Υἱοῦ προὐβάλλετο, τὴν ὑπόστασιν ἀθετῶν αὐτοῦ· οἱ δὲ, δύο δόντες ὑποστάσεις, τὴν μὲν ἀγέννητον, τὴν δ' ἐξ οὐκ ὄντων κτισθεῖσαν, ἕνα μὲν Θεὸν ὑφίστανται. Ὁ δὲ Υἱὸς οὐκ ἔτ' αὐτοῖς, οὐδὲ Μονογε-

CAP. X.

Quod cum solus sit de Patre progenitus, merito solus dicitur ipse et Deus, et Unigenitus, atque Filius.

Qui secundum veritatem Dei Filius est, de illo hoc est, de Patre genitus, quid mirum si et Dilectus audiat, et Patris sui Unigenitus, ob quam ipsam causam et Deus fuerit? De Deo siquidem quid aliud gigni possit, quam quod ipsi per omnia sit simillimum? Condit equidem civitatem rex, non autem gignit civitatem; gignere vero filium, non condere dicitur: artifex etiam constructor, nequaquam vero pater ejus dici debet, quod construxit: qui filii de se progenerati conditor non appellatur. Ad eumdem modum universorum Deus, Filii sui Pater, mundi conditor optimo jure et constructor appellatur. Quod si semel per Scripturas inveniatur dictum: *Dominus condidit me principium viarum ejus, ad opera ejus* [85], penitus sententiam ejus dicti, quam paulo post expositurus sum, debemus introspicere: nec quod Marcello usurpatum fuit, propter hoc unicum testimonium, ecclesiasticum præcipuum dogma labefactare. Ille enim cum audivisset vel semel positum Filium Verbum nominari, ad humanas rationes delapsus, ipsius plane sustulit subsistentiam. Cum qui per seipsum, et per Patris prolatum testimonium, Filius usurparetur, nisi summam per impietatem cum cæteris creaturis nec componi debeat neque comparari. Nam quo pacto Unigenitus appellari queat, qui cum multitudine annumeratur creaturarum? Cum vel de nominis solius usurpatione filius naturalem quamdam obtineat ad genitorem suum relationem, cumque nomen illud, unigenitus, ad genus pertingat, et generationem, solum eum indicet et solitarium: nec in filiatione sua, quocunque cum alio participantem. ✠ At enim videntur iidem isti cum Marcello eodem plane modo affecti.

✠ Ed. Paris., pagg. 68, 69. [83] Joan. I, 18. [84] Joan. III, 16. [85] Prov. VIII, 22.

(36) *Προηγμένον.* Recte, male autem in Socrate, προηγούμενον, forte προαγόμενον: sed hanc nostram lectionem malim. M.—Dein vulgo γένοιτο υἱός.

(37) *Ὁ δ' ἀληθῶς.* Socrates legit, ὁ δ' ἀλύτως, sed minus sincera est illius lectio quam nostra. M. — Dein vulgo ἅτε δέ.

(38) *Τί γὰρ ἂν γένοιτο.* Deest vox γένοιτο apud Socratem male, qui et nostram scripturam corrigit, legend. enim, ἢ τὸ, τῷ γεγεννηκότι. M. —Mox vulgo δημ. τεχνίτης et ἐκκλ. παρασκεύειν δόγμα et ὃν δὲ καὶ et συναριθμούμενον.

Præ metu namque ille, ne duos videretur Deos profiteri, ad Filii processit abnegationem, hypostasim ipsius inficiando. Illi vero cum concedant hypostases duas, unam ingenitam, creatam alteram de non exsistentibus, unum quidem substituunt Deum. At nullus interea illis Filius habetur in numerato, non Unigenitus, non Dominus, non Deus: neque enim quidquam habet, secundum eos, cum paterna divinitate commune: sed per omnia componitur cum creaturarum turba in hoc, quod de nihilo procreabatur: sed non ad istum modum Ecclesia. Nam Filium Dei prædicat Deum Dominumque verissime Filium esse eum, atque Deum docet: non communi quadam cum multis ratione, qui denominantur *filii* atque *dii*, utpote de quibus dicitur: *Ego dixi: Dii estis, et filii omnes Altissimi* [56]: sed prout par erat illum solum dici, qui de illo procreabatur Patre, qui in forma Dei exsistebat: et imago fuerat invisibilis Dei, Primogenitus universæ creaturæ. Quocirca ab Ecclesia edocti sumus illum solum colere, venerari, adorare, utpote qui Dominus, Servator, et Deus illius existat.

A νὴς ἔσται, οὐδὲ μὴν (38*) Κύριος, οὐδὲ Θεὸς, μηδὲν μὲν ἐπιχοινωνῶν τῇ τοῦ Πατρὸς θεότητι, τοῖς δὲ λοιποῖς κτίσμασι, καθ' ὃ ἐξ οὐκ ὄντων ὑπέστη, παραβαλλόμενος. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ Ἐκκλησία· τὸν δ' Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν καὶ Κύριον ἀνακηρύττει, καὶ ἀληθῶς Υἱὸν εἶναι καὶ Θεὸν διδάσκει· οὐ κατὰ τοὺς πολλοὺς τοὺς ἐπίκλην ὀνομασθέντας υἱούς τε καὶ θεοὺς περὶ ὧν εἴρηται, *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*, καθ' ὃ δὲ μόνος αὐτὸς, ὁ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς τοῦ Πατρὸς ἐν μορφῇ ὑπῆρχε Θεοῦ, εἰκών τ' ἦν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου καὶ Πρωτότοκος ἁπάσης κτίσεως. Διὸ καὶ τιμᾷν καὶ σέβειν καὶ προσκυνεῖν μόνον αὐτὸν, οἷα Κύριον καὶ Σωτῆρα, καὶ Θεὸν, ἑαυτῆς μεμάθηκαμεν.

CAP. XI.

Quod Ecclesia unum agnoscat et notum faciat Deum, licet nuper admiserit illam formam, Deus de Deo.

Quod si autem vereantur, ne duos Deos pronuntiasse videatur, sciant oportet, quod utcunque licet Filium profiteamur Deum, unus tamen, nostra sententia, Deus sit: ille nimirum, qui solus principio caret, qui ingenitus; qui propriam a se possidet divinitatem, qui ipsi insuper Filio exsistendi causam, et taliter exsistendi dedit. Per quem et ipsum se, Filius confitetur vivere, ubi ait, *Quemadmodum me misit vivens Pater: et ego vivo per Patrem* [57]. Et *quemadmodum Pater habet vitam in seipso: ita quoque et Filio dedit habere vitam in seipso* [58]. Quam ob causam nostrum ille Deum esse docet Patrem, atque suum Deum, ubi loquitur, *Vado ad Patrem meum, et Patrem vestrum: Deum meum et Deum vestrum* [59]: sed et caput quoque Filii esse Deum docet Ecclesiæ ✠ alumnum magnus Apostolus ubi ait, *Caput autem Christi, Deus est* [60]. Nunc iterum de Filio prolocutus: *Atque ipsum dedit caput super omnia, Ecclesiæ suæ quæ est corpus ipsius* [60*]. Quocirca, princeps hic Ecclesiæ et dux dicatur: caput autem hujus erit Pater: ita unus iste Deus et unicus fuerit qui est Pater Filii unigeniti: unicum etiam caput ipsius Christi. Cum vero unicum sit principium, caput etiam unicum sit, quomodo fiet ut sint duo Dii, et non unus, nempe ille solus, qui nullum se superiorem habet: cui nullus alius causam subsistendi contulit? qui, ut suum peculium quoddam, deitatem inprincipiatam et inge-

B

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ὅπως ἕνα Θεὸν ἡ Ἐκκλησία γνωρίζει, καίτοι Θεὸν ἐκ Θεοῦ εἶναι παραδεχομένη.

Εἰ δὲ φόβον αὐτοῖς ἐμποιεῖ, μή πη ἄρα δύο Θεοὺς (39) ἀναγορεύειν δόξαιεν, ἴστωσαν, ὡς, καὶ τοῦ Υἱοῦ πρὸς ἡμῶν ὁμολογουμένου Θεοῦ, εἷς ἂν γένοιτο Θεὸς μόνος· ἐκεῖνος ὁ μόνος ἄναρχος καὶ ἀγέννητος, ὁ τὴν θεότητα οἰκείαν κεκτημένος, αὐτῷ τε τῷ Υἱῷ τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ τοιῷδε εἶναι, γεγονὼς αἴτιος, δι' ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὁμολογεῖ ζῆν, ἄντικρυς λέγων· *Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα*. Καὶ *ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ζωὴν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ ἔδωκε ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*. Διὸ καὶ ἡμῶν καὶ ἑαυτοῦ Θεὸν εἶναι διδάσκει τὸν Πα-
C τέρα ἐν οἷς φησιν· *Ἀνέρχομαι πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν*. Καὶ κεφαλὴν δὲ αὐτοῦ μὲν τοῦ Υἱοῦ τὸν Θεὸν, τῆς δ' Ἐκκλησίας τὸν Υἱὸν ὁ μέγας Ἀπόστολος διδάσκει, ἡμῖν λέγων· *Κεφαλὴ δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ Θεός*· πῆ δὲ περὶ τοῦ Υἱοῦ φάσκων· *Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ*. Οὐκοῦν τῆς μὲν Ἐκκλησίας αὐτὸς (40) ἀρχηγὸς ἂν εἴη, καὶ κεφαλὴ δὲ αὐτοῦ ὁ Πατήρ· οὗτος εἷς Θεὸς ὁ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Πατὴρ,
D καὶ μία ἡ καὶ τοῦ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ κεφαλή. Μιᾶς δὲ οὔσης ἀρχῆς τε καὶ κεφαλῆς, πῶς ἂν γένοιντο Θεοὶ δύο, οὐχὶ δὲ εἷς ἐκεῖνος μόνος, ὁ μηδένα ἀνώτερον, μηδὲ ἑαυτοῦ αἴτιον ἕτερον ἐπιγραφόμενος; οἰκεῖον δὲ καὶ ἄναρχον, καὶ ἀγέννητον τῆς μοναρχικῆς ἐξουσίας τὴν θεότητα κεκτημένος, καὶ τῷ Υἱῷ τῆς ἑαυτοῦ θεότητός τε καὶ ζωῆς μεταδοὺς, ὁ δὲ αὐτοῦ τὰ σύμπαν-

✠ Ed. Paris., pag. 70. [56] Psal. LXXXI, 6. [57] Joan. VI, 57. [58] Joan. V, 26. [59] Joan. XX, 17. [60] I Cor. XI, 3. [60*] Ephes. I, 22, 23.

(38*) Vulgo μέν et ὑπῆρχε τοῦ Θεοῦ et μεμάθηκεν.

(39) *Διαγορεύειν δόξαι, ἐνίστωσαν*. Lege, et distingue, δόξαιμεν· ἐνέστωσαν. M. — Δόξαιεν, ἴστωσαν cod.; dein vulgo μὲ ζῶν et κ. ὥσπερ ὁ Πατήρ et κεφαλὴν μὲν τ.

(40) *Ἀρχηγὸς ἂν εἴη*. Forte deest, καὶ κεφαλή. Nam caput est, de quo ταῦτα στρέφει, latet forte arianizans hic Eusebius, hisce enim et similibus testimoniis utebantur illi, et Filium Dei, ἄναρχον negabant, et ἀΐδιον. M. — Dein vulgo ἡ τοῦ αὐτοῦ et γένοιτο et οὐχὶ εἷς.

τα (41) ὑποστησάμενος· ὁ ἀποστέλλων αὐτόν· ὁ προστάττων αὐτῷ, ὁ ἐντελλόμενος· ὁ διδάσκων· ὁ πάντα αὐτῷ παραδιδοὺς, ὁ δοξάζων αὐτόν· ὁ ὑπερυψῶν· ὁ ἀναδείξας βασιλέα τῶν ὅλων· ὁ πᾶσαν αὐτῷ τὴν κρίσιν παραδιδούς· ὁ καὶ ἡμᾶς αὐτῷ πείθεσθαι βουλόμενος· ὁ τὸν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοπρεπείας αὐτοῦ κατέχειν θρόνον ἐγκελευόμενος; ἐν τῷ προσφωνεῖν αὐτῷ καὶ λέγειν· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*· ὁ διὰ ταῦτα πάντα, καὶ αὐτοῦ ὑπάρχων τοῦ Υἱοῦ Θεὸς, ᾧ πειθόμενος ὁ Μονογενὴς αὐτοῦ παῖς, *ἐκένωσεν ἑαυτὸν, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου ἀνειληφὼς, ὑπήκοος μέχρι θανάτου γέγονεν*· ᾧ καὶ προσεύχεται, ᾧ κελεύοντι πείθεται· ᾧ καὶ εὐχαριστεῖ· ὃν καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἡγεῖσθαι ἡμᾶς διδάσκει, μείζονά τε εἶναι ἑαυτοῦ ὁμολογεῖ· ὃν ἐπὶ πᾶσι τούτοις καὶ Θεὸν εἶναι ἑαυτοῦ πάντας ἡμᾶς εἰδέναι βούλεται. Ὃν οὕτω δοξάζοντα τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ἀμοιβαίως ἀντιδοξάζων ὁ Πατὴρ, καὶ Κύριον, καὶ Σωτῆρα, καὶ Θεὸν τῶν ὅλων, καὶ σύνθρονον τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀνέδειξε. Ἃ δὴ πεπαιδευμένη ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἑαυτῆς μὲν καὶ Θεὸν, καὶ Κύριον καὶ Σωτῆρα, τοῦ δ' ἐπὶ πάντων Θεοῦ Υἱὸν μονογενῆ αὐτὸν γινώσκειν, καὶ οὐδένα μὲν ἄλλον τῶν γεννητῶν ἀναγορεύειν Θεὸν ἀξιοῖ, μόνον δὲ τοῦτον οἶδε Θεὸν, ὃν μόνον ὁ Πατὴρ ἐξ ἑαυτοῦ ἐγέννα. Ὥσπερ οὖν αὐτὸς διὰ Σολομῶνος παρίστη λέγων· *Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με*, ὧδέ πη ὄρη καὶ βουνοὺς τὰς θείας καὶ ὑπερκοσμίους δυνάμεις αἰνιττόμενος.

A neratam cum monarchica potestate suprema possidens, Filium participem fecit suæ vitæ et divinitatis : sua omnia subjecta ei tradidit : cum misit, mandavit illi, in præceptis dedit, docuit, omnia illi donavit, illum glorificavit, illum superexaltavit, regem universorum declaravit, judicium omne illi tradidit, nos voluit illi obtemperare, jussit eum sedem suam constituere a dextra magnificentiæ suæ, cum sic illum affatus proloqueretur, *Sede a dextris meis*, qui ob ista singula et universa, ipsius Filii exsistat Deus : cui obtemperatus unigenitus Filius, semel exinanivit ipsum, sese humiliavit, formam servi accipiens, factus obediens usque ad mortem. Quem precibus interpellat : cui obedit, cui gratias agit, quem solum unicum verum Deum B credere nos docet : quem se majorem profitetur, quemque adhuc super omnia, suum quoque Deum esse, nos omnes et singulos scire voluit. Quem ad istum modum Patrem suum glorificantem, Pater, vice versa glorificavit, eumque Dominum, Servatorem, Deum universorum, consortem sui quoque imperii palam declaravit. Hæc a Deo edocta Ecclesia illum Deum, Dominum, Servatorem, Filium Dei supremi Unigenitum agnoscit, nec ab eo cum recesserit, inter creaturas, præterea quidquam profitetur Deum. Solum illum quippe Deum novit, quem solum de se genuit Pater. Quemadmodum et ipse per Salomonem loquitur : *Priusquam montes stabilirentur, ante omnes colles progenuit me.* Per C montes et colles ibi indicare voluit divinas et supermundanas potestates.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ὡς ἄῤῥητος αὐτοῦ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις.

Εἰ δὲ δὴ (42) περιεργάζοιτό τις, καὶ πῶς ἂν γεννήσειεν ὁ Θεὸς, πῶς δ' ἔσται Πατὴρ (ὁ) ἐπέκεινα τῶν ὅλων; τὸ τολμηρὸν τοῦ πύσματος κατασιγάσῃ ὁ φήσας· *Βαθύτερά* (43) *σου μὴ ζήτει, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ· οὐ γάρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν*. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ εἰπών· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ! καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Τὸν περαιτέρω χωρεῖν τολμῶντα, μὴ ἀνεφίκτοις ἐπιχειρεῖν ἢ πειθέτω λέγων πρότερον αὐτὸς, ἃ δή φησιν ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι, πῶς καὶ τίνα τρόπον ὑπέστη, μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντα πρότερον. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς παρ' ἡμῖν τεχνίτας, ὕλην προϋποκειμένην λαβὼν ταῖς χερσὶν, τὸ πᾶν ἐτεκτήνατο. Ὥσπερ δὴ τοῦτο, τῇ φύσει ἀμήχανον, ὅσον ἐπ' ἀνθρώποις, λέγω δὲ τὸ μηδαμῶς ὑπάρχον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγειν, αὐτῷ δυνατὸν κατέστη, καὶ γέγονε (44) τῶν ὅλων ποιητὴς, οὐ

CAP. XII.

✠ *Quod sit inenarrabilis illius de Patre generatio.*

Quod si quis curiosius hic sategerit, et quomodo sit ille Deus roget : quomodo erit Pater, qui super omnia est ? audacem hujus hominis interrogationem compescet is qui ait, *Profundiora te, ne quæsiveris, et excelsiora te, ne exquiras : illa cogita, quæ tibi imperavit : neque enim tibi opus est secretorum* [61]; et Paulus ait etiam : *O altitudo divitiarum, sapientiæ et scientiæ Dei ! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus ! et impervestigabiles viæ ejus* [62]. Hunc vero progressurum audaci facinore adhuc ulterius cohibere saltem debeant, ut inaccessa prorD sus aggrediatur, ea quæ sunt ab ipso prius posita, de progeneratione e non exsistentibus : quod quomodo fieri potuit velim explicet, cum neutiquam nullibi exstarent illa. Non enim, ut artifices apud nos solent, materiam præjacentem acceptam manibus, universum exinde conformavit : sed ut ipsum hoc naturæ quidem impossibile fuerat, quantum

✠ Ed. Paris., pag. 71. [61] Eccl. III, 22. [62] Rom. XI, 33.

(41) *Ὑποστησάμενος*. Deest αὐτῷ, nempe Filio. Hæc omnia, de homine Christo in sacris litteris recitata, ad deitatem retulit Eusebius, Arianæa fide prorsus. M. — Mox vulgo τὸν ἐκ δεξιᾶς τ. μ. et ἐταπ. ἑαυτὸν μ. δούλ. λαβὼν γενόμενος, omisso sequente γέγονεν, et καὶ κελεύοντι et τῆς ἑαυτοῦ βασ. et ὧδε πεπ. et Σαλομ.

(42) Vulgo δή om.; dein vulgo τῆς πεύσεως et κατασιγάσῃ.

(43) *Βαθύτερά σου*. Locus est Sirac. III, 22, ubi legimus χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε, ubi alia sint in eamdem cum istis sententiam. M. — Dein vulgo ἐπιχωρεῖν ἢ et ἃ δὲ φ. et πᾶν ἐπεκτείνατο et προαγαγεῖν.

(44) *Τῶν ὅλων ποιητής*. Vel ut in margine fuit, ποιητῇ, statim αὐτοῦ υἱοῦ γένησις. M. — Dein τοῦ

quidem ad humanum operandi modum spectat, nimirum, de nullibi exsistente materia, essentiam rerum constructam dare : ipsi tamen universitatis conditori possibile fuit plane, et factum est. Captum hoc humanum transcendit prorsus : neque hujus rei ratio comprehendi sermone aut annuntiari potest. Ad eumdem modum, et multo quidem magis unigeniti ejus Filii generatio, incomprehensibilis et investigabilis, non nobis solummodo, sed et virtutibus iis fuerit, quæ nos longo superant intervallo. Siquidem illa quæ per naturam suam inferius subsidunt, et ab illa divina inenarrabili essentia sunt longissimo et inferiori tractu semota, quomodo poterint cognitione sua ad sublimia et in altissimo posita, aspirare? Qui poterit fieri, ut animo quis ea assequatur (quæ olim omnino non exstabant, sed de non esse, ad subsistere suum, per Deum sunt producta originis auctorem, causamque ipsis exsistendi exsistentem) ante suam ipsorum primam productionem ? Aut nos heri atque nudius tertius pellem induti atque carnem : ossibus atque nervis compaginati : qui nec illa quidem novimus quæ juxta nos consistunt, quomodo sine periculo disquisitionem de ineffabilibus instituemus ? qualiter ✠ Filium suum progenuit Pater, satagentes : cum innumera sint illa, quæ cum ad pedes etiam nostros provolvantur, nobis tamen penitus sunt incognita. Exemplo rem istam illustrabo. Ecquis enim mihi expedire poterit, anima corpori quomodo concatenatur ? qualiter inde exeat ? qualiter ingressa fuit ab initio? quæ ipsius species ? qualis figura, forma, habitus, essentia ? Nondum per curiositatem meam ullam naturam ego dæmonum indagavi : non explicui substantias angelorum : non qualiter se habeant principatus, throni, dominationes : de potestatibus, et mundi moderatoribus rescivi nihil. Et si sane ab istis me non expediam, quid mihi proderit investigare scientiam, de deitate ingenerata et principio omni superiore ? Quid de inaccessis quæstiones instituo ? quomodo Deus prodierit Pater Filii sui unigeniti ? quasi non sufficeret in dilecti sui testimonium paterna illa vox, quam de cœlo promulgavit dicens, *Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui, ipsum audite*[63]. Quod si præcipiat, hunc audire, mandato huic regio obtemperantes Filium dilectum audiamus. Quodnam vero illud sit, quod nos de seipso intelligere volebat, ipse nos docebit, ubi ait : *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam*[64]. Illi igitur credendum est, ut vitam æternam consequamur. Nam qui in eum, inquit, credit, habet vitam æternam; non qui cognoscit quomodo natus est de Pa-

A κατ' ἄνθρωπον, ἀῤῥήτοις δὲ καὶ ἀφράστοις ἡμῖν λόγοις, οὕτω καὶ πολὺ πλέον ἡ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ γέννησις ἀνεξερεύνητος καὶ ἀνεξιχνίαστος ἂν εἴη, οὐχ ἡμῖν, ὡς ἂν φαίη τις, μόνοις, ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς κρείττοσιν ἢ καθ' ἡμᾶς δυνάμεσι. Τὰ γὰρ μακρῷ τὴν φύσιν ὑποβεβηκότα, κάτω τε καὶ πόῤῥωτάτω τῆς ἀῤῥήτου καὶ θεϊκῆς καθεστῶτα οὐσίας, πῶς ἂν ἐφίκοιτο τῆς ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω καταλήψεως; Πῶς δ' ἂν τὰ μὴ ὄντα πρότερον, δι' αὐτοῦ δ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι προαχθέντα, τοῦ παραγαγόντος, αἰτίου τε αὐτοῖς τῆς ὑπάρξεως γενομένου, σχοίη ἄν τις πρὸ τῆς γενέσεως τὴν γνῶσιν; Ἤπου γε ἡμεῖς οἱ χθιζοὶ, δέρμα καὶ κρέας ἐνδεδυμένοι· ὀστέοις καὶ νεύροις ἐνειρμένοι, καὶ μηδὲ τὰ καθ' ἡμᾶς εἰδότες, τὴν περὶ τῶν ἀῤῥήτων ἀκίνδυνον ποιησόμεθα ζήτη-
B σιν; πῶς ἐγέννα τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ πολυπραγμονοῦντες. Ὅτι δὲ καὶ τῶν παρὰ πόδας μυρία τὴν ἡμετέραν διαδιδράσκει γνῶσιν δῆλον ἂν εἴη ἐνθένδε. Τίς γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοι, πῶς καθεῖρκται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ, πῶς ἔξεισι; πῶς δὲ τὴν ἀρχὴν εἰσεκρίθη; ὁποῖον δὲ αὐτῆς τὸ εἶδος; τί τὸ σχῆμα; τίς ἡ μορφή; τίς ἡ οὐσία; Οὔπω μοι τὸν περὶ δαιμόνων (45) (λόγον) πολυπραγμονεῖν, οὐ τὸν περὶ οὐσίας ἀγγέλων· οὐ τὸν περὶ ἀρχῶν καὶ θρόνων, καὶ κυριοτήτων· οὐ τὸν περὶ ἐξουσιῶν, καὶ κοσμοκρατόρων. Εἰ δ' ἐν τούτοις ἅπασιν ἀμηχανοῦμεν, τί δεῖ τὴν περὶ τῆς ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου θεότητος γνῶσιν διερευνᾶσθαι; Τί τὰ ἀνέφικτα ἐρωτᾷν; πῶς Υἱοῦ μονογενοῦς ὁ Θεὸς ὑπέστη Πατήρ; ὡς μὴ ἀπαρκούσης ἡμῖν τῆς πατρικῆς φωνῆς πρὸς μαρτυρίαν τοῦ Ἀγαπητοῦ, ὃν ἀνεκήρυξε
C εἰπών· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε*. Εἰ δὴ ἀκούειν αὐτοῦ ἐγκελεύεται, βασιλικῷ νόμῳ πειθαρχοῦντες, ἀκούσωμεν τοῦ ἀγαπητοῦ Υἱοῦ. Τί δὲ οὗτος περὶ ἑαυτοῦ βούλεται ἡμᾶς εἰδέναι, παραστήσει λέγων· *Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον*. Πιστευτέον δῆτα αὐτῷ, ὡς ἂν τῆς αἰωνίου τύχοιμεν ζωῆς. *Ὁ γὰρ πιστεύων*, φησὶν, *εἰς αὐτὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον*, οὐχ ὁ γινώσκων ὅπως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγέννηται· οὐ γὰρ ἄν τινι μετῆν ζωῆς αἰωνίου, εἰ δὴ τοῦτ' εἴρηται, ὅτι *Μηδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός· μηδὲ τὸν Υἱόν τις ἔγνω εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν ὁ Πατήρ*. Ἀπαρκεῖ τοιγαροῦν ἡμῖν ἡ πίστις πρὸς σω-
D τήριον, ἡ Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα παρέχουσα γινώσκειν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν ἐπιγράφεσθαι Σωτῆρα. Ὃς δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ ταῦθ' ὧδε παρεδίδου, λέγων· *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστι· πνεῦμα δὲ ὁ Θεός*. Διὸ ἕπεται νοεῖν, ὡς καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ Θεὸς ἂν εἴη. Ὅσῳ δὲ τῆς ψεύδους σαρκὸς ὁ ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸς ἀπηλλοτρίωται καὶ ἀπεσχοίνισται τῇ φύ-

✠ Ed. Paris., pag. 72. [63] Matth. XVII, 5. [64] Joan. III, 16.

προαγαγόντος αἰτίου — σχοίη ἂν τῆς πρώτης γεννήσεως (codd. γενέσεως) τ. γν. R. p. 99. Porro vulgo ἤ που ἡμεῖς et ποιησώμεθα.

(45) *Πολυπραγμονεῖν*. Deest λόγον, opinor. M. — Dein vulgo ὃν ἐκήρυξε λέγων et εἰ δὲ ἀκούειν et γεγένηται et μετείη ζωῆς et πρὸς σωτηρίαν et τὸν αὐτοῦ μονογενῆ Υἱὸν ὑπογρ. Σωτῆρα· ὃς δέ. Porro ὡς τὸ γεγεν. et θ. Θεός ἐστι et σαρκ. γεννήσεως.

σει, τοσούτῳ χρὴ νοεῖν καὶ τῆς τῶν σαρκῶν γενέσεως ἀπηλλοτριῶσθαι τὸν τρόπον, καθ' ὃν ὁ Πατὴρ ἐγέννα τὸν Υἱόν. Οὐ γάρ τι προϊέμενος, οὐδ' ἀλλοιούμενος, οὐδέ γε παθητικῶς κινούμενος, οὐδ' ὅλως τι τῶν ἡμῖν συνεγνωσμένων, ὑπομένων, ὑφίστη αὐτόν. Οὐδὲ γὰρ σῶμα ἦν, ὡς ἀπόῤῥοιαν (46) ἢ μείωσιν, ἢ ἔκτασιν, ἢ μεταβολὴν, ἢ τροπὴν, ἢ ῥοὴν, ἢ μέρος, ἢ πάθος ἐπ' αὐτῷ λογίσασθαι· τούτων δ' ἐκτὸς ἁπάντων ἄῤῥητον ἡμῖν καὶ ἀνεπιλόγιστον, μᾶλλον δὲ πάσῃ γεννητῇ φύσει ἀνεξερεύνητον καὶ ἀνεξιχνίαστον τὴν γενεσιουργίαν ὑφίστη. Γεννᾷ μὲν οὖν καὶ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, λέγεται δὲ καὶ ὁ Υἱὸς *ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης*, οὐ μὲν κατὰ τὴν αἰσθητὴν τοῦ φωτὸς εἰκόνα (ἐπέκεινα γὰρ παντὸς παραδείγματος), ἀῤῥήτοις αὐτὸν καὶ ἀκαταλήπτοις λό- B γοις ὑφίστη, καὶ τοῦτον ἕνα καὶ Μονογενῆ. Δυσσεβῶν δὲ καὶ ἀθέων ἀνδρῶν, τὴν πολύθεον πλάνην νενοσηκότων, ἀποπεφράχθω πᾶν στόμα, οἱ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τὴν ἐξαίρετον καὶ ἰδιάζουσαν γέννησιν εἰς πλῆθος καταβάλλοντες *Πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε* ἀνειρήκασιν, ὁμοῦ μὲν ἄνδρας μίξαντες θεοῖς, ὁμοῦ δὲ τούτοις ὁμοφυῆ καὶ τὸν αὐτὸν εἰσηγούμενοι Πατέρα. Ἀλλ' οὐδὲ μὲν ἐνεργείᾳ δαιμονικῇ τὸ δυσσεβὲς τουτὶ καὶ ἄθεον προήκαντο ῥῆμα, τῷ θνητῷ καὶ παθητικῷ καὶ ἁμαρτητικῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ὁμοφυεῖς καὶ ὁμοπαθεῖς θεοὺς, καὶ τὸν τούτων κοινὸν ὑποθέμενοι Πατέρα, πάντως που τοῖς παισὶν παρωμοιωμένον, ὁ δ' ἐκκλησιαστικὸς κήρυξ ἑνὸς Θεοῦ ἕνα μονογενῆ Υἱὸν τοῖς πᾶσιν ἀνακηρύττει, ὃν ὑπὲρ τῆς τῶν γεννητῶν ἁπάντων σωτηρίας τε καὶ προνοίας ὑφ- C ίστη.

A tre. Nemo enim tum vitam consequeretur æternam, si hæc conditio statuta fuisset: quia, *Nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium quis novit nisi Pater solus, qui illum generavit* [65]. Sufficit ergo nobis ad salutem fides, ea quæ Deum nobis exhibet Patrem, omnipotentem, et Filium ipsius subsignat Servatorem. Qui et ipse inter alia nobis ista commendavit inquiens: *Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est* [66]; *Deus autem spiritus est* [67]. Consequens igitur est, ut intelligamus, quod natum est de Deo, Deum esse. Quantum vero Deus ille universorum super carnem hanc terrenam exaltatus, ab illius modo recessit et mensura: in tantum nobis animo concipiendum est, modum illum, secundum quem Pater genuit Filium, multis quidem parasangis, carnalem generandi modum exsuperare. ✠ Neque enim aliquid emittendo, nedum ipse alteratus, aut per passionem affectus aliqualiter, et, ut expediam verbo, nihil eorum subeundo, quæ nostris animis sunt cognitione apprehensibilia, illum subsistere fecit. Non enim corpus erat Patri, ut effluxum ipsi, diminutionem, extensionem, transmutationem, conversionem, fluxum, partes, passionem attribuamus ullo pacto. Ab istis autem omnibus liber et semotus, generationis modum subivit ille, non explicabilem, incomprehensibilem: imo et universæ creaturarum naturæ, nullis vestigiis odorandam, nulla investigatione assequendam. Progignit quidem splendorem de se sol. Dicitur autem Filius, *splendor lucis æternæ* [68]: *et gloriæ splendor* [69], sed non secundum lucis sensibilis imaginem. Nam supra omnis exempli similitudinem, inenarrabilibus eum modis et incomprehendendis produxit Pater: eumque unum et Unigenitum. Impiis autem omnibus, et a pietate remotis, qui morbo laborant de deorum multitudine, obturantur ora: qui singularem istam et æternam unigeniti Filii generationem, in multitudinem deorsum conjiciunt, *Patrem hominum* nominantes *deorumque*, homines diis commiscentes, Patrem supponentes his congenerem. Alii, per dæmonum operationem, impium istud verbum et atheismo plenum protulere, deos congeneres, iisdemque passionibus obnoxios, quibus mortale, passibile, et peccabile genus hominum subjacet, horum omnium et singulorum Patrem Deum, singulis et universis assimilari. Præco autem Ecclesiasticus unius Dei, unum annuntiat, et unigenitum Filium: quem Pater ad salutem universorum, et singulis providendum creaturis, subsistere fecit.

D

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Ὅτι ἀναγκαία καὶ σωτήριος τοῖς πᾶσιν ἡ τοῦ Υἱοῦ ἐπιστασία.

Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τῶν γεγονότων φύσις ἐν σώμασι καὶ ἀσωμάτοις, ἐμψύχοις τε καὶ ἀψύχοις, λογικοῖς τε καὶ ἀλόγοις, θνητοῖς τε καὶ ἀθανάτοις, τὸ διάφορον κεκτημένη, τῷ ὑπὲρ πάντων καὶ ἐπὶ πάντων Θεῷ πελάζειν καὶ τῶν τῆς αὐτοῦ θεότητος μαρμαρυγῶν οὐχ οἵα τε ἦν μετέχειν δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ἐλλείψεως, μακρὰν δὲ καὶ ποῤῥωτάτω, φύσεως ἀσθενείᾳ, διολισθὲν ἂν εἴη, (47) εἰ μὴ Θεοῦ Σωτῆρος ἔτυχε βοηθοῦ, εἰκότως ἡ πατρικὴ φιλανθρωπία, τὸν

CAP. XIII.

Quod adventus Filii omnibus fuerit salutaris et necessarius.

Quandoquidem vero rerum progeneratarum natura, quæ differentiam sortita est multiplicem, per corporeas et incorporeas essentias, animatas et inanimatas, rationales, et irrationales, mortales et immortales, appropinquare Deo, qui super omnia et per omnia præest, ✠ illius divinitatis splendores nullo modo potuit participare, ob nimiam illam suam deficientiam, per quam a natura illa sublimissima semovetur. Unde magno, imo longissimo

✠ Ed. Paris., pagg. 73, 74. [65] Matth. xi, 27. [66] Joan. iii, 6. [67] Joan. iv, 24. [68] Sap. vii, 26. [69] Hebr. i, 3.

(46) Vulgo καὶ μείωσιν, dein ῥοὴν et γεννησιουργίαν et καὶ ὁ ἥλιος et ἀπ. δόξης, porro αἰσθητὸν et αἰ ἀΐδιον et καταβάλλοντες et ἀνδρ. καὶ θεῶν. Deiu ἄλλοι δὲ μέν et τῷ διαφ. Mp. ἴσ. τό.

(47) *Εἰ μὴ Θεοῦ Σωτῆρος*. Ita legend. omnino patet [vulgo εἴη μή], statim, χωροῦντα [sic et codd.] nempe filium. M.

15. Alibi quoque idem eumdem appellat imaginem Dei, « Quod si absconditum sit Evangelium « nostrum, ab iis est absconditum qui pereunt, in « quibus Deus sæculi istius obcæcavit intellectum « incredulorum, ne irradiaret in cordibus ipsorum « illuminatio Evangelii Jesu Christi, qui est imago « Dei. » Ubi advertendum nobis animo est, quod divinus Apostolus determinativum de Christo sermonem instituit, imaginem Dei scilicet appellans ipsum, ne quis duos imaginari deos posset, sed unum, nempe eum qui supra omnia est. Si enim unus est Deus, et præter illum non est alius, ipsius sit oportet, qui per Filium suum tanquam per imaginem agnoscitur. Quapropter et Filius quoque Deus est, propter Patris figuram, in ipso, ut in imagine, resultantem. Id quod divinus Apostolus indicat, dum aliquando inquit, *qui cum in Dei forma esset :* aliquando autem, eum imaginem Dei definit esse. Atque ita inter cæteras nomenclaturas Filius et erat et dicebatur imago Dei, priusquam in carne adveniret. Atque ista quidem pauca de innumeris, ne modum excedamus, e Novo Testamento adducta sint. Quin et olim exsistentes prophetæ Dei, eumdem diversis theologicis nominibus honorarunt.

16. Est qui eum, Spiritum Dei vocat, inquiens : *Egredietur virga de radice Iesse :* ✠ *et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super illum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intelligentiæ* [23], et quæ sequuntur. Perspicue siquidem in istis manifestavit eum qui de semine David fuerat secundum carnem, et inhabitans etiam in illo Dei Verbum. Unde divinus Apostolus nunc loquitur, *Dominus autem spiritus est* [24]; nunc iterum, *Christus Dei potentia, et sapientia Dei* [25]. Alius insuper propheta eum ad eumdem modum spiritum appellat, *Spiritus faciei nostræ Christus Dominus* [26]. Et in Evangelio de eodem liquidissimo dicitur : *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus nuntiabit* [27].

17. Alius porro propheta vitam eum vocat, et lucem, ubi Deum sic alloquitur inquiens, *Apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen* [28]. Quinam erat ille vitæ fons apud Deum? quis lumen? ipsius nempe, qui in Evangelio dixit, *Ego sum lux mundi* [29]; et, *Ego sum via et veritas, et vita* [30]. Quo-

λέγειν, ὅς ἐστιν εἰκών; δέον εἰ ἄρα φῆσαι, ἥ ἐστιν εἰκών.

ιε'. Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς εἰκόνα τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ὠνόμαζε λέγων, « Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμ- « μένον τὸ (42) Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις « ἐστὶ κεκαλυμμένον, ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου « ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, πρὸς τὸ μὴ « καταυγάσαι (43) ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν τὸν φωτι- « σμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν « τοῦ Θεοῦ. » Ἔνθα καὶ προσήκει τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι, ὡς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὁρικὸν ἐξηνέγκατο λόγον περὶ τοῦ Χριστοῦ, εἰπὼν αὐτὸν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, ἵνα μή τις δύο θεοὺς ὑπολάβοι εἶναι, ἀλλ' ἕνα τὸν ἐπὶ πάντων. Εἰ γὰρ εἷς Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερος πλὴν αὐτοῦ, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ ὡς δι' εἰκόνος γνωριζόμενος. Διὸ καὶ ὁ Υἱὸς Θεὸς, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐν εἰκόνι μόρφωσιν. Ὃ δὴ παρίστησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τοτὲ μὲν λέγων, ὅς *ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων*, τοτὲ δὲ αὐτὸν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ὁριζόμενος. Οὐκοῦν μετὰ τῶν ἄλλων ἐπηγοριῶν καὶ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ὁ Υἱὸς ἦν τε καὶ ὠνόμασται. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης, ὀλίγα ἀπὸ μυρίων ἡμῖν λόγου συμμετρίας χάριν συνῆκται.

ις'. Καὶ οἱ πάλαι μὲν γενόμενοι τοῦ Θεοῦ προφῆται τὸν αὐτὸν (44) διαφόροις ἐτίμων θεολογίαις. Ὁ μὲν γὰρ ἀπεκάλει αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, λέγων, *Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης* (45) *ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται* (46) *ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως*, καὶ τὰ ἑξῆς. Σαφῶς γὰρ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ σάρκα καὶ τὸν ἐνοικήσαντα αὐτῷ Θεὸν Λόγον, διὰ τούτων ἐδήλου. Ἔνθεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ποτὲ μὲν ἔλεγεν· *Ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν·* ποτὲ δὲ, *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.* Καὶ ἕτερος δὲ ὁμοίως πνεῦμα αὐτὸν ἀποκαλεῖ, λέγων, *Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος.* Καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ δὲ περὶ αὐτοῦ σαφῶς εἴρηται· *Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Ἔδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει.*

ιζ'. Προφητῶν δὲ ἄλλος ζωὴν αὐτὸν, καὶ φῶς ὠνόμαζε (47), ἐν τῷ προσφωνεῖν τῷ Θεῷ, καὶ λέγειν, ὅτι· *Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς.* Τίς γὰρ ἦν ἡ παρὰ τῷ Θεῷ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ τὸ φῶς, ἢ αὐτὸς ὁ ἐν Εὐαγγελίοις εἰπὼν, *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου·* καί· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*

✠ Ed. Paris. pag. 97.
[23] Isa. XI, 1, 2. [24] II Cor. III, 17. [25] I Cor. I, 24. [26] Thren. IV, 20. [27] Matth. XII, 18. [28] Psal. XXXV, 10. [29] Joan. VIII, 12; IX, 5. [30] Joan. XIV, 6.

(42) Vulgo τοῦτο τό.
(43) *Πρὸς τὸ μὴ καταυγάσαι.* Apostolus in II Cor. IV, 5, habet : *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῶν Εὐαγ. τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ*, et post Θεοῦ, additur, ἀοράτου. M. — Mox vulgo ὁ διὰ τοῦ et ὅδε παρ.
(44) *Διαφόροις σε τίμων.* Depravate ; sed facilis correctio, ἐτίμων. M.
(45) Vulgo τῆς ῥ. αὐτοῦ.
(46) *Ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτόν.* Apud Prophetam legitur, *ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτούς.* M. — Mox vulgo λόγον Θεὸν et ἄλλοτε δὲ χρ. et ἐπ' αὐτῷ.
(47) Vulgo ὠνόμασε et ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἰπών.

καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. Διὸ, πάλιν ἱκετεύων ὁ Προφήτης ἐν εὐχῇ πρὸς τὸν Θεὸν λέγει, *Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· αὐτά με ὁδηγήσει.*

ιη'. Ἀλήθειαν δὲ αὐτὸν καὶ (48) Ζοροβάβελ ἀνειπὼν, νικητηρίων ἠξιώθη, ὅτε ἐπὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀναγέγραπται εἰρηκώς· *Καὶ ἡ ἀλήθεια μένει, καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ζῇ, καὶ κρατεῖ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καὶ οὐκ ἔστι παρ' αὐτῇ λαβεῖν πρόσωπα· ἀλλὰ τὰ δίκαια ποιεῖ, ἀπὸ πάντων τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν ἀπέχεται.* Οἷς ἐπιλέγει· *Καὶ αὐτῆς ἡ ἰσχὺς, καὶ τὸ βασίλειον, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ μεγαλοσύνη πάντων τῶν αἰώνων.* Ζῆν γὰρ εἰπὼν τὴν ἀλήθειαν, καὶ νικᾷν καὶ κρατεῖν, ἐμφαντικώτατα παρέστησεν αὐτῆς τὴν ὑπόστασιν. Οἷς ἀκολούθως καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἀλήθειαν ἑαυτὸν ὀνομάζων τὴν τοῦ Ζοροβάβελ μαρτυρίαν ἐπεσφραγίζετο.

ιθ'. Καὶ ποταμὸν δὲ αὐτὸν ὠνόμασεν ὁ εἰπών· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.* Ἤδη δὲ καὶ ὄρος προσεῖπεν ὁ φήσας· *Τὸ ὄρος ὃ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς, κατοικεῖν ἐν αὐτῷ.*

κ'. Διὸ καὶ παρὰ τῷ Δανιήλ· *Ἐξ ὄρους λίθος τμηθεὶς ἄνευ χειρῶν.* Καὶ πάλιν, ὁ αὐτὸς ἀποκαθιστάμενος εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἑωρᾶτο· τοῦ μὲν ὄρους τὴν προϋπαρξιν τῆς θεότητος αὐτοῦ σημαίνοντος, τοῦ δὲ λίθου, τὴν ἀνθρωπότητα (49).

κα'. Καὶ δικαιοσύνην δὲ αὐτὸν ἐκάλουν· ὡς ὁ λέγων· *Τίς ἐξήγειρε ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην.* Καὶ, ἥλιον δικαιοσύνης, ὡς ὁ εἰπών· *Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ.* Καὶ ἄλλος, *Δύσεται*, φησὶν, *ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου·* οὐ γὰρ δὴ ταῦτα τῷ αἰσθητῷ ἐφαρμόζοι ἂν ἡλίῳ, ἀλλὰ δὴ (50) τῷ ἐνσάρκῳ Λόγῳ.

κβ'. Καὶ σοφίαν δὲ αὐτὸν ὀνομάζει Σολομὼν ἐπὶ Παροιμίαις λέγων· *Ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτὰ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὅτι προκόσμιος ἦν ἡ σοφία ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐκ προσώπου αὐτῆς ταύτας προϊέμενος τὰς φωνάς· *Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν. Ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην.* Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγων, *Δι' ἐμοῦ* (51) *βασιλεύουσι βασιλεῖς, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην, δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσιν.*

A circa Deum compellans supplex in oratione Propheta loquitur, *Emitte lumen tuum, et veritatem tuam, illa me deducent* [31].

18. Veritatem insuper eum cum vocaret Zorobabel, victoriæ lauream tulit, qui coram Persarum rege, memoratur dixisse, *Veritas manet et prævalet in æternum. Vivit et exsuperat in sæcula sæculorum. Neque est apud illam respectus personarum, sed justitiam facit, ab iniquis omnibus et impiis abstinet.* Ad quæ annectit: *Ipsius autem vis, et regalitas, et potestas, et magnificentia est per omnia sæcula.* Qui enim vivere veritatem dixit, et vincere et exsuperare: evidentissime ostendit exsistentiam ejus. Et consequenter, se Servator ipsam appel- B lat veritatem, et obsignat testimonium Zorobabelis.

19. Fluvium appellavit eum, is qui dixit, *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei* [32]. Montem nominavit insuper qui dixit: *Montem cui benedixit Deus, ut in illo habitaret* [33].

✠ 20. Unde apud Danielem de monte legitur: *Excisus lapis sine manibus* [34]. Idem demum in excelsum montem ubi recesserat videbatur. Per montem intelligitur divinitas præexsistens, per lapidem vero humana natura.

21. Sed et illum justitiam appellarunt: ut is qui C dixit: *Exsuscita justitiam ab Oriente* [35], et etiam justitiæ solem: ut is qui dixit: *Timentibus autem me, exorietur sol justitiæ: et sanatio in alis ejus* [36]: et alius ait, *Occidet sol super prophetas, qui errare faciunt populum meum* [37]. Hæc non competunt visibili huic soli, sed alteri, nempe Verbo incarnato.

22. Sapientia quin etiam dicitur, Salomon in Proverbiis ait: *Sapientia sibi domum ædificavit, et substituit columnas septem* [38], et quæ sequuntur. Quodque ante mundum erat ista vivens sapientia et subsistens, docet idem, ubi tanquam ex ore ipsius Sapientiæ istas emisit voces: *Ego sapientia habitavi consilium, et scientiam, et cogitationem.* D *Ego invocavi* [39]: et his sequentia adjungit: *Per me reges regnant, et conditores legum justa decernunt; per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam* [40].

✠ Ed. Paris. pag. 98.

[31] Psal. XLII, 3. [32] Psal. XLV, 5. [33] Psal. LXVII, 17. [34] Dan. II, 34. [35] Isa. XLI, 2. [36] Malach. IV, 2. [37] Mich. III, 6. [38] Prov. IX, 1. [39] Prov. VIII, 12, 14. [40] ibid. 15, 16.

(48) Vulgo Ζοροβάβηλ et infra; mox vulgo τῶν Περσῶν.

(49) *Τοῦ δὲ τοῦ λίθου, τὴν ἀνθρωπότητα.* Locus est Daniel II. Quem locum varie exposuerunt. Plerique per montem, beatam Virginem intelligunt: de qua sine manibus, hoc est, interventu humano, Christus processit, atque ita de humana sola generatione intelligunt. Ambrosius legit, montem, pro lapide, ut mons dicatur de monte excisus, et de æterna generatione Filii e Patre, intelligit. Eusebius suam, et novam rationem inivit. M.—Delevi τοῦ ante λίθου et mox ἂν vulgo post ταῦτα positum rejeci post ἐφαρμ.

(50) *Τῷ ἐν σαρκὶ Λόγῳ.* Aliter, ἐνσαρκίῳ, forte ἐνσαρκωθέντι. *Omnia ista, Christus in similitudine, non in proprietate*, ait Augustinus, in *Psal.* CIII. M. — Scripsi ἐνσάρκῳ; mox vulgo προϊέμενος.

(51) *Βασιλεύουσι βασιλεῖς.* Ita in Proverbiis

23 et 24. Sed et lignum vitæ illum Salomon, et Dominum appellavit : ubi ait : *Lignum vitæ est, omnibus qui apprehendunt ipsum, et tutus erit qui in eum, veluti in Dominum innititur* [41].

25. Sed et Salomonis pater David in Psalmis, et Dominum simul vocat et sacerdotem : nunc inquiens : *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis* [42]; nunc etiam : *Juravit Dominus neque resipiscet, Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech* [43].

26. Sed et Deum hunc agnoscit et profitetur inquiens : *Sedes tua Deus, in sæculum sæculi : virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis* [44]. Deus qui in istis a Deo, unctus dicitur, quisnam alius esset, quam qui propter unctionem hanc paternam, Christus vocatur.

✠ 27. Erat idem iste et Dilectus Dei : quod Psalmi illius inscriptio docet, *Ode super Dilectum* [45].

28. Isaias autem ipsum appellat brachium : *Revelabit, inquiens, Dominus brachium sanctum suum in conspectu nationum* [46]. David ad eumdem modum, justitiam et salutem agnovit illum, inquiens : *Revelavit Dominus salutare suum, in conspectu nationum, revelavit justitiam suam* [47].

29. Et iterum : *Annuntiate diem de die salutare ejus* [48]. Et iterum : *Quis dabit de Sion salutare Israel* [49]? Et, *Ostende nobis, Domine, salutare tuum, misericordiam tuam des nobis* [50]. Quid opus est, ut ista hic colligam sigillatim? cum cuivis liceat studioso de Scriptura divinitus inspirata istiusmodi undicunque colligere. Ubique vero Scripturarum apparet, viros Dei divino Spiritu illustratos, unigeniti Dei Filii cognitionem inenarrabilem manifestasse, licet non ultra populum Judæorum. Quocirca diversimode enuntiaverunt illum obtectis quibusdam nomenclaturis. Gratia enim illa prædicationis, in ipsius præsentiam et adventum reservabatur: quam de ipsius divinitate, per universum nunc terrarum orbem, veluti quoddam olim absconditum mysterium et silentio involutum, Ecclesia proseminavit.

30. Hoc ipsum nos docuit divinus Apostolus inquiens : *Secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi erga vos, adimplere verbum Dei, mysterium illud quod a sæculo absconditum fuerat in generationibus : nunc autem manifestatum est sanctis ejus*,

κγ', κδ'. Ἀλλὰ καὶ ξύλον ζωῆς, καὶ Κύριον αὐτὸν Σολομὼν ἀπεκάλει λέγων· *Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλής.*

κε'. Καὶ ὁ τοῦ Σολομῶντος δὲ πατὴρ Δαβὶδ ἐν Ψαλμοῖς ὁμοῦ καὶ Κύριον ὁμοῦ καὶ ἱερέα αὐτὸν (52) ὠνόμαζε· τοτὲ μὲν λέγων· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου·* τοτὲ δὲ φάσκων· *Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.*

κς'. Καὶ Θεὸν δὲ αὐτὸν οἶδεν ὁμολογεῖν ὁ αὐτὸς, φάσκων· *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Θεὸς γὰρ ἐν τούτοις χριόμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τίς ἂν ἕτερος εἴη ἢ αὐτὸς, ὁ διὰ τὸ χρίσμα τὸ πατρικὸν Χριστὸς ἀνηγορευμένος.

κζ'. Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος καὶ Ἀγαπητὸς ἦν τοῦ Θεοῦ· ὃ δὴ παρίστησιν (53) ἡ τοῦ Ψαλμοῦ προγραφὴ περιέχουσα, *Ὠδὴ ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ.*

κη'. Ἡσαΐας δὲ βραχίονα αὐτὸν ἀπεκάλει λέγων· *Ἀποκαλύψει Κύριος τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων ἐθνῶν.* Καὶ Δαβὶδ ὁμοῦ δικαιοσύνην καὶ σωτηρίαν αὐτὸν ἠπίστατο· διὸ ἔλεγεν· *Ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν· ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.*

κθ'. Καὶ πάλιν· *Εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ·* Καὶ αὖθις· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* καί· *Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν.* Καὶ τί με δεῖ καθ' ἕκαστον ἀναλέγεσθαι; παρὸν τῷ φιλομαθεῖ τὰ τοιαῦτα συνάγειν ἐξ ἁπάσης τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς· δι' ἧς φαίνονται οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι τῷ θείῳ Πνεύματι φωτισθέντες, τὴν τοῦ Μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἀπόῤῥητον οὖσαν τότε, καὶ τὰ πλήθη διαλαμβάνουσαν (54) τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. Διὸ καὶ διαφόρως αὐτὸν ἐξεφώνουν κεκαλυμμέναις ταῖς ἐπηγορίαις. Ἐφυλάττετο γὰρ τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἡ χάρις τοῦ κηρύγματος τῆς περὶ αὐτοῦ θεολογίας, ἣν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡ αὐτοῦ Ἐκκλησία, ὥσπερ τι πάλαι κρύφιον καὶ σεσιγημένον μυστήριον παραλαβοῦσα, σεμνύνεται.

λ'. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκει λέγων· *Κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν· νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐ-*

✠ Ed. Paris. pag. 99.
[41] Prov. III, 18. [42] Psal. CIX, 1. [43] ibid. 4. [44] Psal. XLIV, 7, 8. [45] ibid. 1. [46] Isa. LIII, 1. [47] Psal. XCVII, 2. [48] Psal. XCV, 2. [49] Psal. XIII, 7. [50] Psal. LXXXIV, 8.

legitur : et hic aliquoties, apud nostrum. M. — Mox vulgo μεγαλοῦνται et ἀντερειδομένοις ἐπ. et deest ὁμοῦ post ψαλμοῖς.

(52) Vulgo ὠνόμασε et mox καὶ Δεὸν δὲ αὐτὸν εἶδεν et infra ἀναγορευόμενος.

(53) *Τοῦ Ψαλμοῦ προγραφή*. Ἐκείνου scilicet, aut αὐτοῦ, nempe 44, cujus inscriptio est, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ. M. — Supra vulgo ὁ δὲ παρ. et mox ἐπικαλεῖ et εὐαγγελίσασθε.

(54) *Τῶν Ἰουδαίων λαοῦ*. Locus depravatus, nec sine codicis auxilio sanandus, opinor. M. — Mox vulgo τοῦ Θεοῦ οἱ προφ. et τούτου μυστηρίου et κατὰ τὴν ἐξ.

A τοῦ, οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης. Ὁρᾷς ὅπως μυστήριον ἦν ἀποκεκρυμμένον πρότερον, νυνὶ δὲ φανερωθὲν, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Διόπερ οἱ μὲν τοῦ Θεοῦ προφῆται τῷ προφητικῷ πνεύματι μυστικῶς αὐτὸν ἐθεολόγουν. Τὸ δὲ πλῆθος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐν ἀγνοίᾳ ἐτύγχανε τοῦ κεκρυμμένου μυστηρίου· ὅθεν Θεὸν μὲν ἐδιδάσκετο ἕνα εἰδέναι, διὰ τὸ τῇ πολυθέῳ πλάνῃ συνεχῶς ὑποσύρεσθαι· Πατέρα δὲ ὄντα τὸν Θεὸν Υἱοῦ τοῦ Μονογενοῦς ἠγνόει· τοῦτο γὰρ ἐφυλάττετο τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ τὸ μυστήριον, κατ' ἐξαίρετον χάριν αὐτῇ δεδωρημένον. Ἐν αὐτῷ γάρ εἰσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι. Ἀλλὰ γὰρ διὰ τοσούτων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν,
B οὐ μόνον Λόγος κεκλημένος, ὡς Μάρκελλος οἴεται, ἀπεδείχθη, ἀλλὰ καὶ Υἱὸς, καὶ Μονογενὴς, καὶ φῶς, καὶ ἄρτος, καὶ Ἰησοῦς, καὶ Χριστὸς, καὶ Κύριος, καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ, καὶ εἰκὼν, καὶ Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, καὶ πηγὴ ζωῆς, καὶ ἀλήθεια, καὶ ποταμὸς, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ σοφία, καὶ ξύλον ζωῆς, καὶ Κύριος, καὶ Θεὸς, καὶ Ἀγαπητὸς, καὶ ἱερεὺς, καὶ βραχίων, (55) καὶ σωτήριον, καὶ πάντα ταῦτα, ὧν καὶ προϋπάρχων τῆς σαρκὸς, ὠνομάζετο· ὡς αἱ παρατεθεῖσαι Γραφαὶ δεδηλώκασι. Τίνι τοίνυν λόγῳ, ταῦτα πάντα παρεὶς Μάρκελλος, ἐπὶ μόνου τοῦ Λόγου ἵσταται; οὐ διαβαίνων μὲν καὶ ἐπὶ τὰς λοιπὰς ἐπωνυμίας, μόνον δὲ Λόγον αὐτὸν εἶναι φάσκων τοῦ Θεοῦ· καὶ λόγον
C σημαντικὸν, ποτὲ μὲν ἡσυχάζοντα ἐν τῷ Θεῷ, ποτὲ δὲ ἐνεργείᾳ μόνῃ λαλοῦντα ἢ πράττοντα; Ἢ διὰ τὸ Σαβελλιάζειν ἄντικρυς, καὶ μὴ πιστεύειν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ γνωρίζειν τὸ μυστήριον τὸ προϋπάρχον μὲν πάλαι, μόνῃ δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς αὐτοῦ φανερωθὲν χάριτος. Εἰ δὲ λέγοι μυστήριον εἶναι ἀγνοούμενον, τὸ (56) Λόγον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν, κεχρῆσθαι λόγῳ, τοῦτο γὰρ αὐτῷ Μαρκέλλῳ δοκεῖ (57), τοῦτον γράφοντι τὸν τρόπον· « Τί γὰρ ἕτερον ἦν ἀποκεκρυμμένον μυστήριον, κατὰ τὸν Λόγον; οὕτως δὲ ἦν ἀποκεκρυμμένον ἐν τῷ Θεῷ τοῦτο πρότερον τὸ μυστήριον, ὥστε μηδένα τοῦ προτέρου λαοῦ σαφῶς τὰ κατὰ τὸν Λόγον εἰδέναι· » εἰ δὴ οὖν τοῦτο λέγοι, μανθανέτω, ὅτι καὶ πᾶς Ἰουδαίων τῶν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ μὴ ἐπεγνωκότων
D ὁμολογήσειεν ἂν τὸν Λόγον ἔχειν τὸν Θεὸν, καὶ μὴ εἶναι ἄλογον. Τοῦτο δὲ καὶ Σαβέλλιος αὐτὸς, καὶ πᾶς Ἕλλην τε καὶ βάρβαρος, ὁ Θεὸν εἶναι ὑφιστάμενος, ἀναμφιλέκτως φήσειεν· Ἅμα γὰρ τῷ Θεὸν εἰπεῖν, καὶ σοφὸν αὐτὸν νοεῖ, καὶ λογικὸν, καὶ δυνατὸν, καὶ δίκαιον, καὶ ἀγαθόν. Ποῖον οὖν μυστήριον ἦν ἀποκεκρυμμένον τὸ τοῖς πᾶσιν ὁμολογούμενον; Τίς γὰρ οὐκ ἂν εἴποι ἐν τῷ Θεῷ σοφίαν εἶναι, καὶ δύ-

quos voluit Deus cognoscere, quænam sint divitiæ mysterii istius in gentibus, qui est Christus in vobis, spes gloriæ ejus [81]. Vides ut absconditum hoc mysterium fuerat prius, nunc autem revelatum : Filius Dei. Quapropter prophetæ Dei mysticum in modum prophetico Spiritu eum deificarunt; Judæorum autem omnis multitudo in ignorantia istius mysterii persistebant. Deum quidem unum agnoscere edocti, eo quod in errores de deorum multitudine sæpius abstrahebantur: Patrem vero Deum unigeniti sui Filii ignorabant. Nam hoc de gentibus Ecclesiæ reservabatur mysterium, tanquam gratia quædam excellens, ipsi impertienda. ✠ In ipso enim sunt, quod Apostolus observat [82], omnes thesauri absconditi cognitionis. Enimvero tot jam testimoniis, Dei illud Verbum quod in initio erat apud Deum, non modo quod Marcellus opinatur, Verbum dictum est, sed et Filius, et Unigenitus, et lux, et panis, et Jesus, et Christus, et Dominus, et Pontifex, et splendor, et character, et imago, et Primogenitus omnis creaturæ : et fons vitæ, et veritas, et flumen, et justitia, et sol justitiæ, et sapientia, et lignum vitæ, et Dominus, et Deus, et dilectus, et Sacerdos, et brachium, et salutare : et hisce quidem omnibus appellabatur nominibus, cum exsisteret, et præexsisteret ante carnem sumptam : ut e prolatis hic Scripturis ostensum est. Quæ ratio Marcellum hic commovit, ut istis universis prætermissis, in solo Verbo resideret? Neque enim transivit ad cæteras nomenclaturas, solummodo illum Dei Verbum esse statuit; et verbum quidem significativum, interdum in Deo conquiescens, interdum re et ore prolatum, vel etiam operans. Certe propterea quod Sabellianizaret, nec in Dei Filium crederet, nec agnosceret mysterium illud, quod quidem præexsistebat olim : at soli Christi Ecclesiæ per ipsius gratiam revelatum est. Quod si dicat mysterium illud incognitum esse, Deum cum in se haberet Verbum, verbo illo usum, hoc siquidem Marcello videtur ita esse, cum sic scripserit : « Quid aliud fuerat mysterium illud absconditum, quam Verbum? Ita autem in Deo olim, erat hoc absconditum mysterium; ut nemo apud priorem illum populum intelligeret clare, quæ spectabant ad Verbum. » Si hoc posuerit, discat oportet, quod Judæorum quilibet, qui Christum Dei non agnoscat, Verbum tamen habere Deum confitebitur, neque esse illum alogum. Hoc ipsemet Sabellius : hoc ethnicus quivis fatebitur : hoc barbarus, qui Deum agnoscit, sine scrupulo confitebitur. Nam hoc ipso quod Deum confiteantur, sapientem intelligunt, rationalem, potentem, justum, bonum. Et quodnam tum mysterium hoc occultum fuerat, quod erat

✠ Ed. Paris. pag. 100.
[81] Coloss. I, 25-27. [82] Coloss. II, 3.

(55) Βρ. καὶ δικαιοσύνη codd.
(56) Τόν vulgo contra cod.
(57) *Μαρκέλλῳ δοκεῖ*. Rectius ἔδοξει, statim, legendum opinor, ἢ τὸ κατὰ τὸν λόγον, mox, ἀναμφιλέκτῳ, et Θεὸν εἰπεῖν, non Θεῷ. M.— Mox vulgo ἐν ἀμφιλέκτως, Mp. ἀναμφιλέκτως et τὸ Θεῷ, Mp. Θεόν.

apud omnes in confesso positum? Quis non dixerit in Deo sapientiam esse, et potentiam, et vitam, et lucem, et veritatem, et justitiam, et rationem, et quidquid bonum et honestum est? Quin potius eum esse, omnia ista: aut si ✠ quid his superius, et melius exstiterit, quod nobis sit incognitum. Hæc natura, a seipsa edocta cogit unumquemque de Deo profiteri. Unde et de Filio edocti sumus hæc etiam singula, unigenitum illum esse, Filium, hæredem Patris sui, omnia possidentem quæ possidet Pater. Unde dicitur fuisse, *in forma Dei*, et *imago Dei*, juxta divinum Apostolum, ubi ait: *Qui cum in forma Dei esset, non est arbitratus rapinam, esse se æqualem Deo* [83]. Et rursus: *Qui est imago Dei* [84]. Quocirca quod Deus erat logicus, non fuit *hoc mysterium, quod a sæculo absconditum fuerat, et a generationibus*. Neque illud nunc revelatum dicitur, quod singulis hominibus, per notiones naturales cognitissimum est. Quod si interroget quispiam, illud qualenam erat? respondet Apostolus, ubi ait, *At nunc in sanctis manifestatum est* [84*], iis nimirum, quibus voluit hoc ipsum Deus revelare, quæ sunt divitiæ gloriæ, mysterii hujus in gentibus quibus est Christus in nobis. Christus erat igitur mysterium illud: Filius is nimirum Dei. Quocirca mysticum in modum, illum olim diversimodis appellationibus prophetæ glorificaverunt, id quod erat inenarrabile abscondentes: illiusque revelationem gratiæ ipsius in omnes diffundendæ, quasi thesaurum reservantes reconditum. Cum vero post tot e sacris Scripturis testimonia contendat Marcellus nihilominus, illud, *In principio erat Verbum* [85], nihil aliud indicare, quam eum, priusquam assumebat carnem, nihil aliud quam Verbum exstitisse: neque ullo præter illud nomine appellatum: tum vero primum per varias indicatum nomenclaturas, quando Verbum caro factum fuerat, cum prius præter Verbum plane nihil exstitisset; certe prorsus hic indoctus deprehenditur, et in Scripturis sacris intelligendis plane infans. Hoc vero sic adornato, agedum deinceps, veluti redivivum, novum hunc Sabellium introspiciamus.

A νάμιν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθειαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ λόγον, καὶ πᾶν ὅ τι καλὸν καὶ ἀγαθόν; μᾶλλον δὲ αὐτὸν εἶναι πάντα ταῦτα, καὶ εἴ τι τούτων ἀνώτερόν τε καὶ κρεῖττον, καὶ ἡμῖν ἄγνωστον (58)· ταῦτα γὰρ αὐτοδίδακτος φύσις ὁμολογεῖν περὶ τοῦ Θεοῦ πάντα ἄνθρωπον ἐξαναγκάζει. Ἔνθεν καὶ τὸν Υἱὸν διδασκόμεθα πάντα ταῦτα εἶναι, ἅτε Μονογενῆ Υἱὸν, καὶ κληρονόμον ὄντα τοῦ Πατρὸς, καὶ πάντ' ἔχοντα, ὅσα καὶ ὁ Πατήρ. Διὸ *ἐν μορφῇ Θεοῦ* λέλεκται (59)· καὶ *εἰκὼν τοῦ Θεοῦ* (60), κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, φήσαντα. *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι* (61) *ἴσα Θεῷ*. Καὶ πάλιν· *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*. Οὐκ ἄρα τὸ λογικὸν εἶναι τὸν Θεὸν τοῦτο ἦν *τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γε-* B *νεῶν*· οὐδὲ τοῦτο νῦν ἐφανερώθη, τὸ φυσικαῖς ἐννοίαις πᾶσιν ἀνθρώποις ἐγνωσμένον. Ἀλλὰ γὰρ ποῖον, εἰ ἔροιτό τις, ἀποκρίνεται ὁ Ἀπόστολος· *Νυνὶ δὲ ἐφανερώθη*, λέγων, *τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ*, οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οἷς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Χριστὸς οὖν ἦν τὸ μυστήριον· δῆλον δ' ὅτι Υἱὸς (62) τοῦ Θεοῦ. Διὸ μυστικῶς πρότερον διαφόροις οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται αὐτὸν ἐδόξαζον ἐπηγορίαις, τὸ ἀπόῤῥητον ἀποκρύπτοντες, καὶ τῇ αὐτοῦ χάριτι τὴν εἰς πάντας ἀποκάλυψιν αὐτοῦ ταμιευόμενοι. Ὅτε τοίνυν μετὰ τοσαύτας τῶν Γραφῶν μαρτυρίας διϊσχυρίζεται Μάρκελλος, *τὸν ἐν ἀρχῇ Λόγον*, πρὶν ἢ τὴν σάρκα ἀναλαβεῖν, μηδὲν ἕτερον εἶναι ἢ Λόγον· καὶ μηδ' ἑτέρῳ χρηματίσαι ὀνόματι· τότε δὲ διαφόρων ἐπηγοριῶν C τετυχηκέναι, ὅτε ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, πρὸ τούτου μηδὲν ἕτερον ὄντα ἢ Λόγον· πῶς οὐκ ἀμαθὴς καὶ ἀσύνετος τῶν θείων ἐλέγχοιτ' ἂν ἀναγνωσμάτων; Ἀλλὰ γὰρ, τούτου συστάντος, φέρε λοιπὸν, ὥσπερ ἀναβεβιωκότα, τὸν νέον Σαβέλλιον ἐποπτεύσωμεν.

✠ Ed. Paris. pag. 101.
[83] Philipp. II, 6. [84] Hebr. I, 3. [84*] Coloss. I, 26. [85] Joan. I, 1.

(58) Vulgo ἄγν. εἴη.
(59) Vulgo λέγεται.
(60) *Εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*. Adde ἀοράτου. M.
(61) Vulgo τὸ εἶναι.

(62) *Δῆλον δ' ὅτι Υἱός*. Forte δῆλον δὲ, καθότι Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, nempe ante sæcula exsistens, oppositus filio hominis. M. — Mox vulgo ἐδόξασαν et ταμιευμένοι.

ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΝ ΕΛΕΓΧΩΝ

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ

ΒΙΒΛΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

—

EUSEBII PAMPHILI

DE THEOLOGIA ECCLESIASTICA CONTRA MARCELLUM

LIBER SECUNDUS.

—

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ.

α'. Ὅπως τὴν τοῦ Σαβελλίου δόξαν ἀνενεοῦτο Μάρκελλος.

β'. Ὅπως καὶ Ἰουδαΐζων τῇ δόξῃ διελέγχεται.

γ'. Ὅπως τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ Θεῷ ὄντα, ἄναρχον εἶναι καὶ ἀγέννητον ὡρίζετο.

δ'. Ὅπως ἓν καὶ ταὐτὸν εἶναι τὸν Λόγον καὶ τὸν Θεὸν ἔλεγε.

ε'. Ὅπως ταῦτα λέγων ἠρνεῖτο τὸν Υἱόν.

ϛ'. Ὅπως ἡ Ἐκκλησία τὸν Θεὸν θεολογεῖ.

ζ'. Ὅπως ἡ Ἐκκλησία τὴν τοῦ Πατρὸς μοναρχίαν κηρύττει.

η'. Ὁποίοις ῥήμασι Μάρκελλος κηρύττει τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

θ'. Ἔλεγχος τῆς τοῦ ἀνδρὸς κακοδοξίας.

ι'. Ὅτι μὴ ὀρθῶς ἐξεδέξατο τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.

ια'. Ὅτι ποτὲ μὲν αὐτὸν προφορικὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ποτὲ δὲ ἐνδιάθετον ὁμοίως τῷ ἐν ἀνθρώποις ἔφασκεν.

ιβ'. Ὅτι μὴ ὡς ἐδόκει Μαρκέλλῳ ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν περὶ τοῦ Λόγου θεολογίαν ἐξέθετο.

ιγ'. Ποσαχῶς τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς τοῦ Λόγου φωνῆς νοεῖται.

ιδ'. Ὅπως χρὴ διερμηνεύειν τὴν εὐαγγελικὴν περὶ τοῦ Λόγου διδασκαλίαν.

ιε'. Τῶν αὐτοῦ Μαρκέλλου φωνῶν παραθέσεις, δι' ὧν ἠρνεῖτο τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σαφῶς, προφορικὸν Λόγον καὶ ἐνδιάθετον φάσκων εἶναι αὐτόν.

ιϛ'. Ἔλεγχος τῆς τἀνδρὸς κακοδοξίας.

ιζ'. Ἑρμηνεία τῆς ἀληθοῦς διανοίας τοῦ Λόγου.

ιη'. Διὰ τί Λόγον ὠνόμασε τὸν Υἱὸν ὁ εὐαγγελιστὴς ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ Γραφῆς.

ιθ'. Ὅπως Μάρκελλος, τὰς περὶ ἑνὸς Θεοῦ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης γραφὰς μαρτυρόμενος, ὁμοίως Ἰουδαίοις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἠρνεῖτο.

κ'. Διὰ τί Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται οὐ γυμνῶς παρέδωκαν Ἰουδαίοις τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογίαν.

κα'. Ὅτι ὁ Υἱὸς ἦν τοῦ Θεοῦ ὁ Μωϋσεῖ καὶ τῷ Ἀβραὰμ χρηματίσας.

LIBRI SECUNDI CAPITA.

1. *Quomodo Sabellii dogma restauret Marcellus.*
2. *Quomodo et Judaizare deprehenditur opinione sua.*
3. *Quomodo Dei Verbum, in Deo existens, sine principio et generatione fuisse definivit.*
4. *Quomodo unum idemque dixit esse atque Verbum.*
5. *Quomodo ista dicens, abnegavit Filium.*
6. *Quomodo de Deo Ecclesia docet.*
7. *Quomodo Ecclesia monarchiam Patris prædicat.*
8. *Quibus verbis Marcellus Filium Dei prædicat.*
9. *Refutatio hujusce hominis hæreticæ opinionis.*
10. *Quomodo minus recte cepit Evangelii illud, « In principio erat Verbum. »*
11. *Quomodo interdum vocat illum, prolatitium Dei Verbum, interdum intus reconditum ad modum nempe humani verbi.*
12. ✠ *Quod evangelista theologiam de Verbo proposuit non ad illum modum qui Marcello videbatur.*
13. *Quot modis quod significatur per vocem istam, Verbum, intelligatur.*
14. *Qualiter exponenda sit evangelica de Filio doctrina.*
15. *Proponuntur in terminis Marcelli voces, in quibus manifeste pernegavit Dei Filium, Verbum illum esse prolatitium determinans atque intus residens.*
16. *Refutatio perversæ hujus hominis opinionis.*
17. *Interpretatio sententiæ veræ de Verbo.*
18. *Quam ob causam evangelista in principio Evangelii sui Filium nominavit Verbum.*
19. *Quod Marcellus dum Veteris Testamenti scripturas advocat in testimonium de unitate Dei, similiter atque Judæi Filium Dei pernegavit.*
20. *Quid causæ fuerit, quod Moyses et prophetæ explicitam de Filio theologiam Judæis non tradiderunt.*
21. *Quod is erat Dei Filius, qui ad Moysem et Abrahamum loquebatur.*

✠ Ed. Paris. pag. 102.

CAP. I.

Qualiter Sabellii dogma restauravit Marcellus.

Post exhibita testimonia Scripturæ sacræ, quibus illud ostensum est, quod non solummodo Verbum vocabatur Dei Filius ante suum in carne adventum, uti Marcello visum fuerat, sed sexcentis ab eo ✠ diversis nominibus, agedum deinceps intueamur idolum Sabellii, velut de terra se exserentis. Ausus est dicere, ipsum, qui super omnia est, Patrem Domini nostri Jesu Christi, Deum de sancta Virgine genitum; ipsum quoque passum, dum ita scribit : [R. XLIX coll. p. 35 D] « Quidnam erat « ergo, quod descendit ante incarnationem? Omnino dicet, Spiritus erat. Nam si secus pronun- « tiaret, obloquetur ei angelus is, qui ad Virginem « ait, *Spiritus sanctus superveniet in te* [56]. Quod si « concesserit esse spiritum, audiat dicentem Ser- « vatorem : *Deus spiritus est* [57]. » Hisce verbis, dum qui est super omnes, de quo nos docuit Servator et Dominus, inquiens, *Deus spiritus est, et qui adorant eum, eos in spiritu et veritate adorare oportet* [58], spiritum illum esse pronuntiat, qui supervenit Virginem, Sabellii errorem renovans. In progressu demum, cum Jeremias [Baruch] de Servatoris incarnatione diceret : *Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus* [59], oraculum illud iste ad Patrem retulit, totidem verbis scribens : [R. 4 coll. p. 152 D] « Sed videtur et Pater in verbo « esse, licet aliter Asterio et paria cum illo sen- « tientibus videatur. » Quin in Servatoris passione hoc ipsum facit. Nam cum de Threnis Jeremiæ retulisset, *Spiritus oris nostri Christus, captus est in peccatis nostris* [60], adjungit : [R. 41] « Et hic pro- « pheta de verbo qui carnem nostram assumpsit, « disserit. » Et tum infert : « Pater umbræ con- « ditor haud dicetur. » Quod vero Deus spiritus fuerit, Servator docet : *Deus Spiritus est.* Quin et quod lux sit, nos etiam docet : *Ego sum lux* [61]. Vides en, ut dicta hæc de Servatore, ad Patris divinitatem referat. Tollit vero Filii hypostasin directissime, dum ante rerum omnium productionem,

ΚΕΦ. Α'.

Ὅπως τὴν Σαβελλίου δόξαν ἀνενεοῦτο ὁ Μάρκελλος.

Μετὰ τὰς παρατεθείσας (63) τῶν θείων ἀναγνωσμάτων μαρτυρίας, (64) δι' ὧν ὅτι μὴ μόνον Λόγος ὠνόμαστο πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, παρέστη, ὥσπερ οὖν ἐδόκει Μαρκέλλῳ, ἀλλὰ καὶ μυρία ἕτερα, φέρε δὴ λοιπὸν Σαβελλίου εἴδωλον, ὥσπερ ἀπὸ γῆς ἀνακῦψαν, ἐποπτεύσωμεν. Ἐτόλμησεν εἰπεῖν (65) αὐτὸν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, γεγεννῆσθαι ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ αὐτὸν πεπονθέναι, τοῦτον γράψας τὸν τρόπον· « Τί τοίνυν ἦν τὸ κατελθὸν, πρὸ τοῦ « ἐνανθρωπῆσαι; Πάντως πού φησι Πνεῦμα. Εἰ γάρ « τι παρὰ τοῦτο λέγειν ἐθέλοι, οὐ συγχωρήσει αὐτῷ « ὁ πρὸς τὴν Παρθένον εἰρηκὼς ἄγγελος· *Πνεῦμα « ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ.* Εἰ δὲ Πνεῦμα εἶναί φη- « σιν, ἀκουέτω τοῦ Σωτῆρος λέγοντος· *Πνεῦμα ὁ « Θεός.* » Διὰ τούτων τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, περὶ οὗ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐδίδαξεν, εἰπών· *Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*, τὸ ἐπελθὸν τῇ Παρθένῳ Πνεῦμα εἶναι ἔφη· ἄντικρυς τὸν Σαβέλλιον ἀνανεούμενος. Καὶ προϊὼν ἑξῆς, Ἱερεμίου τοῦ προφήτου περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος σαφῶς εἰρηκότος, *Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη*, ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀναφέρει τὸ λόγιον, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασιν· « Ἀλλ, ἔοικεν « ἐν τῷ Λόγῳ ὁ Πατὴρ εἶναι, κἂν Ἀστερίῳ μὴ δοκῇ, « καὶ τοῖς ταὐτὰ (66) ἐκείνῳ φρονοῦσιν. » Καὶ ἐπὶ τοῦ πάθους δὲ τοῦ Σωτῆρος ταὐτὸν ποιεῖ. Παραθεὶς γὰρ ἀπὸ τῶν Ἱερεμίου Θρήνων, *Τὸ Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος, συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτων* (67), ἐπιλέγει, « Κἀνταῦθα « ὁμοίως ὁ προφήτης περὶ τοῦ τὴν ἡμετέραν ἀνειλη- « φότος σάρκα (68) λόγον διαλέγεται. » Ἐπιφέρει δὲ λέγων· « Πνεῦμα σκιᾶς (69) ποιητικὸν οὐκ ἄν ποτε γέ- « νοιτο. » Πνεῦμα δὲ ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἔφη· *Πνεῦμα ὁ Θεός.* Ὅτι δὲ ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, αὐτὸς διδάσκει ἡμᾶς λέγων· *Εἰμὶ ἐγὼ τὸ φῶς.* Θεωρεῖς ὅπως τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος λελεγμένα ἐπὶ τὴν θεότητα τοῦ Πατρὸς μεταφέρει. Καὶ πάλιν ἀναιρεῖ τὴν

✠ Ed. Paris. pag. 403.
[56] Luc. I, 35. [57] Joan. IV, 24. [58] ibid. [59] Baruch III, 38. [60] Thren. IV, 20. [61] Joan. VIII, 12; IX, 5.

(63) Vulgo παραθέσεις.
(64) *Μαρτυρίας*. Imperfecte, vel legendum μαρτυριῶν, et τῶν ἐκ θείων, vel certe, καὶ μαρτυρίας, vult illa Scripturarum testimonia, in priore libro allata. M. — Infra vulg. φέρε δέ.
(65) *Ἐτόλμησε γὰρ εἰπεῖν*. Nam rationem reddit, cur εἴδωλον Σαβελλίου appellaverit. M.
(66) Vulgo ταῦτα mox πάθους δή.
(67) *Διαφθοραῖς αὐτόν*. Restitue συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν ἐπιλέγει· κἀνταῦθα in LXX. est ἡμῶν. M.
(68) Vulgo λόγον.
(69) *Πατέρα δὲ σκιᾶς*. Hæc nec corrigo, nec concoquo ; loquebatur, opinor, de luce. M. — Dedi ex codd. πνεῦμα. — Mox vulgo ἡμᾶς λέγων — φῶς. Porro vulgo ἀποφηνάμενος.

ὑπόστασιν τοῦ Υἱοῦ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, πρὸς τῆς τῶν γεννητῶν δημιουργίας μηδὲν ἕτερον εἶναι πλὴν τοῦ Θεοῦ μόνου ἀποφαινόμενος· γράφει δ' οὖν ὧδε κατὰ λέξιν· « Τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ δόξαν Ἀστέριος δόξαν ὀνομάζει, καὶ οὐ δόξαν μόνον (70), ἀλλὰ καὶ προκόσμιον δόξαν. Οὐκ ἐννοῶν, ὅτι, μήπω τοῦ κόσμου γεγονότος, (71) οὐδὲν ἕτερον ἦν πλὴν Θεοῦ μόνου. » Καὶ αὖθις τὸ αὐτὸ βεβαιοῖ λέγων· « Οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ πάντα τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὄντα, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγένηται. Εἰ τοίνυν τοῦτο πιστεύοι, ἀνάγκη αὐτὸν κἀκεῖνο συνομολογεῖν, ὅτι πλὴν Θεοῦ οὐδὲν ἕτερον. »

A nihil prorsus exstitisse præter Deum docet. Verba autem ejus hæc ipsa sunt: [R XCII et XCIII] « Concessam illi gloriam, Asterius et gloriam, et non gloriam nominat: dum non reminiscitur, quod cum nondum mundus esset conditus, nihil exstabat aliud præter solum Deum. » Sed et idemmetipsum confirmat, inquiens: « Cœlum et terra, et quæ in cœlis sunt et in terra universa a Deo fuerunt facta. Hoc si credat, necesse est quod conspiret ejus opinio cum ea, Quod præter Deum nihil erat. »

ΚΕΦ. Β'.

Ὅπως καὶ Ἰουδαΐζων τῇ δόξῃ διελέγχεται.

Ὁρᾷς Ἰουδαῖον (72) ἄντικρυς, τὸν Μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἀρνούμενον. Εἰ γὰρ πλὴν Θεοῦ οὐδὲν ἕτερον ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, οὐχ ἦν ἄρα ὁ Υἱός. Καὶ πῶς πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν; Ὁ μὲν οὖν Ἰουδαῖος, ὁ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀρνούμενος, πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως οὐδὲν οἶδε πλὴν Θεοῦ μόνου, συμμαρτυροῦντος αὐτῷ Μαρκέλλου (73)· ἡ δὲ Χριστοῦ Ἐκκλησία, σὺν παῤῥησίᾳ πάσῃ σεμνύνεται λέγουσα· *Ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα.* Ἐπὰν δὲ λέγῃ, *Δι' οὗ τὰ πάντα*, οἶδεν αὐτὸν πρὸ πάντων. Ὥστε πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ὁ λέγων οὐδὲν ἕτερον εἶναι πλὴν Θεοῦ μόνου, τῆς ἀληθείας καταψεύδεται. Σὺν γὰρ τῷ μόνῳ Θεῷ καὶ ὁ Μονογενὴς αὐτοῦ Υἱὸς ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, καὶ τῷ Πατρὶ συνῆν. Τοῦτο γὰρ ἐδίδαξε (74) νῦν καὶ ὁ εἰπών· *Ἐπ' ἐσχάτου* (75) *τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας.* Καὶ ἐν Παροιμίαις διὰ Σολομῶντος, αὐτὸς ὁ Υἱὸς περὶ ἑαυτοῦ διδάσκει λέγων· *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ.* Ἀλλὰ καί· *Αὐτὸς ἦν τὸ φῶς, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.* Ἐπειδή· *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Εἰ δὲ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, δῆλον, ὡς προϋπῆρχε τοῦ κόσμου. Οὐκ ἄρα μόνος ἦν ὁ Θεὸς πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως· συνῆν δὲ αὐτῷ ὁ Μονογενὴς αὐτοῦ Υἱὸς, εἰς ὃν ἀφορῶν ὁ Πατὴρ ἔχαιρεν, ὡς διδάσκει αὐτὸς, ὢν (76) ἡ σοφία, λέγων ἐν Παροιμίαις· *Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε καθ' ἡμέραν.* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Υἱὸς, ταῖς πατρικαῖς ἐννοίαις ἐνατενίζων, εὐφροσύνης ἐπληροῦτο. Διό φησιν· *Ηὐφραινόμην δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.* Ταῦτα μὲν ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία τὰ εὐσεβῆ καὶ θεῖα μυστήρια παραλαβοῦσα φυλάττει. Ὁ δὲ λέ-

✠ CAP. II.

Quod Judaizare deprehenditur in opinione sua.

Vides ut tantum non se Judæum præstet, pernegans Dei Filium unigenitum, per quem omnia condidit. Siquidem præter Deum nihil erat aliud, priusquam mundus producebatur: tum certe non erat Filius; et tum, quomodo omnia per illum facta fuerant, et sine eo factum est nihil? Certe Judæus qui Christum esse pernegat Dei Filium, ante mundi constitutionem agnoscet exstitisse plane nihil præter solum Deum: cui perhibet Marcellus testimonium. At Christi Ecclesia, cum omni libertate gloriose profitetur: *Nobis unus Deus est Pater, e quo sunt omnia: et unus Dominus Jesus Christus, per quem sunt omnia* [62]. Cum vero dicat: *Per quem sunt omnia*, illum agnoscit ante omnia. Adeo ut qui tuetur, ante mundum conditum, nihil omnino aliud fuisse præter Deum, veritatem ipsam mentiatur. Una etenim cum illo solo Deo, et unigenitus ipsius Filius erat ante mundi productionem: et cum Patre conversabatur. Hoc etenim edocuit is qui dixit: *In novissimis his diebus, locutus est nobis in Filio suo, quem posuit hæredem omnium, per quem et sæcula condidit* [63]. Et in Proverbiis per Salomonem, Filius ipse de se docuit, *Cum pararet cœlum, aderam ei* [64]. Sed et *Erat ipse lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum* [65]. Quandoquidem, *In mundo erat, et mundus per ipsum factus fuit* [66]. Quod si factus fuit per ipsum mundus, certe patet illud quod ante mundum fuerat ipse. Quocirca solus, ante mundum conditum non erat Deus: conversabatur cum eo unigenitus ejus Filius, in quem cum Pater intuebatur, gaudebat, quod ipse nos docuit, illa in Proverbiis Sapientia, inquiens: *Ego eram in qua gaudebat continuo* [67]. Sed et ipsemet Filius replebatur oblectatione, dum in paternas cogitationes intueretur. Quocirca dixit, *Oblectabar autem coram illo, omni tempore* [68]. Hæc sunt illa mysteria sacro-

✠ Ed. Paris. pag. 104.

[62] I Cor. VIII, 6. [63] Hebr. I, 2. [64] Prov. VIII, 27. [65] Joan. I, 9. [66] ibid. 10. [67] Prov. VIII, 30. [68] ibid.

(70) Μόνον ἀλ. κ. πρ. δ. vulgo om.

(71) *Οὐδὲν ἕτερον ἦν πλὴν τοῦ Θεοῦ.* Solus Deus erat creatura nulla, hoc toties urgebat Marcellus, contra Asterium, qui Christum creaturam docebat, sed multis sæculis mundo antiquiorem. Eusebius, Asterio σύμψηφος, arreptum interpretatur millies, de negata Filii hypostasi. M. — Infra vulgo αὐτὸν κἀκεῖνο.

(72) *Ἰουδαῖον.* Nam Judæi, paternitatem Deo detrahebant, αὐτῷ. M.

(73) *Μαρκέλλῳ.* Tum legendum Ἰουδαῖοι, et συμμαρτυροῦντες, hic ergo repone, Μαρκέλλου, quod cum Iσ. in Mp. est. M. — Mox vulgo λέγοι.

(74) Mss. ἡμᾶς.

(75) Vulgo ἐσχάτων et mox ἁπάντων.

(76) *Ἡ σοφία, καὶ λόγον.* Sic legend. M.

sancta, quæ semel accepta Christi Ecclesia pie custodit. Is vero, qui tuetur, « ante mundum conditum, nihil præter solum Deum exstitisse, » e duobus unum necessario constituit, Sabellium se, vel Judæum. ✠ Nam si de sui animi sententia Filium neget, solum Deum professus, Judæus est qui Christum rejicit. Vel si Verbo tenus agnoscit Filii vocabulum, ipsum autem Filium esse unum Deum dicat, unum atque eumdem, ita et Patrem et Filium arbitrabitur. Nam si ante mundum, nihil exstabat plane præter Deum, ipse vel Pater et Filius simul erit : vel certe non genuerit filium.

CAP. III.

Quomodo Dei Verbum in Deo exsistens, sine principio definivit, et ingenitum.

Sed videtur Marcellus eum, qui in Deo erat Logon, secundum quem logicos intelligitur, eumdem esse et Filium arbitrari : ut ita ipse sit sui ipsius Pater, et e converso sui ipsius Filius. Audisis ergo, quæ totidem verbis scripsit : [R XCII coll. p. 39 B] « Ante universi conditionem, erat, ut videtur, « quies alta, in Deo Verbo exsistente : si enim « credat Asterius Deum esse universi conditorem, « certe nobis illud concessurus est, illum semper « exstitisse, nunquam exsistendi principium sortitum, omnia autem ab illo facta fuisse, et de « nihilo facta. » Vides ut Deum statuens absque omni principio Verbum quod in illo erat, in quiete statuit, ante mundi conditurani, constitutum. Pergit porro, et adjungit : « Si istud credat, et « illud quoque eum fateri necesse est, quod « plane præter Deum nihil erat aliud. Habuit ergo, « Verbum in Patre subsistens, suam peculiarem gloriam. » Hinc profectus, et æternum, hoc est ingenitum esse Verbum pronuntiat : [R. XLVIII coll. p. 35 C] « Audis ergo Spiritus sancti consonantiam, qui per multas et diversas personas, « Verbi æternitati testimonium perhibet. » Et rursus : « Et ob hoc ipsum exorditur ab æternitate « Verbi, *In principio erat Verbum, et Verbum erat* « *apud Deum, et Deus erat Verbum* [a]. Tribus hic « continuis testimoniis usus æternitatem Verbi vult « constabilire. » Qualiter vere Verbum counitum erat Deo, et cum illo una ingenitum, tueatur operæ pretium est, ut ipsius verbis positum audiamus. « Dispensationem quidem in carne illius ad hominem spectare intelligimus : at vero, secundum spiritum æternitatem ejus unitam cum Patre credimus esse. »

CAP. IV.

✠ *Quomodo unum atque idem esse verbum atque Deum dixit.*

Qui ad hunc modum in Deo verbum esse con-

A γων, « μήπω τοῦ κόσμου γεγονότος μηδὲν ἕτερον εἶναι πλὴν Θεοῦ μόνου, » δυεῖν θάτερον ἑαυτὸν ὄντα παρίστη, ἢ Ἰουδαῖον, ἢ Σαβέλλιον. Ἢ γὰρ αὐτόθεν ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, Θεὸν δὲ μόνον εἰσάγων, Ἰουδαῖος ἔσται τὸν Χριστὸν ἀρνούμενος· ἢ μέχρι λόγου (77) τὴν τοῦ Υἱοῦ πρόσρησιν ἀποδεχόμενος, αὐτὸν δ' εἶναι φάσκων τὸν ἕνα Θεὸν, Υἱὸν ὁμοῦ (78) καὶ Πατέρα, τὸν Σαβέλλιον ἐνανεώσεται. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ κόσμου οὐδὲν ἕτερον ἦν πλὴν Θεοῦ, αὐτὸς ἔσται Πατὴρ καὶ Υἱὸς, ἢ οὐδὲ ἕξει υἱόν.

ΚΕΦ. Γ'.

Ὅπως τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ Θεῷ ὄντα ἄναρχον εἶναι καὶ ἀγέννητον ὡρίζετο.

B Ἀλλ' ἔοικε Μάρκελλος τὸν ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγον, καθ' ὃν λογικὸς νοεῖται, τοῦτον εἶναι φάσκειν τὸν Υἱόν· ὥστε εἶναι αὐτὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ αὖ πάλιν αὐτὸν ἑαυτοῦ Υἱόν. Ἐπάκουσον γοῦν τῶν αὐτοῦ φωνῶν, δι' ὧν τοῦτον γράφει τὸν τρόπον· « Πρὸ γὰρ τῆς δημιουργίας ἁπάσης ἡσυχία τις ἦν, ὡς εἰκὸς, ὄντος « ἐν τῷ Θεῷ τοῦ Λόγου. Εἰ γὰρ ποιητὴν ἁπάντων τὸν « Θεὸν Ἀστέριος πεπίστευκεν εἶναι, δῆλον ὅτι « συνομολογήσει ἡμῖν καὶ αὐτὸς, τὸν μὲν ἀεὶ ὑπάρ« χειν, μηδὲ πώποτε ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβόντα, τάδε « γεγενῆσθαί τε ὑπὸ αὐτοῦ, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων γεγε« νῆσθαι. » Ὁρᾷς ὅπως, τὸν Θεὸν ἄναρχον ὑποστησάμενος, τὸν Λόγον ἐν αὐτῷ ὄντα ἐν ἡσυχίᾳ εἶναι πρὸ τῆς δημιουργίας (79) ἔφη, καὶ προϊὼν ἑξῆς ἐπιλέγει· « Εἰ τοίνυν τοῦτο πιστεύει, ἀνάγκη αὐτὸν κἀκεῖνο C « συνομολογεῖν, ὅτι πλὴν Θεοῦ, οὐδὲν ἕτερον ἦν. Εἶχεν « οὖν τὴν οἰκείαν δόξαν ὁ Λόγος, ὢν ἐν τῷ Πατρί. » Ἐντεῦθεν εἰκότως, καὶ ἀΐδιον, τουτ' ἔστιν ἀγέννητον, εἶναί φησι τὸν Λόγον, ὧδε γράφων· « Ἀκούεις « τοίνυν τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ « πολλῶν καὶ διαφόρων προσώπων τῇ τοῦ Λόγου μαρ« τυρούσης ἀϊδιότητι. » Καὶ πάλιν· « Καὶ διὰ τοῦτο « ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Λόγου, *Ἐν* « *ἀρχῇ ἦν* (80) *ὁ Λόγος*, λέγων, *καὶ ὁ Λόγος ἦν* « *πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· τρισὶν ἐπαλ« λήλοις μαρτυρίαις χρώμενος τὴν ἀϊδιότητα τοῦ Λό« γου δεικνύναι βούλεται. » Ὅπως δὲ ἡνῶσθαι τῷ Θεῷ καὶ συναγέννητον εἶναι αὐτῷ τὸν Λόγον ἔφασκε, πάρεστιν αὐτοῦ ἐπακοῦσαι, ὧδέ πη λέγοντος· « Τὴν μὲν κατὰ σάρκα οἰκονομίαν τῷ ἀνθρώπῳ διαφέρειν γινώ- D σκομεν· τὴν δὲ κατὰ πνεῦμα ἀϊδιότητα ἡνῶσθαι τῷ Πατρί πεπιστεύκαμεν. »

ΚΕΦ. Δ'.

Ὅπως ἓν καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Λόγον καὶ τὸν Θεὸν ἔλεγε.

Τοῦτον (81) δὴ τὸν τρόπον ἐν τῷ Θεῷ δοὺς εἶναι

✠ Ed. Paris. pag. 105,106.

[a] Joan. I, 1.

(77) *Ἢ μέχρι λόγου.* Forte μόνου. M.

(78) *Καὶ Πατέρα ἐνανεώσεται.* Forte, ἕνα καὶ αὐτὸν νομίσεται, hoc est, Sabellii tuebitur hæresim. Addidi ex codd. τὸν Σαβέλλιον cf. p. 107 D fin. In fine plenius leges, ἢ αὐτὸς ἔσται Πατὴρ ὁμοῦ καὶ Υἱὸς, ἢ ὅλως, οὔθ' ἕξει Υἱόν, ei hoc est Judaismus. M. — Infra τὰ δὲ γεγ. transtulit Mont. *omnia* (πάντα) autem est.

(79) Sic Mp.; codd. et vulgo ἐφ' ᾗ.

(80) Vulgo Ἐν ἀρχῇ οὖν et mox ἐπ' ἀλλήλαις.

(81) Vulgo δέ et ἐν Δεῷ.

τὸν λόγον (82), ἓν καὶ ταὐτὸν εἶναι αὐτῷ ἑξῆς ἀποφαίνεται, κατὰ λέξιν ὧδε γράφων· « Εἰ μὲν γὰρ ἡ « τοῦ Πνεύματος ἐξέτασις γίνοιτο μόνη, ἓν καὶ ταὐ« τὸν εἰκότως ἂν ὁ Λόγος εἶναι τῷ Θεῷ φαίνοιτο· εἰ « δὲ ἡ *κατὰ σάρκα* προσθήκη ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος « ἐξετάζοιτο, ἐνεργείᾳ ἡ θεότης μόνῃ πλατύνεσθαι « δοκεῖ· ὥστε εἰκότως μονὰς ὄντως ἐστὶν ἀδιαίρετος. » Καὶ πάλιν προϊών φησιν· « Οὐ διὰ τὴν ἐν ἅπασιν « οὖν λόγοις τε καὶ ἔργοις ἀκριβῆ συμφωνίαν, ὡς « Ἀστέριος ἔφη, ὁ Σωτὴρ λέγει, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ « ἕν ἐσμεν*· ἀλλὰ διότι ἀδύνατόν ἐστιν ἢ Λόγον Θεοῦ, « ἢ Θεὸν τοῦ ἑαυτοῦ μερίζεσθαι Λόγου. » Εἰ (83) δὴ οὖν ἓν καὶ ταὐτὸν ἦν ὁ Θεὸς καὶ ὁ ἐν αὐτῷ Λόγος, ὡς δοκεῖ Μαρκέλλῳ, ὁ ἐν τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ γενόμενος, καὶ σαρκωθεὶς, καὶ ἐνανθρωπήσας, καὶ παθὼν τὰ ἀναγεγραμμένα, καὶ ἀποθανὼν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, αὐτὸς ἦν ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. Ὃ δὴ τολμήσαντα φάναι τὸν Σαβέλλιον ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἐν ἀθέοις καὶ βλασφήμοις (84) κατέλεξεν.

A cessit, unum atque idem cum eo illud deinceps docet exstitisse, ita scribens : [R. LXII coll. p. 79 A] « Siquidem spiritus fiat solius interpretatio, unum « cum Deo atque idem nec immerito videbi« tur esse Verbum; quod si additamentum illud, « secundum carnem, adjiciatur ut requisitum in « Servatore, sola operatione videtur divinitas ex« tendi : ita unitas nec injuria erit indivisibilis. » Et in progressu iterum [R. LXIV coll. p. 57 D] : « Non propter illam exactissimam ubique in verbis « et factis consonantiam, id quod videtur Asterio, « Servator ait : *Ego et Pater unum sumus* [76], sed « quod plane sit impossibile, vel Verbum a Deo, vel « Deum a Verbo suo separare. » Quod si ita unum erat atque idem Deus cum Verbo, quod in ipso erat, B ut Marcello videtur ; tum qui genitus erat in sanctissima Virgine, carnem indutus, homo factus, qui quæ scripta sunt patiebatur, qui mortem oppetiit pro peccatis nostris, erat ipse super universa Deus. Quod cum Sabellius sentiret, illum inter atheos et blasphemos reposuit Ecclesia Dei.

ΚΕΦ. Ε'.

Ὅτι ταῦτα λέγων ἠρνεῖτο τὸν Υἱόν.

Εἰ δὲ λέγοι Μάρκελλος τὸν Λόγον εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸν σαρκωθέντα, ἀλλ' ἀχώριστον αὐτὸν ὡρίσατο (85) εἶναι τοῦ Θεοῦ, μονάδα δοὺς ἀδιαίρετον, καὶ μίαν ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ Λόγου, ὡς μηδ' ἕτερον νοεῖν τὸν ἐνανθρωπήσαντα κατ' αὐτὸν, ἢ τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν· εἰ δὲ μονάς ἐστιν ἀδιαίρετος, ἕν τε καὶ ταὐτὸν ὁ Θεὸς καὶ ὁ ἐν αὐτῷ Λόγος, καὶ (86) ἂν εἴποι τις τίνα Πατέρα· τίνα δὲ Υἱὸν, ἑνὸς ὄντος τοῦ ὑποκειμένου; Οὕτω μὲν δὴ Μάρκελλος υἱοπάτορα τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰσάγων, τὸν Σαβέλλιον ἀνενέου.

CAP. V.

Quod cum ita dicat, Filium neget.

Quod si dicat Marcellus Verbum fuisse incarnatum, illudque Verbum a Deo inseparabile statuit, quippe quod unitas sit indivisa : quod una sit hypostasis Dei, et Verbi, quod in ipso erat : non possumus aliter rem concipere, quin secundum eum Deus is, qui est super omnia, sit incarnatus; si uniC tas est indivisa : si unum atque idem exsistat Deus cum Verbo, quod in ipso est : quemnam dicemus Patrem esse? quem vero Filium, cum sit suppositum idem? Ita unum illum atque eumdem eum introducat Marcellus Filio Patrem, Sabellium renovavit.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ὅπως ἡ Ἐκκλησία τὸν Υἱὸν θεολογεῖ.

Ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μονάδα τὴν ἀδιαίρετον γνωρίζει, μίαν ἀρχὴν ὁμολογοῦσα, τὸν ἕνα καὶ ἀγέννητον καὶ ἄναρχον Θεόν· καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ δὲ γεννηθέντα μονογενῆ Υἱὸν, ἀκριβῶς, ὄντα καὶ ζῶντα καὶ ὑφεστῶτα, Σωτῆρα ἐπιγράφεται οὐχ ἄναρχον ὄντα, οὐδὲ ἀγέννητον (87), ἵνα μὴ δύο ἀρχὰς καὶ δύο θεοὺς ὑποστήσηται, ἐξ αὐτοῦ δὲ γεννηθέντα τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀρχὴν ἔχοντα τὸν γεγεννηκότα. Διὸ πιστεύειν παρείληφεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μυστικῆς πίστεως τὴν ἐν Χριστῷ παρεχούσης ἀναγέννησιν, τοῖς δι' αὐτῆς

CAP. VI.

✠ *Quid de divinitate Filii sentiat Ecclesia.*

At Dei Ecclesia indivisam certe novit unitatem, quippe quæ fatetur principium unicum : unum illum et ingenitum, et sine principio Deum ; et de ipso genitum, unigenitum Filium, accurate cognitum, exstitisse vivere et subsistisse agnoscit Servatorem. Non illum sine principio, non ingenitum : ne duo principia statuat, et deos duos ; verum geD nitum de Patre suo, et principium habentem genitorem suum. Atque ideo credere accepit, in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Dei Filium. Quæ sancta et mystica fides, regenerationem in Christo

✠ Ed. Paris, pag. 107, 108.

[76] Joan. x, 30.

(82) *Ἓν καὶ ταὐτὸν εἶναι.* Vel ὄντα. Marcelli sententia erat, si Christus secundum deitatem (hoc est πνεῦμα, et πνεύματος ἐξέτασις) consideratur, erat συναΐδιος τῷ Πατρὶ, vel ut loquitur, ἡνωμένος τῷ Πατρί· si vero, qua hominem assumpsit, respectu hujus assumptionis ἐνεργείᾳ μόνῃ ἐπλατύνετο ἡ θεότης, non divisa, quippe indivisibilis omnino ut una fuerit et ipsissima deitas in Filio, quæ erat in Patre, unde sequitur, ait Eusebius, Patrem fuisse incarnatum, etc. Ita cap. 5, ubi legend. ὡς, μηδ' ἕτερον νοεῖν, ubi paulo post legend. τίνα pro πνα. error ex abbreviatione ortus. M.

(83) Vulgo δέ.

(84) Vulgo ἐγκατέλεξεν.

(85) Vulgo om. εἶναι et mox μηδέτερ.

(86) Vulgo πνεῦμα et mox τίς τόν.

(87) *Ἵνα μὴ δύο ἀρχάς.* Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀρχὴ τοῦ υἱοῦ καὶ γεννετής. Sed ludebant Arianitæ, in vocum istarum πολυσήμων ambiguitate. M.

Testamentum, quorsum et apostolos, et illorum doctrinam *vias* nominavit? Neque animum advertit Dei prophetis, qui sexcenta quædam de viis Domini scripserunt. Moses autem inprimis ita scripsit, *Via regia proficiscere* [17]. Et, *Ecce posui ante faciem tuam viam vitæ, et viam mortis* [18]. Et David similiter, *Novit Dominus viam justorum, et via impiorum peribit* [19]. Et Jeremias, *State in viis, et interrogate de semitis Domini æternis, et videte quæ sit via bona, et in illa ambulate* [20]. Sed et singulos prophetas invenies fecisse mentionem *viarum Dei*. Si igitur Servator et Dominus noster Jesus Christus, se initium viarum Domini doceat, in quibus ait, *Dominus condidit me principium viarum suarum ad opera sua* [21], omnino ille, et Mose antiquior, et prophetis erit, et iis omnibus qui adhuc ulterius, secundum vias Dei vixerunt. Sed non erat caro quam assumpsit hisce omnibus antiquior: itaque non recte de carne interpretantur oraculum illud. Quocirca non locutus est ista Servator propter carnem, sed quod præexsistebat ipse, et viam ducebat viis Domini universis, in quibus qui erant olim, Deo dilecti omnes ambulaverunt. Quandoquidem et divinus Apostolus dixit, *O profundum divitiarum, et sapientiæ, et cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus* [22], aliam quamdam viam ille indicavit, universitatis rerum curatricem, per quam ineffabili quodam judicio et rationibus quibusdam non comprehendendis, universa gubernat, pro divina sua potestate: consequens certe est, ut et harum viarum quoque principium statuamus illum, qui dixit, *Dominus condidit me principium viarum suarum ad opera sua*. Quod Marcellus non intelligens vias Domini, statuit esse carnem Servatoris nostri: ✠ interpretatur [R. XIII] et illud quoque in hunc sensum, *condidit me principium viarum suarum ad opera sua*. Quænam autem opera vult? illa nimirum de quibus Servator ait, *Pater meus adhuc operatur, et ego operor* [23]. Et rursus, *Opus perfeci illud, quod dedisti mihi* [24]. Subjungit porro, quasi sententiam horum explicans: « Quisnam ante factam per opera « demonstrationem credidisset, quod Verbum Dei « per Virginem generatum, nostram carnem susce« pisset? et tamen universam deitatem in se corpo« raliter residentem demonstrasset? » Et veluti qui sententiam perfecte explicuerat, addit: « Hoc igitur « est, *Dominus condidit me principium viarum suarum « ad opera sua*. » Hæc autem scripsit non valens suæ mentis oculos sursum attollere, nec perinde ac propheta dicens, *Quando intuebor cœlos opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quas tu fundasti* [25]. Nec in memoriam revocans prophetæ dictum,

A μὲν ἀποστόλους καὶ τούτων τὰς διδασκαλίας, *ὁδοὺς* ὠνόμασεν, οὐχὶ δὲ προσέσχε τοῖς τοῦ Θεοῦ προφήταις, μυρία περὶ ὁδῶν Θεοῦ γεγραφόσιν; Πρῶτοι μὲν γὰρ Μωσῆς ὧδε γράφων ἔλεγεν· *Ὁδῷ βασιλικῇ πορεύσῃ*· καὶ, *Ἰδοὺ τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου*· καὶ ὁ Δαβὶδ ὁμοίως, *Γινώσκει* (77) *Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται*· καὶ Ἱερεμίας, *Στῆτε ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους Κυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ πορεύεσθε ἐν αὐτῇ*· καὶ ἕκαστον δὲ τῶν προφητῶν διαφόρως μνημονεύσαντα τῶν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ εὑρήσεις. Εἰ τοίνυν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ ἀρχὴν εἶναι τῶν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ ἑαυτὸν διδάσκει λέγων, *Κύριος ἔκτισέ* B *με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, πάντως που καὶ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἔτι ἀνωτέρω κατὰ τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοῦ βεβιωκότων εἴη ἂν πρεσβύτερος· ἀλλ' οὐχὶ ἡ σάρξ, ἣν ἀνείληφεν, ἐκείνων ἁπάντων ὑπῆρχε προγενεστέρα. Οὐκ ὀρθῶς οὖν ἐπὶ τὴν σάρκα ἐξείληπται τὸ λόγιον. Οὐ διὰ τὴν σάρκα τοίνυν ταῦτ' ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ, διὰ δὲ τὸ προϋπάρχειν αὐτὸν, καὶ καθηγεῖσθαι (78) πασῶν τῶν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ, ἃς *πάντες οἱ πάλαι θεοφιλεῖς ἄνδρες ὡδεύκασιν*. Ἐπεὶ δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος λέγων, *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ*, ἑτέρας τινὰς ὁδοὺς ὑποβάλλει, τὰς προνοητικὰς τῶν ὅλων, δι' ὧν ἀποῤῥήτῳ κρίσει, καὶ λόγοις (79) ἀλήπτοις, τὰ σύμπαντα δια- C κυβερνᾷ θείᾳ δυνάμει, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τούτων τῶν ὁδῶν ἀρχὴν εἶναι λέγειν τὸν εἰρηκότα, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*· ὁ δὲ μὴ νοήσας τὰς ὁδοὺς τοῦ Θεοῦ, τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἀρχὴν τούτων εἶναι ἀπεφήνατο. Ἑρμηνεύει δὲ καὶ τὸ, *εἰς ἔργα αὐτοῦ*, φάσκων, "*Ἔκτισεν* οὖν *με*, φησὶν, *ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*. Ποῖα δὲ ἔργα φησίν; περὶ ὧν ὁ Σωτὴρ λέγει, *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· καὶ αὖθις, *Τὸ ἔργον*, φησὶν, *ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι*. Εἶθ' ὥσπερ διασαφῶν τὴν τῶν εἰρημένων διάνοιαν, ἐπιλέγει· « Τίς γὰρ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀποδείξεως, ἐπί« στευσεν ἂν, ὅτι Λόγος Θεοῦ διὰ Παρθένου τεχθεὶς, « τὴν ἡμετέραν ἀναλήψεται σάρκα, καὶ τὴν πᾶσαν « θεότητα ἐν αὐτῇ σωματικῶς ἐπιδείξεται; » καὶ D ὥσπερ ἐντελῆ τὴν διάνοιαν ἀποδοὺς ἐπάγει· « Οὐκοῦν « τοῦτ' ἔστι τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐ« τοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*. » Καὶ ταῦτα δὴ ἔγραφεν, οὐ δυνηθεὶς τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς εἰς ὕψος ἆραι, καὶ τῷ προφήτῃ παραπλησίως εἰπεῖν, *Ὅτε ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας*· οὐδὲ μνημονεύσας τοῦ προφητικοῦ λόγου, δι' οὗ εἴρηται, *Τὰ δὲ*

✠ Ed. Paris., pag. 157. [17] Num. xxi, 22. [18] Deut. xxx, 15. [19] Psal. i, 6. [20] Jer. vi, 16. [21] Prov. viii, 22. [22] Rom. xi, 33. [23] Joan. v, 17. [24] Joan. xvii, 4. [25] Psal. viii, 4.

(77) Vulgo ὁ Κύριος τὴν ὁδόν.
(78) Vulgo πασῶν ὁδῶν τοῦ Κυρίου.
(79) Vulgo ἀκαταλήπτοις.

ἔργα Κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, *καὶ τὰ ἔργα τῶν* A *χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσιν*. Εἰ γὰρ τούτοις προσεσχήκει, ἔγνω ἂν, ὅτι πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πρὸ τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ οὐ πρὸ τῶν ὁρατῶν μόνον ἀλλὰ καὶ (80), πρὸ τῶν νοητῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ τῶν ἐν ἀσωμάτοις καὶ ὑπερκοσμίοις δυνάμεσιν ἐν ὑποστάσει ὄντων, ἦν καὶ προῆν ὁ ταῦτα λέγων. Ὁ δὲ μεταβὰς ἐπὶ τὸ, *Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με*, πάλιν τὴν σάρκα εἰς μέσον ἄγει λέγων οὕτως· « *Θεμέλιον* τοῦτον ὀνομάζων, τὴν κατὰ σάρκα αὐτου « προορισθεῖσαν οἰκονομίαν. Ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέ« γει· *Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι*, « *παρὰ τὸν κείμενον*, *ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός*. » Καὶ ἐπιλέγει· « Ἑνὸς δὲ αἰῶνος ἐνταῦθα μέμνηται, « ἀφ' οὗ τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν τεθεμελιῶσθαι ἔφη, « καίτοι πολλῶν παρεληλυθότων αἰώνων, ὡς ὁ Δα- B « βὶδ ἔφη, *Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων*. » Καὶ μεταβὰς ἑξῆς ἐπὶ τὸ *ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι*, καὶ τὴν γῆν πάλιν τὴν σάρκα εἶναι λέγει. Γράφει δὲ οὕτω· « Ποίαν ταύτην τὴν γῆν; ἢ δηλον« ότι τὴν ἡμετέραν σάρκα, τὴν μετὰ τὴν παρακοὴν « γῆν αὖθις γενομένην· *Γῆ γὰρ εἶ*, φησὶν, *καὶ εἰς* « *γῆν ἀπελεύσῃ*. Ἔδει γὰρ ταύτην ἰάσεως τυ« χεῖν. » Καὶ ταῦτα δὲ φάσκει, οὐ μνημονεύσας ὁ σοφώτατος ὡς καὶ ἀνωτέρω πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι ἐκτίσθαι τὴν σάρκα ἀρχὴν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ εἰρηκὼς ἔτυχεν. Εἰ δὲ ὅλως διὰ τῆς γῆς τὴν *σάρκα* ἐδήλου, πῶς οὐ προϋπάρχειν τῆς σαρκὸς ἀνάγκη ὁμολογεῖν τὸν λέγοντα πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι ἑαυτὸν εἶναι; *Πρὸ γὰρ τοῦ αἰῶνος*, φησὶν, *ἐθεμελίωσέ με*, *ἐν* C *ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι*. Οὐκοῦν πρὸ τοῦ τὴν σάρκα ποιῆσαι ὁ ταῦτα λέγων ὑπῆρχεν. Εἰ δὲ καὶ μὴ πολλῶν αἰώνων ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ἑνὸς, οὗ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐμνήσθη εἰπὼν, *Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ γαμίσκονται*, καὶ οὕτως οὐχ ἡ σὰρξ ἣν ἀνείληφεν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν πρὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος ὑπῆρχε· ἀλλ' αὐτὸς ὁ ταῦτα διὰ Σολομῶνος διδάσκων, ὁρᾷς ὅσῃ περιπέπτωκε δυσχωρίᾳ ὁ τῆς εὐθείας καὶ (81) βασιλικῆς παρατραπεὶς ὁδοῦ. Ὁ δὲ πρὸς ταῖς εἰρημέναις ἔτι καὶ ταῦτα προστίθησι λέγων· *Πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι*, φησίν· ἐνταῦθα τὰς ἀβύσσους παροιμιωδῶς ὁ προφήτης τὰς τῶν ἁγίων καρδίας εἶναι λέγει, τὰς ἐν τῷ ἑαυτῶν βάθει τὴν τοῦ πνεύματος ἐχούσας δωρεάν· καὶ οὐ συνίησιν, ὡς πρὸ τῆς ἐνσάρκου (82) τοῦ Σωτῆρος D ἡμῶν παρουσίας οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ προφῆται, τοῦ αὐτοῦ μετέσχον πνεύματος, Μωσῆς τε καὶ οἱ ἔτι Μωσέως παλαιότεροι. Οὐκοῦν ἀνάγκη τούτων ἁπασῶν τῶν ἀβύσσων, εἰ δὴ αἱ τῶν ἁγίων καρδίαι ἦσαν αὗται, παλαιότερον εἶναι τὸν λέγοντα, *Πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι*. Πῶς οὖν δυνατὸν ἦν ἐπὶ τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἀναφέρεσθαι ταῦτα; Καὶ μὴν, εἴ τις αὐτῷ παρῆν τῶν θείων Γραφῶν ἐπιστήμη, οὐχ

quo ait, *Opera autem Domini non intuebuntur, et opera manuum ipsius non intelligent* [26]. Nam si ad ista attendisset animum, illud utique cognoscere potuisset, quod ante cœlum et terram, ante mundum universum, nec ante sola visibilia, sed et invisibilia, et ante opera Dei intellectualia, quæ in potentiis relucent incorporeis, et extramundanis, *erat*, et præerat is, qui ista loquitur. Ille autem, transitione facta ad illud, *Ante sæcula fundavit me*, in medium denuo adducit carnem, inquiens [R. XIV]: « Ita in carne ejus præordinatam œconomiam, vo« cat *fundamentum*: quemadmodum et Apostolus « loquitur, *Fundamentum nemo aliud potest ponere*, « *præter illud quod positum est*, *qui est Jesus Chri*« *stus* [27]. » Addit: « Unius autem sæculi isthic memi« nit, in quo ea quæ ad Christum spectant, fundata « esse dicit, cum tamen plura præteriissent sæcula: « quod et David affirmat, inquiens, *Qui erat ante* « *sæcula* [28]. » Progressus hinc ad illud, *In principio, priusquam terram conderet*, ibi denuo terram esse carnem asseverat. « Quamnam vero terram? » ita ait: « certe non aliam quam carnem nostram: quæ « post transgressionem, terra demum facta fuit. « *Terra es enim*, inquit, *et in terram reverteris* [29]. « Illa etenim persananda fuerat. » Hæc autem ita posuit, non recordatus, pro sua sapientia quod dicitur, priusquam terra conderetur, creatam dici carnem principium viarum Dei. Quod si vero per terram indicare voluit *carnem*: quomodo cogitur confiteri non exstitisse ante carnem qui dicit ✠ se priusquam terra conderetur, exstitisse? Nam *ante sæculum*, inquit, *fundavit me*, *in principio antequam terram faceret*. Atque ita qui ista de se dixit, certe exsistebat ante carnem. Nec refert quod non meminerit plurimorum sæculorum, sed unius, cujus et Servator meminit, inquiens, *Filii hujus sæculi dant et accipiunt in matrimonium* [30]. Atque ita non caro, quam suscepit Servator noster ante præsens hoc sæculum exsistebat: sed ille, qui hæc eadem per Salomonem docuit; vides ille in quas angustias se conjecerit, qui de regia et recta via declinavit. Ad illa autem dicta superius et ista addit: « *Priusquam conderet abyssos*: hic, inquit, abys« sos proverbialiter propheta sanctorum corda ap« pellavit, quæ in sua profunditate spiritus dona con« tinebant. » Nec intelligit quod antequam in carne Servator adveniret, sancti Dei prophetæ ejusdem spiritus participabant; Moses nimirum et adhuc illo vetustiores. Itaque necesse est antiquiorem his abyssis (si modo sanctorum corda sint abyssi) exstitisse illum, qui dixit, *Priusquam abyssi conderentur*, etc. Quomodo igitur ad carnem Servatoris referri poterant? Certe, si vel tantillam divinarum

✠ Ed. Paris., pag. 158. [26] Isa. v, 12. [27] I Cor. III, 11. [28] Psal. XCII, 2. [29] Gen. III, 19. [30] Luc. XX, 34.

(80) Vulgo ἀλλὰ [τῶν ἀοράτων] καί. Mox vulgo post λέγων interp.

(81) Vulgo βασιλικῆς καὶ εὐθείας, et mox, ὅδε πρός.

(82) Vulgo τοῦ om.

Scripturarum cognitionem haberet, non ita leviter et facile determinasset sanctorum corda esse istas abyssos. Instanter addit enim Moses, quod tenebræ erant super abyssum; multiplex sed inextricabilis de istis sermo scritur in divinis Litteris. Nam Apostolus ait, *Ne dixeris, Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere; aut Quis descendet in abyssum? hoc est, Christum e mortuis educere* [31]. In quibus videtur infernales regiones abyssos nominasse. Quod clarius adhuc indicat Dominus ipse in illo cum Jobo colloquio suo, *Vade autem ad fontem maris, et, In vestigiis abyssi ambulasti : aperiuntur tibi præ timore januæ mortis : janitores inferni videntes te, contremiscunt* [32]. Sed et impiæ in abysso potestates : de quibus dictum est, *Laudate illum de terra, dracones et universæ abyssi* [33]. Et ulterius illud, *Super abyssum tenebræ*. De quibus ait Moses, *Et tenebræ erant super abyssum* [34]. Hæc omnia qui addiscere poterat, si sedulam saltem operam, et non negligentem in divinis Litteris posuisset, ✠ non utique vocasset sanctorum corda abyssos : intellexisset enim quomodo dictum sit, et, *Abyssus invocat abyssum, ad vocem cataractarum tuarum* [35], et iterum, *Turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum* [36], et iterum, *Abyssus tanquam vestis circumamictus ejus* [37]. Hæc et his similia novisset exactius, si quæ ipsi cura subiisset ut hæc intelligeret : at nunc tanta ipse facilitate, tamque dissolute sanctorum corda pronuntiavit abyssos. Nec tamen ita intellexit quod vel secundum hanc interpretationem, is qui dixit, *Priusquam conderet abyssos aderam illi* [38], docere voluit se antecessisse tempore sanctos illos et Deo dilectos viros qui a sæculo fuerunt, ut impossibile fuerit omnimodo voces illas prædictas carni Servatoris adaptare. Is vero ad aliam progressus dictionem ejusdem Scripturæ, eam quoque in hanc sententiam interpretatur [R. XX] : « Quid porro sibi « vult et illud caput, *Antequam prodirent fontes « aquarum* [39]? Divini nempe apostoli fuerant. Quam « sententiam Scriptura nobis in Exodo repræsen« tat : ubi typi eorum commemorantur. Meminit « enim fontium ibi duodecim [40], cum totidem nu« mero apostoli essent. » Hæc cum dicat, non animadvertit, quod et XII erant Israelis tribus, et XII illorum patriarchæ. Duodecim itidem prophetæ uno libro comprehensi. Sed et XII in die horæ : et in anno XII menses. Quomodo igitur duodenarius numerus, ad apostolos potius, quam ad ista omnia spectabat? Quod si quis numerus quantitativus, causam ipsi præbuit istiusmodi dictionis interpretationis, oportebat illum animadvertere, quod neque sancti prophetæ, in quantum participes erant ejusdem Spiritus sancti, a fontibus his peregrini

ἂν εὐχερῶς οὕτως (83) ἀπεφαίνετο τὰς τῶν ἁγίων καρδίας εἶναι τὰς ἀβύσσους, ἐπιστήσας ὡς σκότος ἦν ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, κατὰ τὴν Μωσέως μαρτυρίαν, καὶ ὡς πολὺς καὶ δυσερμήνευτος ὁ περὶ αὐτῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ φέρεται λόγος. Ὁ μὲν γὰρ Ἀπόστολος, *Μὴ εἴπῃς*, φησὶ, *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν. Ἢ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν*. Ἔοικε γοῦν ἐν τούτοις τὰ τοῦ ᾅδου χωρία κεκληκέναι ἄβυσσον. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος σαφέστερον τοῦτο παρίστη ἐν τῷ πρὸς τὸν Ἰὼβ χρηματισμῷ λέγων (84)· *Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας· ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πυλαὶ θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε, ἔπτηξαν*. Καὶ τὰς ἐν τῇ ἀβύσσῳ δὲ δυνάμεις πονηρὰς, περὶ ὧν εἴρηται, *Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες, καὶ πᾶσαι αἱ ἄβυσσοι*· καὶ ἔτι τὸ, *Ἐπάνω τῆς ἀβύσσου σκότος*· περὶ οὗ Μωσῆς ἔφη, *Καὶ* (85) *σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου*· ταῦτα πάντα μαθὼν, εἴπερ ἦν ἐπιπόνως, ἀλλὰ μὴ ἐξιτήλως ταῖς θείαις ἐντετυχηκὼς Γραφαῖς, οὐκ ἂν τὰς τῶν ἁγίων καρδίας ἐτόλμα εἰπεῖν τὰς ἀβύσσους, ἔγνω δ' ἂν, ὅπως εἴρηται καὶ τὸ, *Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται εἰς φωνὴν τῶν καταῤῥακτῶν σου*· καὶ αὖθις, *Ἐταράχθησαν ἄβυσσοι, πλῆθος ἤχους ὕδατος*· καὶ πάλιν, *Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ*. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀδελφὰ διηκρίβωσεν ἂν, εἴ τις ἦν αὐτῷ φρόντις τῆς τούτων καταλήψεως· (86) νῦν δὲ προχείρως οὕτως καὶ διαλελυμένως τὰς τῶν ἁγίων καρδίας τὰς ἀβύσσους εἶναι ἀποφηνάμενος, οὐδ' οὕτως συνῆκεν, ὡς πρὸ τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, τῶν ἐξ αἰῶνος γενομένων, ἑαυτὸν ὑπάρχειν ἐδίδαξεν ὁ εἰπὼν, *Πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι*· ὡς πανταχόθεν μὴ δύνασθαι τῇ σαρκὶ τοῦ Σωτῆρος ἐφαρμόζειν τὰς προκειμένας λέξεις. Ὁ δὲ (87) ἐφ' ἑτέραν μεταβὰς ῥῆσιν τῆς αὐτῆς Γραφῆς, καὶ ταύτην οὕτως ἑρμηνεύει λέγων· « Τί τοίνυν ἔστι καὶ τουτὶ τὸ κεφάλαιον, *Πρὸ « τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων*; τοὺς « ἱέρους ἀποστόλους εἶναί φησιν. Τοῦτο δὲ ἡμῖν τὸ « μυστήριον παρίστησιν ἡ τῆς Ἐξόδου γραφὴ, τοὺς « τῶν ἀποστόλων τύπους πάλαι προαγορεύουσα. Δώ« δεκα γὰρ ὄντων τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποστόλων, δώδεκα « πηγῶν μέμνηται. » Καὶ ταῦτα λέγων οὐ συνίησιν, ὡς καὶ τοῦ Ἰσραὴλ δώδεκα ἦσαν φυλαὶ, καὶ δώδεκα οἱ τούτων πατριάρχαι, μία τε βίβλος ἡ τῶν δώδεκα προφητῶν· ἀλλὰ καὶ δώδεκα τῆς ἡμέρας ὧραι, καὶ μῆνες τοῦ παντὸς ἔτους δώδεκα. Τί οὖν μᾶλλον τοῖς ἀποστόλοις ἢ ἐκείνοις ἅπασιν ὁ τῶν δώδεκα διέφερεν ἀριθμός; Εἰ δὴ τοῦ ποσοῦ τις ἀριθμὸς τὴν αἰτίαν αὐτῷ τῆς τοιᾶσδε τοῦ λόγου παρεῖχεν ἑρμηνείας, χρῆν δὲ συνιδεῖν ὡς καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται, καθὸ τοῦ αὐτοῦ μετέσχον Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἦσαν ἀλ-

✠ Ed. Paris., pag. 159. [31] Rom. X, 6, 7. [32] Job. XXXVIII, 16, 17. [33] Psal. CXLVIII, 7. [34] Gen. I, 2. [35] Psal. XLI, 8. [36] Psal. LXXVI, 17, 18. [37] Psal. CIII, 6. [38] Prov. VIII, 24. [39] ibid. [40] Exod. XV, 27.

(83) Vulgo ἀπεφαίνοιτο.
(84) Ἦλθες vulgo.
(85) Vulgo σκότος [ἦν] ἐπάνω.
(86) Vulgo νυνί.
(87) Vulgo ἀφ'.

A λότριοι τῶν πηγῶν. Διὸ λέλεκται περὶ αὐτῶν ἐν Ψαλμοῖς, *Ἐν Ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν Κύριον ἐκ πηγῶν Ἰσραήλ.* Ὥστε καὶ πρὸ ἐκείνων τῶν πηγῶν, ἀναγκαῖον ὁμολογεῖν τὸν Υἱὸν εἶναι (88) τοῦ Θεοῦ τὸν λέγοντα, *Πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων.* Ὁ δὲ ἐπάκουσον ὅπως ἑρμηνεύει λέγων· « Εἰκότως οὖν περὶ τῆς κατὰ σάρκα (89) γενέσεως ὁ « Δεσπότης, διὰ τοῦ προφήτου Σολομῶνος λέγων, « *Πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων*, » ἔφη. Καὶ ἐπιφέρει· « Οὕτω γὰρ ὁ Σωτὴρ πρὸς « τὰς ἱερὰς πηγὰς ἔφη, *Πορευθέντες μαθητεύσατε « πάντα τὰ ἔθνη.* » Εἶθ', ὥσπερ συναγαγὼν τὸν λόγον, τὸ συμπέρασμα ἐπάγει τῇ ἑαυτοῦ διηγήσει, λέγων· « Πανταχόθεν δῆλόν ἐστι, τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους καὶ πηγὰς τροπικῶς ὠνομάσθαι ὑπὸ τοῦ προφήτου· » B « καὶ τοὺς μὲν ἀποστόλους τὰς πηγὰς εἶναι βούλεται, οὐκ ἀρέσκουσι δὲ αὐτῷ οἱ προφῆται. Διὰ τί; ἀλλ' ὅτι μὴ ἐδύνατο τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος πρὸ ἐκείνων διδόναι. Καίτοι καὶ πρὸ τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν πηγῶν, ὧν καὶ Μωσῆς ἐμνημόνευσεν ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ, εἰπὼν, *Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς*· καὶ αὖθις, *Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ, ποτίζειν τὸν παράδεισον*, προϋπῆρχεν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὁ ταῦτα ἐν Παροιμίαις περὶ ἑαυτοῦ διδάσκων. Ὁ δὲ τῷ Ἰὼβ χρηματίζων, καὶ πηγῶν θαλάσσης μνημονεύει λέγων· *Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν τῆς θαλάσσης· ἐν δ' ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας.* Ἐπεὶ δὲ καὶ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ὕδατά τινα εἶναι ἡ Γραφὴ διδάσκει, ἡ λέγουσα, *Αἰνεῖτε αὐτὸν, οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ὕδατα τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν*, C ἀκόλουθόν (90) ἐστι κἀκείνων τῶν ὑδάτων, ὁποῖα ἂν ὑπάρχῃ φύσιν, νοῆσαι τίνας εἶναι πηγὰς, ὅπως κἀκείνων πρεσβύτερος ἀποδειχθῇ ὁ εἰρηκὼς ἑαυτὸν προϋπάρχειν πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. Ὁ δὲ μηδενὶ τούτων ἐπιστήσας τὸν νοῦν, μηδὲ πονεῖν ἐθέλων, τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένει.

Ἐπεὶ καὶ ταῦτα φάσκων, *Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι*, φησὶν, *πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.* Ὄρη καὶ βουνοὺς, τοὺς ἀποστόλους, καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων διαδόχους λέγει, ἵνα παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, τηνικαῦτα τοὺς δικαίαν πολιτείαν (91) παροιμιωδῶς σημαίνῃ. Οὐκοῦν οἱ αὐτοὶ (92) ἦσαν καὶ αἱ πηγαὶ, (οἱ) αὐτοὶ καὶ τὰ ὄρη, οἱ αὐτοὶ καὶ οἱ βουνοί· ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ἔχει φύσιν, ἐπὶ τῶν θεωρουμένων D πηγῶν τε καὶ ὀρῶν τὰ αὐτὰ φάσκειν εἶναι (οὐδὲν γὰρ κοινὸν ὡς ἐν ποιότητος λόγῳ πηγαῖς ὑδάτων πρὸς τὰ τῶν ὀρῶν ἀναστήματα), τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἀλληγορικῶς κατὰ διάνοιαν θεωρουμένων παραστῆσαι χρὴ διαφορὰν τῶν κατὰ τὴν θεωρίαν νοουμένων, πηγῶν τε καὶ ὀρῶν καὶ βουνῶν· ἀλλ'

fuerant. Quocirca de illis in Psalmis dicitur : *In Ecclesiis laudate Deum Dominum de fontibus Israelis* [41]. Ut necesse sit nos confiteri Filium Dei exstitisse ante fontes illos, eum qui dixit, *Priusquam prodirent fontes aquarum.* Is quomodo hoc interpretetur audi : « Quocirca nec immerito Dominus « per prophetam Salomonem dixit, *Priusquam sca-« turirent fontes aquarum*, de sua secundum carnem « generatione. » Addit : « Ita enim Servator, ad « sanctos fontes dixit, *Euntes docete omnes gen-« tes* [42]. » Postremo, veluti recollectis omnibus, introducit conclusionem disputationis suæ : ✠ « Ita omni-« modo perspicuum est, sanctos apostolos figurate « fontes appellatos a propheta. » Apostolos vult fontes nominari, at minime ei placent prophetæ. Cur ita? nimirum quod ante illos carnem Servatoris exhibere nequibat. Et tamen Dei Filius qui hæc in Proverbiis de seipso usurpavit, erat ante illos fontes naturales, quorum meminit in cosmopœia sua Moses, ubi ait, *Et fons de terra ascendebat, et irrigabat faciem universæ terræ* [43], et iterum, *Fluvius de Edem egrediebatur, et paradisum irrigabat* [44]. Qui et cum Jobo collocutus fontium quoque maris meminit, *Venisti autem ad scaturigines maris : ambulasti per vestigia abyssi* [45]. Cum vero et super cœlos aquarum mentio fiat in Scripturis, utputa ubi legitur, *Laudate Dominum, cœli atque aquæ quæ sunt super cœlos* [46] : consequens est ut quæ sit illarum aquarum natura dispiciamus : quinam sint illarum fontes, ut et hisce antiquior ille declaretur, qui ait se exstitisse cum nondum prodirent fontes illarum aquarum. At vero nulli horum advertens animum Marcellus, nec in iis indagandis collocans operam, in sententia sua persistit. Nam et illa, *Priusquam montes firmarentur* : et, *Ante omnes colles genuit me*, ad eumdem modum interpretatur, *montes* et *colles* apostolos esse inquiens, et apostolorum successores : ut proverbialiter, præter morem apud alios usurpatum justam reipublicæ administrandæ formam significaret. Quocirca fontes, et montes, et colles idem significabant. Sed veluti secundum naturam non est, ut qui oculis cernuntur fontes atque montes, iidem sint (neque enim aquarum fontes habent aliquid commune cum montium cacuminibus) pari modo, et in illis quæ allegorice intelligenda sunt; instituenda est diversitas inter illa quæ per fontes, colles, montes intelliguntur. Ille autem nihil trutinatum intelligens, sed omnia permiscens, quæ est ipsius animi levitas, eosdem utique per omnia designat, *fontes* aquarum, et *montes* atque colles. Hæc

✠ Ed. Paris., pag. 160. [41] Psal. LXVII, 27. [42] Matth. XXVIII, 19. [43] Gen. II, 6. [44] ibid. 10. [45] Job XXXVIII, 16. [46] Psal. CXLVIII, 4.

(88) Vulgo τοῦ Θεοῦ λέγοντα.

(89) Vulgo γενήσεως.

(90) Vulgo δ' ἐστι, et mox ὁποῖα δ' ἂν ὑπάρχοι, τὴν φύσιν νοῆσαι τίνας εἶναι [ἃς] πηγάς etc. et mox προϋπάρχειν ἑαυτόν.

(91) *Παροιμιωδῶς σημαίνῃ.* Deest hic aliqua vox suffulciendæ sententiæ quæ hiat, forte μετερχομένους, aut ἀσπασαμένους aut simile quid hoc sensu, ut significet eos qui, præter morem aliorum, justam vivendi rationem amplexi fuerant. Quæ sequuntur sic forte legenda et distinguenda sunt, οὐκοῦν, οἱ αὐτοὶ ἦσαν καὶ αἱ πηγαὶ αὐτοὶ, καὶ τὰ ὄρη, καὶ αὐτοὶ οἱ βουνοί. M.

(92) Vulgo ὅτι αὐταὶ ἦσαν καὶ αἱ πηγαὶ αὐτοὶ, καὶ τὰ ὄρη οἱ αὐτοὶ, καὶ οἱ βουνοί.

insuper omnia apostolos esse ait, differentiæ nulla habita ratione. Quorsum igitur illos, qui per justitiam et pietatis cultum, ante Servatorem incarnatum consummabantur, *montes* et *colles* non appellavit? Nimirum quod priorem illis, non poterat Servatoris carnem substituere. Est ergo violentia nimis et coacta interpretatio, dictionum jam commemoratarum, si referantur ad carnem illam Servatoris. ✠ Quomodo autem et illud, *Genuit me*, ad carnem queat adaptari? se certe genitum affirmat ante fontes, ante montes, ante *omnes colles*, ubi ait, *Dominus condidit me principium viarum suarum ad opera sua, ante sæcula fundavit me.* Si caro ista diceret ut Marcello visum, quomodo caro dixerit, *Ante omnes colles gignit me?* Esto enim, fuerit ante apostolos caro: at quo pacto seipsam ipsa a Deo factam dixerit? Visum est Marcello affirmare carnem cum non exstaret prius, conditam fuisse. Ait enim: « Revera creavit qui quod non erat fecit Dominus « noster Deus. Carnem enim Verbum sumpsit quæ « non erat, sed condidit illam quæ non erat. » Novimus ita illam conditam, at genitam a Deo illam quomodo dicetur, cum affirmet Servator, *Quod de carne gignitur caro est*[47]? et Apostolus inquiat: *Factus de muliere, factus sub lege*[48]. Quomodo igitur caro de Deo universorum dixerit, *Ante omnes colles genuit me?* Ita arbitror unicuique jam patescere, quam coactam hæc admittant interpretationem. At sine omni violentia dixerit quispiam in Filium Dei, semota allegorica figura ista vere convenire. Nam et ante tellurem subsistebat. Erat, et præerat, priusquam prodirent naturales aquarum scaturigines; ante abyssos commemoratas; priusquam terræ figura esset ordinata, per montium et collium surrectiones: *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*[49]. At si quispiam hic interroget, cur se non dixerit præexstitisse ante cœlos, et ante ea quæ sunt in cœlis, aut quæ supra sunt; ante divinas et supermundanas potestates et spiritus: dicetur quod eorum non meminit Scriptura, propterea quod per hæc Proverbia, pædagogia quædam animo infantibus protendebatur: quod satis patet, cum dicatur interdum, *Attende, fili, ad instructionem patris tui, et ne rejicias leges matris tuæ*[50]: aliquando, *Fili, adverte animum ad leges meas, et aurem accommoda verbis meis*[51]. Et iterum, *Fili, ne contemnas instructionem Domini, et cum ab illo increperis, ne deficias*[52]: et, *Fili, si tibi probus fueris, probus itidem eris et vicinis. Quod si improbus evadas, tum solus certe exhauries mala*[52*]. Innumera his similia, de Proverbiorum

ὁ (93) μηδὲν βεβασανισμένον ἐπιστάμενος, τὰ πάντα φύρων δι' εὐχέρειαν, τοὺς αὐτοὺς εἶναι ἀποπέφανται καὶ πηγὰς ὑδάτων, καὶ ὄρη, καὶ βουνοὺς, φησί τε πάντα ταῦτα εἶναι τοὺς ἀποστόλους, οὐ διαστειλάμενος τὸν τῆς διαφορᾶς τρόπον. Τί οὖν οὐχὶ καὶ πρὸ τῆς σαρκὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ (94) θεοσεβείᾳ (95) τελειωθέντας ὄρη καὶ βουνοὺς ὁμοίως ἐπεκάλει, ἀλλ' ὅτι μὴ πρὸ ἐκείνων οἷός τε ἦν τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ὑφίστασθαι. Οὐκοῦν βίαιος καὶ κατηναγκασμένη τῶν προκειμένων λέξεων ἡ ἐπὶ τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἀναφορά. Πῶς δὲ καὶ τὸ, *γεννᾷ με*, ἐφαρμόσειε τῇ σαρκί; πρὸ γὰρ τῶν πηγῶν καὶ πρὸ τῶν ὀρῶν καὶ πρὸ τῶν βουνῶν γεγεννῆσθαι ἔφησεν ἑαυτὸν, εἰπὼν, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με.* Εἰ δὴ οὖν ἡ σὰρξ ταῦτα φάσκοι, ὡς Μαρκέλλῳ δοκεῖ, πῶς τὸ, *Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με*, εἴποι ἂν ἡ σάρξ; Ἔστω γὰρ πρὸ τῶν ἀποστόλων ἡ σάρξ (96)· ἀλλὰ πῶς αὐτὴ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγεννῆσθαί φησιν ἑαυτήν; τὸ μὲν γὰρ ἐκτίσθαι μὴ οὖσαν πρότερον τὴν σάρκα ἐδόκει Μαρκέλλῳ λέγειν. Ἔφη γάρ· « Ἔκτισεν ἀληθῶς τὸ μὴ ὂν πεποιη« κὼς ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ Θεός. Οὐκ οὖσαν γὰρ τὴν « σάρκα ἣν ἀνείληφεν ὁ Λόγος, ἀλλὰ μὴ οὖσαν ἔκτισε. » Τὸ μὲν οὖν ἐκτίσθαι ἔγνωμεν, τὸ δὲ καὶ γεγεννῆσθαι αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πῶς ἂν ἀποδοθείη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος, *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι*; καὶ ὁ Ἀπόστολος δέ φησι *Γενόμενος* (97), *ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ τοῦ νόμου.* Πῶς οὖν ἡ σὰρξ εἶπεν ἂν περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων τὸ, *Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με*; Ταῦτα μὲν οὖν ὡς βεβιασμένην ἔχει τὴν ἑρμηνείαν οἶμαι παντί τῳ καταφανὲς εἶναι. Ἀβιάστως δ' ἂν εἴποι (98) τις τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ δίχα παντὸς ἀλληγορικοῦ τρόπου, ταῦτα ἐπαληθεύειν, ἐπεὶ καὶ τῆς γῆς προϋπῆρχεν, ἦν τε καὶ προῆν πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς σωματικὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ πρὸ τῶν (99) αἰσθητῶς λεγομένων ἀβύσσων, καὶ πρὸ τοῦ συστῆναι αὖ τὸ τῆς γῆς σχῆμα ἐν τοῖς τῶν ὀρῶν καὶ τῶν βουνῶν ἀναστήμασι· *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν.* Εἰ δ' ἐρωτήσειέ τις, διὰ τί μὴ πρὸ τῶν οὐρανῶν, μηδὲ πρὸ τῶν ἐν οὐρανοῖς, ἢ τῶν (1) ἐπέκεινα θείων καὶ ὑπερκοσμίων δυνάμεών τε καὶ πνευμάτων, ἑαυτὸν εἶναι ἐδίδασκε· λελέξεται αὐτῷ, ὅτι τούτων τέως ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, ἐπειδὴ παιδαγωγίαν τινὰ διὰ τῶν Παροιμιῶν τοῖς τὰς ψυχὰς νηπίοις παρεδίδου. Ὃ καὶ δῆλον τυγχάνει ἐκ τοῦ ποτε λέγεσθαι, *Ἄκουε, υἱὲ, παιδείαν πατρός σου, καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς* (2) *μητρός*

✠ Ed. Paris., pag. 161. [47] Joan. III, 6. [48] Gal. IV, 4. [49] Joan. I, 3. [50] Prov. I, 8. [51] Prov. IV, 20. [52] Prov. III, 11. [52*] Prov. IX, 12.

(93) Vulgo μὲν μηδέν.

(94) Vulgo εὐσεβείᾳ.

(95) *Τελειωθέντας ὄρη*. Lege καὶ πηγὰς, καὶ ὄρη, καὶ βουνούς. Statim: lege πρὸ πάντων τῶν βουνῶν γεγεννῆσθαι. M.

(96) Vulgo *ἀλλὰ πῶς αὐτήν*. Lego, Ἀλλὰ πῶς αὐτή, nempe caro, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φησι γεγεννῆσθαι αὐτήν (Imo et ἑαυτὴν cum codd.) M.

(97) Vulgo γεννώμενος, et mox πρὸ πάντων β. et παντὶ τῷ.

(98) *Τίς τὸν Υἱόν*. Esset τις, εἰς τὸν Υἱόν. M.

(99) Vulgo om. αἰσθητῶς et αὖ.

(1) *Ἢ τῶν ὑπέκεινα*. Imo ἐπέκεινα [sic codd.], de potestatibus quæ sursum erant loquitur. M. — Mox vulgo λέξεται.

(2) Vulgo [τῆς] μ. et mox νοῦν, καὶ πάλιν, pro οὖς, καὶ αὖθις, et γέννης pro γένῃ.

A σου· ποτὲ δὲ, *Υἱὲ, ἐμοῖς νόμοις πρόσεχε, τοῖς δὲ ἐμοῖς ῥήμασι παράβαλλε σὸν οὖς·* καὶ αὖθις, *Υἱὲ, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, καὶ μὴ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος·* καὶ, *Υἱὲ, ἐὰν καλῶς γένῃ ἑαυτῷ, καλὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον· ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς, μόνος ἀντλήσεις τὰ κακά* (3). Μυρία δὲ ἂν καὶ αὐτὸς τούτοις ὅμοια, καθ' ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν Παροιμιῶν ἀναλέξῃ, δι' ὧν ὁ Λόγος φαίνεται νηπίοις τὰς ψυχὰς προσδιαλεγόμενος. Οὕτω καὶ Μωσῆς παιδαγωγὸς τῶν ἀτελῶν τὰς (4) φρένας ὑπάρχων, οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῆς τῶν ὁρατῶν δημιουργίας ἐμνημόνευσεν· οὐ μὴν καὶ κτίσεως ἀγγέλων, οὐδὲ θείων δυνάμεων, οὐδὲ πνευμάτων ἁγίων, τῷ μὴ χωρεῖν πω τὴν τούτων διδασκαλίαν τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους. Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ὁ ἐν ταῖς Παροιμίαις Λόγος, ὡς τοιούτοις ἀπὸ τῶν περὶ γῆν ὀρῶν B τε καὶ βουνῶν, καὶ πηγῶν, ὡς ἀπὸ γνωριμωτέρων τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο· ὡς ἐξ ὑποβάθρας ἀρξάμενος ἐπὶ τὰ κρείττω χειραγωγήσειε τοὺς παιδαγωγουμένους, ἀπό τε τῶν σμικροτέρων ἐπὶ τὰ θειότερα διαβαίνειν παρασκευάσειε. Ταῦτα μὲν οὖν, εἰ μηδέν τις πέρα τῆς λέξεως περιεργάζοιτο· εἰ δὲ βαθύτερόν τις καὶ ταῦτα νοεῖν ἐθέλοι, οὐ μᾶλλον ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους, ἢ ἐπὶ πάντας τοὺς πώποτε γενομένους δικαίους καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρας αὐτὰ ἐκδέξεται, διαβήσεται δὲ ἐνθένδε καὶ ἐπὶ τὰς θείας καὶ ἀγγελικὰς δυνάμεις, ὄρη λέγων καὶ βουνοὺς αἰνίττεσθαι ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ πνευμάτων θείων διαφορὰς, θρόνους τε καὶ κυριότητας καὶ ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, ὅτι (5) δὴ καὶ ταῦτα πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν C ἐκτίσθαι καὶ πρὸ πάντων αὐτῶν εἶναι τούτων, ὁ θεῖος ἐδίδαξεν Ἀπόστολος (6), ἐνθέως (ὡς) εἰκὸς ὁρμώμενος, διὰ τὸ λέγεσθαι ἐν τούτοις ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ, *Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με.* Τὰ μὲν οὖν ἄλλα δρᾶσθαι ἔφη, μόνον δὲ αὐτὸν γεγεννῆσθαι πρὸ τῆς τῶν δηλωθέντων συστάσεως. Οἶδε δὲ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος, καὶ τὸ οὐράνιον ὄρος ἐφ' ᾧ ταύτην εἶναί φησι λέγων· *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπ' οὐρανῷ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, πανηγύρει καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς.* Καὶ τούτων τοιγαροῦν ἁπάντων προϋπάρχων ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς τὰ τῆς οἰκείας ἀποῤῥήτου γεννήσεως ἐπικεκρυμμένως, διὰ τῶν Παροιμιῶν ᾐνίττετο. D Καὶ ὅτι γε ταῦτα ὑπέβαλλε νοεῖν, δῆλον ἂν γένοιτο ἀφ' ὧν συνάπτει ἑξῆς λέγων· *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ.* Ἔνθα ὁ γενναῖος τῶν Γραφῶν ἑρμηνεὺς ἀποκλεισθεὶς ἔστη (7), μηκέθ' ὑπερβὰς, τῷ μὴ δεδυνῆσθαι ἐξομαλίσαι τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἀποδοθείσης αὐτῷ περὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Σωτῆρος ὑποθέσεως. Ἄνω γὰρ καὶ κάτω τῆς σαρκὸς μνημονεύσας, καὶ πάντα εἰρῆσθαι περὶ τῆς σαρκὸς

libro per seipsum quis collegerit negotio nullo, quibus illud liquet Verbum ibi sermones instituere cum animo admodum pueris. ✠ Ad istum modum et Moses imperfectorum secundum animos pædagogus cum esset, cœli et terræ, et visibilium commeminit conditurae : non autem creationis angelorum, nec divinarum potestatum, nec sanctorum spirituum, eo quod non possent capere doctrinam istam illi, qui in disciplinam ei tradebantur. Ut nec injuria Verbum, dum loquitur hic in Proverbiis, ad istiusmodi auditores doctrinam suam, a terrenis montibus deducat, a collibus et aquarum scaturiginibus; utpote a magis cognitis : atque ita exorsus ab inferius positis, informandos quasi manu deducat ad eximiora : et a minutioribus sic ad magis divina transcendere illos faciat. Hæc ita esto, si non ultra voces quis curiosius inquirat. Quod si quis profundiorem harum rerum intelligentiam percipere velit, certe non magis ea ad apostolos quam quosvis justos et dilectos Deo retulerit : et ita transcenderit inde ad divinas et angelicas potestates : per montes et colles designari intelligens angelorum et archangelorum et divinorum spirituum differentias, thronos, dominationes, principatus, potestates. Jam vero quod ista omnia per illum, et ad illum creata fuerint : et quod ante ista omnia, ipse subsistebat, divinus docet Apostolus, inspiratus, ut par est credere, divinitus; cum in persona Filii Dei hæc usurparet, *Priusquam montes fundarentur, ante omnes colles genuit me.* Et alia quidem omnia facta dicit : solum vero ipsum genitum ante constitutionem supradictorum. Novit autem idem Apostolus et Jerusalem cœlestem, et montem in quo illa conditur cœlestem, ubi ait, *Accessistis ad montem Sion, et civitatem viventis Dei, Jerusalem in cœlis, ad multitudinem innumeram angelorum, panegyrim et Ecclesiam primogenitorum in cœlis descriptorum* [11]. Ante ista quidem omnia exsistens unigenitus Dei Filius, quæ ad ipsius ineffabilem spectabant generationem, abscondite in Proverbiis intimavit. Et quod hunc subesse sensum volebat intelligi patet ex iis quæ statim adjungit, *Cum cœlos appararet, illi præsens adfui.* Hic jam egregius interpres Scripturarum exclusus substitit, nec transire potuit : quod consequentiam reddendæ suppositionis de carne Servatoris, complanare nequiret. Mentione enim facta susquedeque carnis, et omnia quasi dicta de carne exposita proponens ✠ (nam ad usque montes et colles evasit, quos apostolos arbitratur esse), quæ sequuntur silentio deinceps lubens transmisit, non ausus ulterius in Scripturis progredi. Atque ita fibulam orationi apposuit. Post quamplurima intermedio sermone transacta, ab acceptione illa carnali resilit, fassus Dei Verbum ista

✠ Ed. Paris., pag. 162, 163 [11] Hebr. xii, 22, 23.

(3) *Μυρία αὐτός.* Lege μυρία δὲ [imo δ' ἂν cum codd.] καὶ αὐτός.
(4) Vulgo ψυχάς et mox τὸ μή et infra καὶ διαβ.
(5) Vulgo δέ et mox ἐκτίσθη.
(6) *Ἐνθέως εἰκός.* Deest, ὡς, ὡς εἰκός. M.—Mox vulgo πρὸ τὰ ὄρη.
(7) *Μὴ καθ' ὑπερβάς.* Forte, μὴ κάτω διαβάς. M. — Vulgo μὴ μηκέθ ὑπερβάς.

A proloculum; verba ejus sunt [R. LIV coll. p. 41 D, 112 D, 166 A] : « Priusquam esset mundus, erat « jam Verbum in Patre. Cum vero omnipotens « Deus, omnia ea condere apud se constituerat, quæ « sunt in cœlis et super terram : mundi certe pro- « ductio efficaci operatione indigebat. Et cum præ- « ter Deum, nihil prorsus esset (nam ponitur in « confesso quod fuerint omnia ab illo condita), tum « procedens Verbum, factum est mundi conditor, « quod exsistens prius intus, illum ipsum apparabat « quemadmodum nos propheta docet Salomon : *Cum* « *appararet terram, una præsens aderam* [54]. Et, *Cum* « *fontes qui sub cœlo sunt firmos poneret, et solidaret* « *firmamenta terræ, eram apud eum adaptans ea.* « *Ego eram in qua oblectabatur* [55]. Procul dubio si- « quidem gaudebat Pater, cum per Verbum suum « sapienter et potenter hæc omnia faceret. » Hæc Marcellus. Qui si vix tandem agnovit hæc in persona Verbi dicta esse, necessario confiteri cogetur, universam ibi dictorum compagem, de eodem Dei Verbo usurpatam. Nam qui dixit, *Cum præpararet cœlum ei aderam*, idem Verbum scilicet erat qui et dixit. *Dominus condidit me principium viarum suarum ad opera sua.* Una etenim eademque persona repræsentabatur, in principio hujus passus, quæ et omnia deinceps exsequebatur. Ille ergo qui dixit, *Dominus condidit me principium viarum suarum,* subintulit illud, *Ante sæcula fundavit me :* et, *In principio antequam terram conderet :* et, *Antequam montes firmarentur, ante omnes colles genuit me ;* et, *Cum præpararet cœlos, ei aderam.* Isque idem et sequentia apposuit. Quod si Verbum erat is qui ista dixit, « quomodo erat intus in Deo, coingenitus Deo? « unum exsistens idemque cum eo? et tamen se condi- « tum et genitum profitetur? Nam unica persona, quod « dictum est demonstratur universa illa, quæ dicta « sunt complexa. » Quod si tandem sero licet confiteatur hæc in persona Verbi, quod in Deo erat, dicta esse, certe violentum deprehenditur et coactum, quod ad carnem Servatoris referebatur, ✠ et ea ita omnia cruda, inepta et vana manifestantur. Quod si caro Servatoris locuta est, *Dominus condidit me principium viarum suarum ad opera sua*, ut ipsi visum est interpretari : et si caro ante sæcula fundatur : et in principio priusquam terram conderet, terram ut vult carnem dixit, eo quod dicebatur, *Terra es, et in terram reverteris* [56]: et si caro erat quæ dixit, *Priusquam faceret abyssos, priusquam scaturirent fontes aquarum, priusquam montes firmarentur, ante omnes colles gignit me :* quod illa caro nempe progenita fuerat ante electionem apostolorum, ut placuit huic prudenti viro, sequitur tum certe, et in persona ejusdem carnis illud dictum, *Cum pararet cœlos,*

ἀποφηνάμενος (μέχρι γὰρ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν βουνῶν ἔφθασε, τοὺς ἀποστόλους ταῦτ' εἰπὼν εἶναι), τὰ δέ γε τούτοις ἀκόλουθα ἔχων παρέδωκε σιωπῇ, μηκέτι τῆς Γραφῆς περαιτέρω προελθεῖν τολμήσας. Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἵστησι τὸν λόγον· μετὰ πλεῖστα δὲ ὅσα μεταξὺ αὐτῷ λελεγμένα, ἀφίσταται μὲν τῆς ἐπὶ τὴν σάρκα ἐκδοχῆς, ὁμολογεῖ δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον εἶναι τὸν ταῦτα φήσαντα. Λέγει δ' οὖν αὐτοῖς ῥήμασι· « Πρὸ γὰρ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι ἦν Λόγος ἐν τῷ Πα- « τρί. Ὅτε δὲ ὁ παντοκράτωρ Θεὸς πάντα τε ἐν οὐρα- « νοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ποιῆσαι προέθετο, ἐνερ- « γείας ἡ τοῦ κόσμου γένεσις ἐδεῖτο δραστικῆς, καὶ « διὰ τοῦτο, μηδενὸς ὄντος ἑτέρου πλὴν Θεοῦ (πάν- « τα γὰρ ὁμολογεῖται (8) ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι), « τότε ὁ Λόγος προελθὼν ἐγίνετο τοῦ κόσμου ποιητής, B « ὁ καὶ πρότερον ἔνδον νοητῶς ἑτοιμάζων αὐτὸν, ὡς « διδάσκει ἡμᾶς ὁ προφήτης Σολομὼν, *Ἡνίκα ἡτοί-* « *μαζε τὸν οὐρανὸν*, λέγων, *συμπαρήμην αὐτῷ*· « καὶ, *Ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανόν*· « *ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην* « *παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαι-* « *ρε*· ἔχαιρε γὰρ εἰκότως ὁ Πατὴρ μετὰ σοφίας καὶ « δυνάμεως διὰ τοῦ Λόγου πάντα ποιῶν. » Ταῦτα Μάρκελλος. Εἰ (9) δὴ οὖν ἐκ προσώπου τοῦ Λόγου εἰρῆσθαι αὐτὰ μόγις ποτὲ ὡμολόγησεν, ἀνάγκη αὐτὸν παραδέξασθαι πᾶσαν τὴν σύμφρασιν τῶν προκειμένων ἐπὶ τὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀναφέρεσθαι. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ*, αὐτὸς (10) ἦν ὁ καὶ τὸ, *Κύριος ἔκτισέ* C *με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, φήσας· ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀρχομένοις ἡμῖν ἐδείχθη, τὸ πάντα διεξοδεῦον τὰ προκείμενα. Αὐτὸς τοιγαροῦν εἰπὼν, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, ἐπήγαγε τὸ, *Πρὸ τῶν αἰώνων ἐθεμέλιωσέ με*· καὶ τὸ, *Ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι*· καὶ τὸ, *Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων* (11) [*βουνῶν*] *γεννᾷ με.* Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τὸ, *Ἡνίκα ἡτοίμαζεν τὸν οὐρανὸν συμπαρήμην αὐτῷ*, συνῆψε καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις. Εἰ δὴ οὖν ὁ Λόγος ἦν ὁ ταῦτα φήσας, « πῶς ἔνδον ἦν ἐν τῷ « Θεῷ καὶ συναγέννητος ὢν τῷ Θεῷ, ἕν τε καὶ ταὐ- « τὸν ὑπάρχων αὐτῷ, ἐκτίσθαι ἑαυτὸν ἔλεγε καὶ γε- « γενῆσθαι ; ἓν (12) γὰρ καὶ, ὡς ἔφη, ἀπεδείχθη « πρόσωπον τὸ πάντα διεξιὸν τὰ προκείμενα. » Εἰ δὲ D καὶ ὀψέ ποτε, ὡμολόγησεν ἐκ προσώπου ταῦτα εἰρῆσθαι τοῦ ἐν τῷ Θεῷ Λόγου, βεβίασται ἄρα αὐτῷ τὰ τῆς εἰς τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἀποδόσεως. Καὶ πάντα ἀθρόως ἐκεῖνα ἕωλα καὶ μάταια καὶ περιττὰ πεφώραται· εἰ δὲ ἡ σὰρξ (13) ἦν τοῦ Σωτῆρος, ἡ λέγουσα τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αὐτῷ ἑρμηνείαν, καὶ εἰ ἡ σὰρξ πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελιώθη, καὶ ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι· (γῆν δηλαδὴ τὴν σάρ-

✠ Ed. Paris., pag. 164. [54] Prov. VIII, 29. [55] ibid. 26, 30. [56] Gen. III, 19.

(8) Vulgo ὑπὸ τούτου.
(9) Vulgo δέ, et mox εἰρῆσθαι ταῦτα et πᾶσαν σύμφ.
(10) Vulgo ἦν [ὁ λόγος] ὁ καί, et mox τῶν ὁδῶν et τὰ πάντα διεξ. et mox τοῦ [τὰ] ὄρη.
(11) βουνῶν om. codd. Mox vulgo ἡτοίμασε.
(12) Vulgo γάρ, ὡς.
(13) Vulgo ἦν Σωτῆρος et infra πρὸ τῶν ὄρη ἑδρ. et αὐτὴν [πρὸ] τῆς τ. ἀ.

κα, ὡς αὐτῷ ἐδόκει, διὰ τὸ εἰρῆσθαι, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ* ·) καὶ εἴπερ ἡ σὰρξ ἦν ἡ λέγουσα, *Πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με*, διὰ τὸ προγεγεννημένην εἶναι αὐτὴν [πρὸ] τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς, ὡς ἐδόκει τῷ σοφωτάτῳ, ἕπεται ἐκ προσώπου τῆς σαρκὸς λέγεσθαι καὶ τὸ, *Ἡνίκα* (14) *ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ*. Ἀλλ' οὐκ ἄν τις μὴ τῶν φρενῶν ἐκστὰς ταύτῃ ποτὲ σύνθοιτο τῇ ἑρμηνείᾳ, ἀντιφθέγξεται γὰρ αὐτῷ μέγα βοήσας ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, ἐπιδεικνὺς τίς ποτε ἦν ὁ ταῦτα διεξιών. Ὡς δ' οὖν ἕτερος ἦν ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένος μονογενὴς Υἱὸς, ζῶν καὶ ὑφεστὼς, ὢν (15) καὶ πρὸ τῶν τῆς γενητῶν ἁπάντων συστάσεως, ὃ δὴ παρίστησιν αὐτὸς δι' ὧν ἑξῆς ἐπάγει λέγων· *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ*· συνῆν γὰρ (16), καὶ παρῆν αὐτῷ πρὶν καὶ γενέσθαι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐπέκεινα οὐρανοῦ, τά τε ἐν οὐρανῷ πάντα. Τοῦτο γοῦν ᾐνίττετο διὰ τοῦ φάναι, *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ*. Πῶς δὲ ἡτοίμαζεν ὁ Θεὸς, ἢ πρὶν γενέσθαι αὐτὸν, νομοθετῶν καὶ διατυπούμενος, ὃν ἔδει τρόπον αὐτὸν συστῆναι; Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ διετύπου καὶ ἡτοίμαζε διανοούμενος, ὅπως ἐχρῆν συστῆναι τὸν τοσοῦτον οὐρανόν· ὃς οὔτε μεγέθους ἐδεῖτο, καὶ ὁποίου σχήματος, μέτρων τε καὶ μερῶν ὁπόσων, τῶν μελλόντων εἴσω τε αὐτοῦ περιέχεσθαι χάριν, καὶ τῶν ἐκτὸς ἔσεσθαι αὐτοῦ (17), τῶν τε ἐν αὐτῷ τὸν δρόμον ποιησομένων ἕνεκα· ὁ δὲ τοῖς τοῦ Πατρὸς λογισμοῖς ἐνατενίζων, καὶ μόνος ἐποπτεύων τὰ ἐν αὐτῷ βάθη, δι' ἔργων ἐχώρει, τοῖς τοῦ Πατρὸς ἐξυπηρετούμενος νεύμασι. Διὸ λέλεκταί που, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν· αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος καὶ σελήνη, αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα, καὶ τὸ φῶς. Αἰνεῖτε αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ὕδατα* (18) *τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου, ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν*. Πλὴν ἀλλὰ καὶ πρὶν γενέσθαι αὐτὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπέκεινα (19) οὐρανοῦ τά τε ἐν οὐρανῷ πάντα (ἐξ ἑνὸς γὰρ τὰ πάντα περιληπτικῶς δεδήλωται) ἦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τῷ Πατρὶ (20) συμπαρῆν ἔτι βουλευομένῳ περὶ τῆς τούτων ἁπάντων συστάσεως. Διό φησιν, *Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ*· εἶθ', ὡς ἀγαθὸς γραφεὺς, τὰς ἀρχετύπους ἰδέας ἐκ τῶν πατρικῶν λογισμῶν ἀπολαμβάνων, ἐπὶ τὰς τῶν ἔργων μετέφερεν οὐσίας. Τοιαῦτα ζωοπλαστῶν καὶ ὑφιστάμενος, ὁποῖα τῇ τοῦ Πατρὸς διανοίᾳ προὔποκείμενα ἑώρα. Τούτων δ' αὐτὸς γένοιτο μάρτυς ἀξιόχρεως ἐν Εὐαγγελίοις ὧδε διδάσκων· *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν*,

A *aderam ei.* At nemo non amens hanc admiserit interpretationem : magna etenim voce reclamabit ipse veritatis sermo, et quis erat qui hæc loquitur edocebit. Quocirca quod diversus erat ille de Deo genitus Filius, unigenitus, vivens, subsistens, et ante universitatis conditionem ens, ipse docet dum sic ait in sequentibus, *Cum pararet cœlos, ei aderam.* Una cum eo erat, et præsens illi adfuit, priusquam cœlum, et quæ sunt supra cœlos conderentur, et quæ in cœlis. Hoc etenim illa indicant, *Cum pararet cœlos, ei aderam.* Quo pacto paravit cœlum Deus? Certe præscribendo et conformando mundi figuram apud se, priusquam produceretur illa. Pater ergo designabat, et cogitando statuebat, qua figura modoque cœlum illud condere vellet, quod nec a magni- B tudine destitueretur, et tali figura, mensura, partium symmetria constaret, quæ et apta essent recipiendis, includendis, et conformis externe advenientibus, et proportionata cursum per cœlum facturis. Ille autem qui ad paterna cogitata intuitive respiciebat, qui solus ejus profunda specularetur, ad opus se accinxit, sui patris nutibus inserviturus. Unde alicubi dictum est : *Laudate Dominum de cœlis : laudate illum in excelsis. Laudate illum, omnes angeli ejus : laudate eum, omnes virtutes ejus. Laudate eum, sol et luna ; laudate eum, omnia sidera et lux. Laudate eum, cœli cœlorum ; et aquæ supra cœlos laudent nomen Domini. Quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse* ✠ *mandavit et creata sunt* [87]. Verum enimvero antequam cœlum istud fieret, et quæ sunt supra cœlos C et quæ in cœlo (nam omnia per unum condita esse demonstratur), erat Filius Dei, et suo Patri aderat, cum adhuc cogitaret de istorum omnium creatione. Ideo ait, *Cum pararet cœlos, ei aderam.* Tum vero tanquam egregius quidam pictor archetypos, species de mente paterno desumens, ad operum substantias transferebat. Talia et tal smodi ea effingens et producens, qualiusmodi in mente Patris præexsistentia viderat. Horum quidem testis fide dignus sit ipse in Evangelio aiens, *Amen, amen dico vobis, non potest Filius a seipso facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Quæ autem ille facit, eadem quoque similiter et Filius facit. Pater etenim diligit Filium, et omnia illi ostendit quæ ipse* D *facit* [88]. Hic jure merito quis interrogaverit, quomodo ea, quæ Pater semel fecit, iterum Filius eadem fecerit? Quæstioni respondet ille ipse inquiens : *Quæ Pater facit, eadem et Filius similiter facit.* Quocirca quæ facit Filius similitudinem referunt operum archetyporum, quæ jam ante in abscondita Patris mente exstabant. Quæ cum in mente paterna indistanter intueatur ad eorum similitudinem operatur.

✠ Ed. Paris., pag. 165. [87] Psal. CXLVIII, 1-5. [88] Joan. V, 19, 20.

(14) Vulgo ἡτοίμασε τοὺς οὐρανοὺς et mox τις τῶν φρ. μὴ ἐκστ.

(15) *Καὶ πρὸ τῶν τῆς*. Legendum, ὢν καὶ πρὸ τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων συστάσεως ὤν. M.—Mp. προὼν τῆς τῶν. Mox vulg. συστάσεως ὤν· ὃ δέ.

(16) *Καὶ παρῆν τῷ*. Lege αὐτῷ. M.

(17) Vulgo καὶ τῶν ἐν.

(18) Vulgo deest τά, quod jam supplevit.

(19) Vulgo [τοῦ] οὐρανοῦ.

(20) Παρῆν τε καὶ συνῆν ἔτι Mp.; mox vulgo ζωοπλαγῶν καί.

Quod vero intueatur profunda Patris sui, id amoris paterni opus esse, manifeste docet, inquiens in sequentibus, *Nam Pater diligit Filium, et omnia ostendit ei*. Est hoc ergo indicium Patris ostendentis sua opera abscondita : quæ dum abscondita intuetur Filius, opere ipso consummat paterni sui consilii opera. Ad hunc modum cum adesset Patri, et una cum eodem fuisset semper, tum cum cœlum præpararet, et quæ insunt cœlis : hoc docuit inquiens, *Cum præpararet cœlum, illi aderam*. Sed et Pater priusquam mundum conderet, in eo gaudebat, unigenitum suum Filium intuitus : et tanquam in speculo quodam semetipsum in illo contemplatus lætabatur. Quocirca, inquit Sapientia, « Ego eram in qua quotidie gaudebat. » Sed et Filius ipse lætabundus gaudio replebatur in Patre suo conspiciendo. Hoc siquidem ipse edocuit inquiens, *Lætabar autem ego coram illo omni tempore*. Quando lætabatur ob consummatum terrarum orbem. Ubi per terrarum orbem intelligebat, universitatis complexionem, ✠ quam de non esse ad esse productam per Filium intuitus universorum Deus oblectabatur. Veritatis ratio de sacra Scriptura deducta breviter et per compendium, ista est. Ille autem desursum in carnem Servatoris infime positam, mente sua detrusus abiit, pervertens simul et interpretatione depravans veram divinitus inspiratæ Scripturæ sententiam. Sed et ad Verbum facta transitione, ait, intus aliud ipsum in Patre, tanquam colloquendo cum eo et cogitando, cœlum præparasse. Loquitur autem disertis verbis : « Priusquam mundus conderetur, erat Verbum in suo « Patre : cum vero Deus omnipotens omnia quæ in « cœlo et in terris sunt, producere proposuisset, « mundi productio operatrice efficacia indigebat. « Quocirca cum nihil esset aliud præter Deum (nam « in confesso est omnia ab illo facta fuisse), tum « progrediens Verbum factum fuit mundi conditor : « cum jam ante intus intellectualiter illum præpa« raret, quod vates ille Salomon nos edocuit, *Cum « cœlum præpararet, illi aderam*. » Ubi notandum qualiter sponte sua obsurduit : nec agnovit quod, *una aderam*, vox significet Filii præsentiam apud Patrem. Contra vero Scripturam ipse sciscit, quod priusquam mundus produceretur, nihil erat omnino præter Deum. Quam vocem emittere non exhorruit, cum tamen illa Filius abnegetur. Nec sacrarum Litterarum verecundia motus est, quæ testantur, quod ante mundi productionem ipse solus adesset Patri. Nam, *cum cœlos*, inquit, *parabat, aderam ei*. Præpositio enim *cum*, ad præsentiam annexa, unius cum altero una præsentiam significat. Non ait ergo simpliciter

✠ Ed. Paris., pag. 166.

enim : *Adhuc modice lumen vobiscum est. Vado ad eum qui me misit : quæretis me, et non invenietis* [61]. Nunc vadit, et relinquit mundum. Sed iterum ipse dicit : *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* [62]. Aderat ergo, et antequam adveniret, adest etiam postquam perrexit. Intuere ergo quemadmodum in mundo erat invisibiliter. Nam id videntibus apostolis, et nobiscum est usque ad consummationem sæculi : incorporalis enim natura locis non circumscribitur. Sed posteaquam assumpsit corpus, non ut recluderetur assumpsit : salvare enim venit, et non minus exaltare, et non humiliare (non quia non se humiliavit : humiliari enim dico, decidere eum a sua dignitate), sed potius abscondere suam dignitatem. Si enim ipse decidit ab eo quod erat Deus, nos non utique revocavit ad eam ex qua cecidimus. Salvare igitur venit Dominus, non tamen amittere quod habebat. Fecit bene ipse manens in quo erat (76), non natura excidens sua, sed misericordia utitur Patris. Quid ergo propositum erat nobis dicere, quod solum ei convenit dici? solum autem convenit dici, quia est Pater vere, est et Filius vere, est et Spiritus sanctus. Non otiosi sermones, non vacua verba, sed natura vera. Pater non natus, et solus non natus : et Filius unigenitus, et solus unigenitus est : Spiritus sanctus qui a Filio secundum Patris voluntatem mittitur. Vis autem edoceri quia hæc vere dicuntur (77)? Venit Dominus ad baptismum Joannis, et videbis qui est qui dicit, *Hic est Filius meus dilectissimus, in quo mihi bene complacui* [63]. Quis dicit hæc? utique Pater de Deo, qui videbatur ut homo. Qui dicit ergo, Pater est : de quo testimonium erat, Filius est : Spiritus in specie columbæ. Et qui ut homo apparebat, et qui in homine habitabat, et qui in corpore erat, testabatur et dicebat : *Expedit vobis ut ego vadam. Si enim*, inquit, *ego non iero, Spiritus non veniet : cum ego iero, rogabo Patrem meum* [64]. Non tamen me et alium advocatum mittet Pater ad vos. Qui vadit, et qui rogatur, et qui mittitur, non dii dicuntur. Unus enim est Deus a quo sunt omnia, et unus Dominus Jesus per quem sunt omnia. Sed unus Deus non natus, et unus unigenitus Dominus natus a Deo est. Si enim non natum et non natum dicerem, aut unigenitum et unigenitum; tunc asseverarem id quod non dicit Ecclesia. Quid ergo dicit Pater in Joannis baptismum? *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui* [65]? Sufficit a Deo et semel audire, sed non dicit semel. Siquidem et in monte cum fuisset Dominus transfiguratus præsente Moyse et Elia, eadem repetit et dicit : *Hic est Filius meus dilectissimus in quo bene complacui; ipsum audite* [66]. Nam et Joannes similia fatetur et dicit : *Qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit, In quem videris Spiritum venientem, hic est* [67]? Si igitur evangelista dicit, *Erat*; Baptista autem dicit, *Hic est* : et Spiritus testatur quia ipse est; et Pater demonstrans dicit, *Hic est*; et Filius dicit, *Ego sum*; et dæmones dicunt, *Tu es* : quæ procacitas ista est ut non credat? Aut enim Patri crede, aut Filio obedi, aut Spiritum consenti, aut cum prophetis concorda, aut cum legislatore confitere, aut certe cum dæmonibus noli negare. Illi enim dicunt : *Scimus te qui sis* [68], et non cessant confitentes. Quotiescunque enim nominaveris dæmonibus Filium Dei affixum cruci, trementes statim voce prima confitentur. Est enim Filius, et manet, et regnum ejus non habet finem. Sed finem habeat os illius qui dixit, quia regni ejus est finis. Pater enim qui genuit non pœnitetur de bona progenie, non devorat suum Filium. Invidemus fabulas gentium, et iterum easdem inducimus : non nos, sed qui ausus est Galata. Deus enim non vocem genuit sed Filium, non sermonem sed vitam, non dictum sed Deum. Apud Deum enim, non in ore Dei : ad dexteram Dei, non tamen qui in voce est. Judicem eum qui vivificat, verum lumen, justitiæ solem. Lumen autem non tale, quale et apud nos : nihil accipiamus visibile ad exhibitionem invisibilis. Non mihi isthic fontes adducas in medium : non solem et ejus lumen. Quæ enim per Filium facta sunt, non comparantur Filio. Hoc enim lumen non est solis, sed efficientia solis : hoc lumen non habet vitam, Filius autem vita est : hoc lumen non aperit oculos cæcorum, sed his qui creati sunt præbet videre. Sed ne quidem hoc a se, sed ab eo qui indulsit. Hoc lumen in tenebris non lucet : tenebræ enim eum non comprehendunt. De illo autem lumine dictum est : *Lumen in tenebris lucet, tenebræ eum non comprehenderunt* [69]. Hoc lumen non pascit, non transfert aquam ad vinum : hoc lumen non suscitat mortuos, sed otiosum est mortuis : et non quia commune est nomen, putas quia et communis natura est. Hoc lumen aut in primo die, aut cum sole in quarto, quemadmodum quis putaverit, die quarto est factum. Filius autem non in primo die, neque in quarto, neque in totum in die, neque in hora, neque in temporibus, neque in sæculis. Hæc enim per Filium, non tamen Filius in his. Non enim a communione hominum confundere debemus differentiam naturæ. Hoc lumen per illum lumen est. Non ergo comparemus insimilia aut similia (78). Neque fontes et meatus fontium, et rivos et fluvios, quia non defluit Pater, sed manet ut erat. Ipse est enim qui est. Neque passiones oportet adjungi impassibili Patri : quia non dividitur, non scinditur, non separatur, sed manet et generat. Generat autem ut ipsum decet nosse, et nos adorare. Noli dicere quemadmodum, neque quæras generationem illam quam nullus enarrat, nullus scit, nullus no-

[61] Joan. XII, 35. [62] Matth. XXVIII, 20. [63] Matth. III, 17. [64] Joan. XVI, 7. [65] Matth. III, 17. [66] Matth. XVII, 5. [67] Joan. I, 33. [68] Luc. IV, 34. [69] Joan. I, 5.

(76) Ms. *Facit bene ipse manens in quo erat.*

(77) Infra lib. II, sub init.

(78) *Insimilia*. Ἀνόμοια infra lib. II, post med.

A vit. Cede, et confitere infirmitatem tuam. Obumbret te Christus. Si enim tu quomodo natus es nescis, quemadmodum, qui de te ignoras, de Patre et Filio aut quæris, aut nosse te putas? Quid ergo non debemus confiteri Deum et Filium? Confitere ea quæ de Patre et Filio scripta sunt: et noli curiosus ea quæ non sunt scripta requirere. Dicitur, *In principio erat*, et quis audebit reprehendere? Si autem et reprehenderit te, semet ipsum lædit. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hic erat in principio apud Deum.* Et sæpius ista dicantur, et nihil conquæratur novi. Utinam autem solum legeremus! utinam solis Scripturis contenti essemus! et lis nulla fiebat. Si enim quis litigat, vel contradicit, jurgatus fuerit his quæ scripta sunt: non ad hominem litigat, sed ad Deum qui scripsit. Unde autem efficitur lis? cum ea quæ ex corde sunt proferimus. Puto enim quia nullus est ausus jurgari ad Deum. Ea quæ scripta sunt lege, et nullus jurgabitur. Pater statim ut dictus fuit Pater, requirit ista vox Filium. Dicitur Filius, et in eo ipso dum dicitur, Pater confitetur. Non enim vacua vox est Pater, sed exhibens naturam Filii. Non vacua est vox quæ dicit Filium, sed præcedens confitetur Patrem, non temporibus, non spatiis, sed dignitate et honore. Pater diligit Filium, diligit et diligitur. Unde lis ista est, non invenio. Illic pax, et isthic jurgia. Illic dilectio, et hic contentio. Si diligimus Patrem, imitemur pacem quæ illic est (79). Si diligimus Filium, non est dissensionis Deus. Nosti, doce: ignoras, edocere. Lis enim neque docet, neque docetur. Quod comprehendis, hoc quære. Invenisti, gratias age. Nosti, trade. Ego autem scio quia nescis. Unde scio quia ego nescio. Unde hoc quia ignoro. Verax enim est qui dixit: *Nemo novit* [70]. Secundum istam igitur vocem, omnis quicunque se dicit scire mentitur. Sed forte dicis, Dei sumus, et non scimus quantum et pertingimus: hoc solum quia est: non tamen qualis et quantum est. Quia igitur est, scimus; non tamen qualis. Non enim nostrum est mensurare immensurabilem: non nostrum comprehendere incomprehensibilem. Cum enim memoria de Deo est, mens religiosa intremescat: intremescat et lingua. Non quia durus Deus, sed supereminenti bonitate est timendus. Sol iste obscurat oculos, non quia obscurus, sed quia multum est clarus. Et Deus timendus, quia multum est bonus. Cogita apud te qui sis humilis. Non enim audisti eum dicentem: *Vos ex inferioribus estis, ego autem de superioribus sum* [71]? Nam quantum cœlum a terra distat, tantum et a nobis Deus. Et certe scriptum est: *Quantum distat cœlum a terra, tantum viæ meæ a viis vestris* [72]. Ut ad nos vox hæc dicta est bene! Non enim hæc est mensura distantiæ: quia neque comparamur, neque æquamur: neque in quo minus sumus. Non nos solum, sed nec angeli, aut archangeli, aut virtutes, aut dominationes, neque aliud aliquid, sed omnia relinquuntur (80) ab unigenito: ipse autem soli uni nato non cedit (81). Non sumus Judæi, confitemur enim Filium. Non sumus gentiles, quia non dicimus multos Patres. Non sumus hæretici, scimus enim Spiritum. Sed quid sumus? Sponsa viventis sponsi per Christum nos sumus. Si ergo nos qui per Christum sumus, putas quia ipse non est? ea quæ per ipsum sunt manent, et ipse finem habet ut quidam insaniunt? Non enim acquirit aliud quod non est: non assumit, sed et

B quod est abscondit: hoc enim significat, *Da mihi, Pater*: sed non aliquid novum petit: sed *quod habui*, inquit, *apud te, da mihi* [73]. Non enim habes, o Domine, quod habebas? Sed quia, inquit, absconsa est mea species: quia non apparet mea gloria. *Glorifica*, inquit, *tuum Filium* [74]. Et quid respondit Pater? *Glorificavi.* Si igitur glorificavit, quid quærit glorificari? Sed dicit Pater, *Et iterum glorificabo.* Si jam glorificasti, quomodo iterum glorificas? Num addes, quoniam ab initio genuisti? Non addo: sed et per corpus ostendo mei Filii gloriam. Genui, glorificavi, et iterum glorificabo. Palam, inquit, facio quod erat absconsum. Nam et Apostolus dicit: *Et superexaltavit eum, et dedit ei nomen quod est super omne nomen* [75]. Non mercede, ut pote

C obedientiæ. Scriptum enim est quemadmodum obedivit usque ad mortem, mortem autem crucis. Et ideo, inquit, Deus superexaltavit eum. Si quis autem dure legerit sermones, forte putabit istam superexaltationem mercedem esse obedientiæ. Ita putas, sed non te permittat ita sentire qui hæc dixit. Ait enim: *Qui ascendit, ipse est et qui descendit* [76]. Ergo exaltavit eum qui descendit. Non tamen a deorsum sursum adduxit. Sed eum qui descendit, iterum sursum assumpsit. Assumi dico, non quia mundus fraudabitur a præsentia unigeniti. Non potest mundus sine gubernatore salvari, non potest mundus stare si recesserit unigenitus. Sed forte dicis: Non sufficit enim Pater? Non quia non sufficiebat Pater, ideo genuit Filium: sed quia

D non sufficiebant ea quæ facta sunt sufferre non nati virtutem, ideo per mediatorem loquitur. Quare: qui (82) non poteramus propinquare non noto: per viam igitur hortatur, et per januam vocat, et per lumen adducit. Mediator autem Filius, et ponitur lex: mediator Filius, et loquuntur prophetæ: mediator Filius, et prædicatur Testamentum Novum et impletur Vetus: mediator Filius, et fiunt angeli: mediator Filius, et creantur archangeli: mediator Filius, et creator omnis naturæ, et gu-

[70] Joan. I, 18. [71] Joan. VIII, 23. [72] Isa. LV, 9. [73] Joan. XVII, 5. [74] Joan. XII, 28. [75] Philip. II, 9. [76] Ephes. IV, 10.

(79) Ms. *Quæ illis est.*
(80) *Relinquuntur.* Ἀπολείπεται, superantur.
(81) *Uni nato non cedit.* Legendum videtur *uni non nato cedit.*
(82) *Quare: qui*, f. quare? quia, etc.

bernator, et salvator. Non enim creavit et dimisit: quia non sine providentia sunt quæ sunt. Non est fatigatus faciens. Neque ut volatilia, ut pisces generant quidem, relinquunt autem. Et certe nec ista generant et dimittunt : sed habent diligentiam et pascunt. Si igitur ista ita, multo magis per quem creata sunt omnia, per istum omnia et gubernantur et pascuntur : non vacante Patre, sed annuente : annuente autem, non oculis, sed ut decet incorporalem, ita annuit ut ipsi decorum est. Filius autem agnoscit ut Filium decet : opera autem fiunt ut Pater vult, et Filius ministrat. Hæc nos oportebat dicere. Imo omnes ex Scripturis legere. Quis enim sum ego? quid habeo quod non accepi? Omnia enim ab uno, et per unum sunt; et quæ facta sunt, et quæ recte dicuntur. Quanta sane misericordia est Dei? genuit Filium, quia bonus est : creavit universa per ipsum, quia benefactor est. Erravimus et non despexit, cecidimus et non sprevit, sed misit Filium suum obedientem, ut salvaret hominem inobedientem. Misit sine peccato, ut revocaret eum qui peccaverat : misit Filium suum facientem placita; ut salvaret servum obedire nolentem. Misit justitiam, ut auferretur peccatum : misit vitam, ut mors moreretur. Misit qui a se, ut salvarentur qui erant ex homine. Misit eum qui ex Virgine, ut salvarentur ii qui ex muliere fuerant perditi. Misit in figura viri, ut salvaretur qui perierat vir. Cum latronibus figitur cruci, ut paradisus et latronibus aperiretur. Cogita dignitatem, et æstima magnitudinem gratiæ. Me enim ex muliere nasci, aut te, non supra naturam est. Manducare aut bibere, dormire et surgere, et in præsepio poni, nihil novi si homines ea quæ sunt hominum patiuntur. Quid autem novum, quid admirabile, quid præcipuum, quid nostrum debitum irrepensabile Deo? Qui misit Deus Filium suum, misit Pater Unigenitum, misit non natus progeniem, misit obedientem bonus, misit justitiam qui genuit. Cur misit? propter peccatores. Cur misit? propter Adam qui mandatum contempsit. Venit ergo qui obedivit ad hæc : et judicatur judex ob condemnatum : crucifigitur vita pro mortuo : coronatur spinis gloriosus: bibit fel, fons dulcis. Quid inveniemus ad repræsentandum? quomodo agemus gratias? Non sufficiunt linguæ nostræ, non ora, etiamsi fuerint mille. Non sufficimus nos, adjutores quæramus. Adjuvent nos angeli : nobiscum gratiam reddant et archangeli, ut et ipsi gaudeant. Si quidem et omnis creatura parata est. Parturit enim et ingemiscit et exspectat nostram salutem, ut et ipsa liberetur a dolore. Liberatur enim et sol ne ultra adoretur : et luna, ne ipsa calumnietur a deitate : stellæ etiam, ut non contaminentur hostiis : ut jam non male confletur argentum : aurum, ut non coinquinetur (83). Viri ut sese jam non incidant : mulieres ut non ad injuriam deludantur. Tauri, vituli, ut non varie comburantur (84). Vinum, ut non sine causa libetur. Terra, mare, ut non immutatis nominibus adorentur : omnis enim natura contaminata est : omnis creatura deificata. Sed non despexit is per quem et facta sunt. Venit enim qui contingeret sua : venit qui malum venenum auferret : venit ipsius vitæ medicamen. Mortuus est ut occideret mortem : condemnatus est ut condemnaret corruptelam. Coronatus est spinis, ut nos non haberemus spinas : suscepit maledictum per crucem, ut nos susciperemus benedictionem mundam. Non possum dicere quantum sapio. Non possum sapere quantum possibile est. Si sapuero quantum possibile est, non pervenio ut dicam quantus est. Inenarrabilis enim et incomprehensibilis Pater est. Talis autem et Filius ipsius Patris. Si enim ob sui misericordiam nos assumpsit, interimere eum debemus qui nos salvat? quid hoc mali est ita homines de Filio sentire? Maneat ut erat, et in corpore et in præsepio : nihil humile de eo sentias, qui te exaltavit, nihil abjectum aut incongruum. Noli spernere Salvatorem tuum. Si quidem etiamsi verbo eum humiliare volueris, natura non transfertur ad tuam linguam. Si autem et abnegaverimus eum, ipse fidelis manet et negare se non potest : hoc est, a propria natura non excidit. Iste nobis Pater non natus est, unus solus non natus, non ab alio, nec ex alio. Sæpe dico eadem. Siquidem et Joannes qui de Filio dixit *in principio erat*, non tacuit, sed frequenter ait, *Erat*. Quid enim aliud et deberet dici? Domus Dei? quodcunque dixerimus est, quod non de Filio est : alienum (85) a die est. Spiritus in medio nostrum est : si non spiritalia locuti fuerimus, contristamus spiritum in quo signati sumus. Gloria Dei, veritas Dei, non quærit a te laudes, sed nec ab angelis. Non dico ut a te, sed quærit a te ut agnoscas eum : prodesse enim ei potes, si eum agnoveris? aut lumini prodest, cum vides? ut dicamus quia et Deo prodesse potest. Deus enim vult te agnoscere se. Cognitio enim Dei æterna vita est; non Deo, sed his qui cognoscunt. Ita enim et Dominus pronuntiat. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* [77]. Verus Deus est Pater in eo quod non natus est. Verus Filius est in eo quod est unigenitus. Non enim mendacium genuit verus. Sed verus Pater Deus non natus : verus Deus Filius unigenitus. Nam et illud quod dictum est : *Solus habet immortalitatem* [78], verum est. A semetipso enim solus habet. Sed sicut Pater vitam habet in semetipso : ita et Filio dedit vitam habere in semetipso. Unus ergo non natus, et unus unigenitus, et unus Spiritus san-

[77] Joan. XVII, 3. [78] I Tim. VI, 16.

(83) Ms. *Confletur argentum, aurum, ut non coinquinetur.*

(84) Ms. *Ut non vane comburatur.*

(85) *A die est.* Forte *a Deo est.*

ctus. Hæc dicit una Ecclesia : hoc consignatur in uno A baptismo : hæc scripta sunt in sanguine martyrum, et ante martyres in sanguine Christi. Nec spernas ejus sanguinem quod tui propter effusus est (86). Effudit enim suum sanguinem Dominus ut salvareris, et tu audes ea delere quæ per sanguinem sunt scripta? sed quod per sanguinem scriptum est, non deletur. Vide sane ne et tu de libro vitæ delearis. Adora unum non natum, et unum unigenitum, ne spernas unum spiritum. Adora Patrem, et salvabit te Filius : adora Filium, et suscipiet te per eum Pater. Confitere Spiritum, et impertit (87) tibi Filius Spiritum. Hæc dicantur, hæc cogitentur, hæc sentiantur. Ista enim est æterna vita. In his erimus sine lite, sine jurgio, sine contentione. Ad pacem enim nos vocavit Deus. Ipse enim Christus est pax nostra : In ipso vocati sumus. Quid dimissa pace lites assumimus? Non audisti eum dicentem : *Pacem meam do vobis, pacem meam derelinquo vobis* [79]? Suam pacem dat nobis Dominus, et nos jurgia e contra inducimus. Finis autem sermonis iste sit. Gloria uni non nato Deo per unum unigenitum Deum Filium Dei in uno Spiritu sancto, et nunc et semper et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

LIBER SECUNDUS.

Puto adhuc aures obstrepi meas a memoria beati B illius viri (88), qui illa religiosa frequenter usus est voce. Nam et aures vestræ adhuc bonum (89) illius vocis retinent. Puto enim me audire eum dicentem : *Unigenitus Dei Filius* [80]. Ecce enim (90) religiosa vox per os ejus semper promebatur. Memoria enim erat Unigeniti ad gloriam non nati Patris. Audivimus autem apostolum præcipientem honorari duplici honore debere presbyteros [81] : eos maxime qui laborant in verbo et doctrina. Qui enim pudicitiam colit, bonus est sibi : et qui jejunat, etiam si bonum faciat opus, tamen sibi : et qui miseretur, et sibi misericordiam parat, et ei cui præbet. Qui autem religionem secundum veritatem docet, et sibi viam æternam acquirit, et omnibus qui docentur. Non est præceptum apostolis ut pau- C peres pascerent, sed ut et ipsi pascerentur. Religionis ergo prædicatio major est a misericordia quæ fit ad homines : oportet enim primum nosse eum propter quem fiunt ea quæ fiunt, et ita facere misericordiam : unusquisque enim qui operatur, sibi acquirit opus : prædicatio autem veritatis hæc est, propter quam et Filius venit in corpore. Non dixit Dominus, Beati oculi eorum qui jejunant, sed videntium, inquit, ea quæ videtis [82]. Sed non ego nunc bonos actus accuso : sed sicut stella stellæ præfert gloria, ita et actus (91) actibus differunt honore. Summum enim et præcipuum, et primum fundamentum et radix omnium operum quæ fiunt, fides est vera. Dicit enim Dominus : *Ego propter hoc veni, et propter hoc natus sum, ut tester veritati* [83]. Ipse D Dominus reddens causam sui adventus in mundo, dicit quia ideo natus sum, et ideo veni in mundo ut tester veritati, et tu abnuis? Nam et Petrus beatus, beatus dicitur [84], non ob jejunium, neque ob aliud aliquod opus, sed quia Pater ei revelavit Filium. Et iterum Pater ubique de Filio testatur. Nam et in baptismo Joannis, et in monte nihil aliud proclamavit, nisi : *Hic est Filius meus dilectissimus, in quo bene complacui* [85]. Similiter et Paulus dum doceret dicebat : *Fundamentum aliud præter eum qui est positus nemo potest ponere, præter eum qui est Christus Jesus* [86]. Si igitur fundamentum fuerit salvum, sperat ædificatio bene proficere se posse : si radix fuerit sana, spes est fructus ex ramis accipere. Si autem infirme fuerit fundamentum, in periculo sunt ea quæ superponuntur. Aurum enim quod super fundamentum, et argentum, et margaritæ, et lapides pretiosi, et fenum, et stipulæ, et ligna ponuntur : nihil aliud significat in hoc loco, nisi quidem prædicationem per aurum et argentum et lapides pretiosos. Ea autem quæ præter veritatem sunt, igni utpote digna, feno et stipulæ et ligno comparavit. Non enim dixit Apostolus : Si quis non dederit pauperi, anathema sit. Non ista denego : sed quæ prima sunt, prima ; et quæ secunda, secunda. Primo condisce propter quem facis, et ita facito. Multi enim hominum pecoribus sunt similes : putant non esse necessaria quærere de his quæ possibilia sunt quærantur. Sicut ergo de his quæ possunt quæri, inertium est non quærere; ita de his quæ non necesse est quæri,

[79] Joan. XIV, 27. [80] Joan. I, 18; III, 18. [81] I Tim. V, 17. [82] Luc. X, 23. [83] Joan. XVIII, 37. [84] Matth. XVI, 17. [85] Matth. III, 17; XVII, 5. [86] I Cor. III, 11.

(86) *Tui propter.* Ἕνεκα σοῦ, iterum infra sub fin. lib. VI, *De eo quod ait Deus.*

(87) *Impertit.* Forte *impertiet.*

(88) *Beati illius viri.* Pamphili, ut Henr. Valesius censet; nos Agapetum potius putamus Eusebii decessorem, de quo Euseb. lib. VII *Hist.* cap. 32, de eodem beato viro infra col. 1063.

(89) *Bonum.* Valesius legit *sonum.*

(90) *Ecce enim.* Valesius legit *hæc enim.*

(91) Ms., *Præest gloria, ita et actus.*

audacia est quærendi. Quæ ergo debent quæri? quæ inveniinus in Scripturis posita : quæ autem in Scripturis non invenimus, non quæramus. Si enim oporteret nobis esse cognita, utique Spiritus sanctus posuisset ea in Scripturis : non sumus enim sapientiores a Spiritu sancto. Si dixerit Spiritus sanctus : *Generationem ejus quis enarrabit* [87]? noli quærere neque ab hominibus, neque ab angelis. Cur abnegavit Spiritus, dixit enim quia generationem ejus quis enarrabit? qui autem concedit Spiritus quærere, *Unus Deus ex quo sunt omnia, et unus Dominus Jesus per quem sunt omnia* [88] : quemadmodum autem Filius ex Patre, crede ei qui novit, ei qui noscitur. Sed tu quæris, et quis est qui promittat se nosse? omnis enim quicunque promittit se nosse, mendax est. Pronuntiavit enim Dominus, quod nullus norit nisi solus Pater Filium, et Filius Patrem. Sed dicit quidam : Ignoramus ergo quia est Deus, et quia non natus est, et nescimus quia et Filius et unigenitus est Filius? Quomodo autem nescimus quia natus est? quia autem est, omnis clamat Scriptura : quemadmodum autem est, et quantum est, nulla valet natura dicere, neque de Patre, neque de Filio. Qui enim dixit : *Nemo novit Patrem, nisi Filius* [89], ipse dixit quia *et Filium nemo novit, nisi Pater* [90]. Quemadmodum enim capiunt ea quæ per Filium facta sunt, nosse eum per quem et facta sunt? Si igitur imaginem non nati natura non pervenit nosse, quemadmodum ipsum principalem (92) comprehendere quis potest ut norit? Sunt itaque quædam nobis dicenda, sunt et quædam silentio colenda. Sunt quædam in cogitatu movenda, sunt quædam et veneratione non movenda. Sunt de quibus convenit sapi : sunt et de quibus oportet paveri. Sunt quæ possunt lingua interpretari : sunt et quæ possunt religiose taceri. Dicito sane, Unus Deus a quo sunt omnia, et nullus poterit reprehendere. Si autem et reprehenderit quis, non te sed eum qui scripsit. Si autem et Paulum qui scripsit audet quis reprehendere, non Paulum, sed eum qui semper in eum (93) locutus est Christus reprehendit. Si autem Christi verba reprehendere quis fuerit ausus, ipse dixit Christus : *Quæ ego loquor non sunt mea, sed Pater qui misit me, ipse loquitur per me* [91]. Etenim neque gentiles sumus, neque Judæi, neque hæretici. Gentiles enim non sumus, quia non dicimus deos. Judæi non sumus, quia et Christum Deum confitemur. Hæretici autem ideo non sumus, quia confitemur istum esse qui venit, quem præveniens Vetus Testamentum per prophetas prædicavit venturum. Si quis enim noluerit litem, opus non habet. Est quædam dubitatio inter fratres : primo cum charitate quæratur, ut inter fratres. Non enim dissensionis est Deus aut iræ, sed pacis [92] : quia et nos in pace vocavit, non tamen ad litem : pugna non docet, sed incitat magis : iis non monet, sed flammam accendit. Contentio autem equis convenit, non tamen Ecclesiæ Dei. Qui novit ea quæ possibile est scire, doceat cum modestia eum qui ignorat, non tamen incitamento : incitamentum enim et ad ea quæ aperta sunt contentionem parit : non ita periclitemur, sed tute loquamur. Si quid scriptum non est, ne quidem dicatur : si quid autem scriptum est, ne deleatur. Non sumus enim auctores, sed discipuli. Non quæ volumus, sed ea quæ legimus : non ea quæ ex corde sunt, sed ea quæ a spiritu in Scripturis sanctis sunt posita. Quis enim es tu qui dicis aut qui audis? vult aliquis Christum honorare; ut vult ipse Christus, non tamen ut tu vis. Si autem præter id quod vult honoraveris, honor tuus ad contumeliam convertetur. Si interemeris ejus Patrem, non honorasti progeniem. Si interemeris Filium, non dimisisti Patrem in honorem. Si enim non dixeris patrem Patrem, et Filium Filium, neque Patrem neque Filium confiteris. Qui enim hæc dicit, sine Deo est. Si enim Pater non est Pater, ipse enim Filius ut ais; iterum Filius non est Filius, ipse enim et Pater Pater est ut dicis (94). Sequitur periculum, ut neque Pater Pater sit, neque Filius Filius, et quid tenebimus? Sed Pater Pater vere est, non vacua vox sed natura veritatis. Non vanus sermo, sed verus Deus. Non qui dicitur, sed is qui est : non ex his quæ dicimus fingitur, sed quod est agnoscitur. Pater enim neque ex alio, neque per alium, neque aliud, sed ipse est qui est. Forte enim et ex semetipso et per semetipsum; nobis quodammodo conveniens est sermo ut dicatur. Necdum tamen illa interpretatur natura. Nos enim ut non taceamus ideo dicimus. Quid autem est Deus non interpretamur : quid enim horum interpretatio est Dei, sine initio, non natus, immortalis, incorruptus, immutabilis, immobilis, inaccessibilis, inenarrabilis, incomprehensibilis? Per hæc ergo omnia non est dictum quid est, sed quid non est : velut si quis interpretari non sufficiens quod est lumen, dicat quod non est tenebrosum. Dicere autem quod tenebrosum non est, non solum non exhibuit naturam luminis, sed et magis ipsarum tenebrarum naturam negavit. Immortalis enim dicitur, quia non morietur, et incorruptus quia non corrumpitur. Non natus, qui initium non habet. Hæc omnia non quid est Deus dicit, sed quid non est. Ita per ea quæ dicimus sine interpretatione eum confitemur. Si dixerimus eum fontem veritatis, nomen veritatem non exhibet. Sed quia non habemus quod dicamus, ex his quæ habemus dicamus, mutuati alienis nominibus (95) utimur : fons enim agnoscitur unde est, Deus autem non habet unde; et fons

[87] Isa. LIII, 8. [88] I Cor. VIII, 6. [89] Matth. XI, 27. [90] ibid. [91] Joan. XII, 49. [92] I Cor. XIV, 33.

(92) *Principalem*, ἀρχέτυπον.

(93) *In eum*, pro *in eo*. II Cor. XIII, 4: *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus?*

(94) Ms. *Et Pater est, ut dicis.*

(95) Ms. *Mutuatis alienis nominibus.*

meatus supra meatus effundit, Deus autem in eo ipso quod est manet : neque enim vox conveniens invenitur, neque comparatio perveniens ad illam naturam : sed ut non taceamus colligentes quæ habemus; cum autem omnia dixerimus, tunc confitemur quia quæ dicimus nihil differunt a taciturnitate. Pater ex eo agnoscitur figura quod est non natus. Unus enim est ipse, qui non est ab alio : unus est qui ex eo quod non natus est agnoscitur. Non frater ei, non Pater Patris, sed singularis natura est : et in ea quod non natus est, vere solus ostenditur, non natus Pater : ab hoc sane non nato manente quod est indivisus, inscissus, impartitus, impassibilis, unigenitus est Filius natus : neque alius est non natus, neque alius unigenitus; sed unus non natus Pater, et unus unigenitus Filius. Hæc non nos extollunt, memoria illius beati viri. Utinam autem ita possim dicere, ut vobiscum semper ab eodem audiebam. Sed ea quæ nunc dicuntur, illi placita fuisse videntur. Gloria enim est proborum servorum vera de Domino dicere : et honor eorum patrum qui bene docuerunt, si repetantur eorum doctrinæ. Unus igitur est non natus Deus : serva (96) non natus cum Patre, et non habebis in anima confusionem : serva unigenitus cum Filio, et non turbaberis, neque jam eris incertus quemadmodum Deus et Deus, et non Dei. Quia enim retines unus Deus non natus, et unus Deus unigenitus; ideo non dii, quia neque non nati, neque unigeniti : serva figuram non nati, et confitere figuram unigeniti, et nulla turbela est in medio, non lis, non contentio, non jurgium. Pater non sibi ascribit Patrem : Filius unus sibi ascribit Patrem : Pater a nullo est, Filius ab uno est Patre. Non suscipiunt hæc litem, aut habent dubitationem : *Ut cognoscant te solum verum Deum* [93] : non quia non vere est unigenitus Filius Dei, sed quia a semetipso, et ex semetipso, et per semetipsum, si tamen ita dici debet : fons et principium omnium bonorum est Pater, qui genuit talem bonam progeniem. Bonus enim Filius est, sed cedit bonitatem suo genitori, non mentiens sed sciens unde est. Sine principio : principium autem dico non temporum, non sæculorum; hæc enim per Filium facta sunt, et non cum Filio nata : non tantum enim non ante Filium, ut si aliter quid introducere cum Filio volueris, non salvabis unigenitum, sed sicut Pater solus non natus est, et si dixeris Filium non natum, periclitaris de eo quod dicis : ita si quid computaveris cum unigenito, quid loqueris ignoras. Unus enim est non natus, et noli quærere alium non natum : unus unigenitus, et noli quærere alium Filium, ne interrumpas unigenitum : unigenitus enim non est unum ex cunctis, sed per

A quem sunt cuncta. Non est unum ex omnibus, sed per quem sunt omnia : ipse a Patre habet quod est hæres : non est ex hæreditate. Consessor non est ex angelis qui adstant, neque ex archangelis : judex omnium non est unus ex his qui judicantur. Ne attrahas naturam quæ non accedit, neque pervenit. Quem ex hoc debemus nosse; quia unusquisque ex his quæ dicit, aut sibimetipsi prodest aut lædit. Res enim ex nostris sermonibus non transferetur. Quia igitur Judæi non confitentur Filium, non ideo non est Filius. Judicabit enim eos qui non confitentur eum : quia quidem novum istud sacrilegium introduxerunt dicentes, eumdem ipsum esse Patrem quem et Filium : neque Patrem Patrem dicent, ne-
B que Filium Filium : sed secundum ipsorum sacrilegium nihil prorsus. Si enim Pater non est Pater, quia ipse est et Filius, ut ipsi flagitantur; et Filius non Filius, quia ipse est Pater : prope est ut dicant neque Patrem esse, neque Filium : ut unum enim faciunt quod non fit. Quis enim poterit audire ipsum se sibi esse Patrem? quis poterit Patrem ipsum se sibi esse Filium? Si enim voluero mutare vocem meam, non mutatur vestrum propositum. Nonne putatis me aliena loqui? Dicam ergo Pater non Pater, et Filius non Filius. Nam et si dixero, ipse sibi est Pater, et ipse sibi est Filius; nonne insaniam statim significant sermones mei? sed me non tantum moveant adversum eos qui dixerunt, quantum movet et adversus eos qui patiuntur : calumniantur enim
C ab iisdem et Scripturæ. *Ego* : tene Ego, et serva conjunctionem : *Ego et Pater unum sumus* [94]. Non tamen non sumus. Contraria enim importunitate plena sunt. Filius dicit, Ego; ille dicit, Non ego: Filius dicit, et Pater; ille dicit, non Pater. Unum, inquit, sumus; et ille contra, non sumus. Aut quid scriptum est? aut quid delemus? aut quid legimus? aut quid agnoscimus? Ego in Patre et Pater in me. Non tamen quia neque ego, neque Pater : quemadmodum autem Pater in Filio, et Filius in Patre, maxime quidem cur audes quærere? is enim qui (97) est in eo qui est, non quia non est ἀνυπάρχει : an quia non est Pater ut sit in Filio ἀνυπάρχει? neque non est Filius qui est in Patre significat. Siquidem et apostoli duodecim unum sunt, et septuaginta, et
D quingenti, et tota Ecclesia unum. Et ne putes me ad humana deducere divina : sed utimur comparationibus cum indulgentia apud fratres, et maneat Deus ut est. Tamen si dixerimus quemadmodum omnis Ecclesia quæ ubique est, unum corpus est; nullus reprehendat : quia non mentitur Deus qui dixit : *Ego in ipsis, et tu in me* [95]. Non quia abnegationem Patris irreligiosi sermones docent, neque quod non sit is qui genuit, neque spretionem ejus

[93] Joan. XVII, 13. [94] Joan. X, 30. [95] Joan. XVII, 23.

(96) *Serva*. Τήρει, *observa*. Aut etiam *tuere*, *retine*. Supra lib. I : *In principio erat*, *serva quod erat*, etc.

(97) *Is enim qui*. Videtur hoc velle : *is enim qui est in eo qui est*, *non ideo* ἀνυπάρχει, *hoc est*, *non ideo non subsistit*. *An ideo Pater* ἀνυπάρχει, *non subsistit*, *quia est in Filio? Igitur neque Filius* ἀνυπάρχει, *non subsistit*, *quia est in Patre*. Respicit ad illud Joan. I, 18, et XIV, 10, 11 : *Pater in me est*, *et ego in Patre*.

qui est genitus. Sed si non est Filius, et quomodo sunt ea quæ per Filium facta sunt? Non est Filius: et quæ est spes? Non est qui judicat: et quemadmodum judicium? Non est qui coronat: et quomodo labores? Est unus quem nullus genuit, et unigenitus quem unus genuit. Genuit sane impassibiliter: non ut nos, sed ut ille: non ut plantæ quæ apud nos sunt, non ut fontes, non ut sol: nihil enim horum quæ hic sunt, interpretari illam generationem possunt. Omnem enim turbelam humanæ comparationes faciunt, cum accipimus non similia ad interpretationem eorum quæ interpretari non possunt. Ideo lites, ideo pugnæ nascuntur. Si autem tacuerimus ea quæ supra vocem sunt, et dixerimus possibilia, cessabit bellum. Quid ergo dicemus? *In principio erat Verbum.* Quis adhuc poterit jurgari? Nam et si jurgatur, non tibi sed Joanni, et pectori Domini a quo hausit Joannes. Quid relinquis ea quæ sunt sine periculo, et in fluctibus tempestatum periclitaris? Noli dicere tua, et nullus te arguit. Dicito quæ scripta sunt, et nullus te reprehendit: etiamsi reprehenderit, semetipsum potius, et non te. Qui enim divina reprehendit, divina quidem non delebit; semetipsum alienum a divinis constituet. Dicito, *In principio erat Verbum,* et relinquuntur tempora. Dicito, *In principio erat,* et deficiunt sæcula. Dicito, *In principio erat,* et nihil cum ipso erat Verbum. Quia ergo *erat* dictum est, ne putes vocem: vox enim, *erat* non suscipiet: si quidem cum dicitur, tunc efficitur. Neque enim antequam dicatur est, neque postea quam fuerit dicta, *erat* habet. Quia ergo *erat,* non vox est, sed Verbum: quale Verbum? Si non dixit Joannes, quæramus: si autem dixit, quid quæremus? *Et Deus,* inquit, *erat Verbum.* Tu dicis vocem, Joannes autem ait, *erat Verbum.* Et si ille dixerit, *Et Verbum erat apud Deum,* tu dicis in Deo, et non *apud Deum.* Ut enim sit, non tamen ut cogitatus sit: neque iterum ut vox, sed Filius: vox enim habet fratres: mei enim qui dicuntur sermones prioribus verbis sunt fratres: unigenitus autem non suscipit fratres. Nam et si vocat fratres, nuncupationem donat. Si autem et cohæredes sumus, non naturæ sed gloriæ accipimus (98). Ad illam enim naturam neque pervenies tu, neque ullus perveniet. Sicut enim Pater eminet, et supra omnem naturam est quod est non natus: ita et Filius supra omnes habetur in eo quod est progenies vera Deus apud Deum, Deus ad dexteram Dei, Deus fortis, Deus quem unxit Deus. Agnoscitis prophetica verba (99). Quid ait propheta David? *Ideo unxit te, Deus, Deus tuus* [96]. Nam et fortis dictus est ab Isaia, et *Deus nobiscum* [97], cum ex Virgine. Non ergo cum ex Virgine tunc Deus, sed nobiscum tunc. Non primum ex Virgine, sed primum ex Deo. Ex Virgine enim propter dispensationem, ex Deo autem

A propter naturam. Ex Virgine in novissimis temporibus, ex Deo ante sæcula. Ex Virgine, cum hominibus; ex Deo autem ante omnes. Istic ergo et dispensationem confitere, et naturam delere noli, nec exstinguas tibi lumen (1). Si quidem et qui oculos claudunt suos, non lumen exstinguunt, sed ipsi lumine non fruuntur. Nam et si quis lumen verum non fuerit confessus, non illud delet, sed ipse manet in tenebris. Ita enim ipse Filius dicit: *Qui non crediderit in Filium, non videbit, sed ira Dei manet super ipsum* [98]. Quæ ira? illa utique quæ ab initio. Qui enim non confitetur eum per quem revocatur sententia, ipse adversum se ipsum revocat sententiam. Negotia enim separata habent naturam: nostri autem cogitatus accipiunt fructum, a

B veritate quidem vitam, a mendacio autem noxam et perditionem. Si quis enim percusserit caput suum ad petram, petra quidem ipsa manet, caput autem ab insipientia accipit plagam, forte autem et periculum. Dicit sane et Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter eum qui est positus Christus Jesus* [99]; et iterum: *Petra autem erat Christus* [1]. Si ad istam petram caput percusseris tuum, scissum est quod volebas: si autem confessus fueris lumen, habebis quod confiteris. Si enim apostoli quibusdam quidem odor mortis ad mortem sunt, quibusdam autem odor vitæ ad vitam; si illi qui per Christum sal sunt, et qui per Christum luminaria efficiuntur, ad mortem et ad vitam his

C qui credunt et qui non credunt habentur: quanto magis is qui donavit hæc hominibus Christus? *Si quis,* inquit, *vos non susceperit, exeuntes excutite pulverem de pedibus vestris: tolerabilius enim erit terræ Sodomorum in die judicii, quam civitati illi quæ vos non suscipit qui a me missi estis* [2]. Si autem quis ipsum non susceperit Christum: quid si etiam non solum non susceperit, sed interimere voluerit? si ausus quis fuerit dicere, quia sine Filio est Deus, aut quia sine Patre est Filius? Hæc enim nunc quidam calumniantur dicentes, quia ipse sibi est Pater, ipse est et Filius, et non est Filius. Si enim Pater ipse sibi est pater, non est Pater, quia ipse sibi et filius est, ut aiunt. Ludimus in divinis: irrationabilia enim ista ne quidem parvi suscipiunt.

D De his sane sermonibus unum brevissimum infantem interroga, qui prima utpote voce qualitercunque cœperit loqui, et dicito ei: Pater tuus ubi est? Aut sicut consueverunt infantes patrem appellare si semetipsum ostenderit, arguit me infans: si autem parvulus statim ut fuerit interrogatus intellexerit quid quæris ab eo, eum qui se genuit ostendit: vide quid audis. Cum autem benedictus Filius, tenens panem, levat manus suas sursum, ut tuam mentem ad eum qui se genuit extollat, nosce Patrem, et cessa negare Filium. Si igitur Unigeni-

[96] Psal. XLIV, 8. [97] Isa. V, 6; VII, 14. [98] Joan. III, 36. [99] I Cor. III, 11 [1] I Cor. X, 4. [2] Matth. X, 14, 15.

(98) Ms. *Non naturam sed gloriam accipimus.*
(99) Ms. *Agnoscite prophetica verba.*

(1) Ms. *Ne exstinguas tibi lumen.*

tus dicit : *Pater, gratias ago tibi, quia semper me exaudisti : sed propter circumstantem populum istum dico, ut credant quia tu me misisti* [3]. Ista interpretatione non indigent : et sedemus ut insensati, et ludimus. Num semetipsum genuit Pater? num semetipsum misit? num semetipsum orat, et sibimetipsi gratias agit, et ipse sibi est Filius, ipse sibi est pontifex, ipse sibi est agnus, ipse sibi est via, ipse sibi est janua? Et quis hæc, etiamsi sit insipientissimus, patietur? Num una vox est ut circumveniamus, una est littera ut deleamus? Dicit enim iterum Dominus : Ecce *ego diligo Patrem meum* [4], *ego honoro Patrem meum* [5], *opera quæ ego facio ille facit, Pater meus quotidie operatur et ego operor* [6], *si creditis in Deum et in me creditis, vado ad Patrem meum* [7]. Gratias agit, orat, viam semetipsum vocat, ut agnoscas ad quem vadis : januam semetipsum dicit [8], ut agnoscas ad quem ingredieris : *Pater*, inquit, *meus agricola est, et ego vitis* [9] : vitis et agricola unus est? Hanc comparationem Dominus dixit, ut ne quis me reprehendat. Ego autem volo ut me quidem omnes homines reprehendant : ego autem volo : Domini autem custodiant verba. *Descendi de cœlo ut faciam voluntatem ejus qui me misit* [10] : obedivit autem usque ad mortem. Sed quid nunc opus est Pauli? quanquam et Paulus non testimonio suo dicat; tamen quia ipse Dominus non auditur, ut quid de domesticis ejus est sermo? Vis sane honorare Filium, ut vult ille, non ut tu vis. Num si dixeris non est, honorasti, si interemeris quem non potuerunt Judæi? Judæi enim fabri filium eum putaverunt, et ut fabri filium interfecerunt; tu ut Filium Dei interficis. Sed tu morieris, non ille. Non enim ex his quæ tu dicis, ille non est : sed ex his quæ non credis, tu non eris. Quæ scripta sunt dicito, et derelinquetur lis. Non meum et tuum, sed quæ communia sunt Ecclesiæ. Quis enim te judicat? quid habes quod non accepisti? Non ista est vox Pauli qui ait : *Ex parte agnoscimus, et ex parte prophetamus* [11]? Hæc dixit Paulus, ne sane solus putaretur ex parte, sed et Apostoli cum ipso qui ait, *nunc videmus per speculum* [12]. Sed Paulus per speculum ; tu autem et istic jam vis facie ad faciem nosse. Quemadmodum sane eum interimis quem vides. Hæc (2-3) videbamus semper a beato illo viro. Sæpe enim dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem suo ista proferre, corde autem aliter habere. Et quidem memor vobis sum audisse me ab eo sancto nobis juramento satisfecisse, quia non aliud in lingua, et aliud esset in corde ejus; sed corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confitetur ad salutem : unde igitur

A omnis beatus audit, inde et nos universi audiemus. A Filio nihil audiat sponsa, quod non est sponsi sui. Si quidem non licet sponsæ alienam suscipere in auribus vocem, etiam si Paulus dicat. Sed ut non dubitaret sponsa de Paulo, ait ipse : *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus* [13]? Desponsavi enim vos, inquit, viro uni; non tamen populo, sed uni unigenito una sponsa. Amicus enim sponsi ille est qui gaudet de sponsa sponsi. Non est vidua sancta Ecclesia. Vivit enim qui pro ipsa est mortuus. Angeli non mortuum adorant : sed vita erat, erat, erat, et est, et non cessat esse. Neque enim cœpit a temporibus; neque cessavit in sæcula (4). Regnum enim ejus non habet finem; quia non temporale imperium ejus est, sed perpe- B tuum. Tempus enim resurrectionis est, et tempus salutis. Non moriamur ergo, cum debemus vivere. Sed nunc quidem paucis ob memoriam et honorem Patris illius nostri, ita boni, ita laboriosi, et pro Ecclesiis ubique vigilante (5) dicta sint nobis. Neque enim generis ejus; memoriam fecimus, neque educationis, aut eruditionis, aut alterius vitæ et propositi. Sufficient enim in Ecclesia Dei de Patre et Filio loqui (6). Loqui quippe dicibilia, tacere autem quæ occulta sunt. Tinguamur fratres in his quæ in Scripturis scripta sunt, non ut vacuæ litteræ prophetarum ut Judæis. Illi enim adversum se legunt; legentes enim litteras et non suscipientes negotium ex his quibus legunt (7), semetipsos con- C demnant qui excusant. Videte ne patiamur ea quæ Judæis increpamus. Si enim dicimus Filium, non confitemur autem Filium, et si agnoscimus Patrem, spernamus autem Patrem; illa ipsa quæ legimus, ipsa nobis in die judicii legentur ad condemnationem. Dicit enim Dominus : *Ego non judico* [14], sed sermo quem locutus est ipse eum judicat. Dixit tibi, quia *vado ad Patrem meum* Dixit tibi, quia missus a Patre sum; et tu dicis quia non est missus? sed ipse est qui hæc dixit, et tunc judicabit : leget tibi Evangelia, dabis rationem, dicet cur hæc scripta sunt? Hæc autem tunc non dixi per vocem. Et qua facie videbis illud lumen? Contenti simus veritate, excusemus lites. Si quis autem et novit aliquid cum patientia et non ad instigationem quæ lædit, sed cum D humilitate quæ prodest, non ut inimici, sed ut Christiani, non ut in circo, sed ut in Ecclesia. Habes aliquid : trade non cum lite, non quasi auctor, sed ammonens ea quæ didicisti a Scripturis. Retinete hæc, et cessabitis a lite, et ab Ecclesia separari nolite. Si ego deliro, quid ad te? si ego aliena loquar, me judica et perdere noli. Occasionem nolite quærere ad schismata. Ovis quæ ex-

[3] Joan. XI, 41, 42. [4] Joan. XIV, 31. [5] Joan. VIII, 49. [6] Joan. V, 17, 36. [7] Joan. XIV, 1, 28. [8] Joan X, 9. [9] Joan. XV, 1. [10] Joan. VI, 38. [11] I Cor. XIII, 9. [12] ibid., 12. [13] II Cor. XIII, 3. [14] Joan. VIII, 15.

(2-3) *Hæc videbamus*, etc. Henr. Valesius legit : *Hæc audiebamus semper a beato illo viro, sæpe enim ita dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem eum ista proferre*, etc.

(4) *Neque cessavit.* Forte *neque cessabit.*

(5) *Vigilante.* H. Valesius legit *vigilantis.*

(6) Ms. *Sufficit enim in Ecclesia Dei de Patre et Filio loqui.*

(7) *Ex his quibus legunt.* Græco more, pro *ex his quæ legunt.*

tra gregem est, pars lupi est. Nam etsi fortior ovis A es, expedit tibi infra parietes ovilis esse, quam foras. Fortis es, porta meam infirmitatem : infirmus es, accipe medelam a communi Ecclesia : gutta una torrentem non facit. Si enim et ceciderit, antequam cadat, a terra absorbetur. Gutta autem, et gutta, et gutta etiam montes evertit. Canna es fragilis, multi autem ferro sunt fortiores. Oculus solus non est oculus, neque caput caput, neque pes pes. Compositio enim membrorum totum bonum facit. Nam etsi esses oculus, ablatus, eras cæcus. A corpore enim sublatus oculus, cæcus est oculus, magis autem mortuus. In Ecclesia fratres sub alas matris conveniamus ; in Ecclesia in qua ornamenta sponsæ sunt, et membra Christi, non ad schismata, non ad hæreses. Aliquoties enim dico : offendit mea B lingua : potest fieri ut mens mea offendat. Sed tu noli : obliviscere (8) eum qui dixit : *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum*[15]. Ista enim domus non mea est aut tua. Cur mei causa recedis a Dominica domo? Et primo quidem quid accepimus nobis quia sapientiores omnibus sumus? Deinde ut quid quod in prece (9) diabolus habet, donamus ei? Si ego infirmus sum, tu qui es fortis, non recedens, confirma Ecclesiam. Si ego aliena loquor, cur tu qui bene loqueris abstrahis te ut videantur mea infirmari? Et ne quis me putet incitatum ad quosdam dicere : sed ab exercitio (10) sum multorum : scio quanta dicta sunt et dicuntur. Unusquisque enim quærens unde pascatur furatur (11). Minores : fratres : non faciamus conventicula, non speluncas. Forte enim apostoli hæc fundarunt. Non lapides dico, sed negotia rerum. Exis ab Ecclesia, et relinquis matrem tuam propter me. Quid sum enim ego, aut Paulus, aut Apollo quis est? De me et te erit sermo. Num ego crucifixus sum? Necdum ne quidem alapam accepi. E contrario autem, et honoratus sum propter Jesum. Et ille quidem multa passus est propter me ; ego autem honoratus sum propter ipsum. Et nos quidem feriamur adversus crucem, et adversum eum qui propter nos fel et acetum bibit, et imponimus ei spinas magis quam Judæi, et effodimus manus ejus et pedes, et dinumeramus ejus ossa : *Quæ enim*, inquit, *fecistis uni ex minimis istis qui credunt in me, mihi fecistis*[16], aut bonum aut malum. Hæc fratres et in his fratres : non semper nomina, sed res. Christianus enim verus, frater sit. Verus Christianus : verus est enim Christus. Fratres, fratres, nolite esse piratæ, nolite bellatores. Nolite quærere cum quo litigetis, sed quem salvetis. Ipse autem Deus pacis, qui non pepercit unigenito suo Filio, et misit eum ad salutem nostram, ipse omnium vestrum animas ad unam consensionem, ad unam concordiam, ad unam pacem et charitatem adunet per unigenitum suum Filium : per quem est non nato Patri gloria, honor, imperium, majestas in Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE RESURRECTIONE.

LIBER PRIMUS.

Dictum est quidem a nobis et ante de resurrectio- C ne; audistis et vos : sed omnia tempora exigunt suum fructum, siquidem et in tempore rosarum, rosæ florescunt. Agnoscunt autem et secundum Jeremiam[17], et hirundines tempus et alii passeres agri; quorum propheta faciens mentionem, increpabat Israel qui tempora ignorabat. Et tempus omni rei esse sapientissimus dixit Salomon[18]. Quia igitur tempus exposcit de resurrectione tractari, expetunt autem et quæ lecta sunt; forte etiam sæpe nobis dicentibus, necdum quidam de resurrectione susceperunt sermonem : nihil prohibet repetere nos et denuo, et de his ipsis tractare[19]. Eadem enim scribere nec Paulum piguit : hi enim qui credunt resurrectionis sermones, erunt tutiores : forte autem qui necdum suasi sunt, suadebuntur. Nunc creditur enim sermoni qui de resurrectione habetur; et magna est multitudo non credentium. Gentiles enim

[15] I Cor. vi, 20; et vii, 25. [16] Matth. xxv, 40. [17] Jer. viii, 7. [18] Eccle. iii, 17. [19] Philipp. iii, 1.

(8) *Noli : obliviscere*. Forte *sed tu noli obliviscì*.

(9) *In prece* Ἐν εὐχῇ, in voto, in optatis.

(10) *Ab exercitio*. Id est, ex ministerio meo mea oratio ad multos pertinet.

(11) *Furatur. Minores*. Forte *furatur minores*, id est, adducit per fraudem e sinu Ecclesiæ parvulos in fide, sibique adjungit, unde alatur : quales ii de quibus Judas apost. 12, *Semetipsos pascentes*.

non credunt; hæretici simili modo iisdem non habent fidem; Judæi divisi sunt de resurrectione. Sadducæi enim intercipiunt (12) resurrectionem, Pharisæi autem suscepere : nisi magis in injuriis petierunt, quam honoraverunt : forte autem et qui in Ecclesia conveniunt, multi dubitant de resurrectione; quæ enim necdum oculis videntur, a plurimis non creduntur. Nam et ii qui suscipiunt resurrectionem, constituti utpote in Ecclesia, multa habent dubia in mente de ipsa resurrectione. Aiunt enim, quomodo resurgemus? in quo habitu, qua conversatione, in quo loco? nudi an vestiti? manducantes? non indigentes esca? in cœlo, in paradiso? omnes simul, an alii alibi? Quæ diversitas? utrum in locis, aut in dignitatibus? Et de his qui puniuntur utrum et semper, aut tempus aliquod, et utrum semper per ignem, aut aliquando aliter? Et utrum qui plura, et parva, et qui multa peccavèrunt, semper habebunt pœnam? Et si videbunt se invicem, aut secundum eminentias alii in alio loco punientur. Et utrum qui puniuntur si semetipsos videbunt (13); et si justi eos, qui in pœnis sunt : et si ii qui in pœnis sunt, justos conspiciunt? Et mille sunt quæstiones de proposita resurrectione. Tantis igitur propositis quæstionibus, et tantis non credentibus, et tantis dubitantibus; oratione opus est, ut ipsius resurrectionis Dominus, et impensius quidem tribuat sermonem dicenti, intellectum autem audientibus. Siquidem et iis quæ dicta sunt aliud unum est commune vitium, quod jurgatur adversus resurrectionem. Multi enim sunt qui peccant, pauci autem qui se custodiunt. Illi igitur qui delinquunt, nolunt esse resurrectionem, ut non incurrant in pœnas; sed suam voluntatem decreto resurrectionis opponunt, et resistunt Deo. Quia enim volunt a negotio liberari semel morientes, nolunt in totum esse resurrectionem, ut non habeant causam, neque rationem vitæ præstent post mortem judici Deo. Ergo jurgatur et horum voluntas decreto resurrectionis : quia igitur tanta et talia sunt quæ quæruntur, oratione opus est, ut victor superet universos. Non ignoramus autem et illud, quia multi putaverunt Deum nihil amplius posse quam nos. Incerti sunt enim et movent et adducunt in medio istiusmodi quæstionem. Mortuus est, inquit, qui mortuus est; et illam quidem partem ejus aquila manducavit aut vultur. Forte autem non patiuntur aquilæ istiusmodi humilitatem. Aliam, inquit, accepit canis, et canem ut puta sæva bellua manducavit : aut aliud aliquod animal, et istud animal interfectum, combustum est, aut certe obputruit, aut ipsum ab alio quodam comestum est, fieri enim hoc potest; tanta, inquit, successione facta, et casu eorum qui mortui sunt ab alio in alterum, quomodo, inquit, potest Deus invenire initium? tanquam de figulo aliquo, aut de quodam ar-

A tifice qui apud nos est, humile loquatur. Et non cogitant quantum interest inter Deum et homines mortuos. Gentilium igitur multi semel providentiam in his omnibus ejicientes, et a Deo vivo semetipsos fraudantes, ausi sunt dicere, quod et repetere tutum non est. Illi enim sine Deo agentes spem resurrectionis interimunt. Qui enim eum qui suscitat negant, difficile est ut confiteantur resurrectionem. Sed relinquamus horum importunitatem, ut a pueris convincantur. Nec enim ad omnes certare nos par est, neque ad omnes jurgari; siquidem nec ad insanos consuevimus de cogitationibus sanis loqui : qui autem imprudenter ita jurgantur, non ad nos, sed ad ipsum ordinem officiorum, et ad opificia quæ jussa sequuntur, ad solis scilicet cursum, ad im-

B mutationem lunæ, ad stellarum choros, ad translationem horarum (14) quæ per annos effici consueverunt, ad officium maris, ad terram, ad aerem, ad pluviam, et ad omnia quæ sequuntur, ad officia ætatum, ad hominum, ad animalium, ad avium diversitates, ad vultuum, ad specierum habitum, ut sit unicuique conveniens esca, membrorum partes, dentium numeri, ungularum mensuræ, capillorum officia, compositio membrorum : hæc omnia silentio clamant opificem, et provisorem omnium Deum. Quia igitur ista cæci non viderunt, per ea quæ videntur invisibilem : stultum est de coloribus jurgari ad cæcos : quid enim efficacius est Dei providentia? quid autem breve quod putatur non in se

C æqualem a majoribus invenietur habere providentiam? Cur enim formicarum salvatur genus in similitudine? cur apium et operationes in commune redduntur, et habita minimis in substantia? quæ quidem et in volatu, et processu, et regressu, et in opere consentiunt sibi. Quis fecit mel? utique qui constituit medicinam, quæ eo ad medelam utitur hominum. Quid enim non plenum est providentia? quid non clamat provisorem Deum? Nonne herbæ, quæ utilitatem præbent medelis? nonne pisces e mari producti, quidam quidem ad escas, quidam autem ad curas? Nonne lapides incisi, ut alii quidem utiles sint ad ædificia et tecta et operamenta, alii necessarii ad corporum sanitates, quia et infirmantur? Nonne escæ aliæ aliis succedentes, et aliæ cum aliis

D insequentes, ostendunt præparatorem Deum? Nonne secundum uniuscujusque habitum animalis mensuræ, magnitudines, compagines, membra sunt data, et unumquodque ad suam necessitatem et virtutem accepit? Equis enim velocitas data est, ut insequantur et fugiant; aliis animalibus fortitudo, ut sensim portarent pondera sibi imposita. Et mensurata est unicuique virtus, potentia, magnitudo, conveniens esca, et ipsis animalibus propria salus, quæ gustare deberent, et a quibus se abstinere : homini autem et ab aliis animalibus irrationabilibus usus est da-

(12) *Intercipiunt.* Infra col. 1075 A : *Si interceperimus resurrectionis spem :* et supr. lib. I, paulo post initium : *Filius Verbum dictus non intercipit Deum.*

(13) Ms. *Et iterum qui puniuntur, si semetipsos videbunt.*

(14) *Horarum.* Ὡρῶν, tempestatum.

tus, et a plantis et ab arboribus, a lapidibus, a mari A sit a terra: undique enim constitutus est veluti in uno corpore mundus conjunctus sibi. Et unumquodque quidem quod factum est, propriam habet naturam et salutem; plurima autem quæque in se necessaria continet. Denique sol positus quidem est in suo loco, habet autem propriam magnitudinem, et possidet acceptum suum fulgorem, et illuminat ea quæ in terra habentur, fovet et calefacit. Et nunc quidem longius abscedens, cedit confectioni hiemis, ut statutum est; nunc autem iterum revocatus, et ad mensuras accedens, non subito nocet; exussisset enim omnia, si subito ad ea spatia quæ dimiserat recurrisset; neque iterum non illuminans intermisit, ut fructus non coquerentur; neque advenire ad impetum subito currit: at mensuræ et recedenti et re- B currenti sunt datæ. Non conjunguntur dies noctibus habentes solem; si enim hæc ita essent, arsissent omnia. Sed sol quidem per diem fovet, ros autem nocturnum consolatur ardorem. Et mensura a terra sol distat, ut neque propinquans noceret, neque longius distans frigori cederet. Mensuræ igitur his quæ in cœlo sunt ad ea quæ in terra habentur; nec non et quæ in mari ad terram, et diei ad noctem, et hiemi ad æstatem. Et non tanta eloqui possunt, quanta universa natura proclamat. *Cœli enarrant gloriam Dei, opera autem manuum ejus annuntiat firmamentum* [20], dicit Propheta. In alio autem psalmo a sursum usque deorsum omnis creatura dinumeratur. Et certe et ipse qui dicit, *Cœli enarrant gloriam Dei*, non loquentiam audivit. Ait enim *non* C *esse loquelas, neque sermones* [21]: tacentium autem eorum in omnem mundum exiisse sonum eorum ait. Quia igitur per tanta quæ diximus et tacuimus, ipsa rerum negotia clamant, et providentiam prædicant Dei; rationis non est ad eos qui præscribere naturam volunt, et visibilia non videre, nosmetipsos protendere. Sed ab illorum quidem irreligiositate transire jam tempus nos admonet, properare autem ad aliam, ne videamur et contaminari inspicientes eos, qui non vident. Tantum autem addi oportet, quia confessa providentia consequens est adesse resurrectionem, quemadmodum consequens et necessaria est resurrectio. Sine causa justitiam colit justus? sine causa pudicitiam amat pudicus? et qui D providet his quæ sine anima sunt, arboribus et plantis, Deus, invenitur rationabiles animas negligens? et qui providentiam suam formicis impertit, et ostendit eas quæ non habent rationabilem sensum, sibimet consentire, et imitationem concordiæ habere; si tamen et oporteat dici consentire sibi ea, quæ non habent sensum; quia igitur et formicis providet Deus, et dedit eis et receptacula terræ et concordiam, omnium licet sint natura infirmiores, tamen eis, quæ videmus, donavit: de bobus autem secundum Apostolum pertinet ad Deum [22], et de nobis ei non pertinet? quemadmodum autem pertinet, si similiter moritur justus, et impius? Is enim qui aliena rapit, fruitus est quæ diripuit (15): qui autem sua amisit, abiit gemens non habens spem? Sed non est iniquitas apud Deum. Si enim non est spes resurrectionis, et solatium illis qui istic nocentur, et merces his qui sua istic spargunt, magna iniquitas est apud justum. Si enim æqua redduntur omnibus, jejunanti et ebrioso, libidinoso et pudico, rapienti et donanti, occidenti et ei qui occiditur, et ei qui martyrium tollit (16), ubi virtus est providentiæ? In præcipuis enim si defuerit, non erit utilis neque in minimis. Sed non sit sacrilegium istud admittere quemquam: sive enim gentiles sunt qui adversus resurrectionem augent nobis rationem, qui volunt ratione se agere cuncta, qui sunt irrationabiles: quemadmodum Deo justitia salvabitur? istic enim videmus nonnunquam perverse negotia geri, ut illos quidem qui cantant putemus bene habere in mundo: alios autem, qui diripiunt et ditantur, lætari et sanos esse corpore, forte magis iniquos quam justos, et nonnunquam melius corpus habere, et filios quamplures, et hos incolumes, et mulieres cum viris lætam degere vitam, et servorum multitudinem eis esse, et opum et possessionum, et condita multa substantia larga, quam et transmittunt ad filios: justi autem gemunt, et cum mœrore degunt in mundo: et ubi est justitia quæ a Deo est? Et si quidem ad Judæos sit sermo, quid profuit Abrahæ, ut promissionem quidem acciperet, ad promissiones autem non perveniret: quique patrem quidem amantissimum, matrem quidem dilectam, patriam in qua est educatus reliquit propter præceptum? Scitis autem et vos quanta pernicies sit consuetudinis sustinere recessum. Adveniens autem ad terram repromissionis, circumibat ut peregrinus et advena, desiderans satiari aqua, cujus ipse fons, puteus erat adinventor, qui ei fructus ex promissione provenit? Tormentum enim ei erat ipsius promissionis adventus: videre enim promissionem, non permitti autem eadem frui, magis ad blasphemiam adducebat, sed non Abraham. Abraham enim addens et non perfruens ut mensa apposita, et prohibitus degustare etiam ex his quæ exsuperaverant, ita dimissus gratias agebat. Quid ergo profuit illi? Sed quia filium habuit; post quanta tormenta, post quantas orationes? Servi Abraham habebant, et Abraham desiderans non habebat: sed conjugem habebat, et istam honestam, quæque ab eo ablata est, et valde amare, non interficiens, et mutans locum (17) et locum, perseveravit. Dicant ergo Judæi quæ provenerint Abrahæ ex promissione in præsenti hac vita, ut abscidamus eorum spem resurrectionis. Sed habuit filium. Quando? Circa centesimum annum datus est ei filius, tormentorum potius ejus et precum. Quia enim habuit et bonum filium, et lætatus in dono est,

[20] Psal. xviii, 1. [21] ibid. 4. [22] I Cor. ix, 9.

(15) Ms. *Fruitus est quæ diripuit.*
(16) Ms. *Et ei qui martyrium colit.*
(17) *Locum.* Τόπον ἐκ τόπου ἀμείβων.

putas accipiens filium sine tentatione de cætero mansit? et non ipsa pulchritudo filii, ipsa sapientia, ipse intellectus, et ea quæ in eo erant bona, et quæcunque habebat ut donum Dei, amariora tormenta operata sunt patri? quid enim dicit ei Deus? qui dixit (18) donavit ei filium : *Abraham, Abraham, accipe filium tuum Isaac, quem diligis unigenitum, et offeres eum mihi in uno montium, quem tibi dixero* [23]. Si interceperimus resurrectionis spem (19), statim habet dolorem, statim habet mœrorem Abraham. Noli enim quærere si non est occisus Isaac; sed ex quo proposuit pater, mortuus est patri Isaac. Putas quia et tanta erat crudelitas apud Deum, ut in tantum torqueret Abraham? ipse enim testatur et dicit : *Scio quia ipse et filius ejus mandabit custodire legem et mandata Domini* [24] : ut ex hoc testimonio Abraham non solum per semetipsum religiosus exstiterit, sed et ex mandato et filio, qui et post mortem colit et veneratur Deum per ea quæ mandavit Deus. Quemadmodum iste vivens non pœnas sustinuit? dedit ei filium Deus, dedit et tentationem : si esset alius, dixisset utique, Utinam non accepissem. Abraham autem et accipiens gratias egit, et reddens gratias egit, lucrum utpote ducens non frui filium, sed offerre, sicut et factum est : sed quemque respiciens habuit : quando autem præcipitur filius offerri? non statim ut natus est : quæ enim nuper nata sunt, necdum tantum habent affectum. Et antequam loquantur infantes, perdicis aut columbæ locum ad genitores habent : visum enim tantum delectant, et incomposite loquentes : cum autem promoverit ætas, et effulserit sensus, et cœperit intellectus per linguam promi, floruerint autem ætatis pulchritudines et firmata fuerint membra istic et initium ipsius corporis, ut rosa, aut lilium, vel aliquis flos maturus, aut fructus jam paratus; ita et pulchritudo quæ videbatur, et maxime intellectus flectet genitores, et totum se in genitoris evacuat amorem. Movent autem et filii moribus suis parentes et sermonibus et loquelis. Et quemadmodum extendit manum filius : quemadmodum patrem hortatus est aut per verbum, aut per linguam, aut per eam quam sumit escam. Loquuntur autem et patres ad filios, et dulcior filii est vox omni alio quod videtur. Nam et frontes filiorum illiciunt aspectum parentum, et mille alia et alia movent, et omnia quæcunque locutus fuerit filius, si per noctem amplexus est, si per diem blanditus est. Cum igitur hæc omnia concurrerunt, et cum maturum factum est donum Dei, cum domestici in spe fuere, cum amicis allatum est nuntium, cum reddidit Deus Abrahæ promissiones suas, et jam haberet filium; videbatur enim et ipsi Abrahæ solatium promissionis jam factum; cum jam Sara habuerit consolationem, et jam non ab ancilla exprobrationes audiret, cum cognatio audiens esset in lætitia, cum pueri et servi, cum domus majores,

A et horum filii, et illi homines quibus peregrinus cohabitabat Abraham, cum undique excelsum factum esset donum Dei; tunc dicit Deus tanquam ad quemdam adamantinum : *Abraham, accipe filium tuum unigenitum Isaac, quem dilexisti.* Intueris Deum per adhortationem dehortantem : solito enim usus est ad Abraham sermone; siquidem et tunc cum præciperet ei exire e patria sua, tali ad eum usus est sermone, qui alium utique prohibuisset exire. Dicit enim ei : *Abraham, Abraham, exi e patria tua, et ex cognatione tua, et ex domo patris tui* [25] : hæc alius si audiisset, magis fuisset detentus quam obaudisset. Sed sicut athletis fortioribus jubentes duriora præcipiunt : oportet te, inquit, portare, etiam si fueris calce percussus; oportet te B esse patientem, etiamsi adversum oculum tuum manum adversarius protenderit suam : et quæcunque illi mandare consuerunt, et athletarum fortissimi sustinere : ita et istic Deus suum athletam adhortans, per duros eum hortatur actus : *Exi e patria tua, et cognatione tua, et ex domo patris tui, et veni ad terram;* ad quam paratum negat, et promittit aliam, et ipsam promissionem in incerto ponit. Non enim dixit illam terram; sed *in terram,* inquit, *quam tibi ostendero* [26]. Sicut enim ejiciens e patria, per ea quæ prohiberent ejicit; ita et præcipiens filium suum sibi offerre, per istiusmodi verba jubet, per quæ si esset alius, non obediret. Abraham, inquit, Abraham, accipe tu; nec per alium præcipit, C sed *accipe,* inquit, tu *filium tuum,* et hunc *unigenitum,* ait : porrectio tentationis; *quem dilexisti,* inquit : additamentum doloris aliis. Et post hæc consignat majorem plagam, dixit enim et nomen filii. Nam et si hæc omnia essent dulcia et idonea, moveret viscera paterna, ut diceret, *filium tuum unigenitum quem dilexisti.* Sed nihil tale, quantum et nuncupationem ejus annuntiaret, et diceret, *Isaac accipe, et offeres eum mihi in uno montium.* Neque istic designat locum, sed sicut ejiciens eum de patria, ait, *Veni ad terram quam tibi ostendero;* ita et istic dicit, *in uno montium.* Et certe multum commodius si in ipso fervore negotii liberatus fuisset sollicitudine Abraham, et non audiret itineris laborem, nocturnos amplexus unigeniti, confabulationes, per D dies visum, motum, sermones, ipsum Isaac dilectum. Et quid opus est plura nos dicere? Abraham enim, qui sententiam adversus filium susceperat, descripserat sibi et abibat habens filium, vivum quidem quantum ad sensum filii, jam autem holocaustum quantum ad inscientiam patris. Et certe tantam passionem habet quod dicitur, ut et nos qui audimus et dicimus, de his quæ ille in unigenitum filium suum ausit, commoveri et collacrymari et conturbari videamur. Si igitur nobis dicere tantum et audire non est ferendum sine lacrymis; qualis, putas, invenietur mensura illius conscientiæ? quis sufficiet sermo illius exhibere dilectionem ad Deum?

[23] Gen. XXII, 2. [24] Gen. XVIII, 19. [25] Gen. XII, 1. [26] Ibid.

(18) *Qui dixit.* Forte *dixit qui.*

(19) *Interceperimus.* Cf. supracol. 1071 A.

iter simul faciebat pater cum filio, et inter hæc A multa quidem dicebantur, plura autem audiebantur, et infinita agebantur. Erant autem omnia bona : Dei enim donum erat Isaac, et portabat : qui portabat? forte autem non debet dici quia portabat, sed gaudebat. Et dies una transierat, et necdum locus ostendebatur. Et nox ad diem, et necdum ad locum pervenit. Et secundus dies, et post diem nox, et alia nox : et nondum finis, sed protensio erat tentationis dilatatio, et quando perveniret, et quando ostenderetur locus cum jam deberet : quia ergo omnia quæ sunt et in Vetere Testamento formæ erant Novi, tertio die et tertia nocte sacramentum unigeniti Filii Dei præcurrebat per unigenitum Abrahæ : quia autem completum sacramentum est trium dierum, et trium noctium, ostensus est locus, B advenit et tempus : forte autem putatis jam liberum esse a certamine tentationum Abraham. Et certe quantum propinquat tempus, tantum tentatio protenditur ejus. Et Abraham dicit ad pueros : *Manete hic; ego autem et filius ascendemus in montem, adorantes remeabimus* [27]. Timuit enim, ne pueri ad dominum affectum habentes, et maxime ad unigenitum, prohiberent. Certe quia nunquam Dominus sacrificium hominis petit. Audierant autem quia et secundum promissionem Deus donaverat Isaac Abrahæ : intuentes vero et ætatem Abrahæ in alio jam tempore constitutam : quia igitur non consentiebant (20) negotio his quæ faciebat Abraham : possint enim dicere : quid offers Deo filium non petenti? C quis enim et ante ipsum justorum hoc aut ausus est, aut tentare ausus est? ob quam enim causam petat Deus eum, quem donavit? cur autem et transferat Deus promissiones suas? ut quid autem et dedit, ut et accipiat, quem indulsit? Hos rationabiles cogitatus timens Abraham, præcipit pueris exspectare, et secum non ascendere, ne quis ob amorem Isaac mitteret manum, et contaminaret immolationem. Quid autem quia et ipsam Saram, quam puto nihil latuisse unquam quæ Abraham cogitabat? hæc enim conscientia ipsa æstimare nos facit, quæ in illo erat conjugio. Illa quam nihil latuit unquam quæ Abraham facere, aut movere voluisset, vel cogitare : illa ignoravit quia unigenitus ejus, illia sterilis fructus, ille ex insperato filius, ille qui extra ætatem D procreatus est : illa ignoravit quia Deo offerretur, qui donaverat : ut non sicut aliquando risit importune in promissione ejus, et nunc plorans importune impediret immolationem : sed tacita res est et ad Saram. Ita enim sciebat et Abraham, et ante mulierem, et Saram præhonorare Dei præceptum; sciebat autem et ante unigenitum suum, eum qui donaverat honorare. Sed neque ii qui iter cum eo fecerant, sciebant mysterium, sed *sacramentum meum*, inquit, *mihi*. Tamen cupiens Abraham suadere pueris ut remanerent, locutus est id ad eos, quod nec ipse speravit, nec sensit : dicit enim ad eos, *Manete hic : ego autem et puer ascendentes adorabimus in monte, et regrediemur*. Hoc quidem non speravit, hoc autem impetravit, et usus est Deus ejus lingua ad prophetiam. Cum ergo dicitur Abraham propheta, et quæritur a multis ubi prophetaverit Abraham; scire oportet, quia maxime quidem cui revelavit Deus semetipsum, quantum et possibile fuit Abrahæ ut revelaretur ei; iste ipse vocabatur propheta. Alia autem invenimus eum istic prophetantem : unam quidem prophetiam, quam jam diximus : secundam autem eam, quæ insequitur. Sed sequentem forte dicere perniciosum est, et audire perniciosius. Quemadmodum, putas, sustinuit ea quæ passus est? quemadmodum charitas omnia sustinet. Et pueri quidem remanserunt, præcepit enim dominus; Abraham autem accipiens ignem et ligna et gladium, ascendit cum filio, ipse filio suo imponens ligna. Et certe scimus Abraham per semetipsum vitulum portantem ad susceptionem eorum qui advenerant. Quid autem nunc nec partitus cum filio pondus est, sed omnia ligna imposuit filio, volens jam acceptum habere donum? significabat autem quia incipiet immolari, quemadmodum portare crucem per semetipsum. Cum autem promoveret iter, et agnosceretur montis cacumen, et ignis in medio, et ligna in collo Isaac haberentur, et gladius appareret; Isaac undique prudens, quod alii pueri non dixere, iste requirit a patre. Tentationem utpote quam habebat pater, eloquitur dulcissima, aut potius dura voce : magis autem non tantum grave, quantum dulce. *Pater* enim, inquit : sufficit hoc ad flectendum patrem : quique et conjungit alia et dicit : *Ecce ignis, ecce ligna, ubi est ovis in sacrificium* [28]? Quis alius portasset istam vocem? Ex aliis quidem hominibus nullus. Juste ergo Deus Abraham dilexit. Adamantinus autem ille, unigeniti sui sagittam accipiens, non tacuit ferens, sed potuit loqui, potuit respondere, et neque linguam offendi dentibus : potuere autem et dentes aperiri et dare spatium linguæ : sed nec forte ista dicere de illo licitum est. Non enim ex his quæ nos patimur, illius virtutem accusemus : sed et lætus et exsultans, erat enim Abraham, respondit ad filium non crudeliter neque inhumane, sed religiose et pie : dicit enim ad filium : *Dominus providebit ovem sacrificio suo, fili* [29]. Ecce alia prophetia, quæ ab eo qui locutus est, ignorabatur : oppositum autem erat quod ait, *Dominus providebit ovem sacrificio suo, fili*. Sicut enim ille incipiens sermone ait, *pater* : ita iste consignans verbum, dicit, *fili*. Audivit ovem, et accepit ut a patre, certus quia quod inventum interim non erat, inveniretur. Cum autem pervenissent ad locum, ædificabat Abraham festinans altare, et cum construxisset, mentitur ad filium promissione (21) quæ per linguam fuerat facta, non tamen eam quæ in corde erat abscondita. Et accedit pater Abraham.

[27] Gen. xxii, 5. [28] Gen. xxii, 7. [29] ibid. 8.

(20) *Negotio*. Forte *negotia, res*.

(21) *Promissione*. An *promissionem*?

et accedit ad Isaac, et ligat : filium Abraham ligavit, ut nec palpitans, nec se movens turbaret immolationem. Quo, putas, vultu respiciebat filium Abraham? quis ei erat color? quemadmodum sine tremore manus operabantur? quis, putas, tunc erat Isaac in his constitutus, tacens aut loquens? Scriptura enim hoc tacuit. Putas quia justis in his sermonibus usus est? Noli enim attendere si puer, sed quia Isaac erat filius Abrahæ. Putas non dixit ad patrem : quando Deus sacrificium hominum deposcit? quid facis? donum sum Dei : sine pœnitentia sunt quæ a Deo sunt dona : quid spernis gratiam? quid contra voluntatem donantis interficis donum? Erant multa quæ dicerentur. Cur autem et mater non agnovit? si enim rationabile est quod fit, cur et a servis abscondisti? si autem et hoc fieri deberet, B cur mihi ipsi hoc ipsum non palam facere voluisti? promissionem, quam dixisti exigens ; dixisti enim, quia *Deus ovem providebit sacrificio suo :* fidelis es, redde fructum fidei, utpote, quæ dixisti. Erant multa quæ dicerentur. Et non utique ea quæ nos dicimus : ipsa etiamsi non sint scripta, jam nos adducunt ad rem. Movetur enim sensus consequenter ut sese negotium habet, et advenientes sensus in illo tunc tempore in quo hæc agebantur cogitemus. Si tacuit Isaac, grandis admiratio est : si dicebat iterum aliquid, alia admiratio. Quemadmodum potuit sustinere pater? quomodo currebant manus ejus? Sed istæ admirationes in aliis hominibus habentur : in Abraham autem contraria erat admira- C tio. Finis autem sermonis : forte urgentur uniuscujusque viscera : et quod est mirandum : quia certi ex Scripturis quæ sint acta, et quis fuerit exitus negotiorum, tanquam periclitantes sermone, ne quid aliud proveniret quod est scriptum, ita solliciti sumus. Completa fuerunt Abrahæ omnia quæ ad alacritatem tendebant. Ligatus ab eo fuerat filius, et exaltatus in altare, et positus supra ligna, et filius desuper alligatus ; et pater velox manu gladium apprehendit. Quo accepto properabat occidere, non differens quippe alacritatem ac donum. Erat autem et manu et alacritate patris Abrahæ, Dei velocior vox.. Abraham qui alacritate præcesserat, præcepto præventus est Dei. *Abraham, Abraham :* bis utitur voce, quia et ab initio præcepti : quia enim forte et D dubitare (22) : sed prævenit qui præcepit : eadem utitur voce. Sicut enim dixit antea, *Abraham, Abraham, accipe filium tuum unigenitum Isaac quem dilexisti :* ita et istic, *Abraham, Abraham.* Ipse enim qui illa præcepit, et nunc loquitur, et dicit, *Noli contingere filium tuum* [10] : habeo donum, habe et tu filium. Secundo tibi et hoc munus dono. Effulsit tua charitas, agnita est fides tua. Erunt ista quæ a te acta sunt, adhortatio eorum qui post futuri sunt te. Decantabitur id quod fecisti, in progenies futuras. Habes fructum fidei, habes et fructum ventris, habes et sterilis filium, habes et ex altare immola- A tionem. Accepit Abraham secundum filium. Putas tristatus, quia non perfecit promptum animum suum? sed Abraham est, nescit tristari. Ignorat præscribere id quod gaudens accepit : non quia non obtulit. Deus præcepit, gaudens obtulit : sed quia in nullo inobediens fuit. Ubi ergo est prophetia quam ait Abraham, *Deus providebit sacrificio suo ovem?* Num otiosum erit altare? Num vacuum totum quod factum est? Quid autem opus erat videri ludere Deum? Si enim iste quidem non offerebatur, Deus autem præcepit eum offerri, oblatus autem, non est oblatus : quid necessarium erat in re : quid necessarium erat? oportebat præformari Novum Testamentum a Vetere? et apud Judæos quidem aut parva inveniuntur ista aut otiosa. Si autem Novum additum fuerit Testamentum, et lumen effulserit verum; utilissima et non otiosa, et necessaria et non superflua apparebunt. Si enim et interrogaverimus Judæos, ut quid offerebatur Isaac qui non est oblatus, incerti sunt et imprudentes. Si autem Ecclesia dixerit quæ vera sunt, quia oblatus est non ut offerretur, sed ut appareret quia ovis ligno pendebat pro homine, ut liberaretur homo a morte : non concedunt nobis Judæi magnificare vetus per agnitionem novi. Interrogavimus enim eos, quam ob causam hæc omnia fiebant : oblatus non offertur. Sed dicent, ut agnosceretur Abraham a Deo. Latebat enim eum et ante tentationem? Sed ut ab hominibus. Erant ejus et aliæ tentationes plurimæ : putas quia ut sciretur nihil fit amplius? ut lucraremur qui post hæc lucrati sumus? Quid opus erat ove? puta quia et ove : cur non taurus apparuit? cur non capra aut vitulus? cur non alia magna immolatio, sed ovis? puta quia ovis. Cur non in terra visa est ovis? cur non extra altare, aut in cominus apparuit altari? Si quidem hominum esset adinventio aut compositio de ove, oportebat alibi inveniri. Si autem Deus pro homine ovem præbebat, subito in ipso loco debuit ubi erat Isaac, in ipso altare, aut in terra, aut juxta altare, aut ligatum ad radicem arboris. Nunc autem apparet ovis suspensa, et a cornibus, et suspensa in arbore. Natura autem interpretabatur quod erat occultum. Si quis enim suspenderit ovem a cornibus in arbore, id quod sequitur, videbit quod erat futurum. Necesse enim est istam quæ ita pendet in arbore ovem, separatos expandere pedes priores : hoc enim expedit ovis quæ ita suspenditur. Necesse est enim et separari ejus qui deorsum sunt pedes. Cum igitur ovis suspensæ in ligno, et in arbore expansæ fuerint manus et pedes, neque interpretatione indigent hi qui habent oculos mentis. Sed quis est qui periclitabatur occidi? homo. Quid est quod pro homine immolabatur? ovis suspensa in ligno. Tanquam si diceret Deus ad Abraham : Non tuus unigenitus necessarius : sed currat quidem forma per tuum, servetur autem meo Unigenito quod fit, Ita ovis appa-

[10] Gen. XXII, 12.

(22) *Dubitare.* Forte *dubitaret.*

rult pro homine, et hoc in ligno, et hoc suspensa, et hoc cujus hæserant manus et pedes tanquam in cruce : et prophetia Abrahæ efficitur duplex. Quod enim ait, *Deus providebit ovem sacrificio, fili :* et tunc quid completum est in comparatione, servabatur autem in mysterio veritati. Quid igitur sibi vult iste sermo incurrens ostendere quia Abraham (23) totam suam vitam transegit in angustiis, in tentationibus, in doloribus. Si enim in ista vita spem haberet, fraudatus esset a spe. Cum igitur gloriati fuerint Judæi in Abraham, necessitatem habebunt et resurrectionem confiteri. Hoc ad illam Sadducæorum partem, qui negant prorsus resurrectionem futuram, recte diceretur. Quia autem alia pars, hoc est Pharisæorum, resurrectionem quidem confitetur, resurrectionem autem talem dicit futuram, ut iterum manducetur et bibatur, et conjugiis utatur; ut ne quidem resurgentes cessent manducantes et bibentes, et conjugiis se conjungentes : venter enim magis sunt quam homines. Et sicut quidam morientium qui ante fuere in deliciis viventium, putant esse fraudare (24) ista vita in morte, in monumentis, et circa januas sepulcrorum semetipsos depingunt, et vel in imaginibus, et post mortem manducant : ita et Judæorum Pharisæi volunt et post resurrectionem tanquam depicti iterum manducare et bibere, et nubi et nubere. Recumbunt enim et picturis apud istiusmodi, et meliores suæ (25). Nos autem præsiliamus ad id quod verum est. Si enim talis esset resurrectio, excusaremus utique resurgere. Iterum enim exsurgere, et arare et metere, iterum manducare et bibere, iterum spoliari et vestiri, iterum dormire et vigilare. Sed advertamus quid dicat Apostolus : *Si in ista vita spem haberemus in Christo, miserabiliores omnibus hominibus essemus* [31]. Si enim ita statuit Deus ut in ipsis iterum simus, ut quid nos et quiescere facit? Hoc enim ludentis est potius, concedere mori, et iterum ad ipsam resurgere vitam. Si enim ita resurgeremus, oportebat Abraham ut non amitteret quæ hic sunt, jam perfrui ea quæ esset in resurrectionem accepturus. Si enim cum voluptate bibere et epulari vita est; in quacunque hora non cum voluptate bibimus, fraudaremus a vita. Sed vere Judæorum *venter est deus* [32], sicut dicit Paulus, qui est ex Judæis, qui Judæos quidem passus non est, veritati enim credidit in Christo. Quid autem dicent nobis et de Isaac, qui jam habebat dolorem immolationis? Habuit autem et post hæc easdem ipsas tribulationes, quas et pater. Conjugis inquam suæ, quæ parere non poterat, nuptiarum mœrorem, commanentium deceptiones, fraudes laborum. Hæc donat Deus suis, dolores, tribulationes, angustias. Si Deus hæc promisit : Jacob

A autem electus ille et qui ante Esau factus est, viginti et unum annos serviit, tunc maxime cum adolescentia ei dabat epulari : et in paternis dum ageret, suspectus erat ne occideretur a fratre : et in soceri domo servus : in itinere autem lapidem ponit sub capite suo, et cum virga sola ambulat. Hæc nuditatem quidem significant ipsius hominis : sacramenta autem quæ per Jacob fiebant, petram supportantem caput ejus, qui persecutionem patiebatur : et virga in manu ostendens viam fugienti. Ego sane audivi Jacob dicentem, quia *per diem comedit eum ardor solis; et frigus semper per noctem sensit* [33]. Si ista beatitudo est, valde odibat Deus Jacob, Esau erat autem in deliciis. Audio sane Deum dicentem : *Jacob dilexi, Esau autem odivi* [34].
B Dicant igitur nobis Judæi : si iste est fructus pro missionis, si ista est spes, num odit Deus Jacob de quo dicit, quia dilexi? Sed tunc cum liberatus a servitute esset, nonne fugit ut salvaretur? Fugiens autem non est comprehensus, et in timore stetit? Sed fugiens insequentem se socerum nonne occurrit fratri suo? nonne timor timori successit? Sed quia liberatus et ab isto est : nonne habuit in senectute sine consolatione dolorem? Habuit enim Jacob et alium Isaac. Habuit, inquam, Joseph, illum bonum et dilectum sibi, bonam progeniem suam : amarum autem de eo dolorem. Et habuit quando et sterilis erat et istius mater, et Jacob non cessabat orando. Jam autem et in opprobrium erat. Deflebat enim sterilis, et dicebat ad virum : *Da mihi filium,*
C *aut moriar* [35]. Soror exaggerat. Ancillæ habebant, et libera non habebat. Dolor, gemitus, et tristitia erat iisdem. Sed misertus est eis aliquando Deus, et natus est Joseph ille bonus undique, corpore in tantum, quantum testatur quæ victa est, mentem autem (26) quantum testatur pater : qui prærogavit his, qui antea fuerant nati. Testatur autem et apud Ægyptum dispensatio, quæ toto facta est mundo. Testatur et scientia linguæ quam ignorabat : et mirabilia intellectibus pueri erant; sed pulchritudines hæ salvatæ, lætificant : bonorum autem casus sine solatio dolorem parabant. Erat igitur in timore patris Joseph : et cum adesset cum eo, ne forte talis non permaneret salvator : ita mordebat, et timorem ingerebat patri per ea quæ loquebatur,
D per ea quæ aiebat, per ea quæ tacebat. Quid ergo quia Joseph erat talis, et secundus solus matris suæ, et dilectus patri, et fratres quidem ejus mittebantur ut pascerent gregem : Joseph autem ad charitatem patris non est missus cum fratribus; quia habebat tunicam singularem ad agnitionem præcipue charitatis. Non suffecerat Jacob fratris livor, fratris invidia, servitus in peregrinatione, fuga a fratre, com-

[31] I Cor. xv, 19. [32] Philipp. III, 19. [33] Gen. xxxi, 40. [34] Malach. I, 3; Rom. IX, 13. [35] Gen. xxx, 1.

(23) Forte per interrogationem, *Quid igitur sibi vult iste sermo incurrens ?* ut responsio sit, *Ostendere quia Abraham*, etc.

(24) Ms. *Putant se fraudare.* Quid si potius, *putantes se fraudare.*

(25) Ms. *Meliores sue.*

(26) *Mentem autem.* Fortasse, *mente* (bonus) sicut antea *corpore :* sensus est, animi dotibus præstans, sicut testatus est pater, cum ei partem unam hæreditatis supra fratres attribuit.

prehensio insequentis : obvius a timore frater; ut vix acciperet Jacob a sterili ipsius matris mors : desupra hæc omnia decem et septem dum ageret annos in ætate Joseph : tunc cum augentur bona, excidere bonis quantus est dolor? Et mittit pater dilectum suum filium, quem in multis fratribus habebat unigenitum : mittit pater filium, ut visitaret eos qui erant in solitudine fratres. Puto quia et dum legitur Vetus Testamentum, magis Novum est quam Vetus. Mittit pater filium suum quem habebat in locum unigeniti : nam et singulari veste separaverat eum a fratribus : mittit filium de quo prædictiones erant : prædictiones autem quas ipse quidem viderat Joseph, non absconderat autem a fratribus suis : erat enim frater. Dicebat enim ad eos: *Metebamus*, inquit, *et meum manipulum erectum est; vestri autem undecim circuitu adorabant* [56]. Bene jam occasio esse cœpit, ut adorarent fratres. Audierunt fratres, et efficax somnium statim intellexerunt, et aiunt ad eum: *Num adoraverimus te nos? regnabis enim aut tenebis nos* [57]? Forte autem irascebatur primogenitus et primogeniti, quia junior volebat omnibus prærogari. Voluit enim somnium videre ut hoc velit : num increpatur aliquis cur somnium viderit? Tamen objurgatum Joseph est, et hoc secundo videt : et ne quidem secundo abscondit ab his qui irati fuerant de priori. Ita erat frater ad fratres. Illi autem ex secunda visione firmantes priorem, duplicem habebant invidiam et indignationem et iram adversus Joseph. Narravit et patri somnium, quia sol et luna et undecim stellæ se adorabant [58]. Solem quidem in loco patris intellige, lunam autem in loco matris, et cætera. Videtur reprehensibile esse; quia mater ejus non vidit eum in gloria : quemadmodum ergo adoravit? aut nunc quæritur locus matris quem implevit conjux patris? Simul autem magis stellæ undecim, hoc est undecim fratres. Forte autem ideo ex sideribus quæ in cœlo sunt apparuit somnium, ut pretiosa ostenderetur prosapies generis ejus. Præfectæ sunt itaque prædicationes; prædicta enim sunt, quæ sunt prædicta (27). Et tunc mittitur a patre, de quo et prædictiones. Prædixerunt enim prophetæ : et tunc missus est Filius a Patre Christus. Joseph autem filius veniebat a longe ad fratres frater. Magis autem ad non fratres frater. Illi autem videntes eum a longe venientem, dicunt ea quæ et in Evangelio scripta sunt : *Iste est hæres, venite occidamus eum, et nostra erit hæreditas* [59]. *Ecce*, ille inquit, *somniator venit, venite occidamus eum, et mittamus in unum e lacis* [60], annuntiantes quia non solum interficietur, sed inferiorem locum habebit. Et Joseph quidem appropinquavit; appropinquavit ad judicium fratrum, ad visitationem malorum : illi

A autem benefactorem accipientes occidunt, quantum ad propositum; et occidissent utique, nisi qui prohibuit Isaac ne occideretur, ut vero servaretur passio, permisit et istic firmam esse formam. Quemadmodum ergo forma occiditur, et non occiditur : proposuerunt occidere Joseph. Jam ad propositum interficientium mortuus est Joseph : quia et proposito Abrahæ oblatus Isaac est, et immolatus. Illi autem non solum non sunt contenti proposito suo, sed accipientes eum facto impetu voluerunt quidem occidere, detenti autem ab uno sunt, qui prophetaverat fratri : et mittunt eum viventem in lacum, annuntiantes quia vivus descendit in lacum pro mortuis Christus. Hædum autem occidentes, tunicam Joseph tingunt in sanguine hædi, ut esset suspicio

B per sanguinem, ut inter mortuos liber vivens. In lacu itaque interfectus est Joseph; coinquinata enim erat ejus tunica a sanguine. Erat autem vivens in lacu post interfectionem quæ in tunica fuerat facta. Transeunt quidem e gentibus, quibus servabatur bonum quod erat in lacu : et movet (28) spiritu unum e fratribus consolare suum errorem et dicere ; *non occidamus fratrem*. Amatores autem pecuniarum fuere et Judæorum patres : et Judas consiliator eorum; et dixere, *Non occidamus*, inquit, *eum*, quia non sumus ejus digni. Non sit nobiscum qui beneficium nobis impertit. Distrahitur itaque Joseph, et tantum a comparatoribus accipiunt pretium, quantum dederunt et proditori Ju-

C dæ, ut et pretium consentiret sacramento. Judæ autem erat consilium et tunc ut tantum distraheretur Joseph. Judas autem est, qui et in Evangelio distrahit Domino. Ascendit e lacu qui jam fuerat interfectus per tunicam : et in lacu putatus mortuus, ingreditur Ægyptum. Et iterum istic per insomnia et visionem adunat fructus alimonias mundo : et quem interfecerunt Judæi et distraxerunt, istum adorant gentes dum pascuntur. Non enim Ægyptios solos pavit Joseph; sed ex omni mundo confluebant omnes gentes et populi, ad formam utpote Domini Jesu. Joseph autem jam pascebat fratres ipsos, scilicet qui se distraxerant, et pretium acceperunt suum. Gratis accipiens, gratis dabat. Et illi quidem ejus acceperunt pretium :

D ipse autem tritici pretium non accepit. Ubi ergo eos qui afflixerunt cruci et distraxerunt, pascit Dominus Jesus? Ex ipsis Petrus est, ex ipsis et Paulus, et cæteri apostoli. Et fratres et apostoli ad Paulum dicunt : *Intueris*, inquit, *quanta millia sunt in Judæa qui crediderunt* [61]? *Quid autem si non crediderunt quidam? nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit autem* [62]. Et contumaces volumus pasci per Jesum. Prohibuit eos idolis servire. Sed sermo ad proposita festinat, ut ostendat et dolorem

[56] Gen. XXXVII, 7. [57] ibid., 8. [58] ibid., 9. [59] Matth. XXI, 38. [60] Gen. XXXVII, 20. [61] Act. XXI, 20. [62] Rom. III, 3.

(27) Forte *perfectæ sunt itaque prædictiones, perfecta enim sunt quæ sunt prædicta*.

(28) *Spiritu*. Forte *spiritus*.

Jacob, et quia non ista vita spes est religiosis. Putas potest sustinere sine lacrymis audire : cum tunica illa sanguine tincta in manu Jacob est posita cum voce illa conficta ? *Istam*, inquit, *invenimus* [43], istam sanguine pollutam, agnosce cujus est tunica, agnosce tuum dolorem. Dolor quidem erat patris de mortuo Joseph. Erat non ferendus dolor, quia nec ante oculos suos decesserat filius : videtur enim istud solatium esse quia affuit, quia novissimam ejus vocem suscepit, quia et dimisit ei ad consolationem verbum, quia reliquias ejus commendavit terræ. Cum autem mortuus fuerit Joseph, quantum ad nuntium exspectat, quantum ad distractionem, et incertum sit homicidium aut mors, incisa autem sunt patris viscera. Omnia suspicatur, omnia sibi describit, et multas mortes pro una imitatur. Si B quis sustinet vel auditum, non solum qui genuit, vel qui audivit, tunica composita et scissa; ita ut et parerent morsus feræ impressi per tunicam. Utinam dixissent, quia et in lacum cecidit ambulans : et videbatur figmentum proximum veritati haberi. Sed suspecti sunt ne arguerentur. Requirebat enim ab eis reliquias pater. Suspectus itaque Jacob est, quia mortuus est Joseph, et esca factus est feris : nuntiaverunt enim fratres, testabatur et tunica. Quis portaret, quis sustineret memor illius Joseph ? cum esset cum patre antequam distraheretur ? decem et septem annis erat ei mortuus, et tunica immortalem suggerebat mortem. Sicut enim misericordes sunt patres, nonnunquam ut retineant C figuras filiorum per colores depingunt, easdemque recondunt in domibus, ut putant quidam ad consolationem. Effigiantur ad admonitionem dolorum : ita et tunica illa recondita domi, et habens sanguinem inveterascentem non hædi putatum sed Joseph, et morsus compositi (29) et impositi ferarum, et hoc silvestrium, semper faciebant dolorem Jacob : videns, condiscens, tangens semper filium per illam tunicam (30) : tangens eam et oculis videns. Et ne quis reprehendat sermonem, quia dolentem introduco justum : sunt enim et misericordes religiosi. Nam et audivimus eum dicentem : *Cum omnes*, inquit, *filii et filiæ accessissent ut consolarentur eum, non suscepit eorum consolationem* [44]; non sinebat enim tunica sanguine tincta. Dixit enim : *De-* D *scendam ad infernum cum dolore ad filium* [45] : tantus erat dolor. Ubi ergo promissio est ? cujus promissionem impletam patri deflenti aut filio morienti ? Nam etsi non est mortuus, tamen timorem expertus est mortis. Puta quia non est mortuus, non est distractus, non serviit ? ille quia in sinu lusus patris (31) agens, non mittebatur foras, nunc servit. Servit autem, et servitutem Ægyptiorum. Sed

A non permisit eum Deus : habuit solatium. Dilexit enim eum qui emerat, quem oderant fratres. Quid igitur, istic putas obdormivit invidia ? putas despexit diabolus consolationem Joseph ? Habebat conjugem Ægyptius [46] : per mulierem igitur diabolus machinatur. Diligitur, inquit, bonus non bene. Et vere nunc incurrit in feram Joseph, et figmentum fratrum transivit ad actum. Mulier insistens, mulier semetipsam decorans, ad laqueum verbis illiciens, lapidibus (32) suadens, odoribus capiens, et varias vestes ut retia expandens. Et intuere mihi peregrinum et adolescentem. Intuere eum qui non habebat patrem, non matrem præsentem. Intuere distractum a fratribus, et contra dignitatem servientem ingenuum, et memor esto verborum quæ a muliere promebantur, et illa ficta mulieris blandimenta. Intuere et divitias Ægypti ostensas a conjuge, promissiones mulieris, tristitiam pueri : pueri angustiam, mulieris abundantiam; potestatem enim habebat domus; additamenta tentationis. Dicebat enim mulier multa : non audiebat autem pudicus. Depingebat sibi oculos illa : Joseph autem suos claudebat. Illa se lapidibus coronabat : et ille se a lapidibus ne offenderet custodiebat. Illa contorquebat capillos suos : et ille vitabat ut vincula. Illa varia vestimenta utebatur : et ille intuebatur opificiorum varietatem. Illa movebat thymiamata ad odorem : ille autem odorem pudicitiæ odorans domabat suam adolescentiam, junior quantum ad ætatem, senior autem sapientia. Cum autem non valuisset mulieris blandimentum, transtulit blandimentum ad vim. Nova quippe tragœdia in primo fiebat Joseph, forte et solo. Siquidem a viris vim pati mulieres, natura ipsa mulierum suadet : Joseph autem solus a muliere vim periclitabatur sustinere. Accessit enim mulier ad adolescentem, sola ad solum : hominum videbat nullus. Ille autem qui ab hominibus non videbatur, Deum invisibilem intuebatur. Immittebat fera ungulas suas ad tunicam Joseph. Ille autem qui consueverat tunica salvari, et qui tunicam fratribus dedit, et a deceptione fratrum est liberatus, reliquit et nunc tunicam in manu mulieris, ut non dimitteret suam animam in manibus impudicitiæ : et exivit nudus a tunica, pudicitia autem amictus sua, illo sancto et pudico vestimento indutus. Mulier autem videns pueri constantiam, et pudicitiæ imperium, detinens tunicam ejus, sicut canes irascuntur ad lapides qui ad eos fuerint missi : et sicut frequenter quidam effugientes bestias, partem vestimenti jactantes, faciunt eas iram in partem vestimenti deponere suam : ita illa lea, aut alia quædam bestia dira, tunicam pudici accipiens, et manibus et ungulis comprehendens et tenens, et scindens undique com-

[43] Gen. XXXVII, 32. [44] ibid. 35. [45] ibid. [46] Gen. XXXIX, 7.

(29) *Morsus compositi*. Morsuum notæ confictæ ad fallendum patrem.

(30) Ms. *Per illam affectam tunicam*.

(31) *In sinu lusus patris*. Pro *in sinu patris lusus agens*. Supra pag. 483. a. *Post futuri sunt te*,

(32) *Lapidibus*, id est, *gemmis*.

ponebat falsam adinventionem suam pudico ascribens, et honestiam (33) ad se transferens. Impudenti enim clamat voce, et convocat adversus se convictionem et dicit : *Venite*, inquit, *et videte : introduxit puerum Hebræum* [47]. Dicitur ingenuitas, ut illudat nos : subingressus est mihi, volens vim facere. Putas non offendit lingua impudentis? Miramur si non est mutatus ejus color? Conscientia enim, etiamsi occultat factum, tamen per vultus sua producit vestigia. Conferebat autem ad figmentum color imitatus (34). Videbatur enim ad vim esse durata, quam ipsa quidem fecerat, passam autem se confingebat. *Subingressus est mihi*, inquit impudens. Subingressus est mihi dicit, quæ subingressa est; *et clamavi* [48], ait. Et certe non clamasti, nisi postea quam egressus est adolescens : *et reliquit*, ait, *suam tunicam, et fugit* [49]. Et certe non est vim facientis, ut relinquat suam tunicam. Ad convictionem supervenit et dominus domus, qui omnem domum crediderat Joseph. Accedit ænea fronte mulier, et iterum repetit figmentum quod fuerat meditata : lacrymansque et deflens, aut quia non potuit obtinere, aut quia contempta est, aut quia non manibus eum jam præfocavit. Desiderium enim contemptum ad iram convertitur. Quid igitur in his agitur? Pudicus accusatur ab impudica. Non miraris quia non statim aggressus est vir, et hoc Ægyptius calidæ naturæ homo et loci laniavit adolescentem : si quidem ætas habet suspicionem, et quæ vocabat et accusabat, et qui ad vocem ejus cucurrerant, et tunica quæ retinebatur, movebat dominum ad indignationem, et honor qui erat datus ei qui fuerat distractus. Movebat autem et suspicionem pulchritudo. Et tanta quidem erant quæ ad fidem provocabant. Sufficiebat autem ad operis dubitationem pueri sapientia et pulchritudo. Cur enim eum non statim disparavit (35)? quia sciebat pueri mores : medius autem factus fidei et incredulitati dilaniavit, sed dubitans non disparavit. Et quidem ipsum quia non credidit, ad carcerem misit : qui et susceptus est. Quæ igitur dinumerabimus Joseph? bonam ejus interfectionem (36) dicemus : aut bonam jactationem in lacu; sed distractionem, sed servitutem; post hæc sed exsurrectionem mulieris impudicæ; sed factam calumniam et accusationem falsam in adamantinum adolescentem. Non est locutus Joseph : non fecit satis qui calumniabatur : non est confusus pro impudenti; maluit mori calumniatus, quam uti veritate ad salutem. Putas et istic imitator est et forma ejus, qui non aperuit eos suum cum calumniaretur. Sed Joseph iterum ad carcerem. Et ubi est Judæorum spes? Sed de resurrectione proponentes dicere, incurrimus in necessarios sermones, qui non alieni sunt a resurrectione. Et videmur quidem protrahere tractatum diu hoc exposcente et maturam refectionem tenere. Sed forte nec immorari est ad otium; oportet enim constantes fieri ad mortem, et ita refici escis. Efficiamur igitur et nos medii, et neque extra mensuram protendamus sermonem : non sinit enim tempus : neque iterum valde colligamus, ut fruamur et festivitate. Et quia nos ex anima et corpore sumus compositi, pascamus animam mensuris propriis, ut et ipsa reficiat corpora a constantia. Sed quid vultis? dimittemus Joseph in carcerem? et quem Deus non reliquit in carcere, nos sermone pingentes relinquemus ligatum? Et quis adhortabitur pudicitiam studere? quis autem amabit continentiam, videns in carcere derelictum Joseph? Et certe si relinquatur Joseph in carcere, et mortuus fuerit cum pudicitia, spes resurrectionis non circumscribit spem. Sed quia non dimisit eum Deus in carcere, simus patientes, et audiamus ejus egressum. Et cum ille fuerit emissus, tunc et nos dimittamur cum eo. Joseph igitur erat in carcere habens delicias ex uberibus pudicitiæ, honestate indutus, diligens magis carcerem quam amorem illius bestiæ, amatorem fetorem frui. Istum enim præhonorabat unguentis. Ast pudicus amplectens vincula magis, quam ornatum Ægyptiæ; amans oculorum tenebras propter lumen animæ; libenter audiens gemitus carceris, quam videns lapides in luxuriosa fronte et immunda. Ubi ergo sunt prædictiones? Noli properare, et audies. Irascitur Pharao duobus pueris suis summis e ministerio [50], iratus est Pharao, quia propitius erat Joseph Deus. Mittuntur ad carcerem, et simul cum Joseph recluduntur. Joseph autem et in carcere et istic fidelis. Sicut enim creditam accepit domum Ægyptii, custodivit fidem etiam cum calumniaretur. Non enim detulit damnum, sed passus est ipse injuriam pati quam facere, et differre domum ejus qui sibi crediderat. Creduntur et religati in carcere ei qui erat in carcere. Flos enim pudicitiæ annuntiabat per frontem puerum. Et in tanta abundantia habebat solatium, ut ipse esset qui consolaretur tristantes. Habebat enim frontem pudicitia germinantem. Suscepit et pueros Pharaonis, eosque statim consolatur : quia erat susceptor et nepos Abrahæ, et sapiens valde. Ingressus igitur in uno dierum ad pueros Pharaonis, vidit vultus eorum immutatos, et intellexit quia mens eorum erat turbata : et interrogat causam, quæ ista esset in eis immutatio. Illi autem promunt insomnia, et hæc duplicia. Sicut enim et in paterna vidit domo, et procuravit Deus, licet et contrarii sibi essent somnii. Primus exponit somnium qui viderat bonum, ut adhortatio fieret

[47] Gen. XXXIX, 14. [48] ibid. [49] ibid. 15. [50] Gen. XL.

(33) *Honestiam. Honestatem*, ut a modestus modestia.

(34) Ms. *Color mutatus.*

(35) *Disparavit.* Dilaceravit, medium diffidit.

(36) *Bonam ejus interfectionem* Videntur hæc dici per interrogationem. *Bonam ejus interfectionem dicemus? aut bonam jactationem in lacu? sed distractionem?* etc.

secundo, ne taceret. Si enim fuissent utrique somnii boni, forte suspicio fuisset, quia utraque donans bene interpretatus est Joseph, ut eos consolaretur potius, quam veram interpretationem somniorum diceret, et fortuitum putaretur negotium, et iterum qui perniciosum viderat somnium secundus non diceret, et non fieret duplex testimonium. Nunc autem exponit primus qui bonum habebat somnium. Erat enim supra vineam regis, et dicit : *Vitem videbam, et in vite tres fundi : et ipsa germinans attulerat maturos botriones uvæ : et calix Pharao in manu mea : et sumpsi uvam et expressi eam in calicem in manibus Pharao* [51]. Prudens et sapientissimus Joseph, qui a Deo edocebatur, statim ad interpretationem currit et dicit : *Tres fundi tres dies sunt adhuc; triduum, et in mente habebit Pharao initium tui, et restituet te super vineam in officio tuo, et dabis calicem in manus Pharao.* Lætatus est audiens, et statim mutavit colorem [52]. Hortatus autem et alius est semetipsum : habebat et ipse similem visionem. *Et ego,* inquit, *vidi somnium. Putabam me tria canistra halice* (37) *tollere super caput meum* [53]. Sicut illic tria, et istic tria. *Et in canistro superiori ex omnibus generibus* (38) *ex quibus Pharao rex manducabat, opus pistorum :* erat enim supra pistores : *et volatilia cœli comedebant ea de canistro quod erat supra caput meum. Etiam,* inquit, *et tria tua tres dies significant* [54]. Sed quia non ministrasti in manu regis, volatilia autem comedebant ea; manifestum est quia inciso capite tuo, et affixa carne cruci, volatilia manducabunt carnes tuas. Hoc enim annuntiat somnium tibi. Et cum tertius advenisset dies, et regis haberetur natalis, memor fuit summorum illorum ministrorum. Et illi quidem qui supra vineam erat concedit : vocatus enim est, et stetit ante conspectum regis, et dedit calicem in manum ejus secundum interpretationem Joseph. Præpositi autem pistoris admonitio magis fervere fecit indignationem regis, et incidebatur capite, et volatilia perficiebant visionem. Quid hæc ad Joseph? maxime quidem quia intellectus erat in eo et revelatio : et quia et eorum qui in carcere erant consolatio habebatur, quia et illic creditum est ei. Dixerat autem vini præposito : *Memento mei per temetipsum cum cœperit tibi esse bene, et facies in me miserationem, et memorabis de me Pharaoni : et educes me de isto carcere : quoniam furto sublatus sum de terra Hebræorum, et hic nihil mali feci, sed miserunt me in domum laci hujus* [55]. Quia enim hoc ipsum credidit in homine, additum est ei biennium. Emendatus autem est ob istum sermonem per biennium Joseph ut esset

A in carcere. Non enim intermittit Deus sanctorum errores, diligens eos. Si qui erraverunt, statim corrigit, ut non maneat eis in judicio. Dixit enim homini : *Memor esto mei, et educito me de carcere isto;* obliviscetur te homo, et protendetur tibi biennium tempus. Sed non est oblitus Deus : sed assistit Joseph Pharaoni primo et secundo. Erat enim visio Pharaonis [56] omnis de frugibus et cultura. Illic enim boves feminæ erant; septem bonæ aspectu et electæ carnibus, et culmi septem spicarum : oportet enim conjungi insomnia spicas septem plenas, et septem tenues. Quia enim cultus terræ per boves efficitur, per culmos autem spicæ, de proventu autem et fame erant insomnia regis; per domesticas visiones dantur et provisiones. Septem erant spicæ

B plenæ, et septem vaccæ pingues; succedebant autem vaccis quidem pinguibus vaccæ macræ, spicis autem bonis et plenis spicæ tenues. Pro septem spicis plenis septem spicæ tenues. Comestæ sunt pingues vaccæ a macilentis vaccis, et spicæ a spicis, et in fame habebatur Ægyptus, et in turbela Pharao. Et vini præpositus admonitus est dicens (39) : Dicam an taceam? tacui tanto tempore. Sed si non dixero, perient Ægyptii. Meum, inquit, errorem, meum peccatum admoneam. Putas cum repeteret et diceret : Cum iratus esses nobis; admonitio sui peccati : erat autem taciturnitatis. Fieri enim potest quia utraque admonitus est, et utraque dixit. Quid ait ad regem? *Peccati,* inquit, *memor fui hodie : Pharao indigna-*

C *tus est pueris suis, et misit nos in carcerem; in domum præpositi coquorum me et qui supra pistores erat. Et vidimus somnium uterque una nocte; ego, itidem ille; unusquisque somnium vidimus. Erat autem ibi nobiscum adolescens puer Hebræus præpositi coquorum : et enarravimus illi, et interpretavit nobis. Et factum est, sicut interpretatus fuerat nobis sic evenit; me restituisti in officio, illum autem suspendisti. Et misit Pharao vocari Joseph* [56*]. Convicta enim jam fuerat sapientiorum sapientia, quæ somnium regis interpretari non potuit. Et eduxerunt eum de carcere, et totonderunt eum, et mutaverunt vestimentum ejus. Iterum e lacu Joseph, iterum e carcere exiit, et venit ad Pharao. Dixit autem Pharao ad Joseph : *Somnium vidi, et qui interpretetur illud*

D *non est* [57]. Convicta enim jam fuerat Ægyptus : convicta et sapientia quæ pollicebatur multa. Ego autem audivi de te dicentes, audire te somnia et interpretari ea. Confirma ergo nobis famam tuam. Religiosus autem Joseph respondit ad regem, et dixit : *Sine Deo non respondebitur salutare Pharao. Dei enim est,* inquit, *interpretatio* [58]. Ego nihil pos-

[51] Gen. XL, 9-11. [52] ibid. 12, 13. [53] ibid. 16. [54] ibid. 16-18. [55] ibid. 14-15. [56] Gen. XLI. [56*] ibid. 9-14. [57] ibid. 15. [58] ibid. 16.

(37) *Tria canistra halice.* Halicæ seu alicæ : in S. Scriptura Græca τρία κανᾶ χονδριτῶν.

(38) *Ex omnibus generibus.* In vulgata interpretatione, *omnes cibos qui fiunt arte pistoria.*

(39) *Admonitus est dicens.* Locum hunc videmur sic explanare posse ex Scriptura : Recordatus est *Josephi* dicens, Dicam regi an tacebo? tanto jam tempore tacui : sed si non dixero, perient Ægyptii : *potius itaque* meum, inquit, errorem, meum peccatum confitebor : nempe cum Pharaoni renarraret ac diceret, Cum iratus esses nobis, confessio erat sui peccati *quo regis iram provocaverat,* tum etiam taciturnitatis, quod accepti a Josepho beneficii immemor tamdiu siluisset : fieri enim potest ut ejus animo subierit utrumque, et utrumque sit confessus.

A sum ut possim. Exponit autem duplex somnium Pharao, quod erat in una virtute. Cur autem secundum somnium videt? ut discas quia urget Deus ut parcat hominibus. *Putabam*, inquit, *me stare juxta oram fluminis, et quasi de flumine ascendebant septem vaccæ electæ carnibus, bonæ aspectu, et pascebantur ad ripam. Et ecce aliæ septem vaccæ ascendebant post illas de flumine, pessimæ et turpes aspectu, et macræ carnibus, tales quales nunquam vidi in tota Ægypto turpiores. Et devoraverunt illæ septem vaccæ macræ et turpes septem vaccas bonas et electas, et intraverunt in ventres earum; et non paruerunt quod introissent in ventres earum, turpes sicut erant ab initio. Surgens autem rursus dormivi, et vidi iterum in somnis: et quasi septem spicæ ascendebant in fundo uno plenæ et bonæ.* B *Aliæ autem septem spicæ tenues et a vento corruptæ crescebant juxta eas et glutierunt septem spicæ tenues et a vento corruptæ, septem spicas plenas et bonas. Dixi ergo interpretatoribus, et non fuit qui dissereret mihi. Et dixit Joseph ad Pharao: Somnium Pharao unum est. Quæcunque Deus faciet, ostendit Pharao. Septem vaccæ bonæ septem anni sunt. Somnium Pharao unum est: et septem vaccæ macræ quæ ascendebant post eas, septem anni sunt. Et septem spicæ tenues et a vento corruptæ, septem anni sunt. Et erit septem annis fames: verum autem quod dixit Pharao: quæcunque Deus faciet, ostendit Pharaoni. Ecce septem anni veniunt ubertatis magnæ in omni terra Ægypti. Post autem venient septem anni famis: postea obliviscentur ubertatem in universa Ægypto, et consumet fames omnem terram.* C *Neque agnoscetur ubertas super terram præ fame quæ futura est post hæc. Vehemens enim erit valde. Quod autem iteravit somnium Pharao bis; quia verum erit verbum quod est a Deo, et properat Deus ut faciat hoc. Nunc ergo provide hominem sensatum, et præpone eum super Ægyptum, et faciat Pharao, et præponat locorum principes super terram, qui quintas exigat* (40) *omnis fructus terræ Ægypti septem annorum ubertatis, et colligant omnes fructus septem annorum venientium horum bonorum: et colligatur frumentum sub manu Pharao: et escæ in civitatibus custodiantur: et sint escæ quæ custoditæ fuerint terræ, in septem annos famis quæ erit in terra Ægypti: et non exterminabitur terra a fame. Et placuerunt* D *hæc verba ante Pharao, et omnibus pueris suis. Nunquid inveniemus hominem talem qui habet spiritum Dei in se? Et dixit Pharao ad Joseph: Quoniam ostendit tibi Deus omnia hæc, non est tibi homo prudentior, nec sensatior te: tu eris super domum meam, et ori tuo obediet populus omnis præter thronum: ego te præero. Dixit Pharao ad Joseph: Ecce constituo te hodie super omnem terram Ægypti, facito, inquit, tuum consilium. Quis te sapientior? quis te sensatior et fidelior? te enim volebat Deus ut supra domum esses meam, super omnem scilicet Ægyptum. Perficito tuum consilium, conregna mihi. Tibi enim dans Ægyptum in potestate, habebo te mecum in regem* [39]. Jam consolatio, jam fructus pudicitiæ erant Joseph. Sed nec in his factus arguit mulierem impudentem, non reddit vicem: tamen fuit in tribulatione, et in tali angustia tanta Joseph. Jacob autem in tribulatione erat, et jam cum (41) remissus fuisset Joseph a carcere. Quid ergo, dicent Judæi, ubi est fructus promissionis? Si enim ista est vita, quid hoc ad Jacob, qui decem et septem annis luxit Joseph? aut ad ipsum Joseph, qui vix liberatus est? Sed sermo quidem impletur, negotium autem servetur: licitum enim est nobis et sequenti perfrui die. Mensuremus autem tempus. Decet enim gratis dona Dei, ut jejunent in tempore, et epulentur in tempore. Tantum estote memores ubi finimus sermonem: ut sicut hi qui alacriter manducant, et ob quamdam occasionem exsurgentes a mensa nitant (42) sibi apposita: ita et vos reliquias alio a nobis exposcite die, ne quid et intermisimus: non enim decet nos venientes ad consolationem mortis, relinquere Jacob in luctu de fama mortis filii. Sed rationis est et sequenti nos jungere, et miscere in alacritatem lugentium jam esse consolationem. Non fuissem vos passus ita dimittere, adhuc sollicitus propter Jacob lugentem. Quia igitur incipimus permittente Deo et probationes de resurrectione conjungere, jam fidem præcedentis sermonis confidentes epulemur, non cum mortuis: omnes enim vivunt. Non enim venimus ad monumenta, sed ad locum commendationis; non venimus ad mortuos, sed ad viventes: commonentes nosmetipsos per ea quæ facimus spem ipsius resurrectionis. Læti convenimus, majus gaudentes recedimus; ita enim confidimus, quia resurgemus, quia et ista credentes lætabimur. Habemus autem reconditum sermonem nobis ostendentem, spes quia est religiosis. Et jam quidem ostensum est a justo Deo: tamen quia vocat tempus nos refici debere, gratiarum actiones consignantes verbum gloriam referamus viventi et bono et vero et vivificanti Jesu Christo: per quem est Deo Patri cum Spiritu sancto gloria et honor, imperium, majestas, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

[39] Gen. XLI, 17-41

(40) *Exigat*. Forte *exigant*.
(41) *Et jam cum*. Forte *etiam cum*.
(42) *Nitant*. Forte *nictant*, dum scilicet ad epulas relictas respectant.

LIBER SECUNDUS.

Lætantur quidem cœli de festivitate præsenti, in qua Dominum suscepere victorem : lætatur et exercitus angelorum suscipiens cum victoria regem : lætatur et qui genuit, et misit Pater a dextris suis habens charissimum Filium, per quem mortua quidem mors (43) est, corrupta autem est corruptela, et destructa est diaboli tyrannia, et salvati sunt homines, et gaudium acceperunt angeli. Non est passus autem Spiritus sanctus : sed per omnium hominum linguas victori obtulit laudes. Quia enim omnium linguarum erat salus, ideo omni lingua per ora apostolorum locutus est Spiritus. Et exinde jam vocabat gentes per initiamenta : implebatur autem et præcedentis festivitatis lætitia. Pascha enim festivitatis mortis sacramentum in se continens, tunc recipiebat fructum, cum flebat recursio Domini ad cœlos. Non enim venit ut moriens moreretur, sed ut eos qui mortui fuerant vivificaret. Lætantur igitur omnia : forte autem et creatura : clarior enim et sol est, secundum præsens hoc tempus : prolixior enim et lumen habetur (44) : et omnium completus est fructus : et consentiunt officia dispensationi. Soluta autem nobis est et sententia : revocata est nostra restitutio : obedientia enim veniens, prævaricationis pœnas ejecit : justitia subintroducta iniquitatem repulit : veniens vita mortem mortificavit : Deus descendens hominem perduxit ad cœlos. Undique igitur fulgores festivitatis lucescant (45). Sursum chori, in terra lætitiæ. Tristant bona malum, luget semetipsum diabolus : decet enim eum luctus suus : lugent adhuc usque dæmones, et semetipsos deplorant. Tantum enim ut nominata fuerit crux, agnoscunt plagam, et non sufferunt nomen. Et ne quis putet oblitum me fuisse hesternæ promissionis meæ; promiseramus enim de resurrectione dicere heri; exposcebat enim tempus. Sicut enim heri de resurrectione motus est sermo : ita quia festivitas regressum Domini requirit ad Patrem. Firmatur autem hominum resurrectio, cum apparuerit Filius reversus ad Patrem. Et majus ostenditur quod propositum est, cum apparuerit resurrectio ejus qui suscitavit (46). Siquidem et Apostolus volens ostendere quia resurgunt homines, ad resurrectionem Domini transmisit suum sermonem, et dixit : *Si compatimur ut et simul glorificemur* [90]. *Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit* [91] : ut ex hoc manifestum sit, hominum resurrectionem sequi Domini resurrectionem. Et mirabilia quidem

A quæ ante crucem facta sunt qui fuit ostendit : post mortem autem mirabilia quæ per apostolos facta sunt, confirmant quia qui mortuus est resurrexit et vivit. Unde et majora servata sunt mirabilia post mortem, quam ea quæ ante mortem sunt facta. Quia enim incredibilior resurrectio Domini magis quam adventus ejus in mundo, majora servata sunt testibus resurrectionis mirabilia, ut agnosceretur (46*) quia mortuus quidem est, sed resurrexit ob dispensationem, vivit autem propter virtutem. Quis enim ausus est dicere, quia non resurrexit Christus, aut confessibiles (47) inimici, aut ficti amici? Putas gentiles audebunt dicere quia mortuus est et non resurrexit? Non quæro quid dicant, sed quid patiantur. Si enim stant eorum templa, non resurrexit. Si B non destruxit, si non conflata sunt eorum simulacra post crucem, non resurrexit, qui arguit ea quæ non vivunt. Si non increpantur nomine crucis eorum dii et dæmones, non resurrexit qui his qui non sunt terribilis habetur : confitentur enim et dæmones resurrectionem Christi. Qui enim exorcizant, crucem Domini nominant, et resurrectionem : et nomine ejus qui mortuus est et resurrexit increpantes, non ut inobedientes aut contradicentes habent dæmones, sed obaudientes et consentientes resurrectionem. Sed Judæi dubitant de resurrectione Christi. Utinam non dubitarent, ut et ipsi resurgerent a peccatis suis, in quibus mortui et vere sunt mortui! Si autem dubitant, ostendant civitatem suam C post ea quæ ausi sunt, stantem. Et vere qui mortuus est mortuus est, quia stant qui affixerunt cruci. Si autem deserta est civitas ob audaciam incolarum, qui post mortem cruciat eos quia sunt, utique vivens id gerit. Si non servit eorum gens, si non excusaverunt suum regem, si est cum ipsis propheta; non est factus exitus prædicationis prophetarum. Si autem civitas eorum deserta est, si altare jam non est eis, non sacerdos, non rex, non propheta, non spiritus; per quem ista? Si autem et dicatur ab eis impudenter, quia civitatem eorum destruxerunt homines; utrum concedente Deo et ita permittente, magis autem indignante? dicant causam peccati. Putas propter idololatriam? et certe nunc idola non colunt. Sed quia prophetas occide- D runt aliquando? et certe cum eos interficerent, habitabant civitatem suam. Sed quia templum contaminarunt aliquando? et certe contaminantes habe-

[90] Rom. VIII, 17. [91] I Cor. XV, 16.

(43) Ms. *Per quem mortua quidem mors.*
(44) Ms. *Prolixius enim et lumen habetur.* Prolixiores enim tunc dies esse incipiunt.
(45) Ms. *Lucescunt.*
(46) *Suscitavit.* Forte *suscitabit.*
(46*) Ms. *Ut cognosceretur.*
(47) Ms. *Confessiles :* aperti et professi inimici, infra lib. I, *de incorporali* post med. *nonne confessibile est*, etc.

bant. Quæ ergo causa est ut ira adversus eos sit Dei nunc? Et certe secundum ipsorum sermonem ut aiunt, utinam videantur religiositatem fecisse! Si enim solventem legem, et de lege contra facientem invenerunt Dominum Jesum, et non invidia, sed zelo pro lege affixerunt cruci: oportebat Deum et alia eis peccata dimittere magis propter istam justitiam, quam nunc eos ita punire. Et licet ipsi essent peccatores, et alia haberent peccata; tamen Dominus Jesus, quem ipsi legi contraria facientem dixere, cum apud eos esset, prædicebat quia destrueretur eorum templum, et deprædaretur eorum civitas propter id quod adversus se audebant. Et si ipsi alia habebant peccata, Deus autem non videretur mendax, ut ipsi blasphemant, inveniretur autem verax, passus utique fuisset alia eorum peccata, ut confirmaretur docenti prædicatio illa, quæ et cæcis exstitit manifesta, et videntibus completa. Apostolus enim Paulus ad Galatas scribens ait: *Quia ante oculos eorum descriptus est Jesus Christus crucifixus* [62]. Ego autem et audebo adversus vos dicere, quia sermo ante oculos vestros describit Jesum Christum resurrexisse a mortuis. Quid enim quæris? non invenies solem clariorem: ad satisfactionem (48) resurrectionis Domini, gentilium quotidie deficientem culturam. Protenduntur autem Ecclesiæ bona, et quotidie crescunt. Inimicus ergo ut ipsi putant legis, qui vindicat in adversos et domesticos suos, exaltatur, vivit. Putas aut non vivens hæc quæ non viventes possunt, ipse operatur? occasio Judæis nulla relicta est. Cum enim dicunt, quia alia peccata habuimus, et ideo ejecti sumus nunc. Primum est enim, quando non peccavit Israel? quando non eos est passus Deus nisi nunc solum? Nonne in Ægypto idola colebant? Putas ergo quia colebant idola primam istam irreligiositatem admittentes, ideo non sunt ejecti de Ægypto? Et certe cum multis signis et prodigiis et mirabilibus, cum percuterentur Ægyptii decem plagis, liber autem esset Israel a decem plagis cohabitans iisdem. Et operibus (49) quidem erat Ægypti, Dei autem misericordia a plagis Ægyptiorum habebantur immunes. Si igitur propter istiusmodi peccata plagæ sunt, debuerant in Ægypto cum adducebantur plagæ adversus Ægyptios, dari et Judæis, qui cum cohabitantibus idola adorabant, qui et cohabitantes simul cum iisdem peccabant. Si autem idola quidem colebat in Ægypto Israel, et non solum non accipiebat plagas, etiam irreligiosa gerens, sed alii pro eis quandiu et exirent isti; nunc sine causa causantur. Quod autem idola colebant in Ægypto Israel, testatur quidem et Ezechiel propheta comparans duas eorum metropoles, Hierusalem dico et Samariam, duabus consororibus, et dicit: *Duæ erant consorores, et ipsæ fornicatæ sunt in Ægypto in adolescentia sua* [63]. Fornicatio autem in Scriptura ita ponitur, quia secundum misericordiam dignabatur Deus tanquam conjungens sibi tunc quidem Synagogam, nunc autem Ecclesiam. Ab eo ergo qui secundum misericordiam conjungebat recessio, et dæmonibus conjunctio, et idololatria, fornicatio secundum Scripturam rectissime nominatur. Quia ergo idola colebant in Ægypto, ideo per prophetam ait: *Duæ erant sorores, et ipsæ fornicatæ sunt in adolescentia sua in Ægypto.* Denique et Moysi successor Jesus Nave, mandans populo de suo exitu dicit: *Quibus vultis servire diis? Num his quos coluerunt patres vestri in Ægypto* [64]? Quid autem opus est prophetas vocare? ipsum Israel testem adversum se et ipsorum vocem produco, ut ostendam quia idola colebant in Ægypto. Quia enim exeuntes de Ægypto erant in deserto, et Moyses ascenderat apportare sacrilegis legem, quadraginta autem dies protenderat in monte Moyses: caput vituli sibi conflantes, clamabant suis linguis adversum se: *Isti dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti* [65]. Hoc autem commendat, quia qui et in deserto coluerunt idola facientes sibi vituli caput, et apud Ægyptum. Dixere enim: *Isti dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Accusantium vox est quia istiusmodi venerabantur idola, et hos colebant et in Ægypto, quibus et reddebant gratiam egressionis suæ. Si autem dixerint, quia alia peccata habuimus ob quæ et ad desertum perducta eorum civitas, et servit gens, et neque propheta cum ipsis est, neque altare, nec rex, nec sacerdos; quod peccatum majus est irreligiositate? Si autem colentes idola in Ægypto exierunt ex Ægypto; non erat facilius irreligiose eos agentes apud Judæam, reverti in Judæam? Sed ausi sunt dicere, quia ideo nunc non habemus prophetas, quia inter gentes sparsi videmur. Ubi ergo venit Moyses? nonne in Ægypto? ubi Maria, soror Moysi? nonne in Ægypto? ubi septuaginta duo? nonne in deserto gentium? Post hæc autem ubi Daniel? nonne in Babylonia? Ubi tres ejus fratres? nonne in Babylonia apud gentes? Ubi degunt qui jejunant? nonne in gentibus? ubi flamma ignoravit suam naturam? ubi Zacharias propheta? ubi Angelus (50)? Si autem prima et media in gentibus, cum ipsis erant prophetæ. Et certe apud Babyloniam extra hos qui prædicti sunt, omnes Judæi adoraverunt imaginem regis, et non ideo fraudati sunt a prophetis. Quia autem adoraverunt imaginem, comminatio Nabuchodonosor tunc facta annuntiat. Dicit enim: *Omnis qui non cadens adoraverit imaginem, statim mittetur in fornacem ignis ardentis* [66]. Et aderat quidem illi (51) omnis Israel. Tres autem soli inventi sunt qui non adoraverant; in fornacem missi sunt, et

[62] Gal. III, 11. [63] Ezech. XXIII, 3. [64] Jos. XXIV, 11. [65] Exod. XXXII, 4. [66] Dan. III, 6.

(48) *Ad satisfactionem.* Forte in Græco fuerit ἀπολογίαν, quod interpres verterit satisfactionem: sicut I Pet. III, 15, in vulgata interpretatione.

(49) *Et operibus.* Sensus potest esse, *idololatria similis Ægyptiis erat Israel.*

(50) *Ubi Angelus.* Malachias.

(51) *Illi.* Forte illuc.

ab igne salvati sunt. Daniel autem regalia sibi commissa non aderat præsens. Si enim adfuisset, nunquam a quadriga bonus remansisset equus. Ita autem nec derelictus est Daniel ob comminationem ignis a fratribus suis et illorum martyrio : quia fratres quidem ejus in medium producti, in aperto martyrium posuerunt, et passi sunt et liberati : Daniel autem post hæc præcepto exsistente regis nullum debere neque alium adorare Deum, neque regem, nisi solum regem, et quem putas? Persarum : ipse autem ingrediens domum suam, et cum posset latere et occulte adorare Deum, palam adorans non negavit religionem, sed maluit magis esca dari leonibus, quam fraudari se ab adoratione viventis Dei. Noli enim quærere, si Daniel non est a leonibus comestus : sed quia proposuit se comedi (52), hoc adverte. Nec quia non consumpsit flamma tres illos pueros missos in fornacem ignis ardentis, sed quia ipsi holocausti facti sunt (53) quantum ad alacritatem suam. Non enim ab exitu judicium est, sed ab alacritate coronæ. Ego autem dico, qui ideo salvati sunt tunc, et Daniel a leonibus, et tres pueri a flamma ignis ardentis ; non propter alacritatem eorum qui salvati sunt, sed propter infirmitatem illorum qui adoraverunt imaginem. Ut enim non dicerent qui adoraverunt, Quid profuit eis qui non adoraverant? ne ab exitu incendii eorum qui non adoraverunt, satisfactionem (54) sibi conquirerent irreligiosa agentes, ideo salvati sunt qui non adoraverunt, ut non permanerent mortui qui adoraverunt. Ipse (55) enim Deus est Daniel et horum qui in martyriis consumuntur a feris. Sed non ipse populus : ab incredibili (56) enim populo salvabantur qui fidem confitebantur, ut non incredulitas populi augeretur : a fideli autem plebe, ut crescat fides in sanguine sanctorum, veritas firmatur Evangelii. Habemus autem et nos, quia et mirabilia facta sunt in languentibus locis. Quidam enim a feris salvati sunt, quia languebant loca in quibus et passio martyrum agitabatur : alii ab igne liberati sunt. Si quis autem non credit, et rationem exposcit ; nihil prohibet religiosi unius memoriam nos repetere, et proferre in medium. In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exstitit martyr. Iste peregrinus advenerat illo. Cum autem jactari a tempestatibus illam tunc videret civitatem (invenerat enim jam multos milites cecidisse Ecclesiæ), non est passus dare diabolo ut exsultaret : sed exsultantem judicem de his qui fuerant superati aggreditur, vim faciens regno vero rapto (57) : et dicit : Non recedes lætus. Habet enim Deus milites qui superari non possunt. Judex autem ebrius in victoria eorum qui fuerant superati, ex illorum imbecillitate æstimans sancti constantiam (58), præcipit eum induci. Non oportebat enim Dominum Jesum sine victore recedere. Introducens autem eum, omnia tormenta movebat, et tanta uni vincenti, quanta omnibus his qui fuerant superati. Contendens enim ne solveretur victoria sua per unius istius victoriam, et reputans apud se, quia et in stadiis finis currentium quæritur, et quia si iste vicerit, nec ut victi erunt qui fuerant superati ; universa ei admoveri tormenta jubet. Volens enim flectere juvenem, et oculis torquebat, et dentibus minabatur, et manibus torquentium suas protendebat manus, et ab ipsa ira etiam de sede movebatur sua. Cum autem fatigarentur torquentes, et non cederet qui torquebatur, atque obtusum et deflexum fuisset ferrum, non est flexus qui radebatur. Cum jam nulla adinventio tormentorum fuisset derelicta, cupiens constantiam suam ostendere Domini miles, emittit vocem dicens : Cur jam, tyranne, non cessas? confessus sum per os verum esse regem Christum. Judex autem injuriam in tyrannidem dictam non sufferens, convicit quidem se, et commendavit martyrem Christi : quia ideo hæc pro vero rege patitur, qui ita de mortali ausus est loqui. Propterea jubet eum igni tradi, coronam coronis conjungens. Et ideo cito efficiebatur præceptum. Ejiciebatur enim Romanus lætus et coronatus sanguine, insignia in lateribus habens quæ pro veritate fuerat passus : portans quippe et in humeris crucem, et in fronte signum regale. Cum autem adunarentur sarmenta et cannæ, ad velocitatem utpote flammæ, vel quod igni apta videntur ad incensionem, imponebatur autem vivens immolatio in igne (59). Hæc cum ita agerentur, non longe autem abesset civitas, ut testaretur veritati : et forte quia quidam de Judæis aut alii homines dicebant, ubi est horum Deus? forte proferentium Judæorum tres pueros, et dicentium, quia sub nos salvabantur a flamma fornacis ardentis, isti autem ardent : atqui cœli jubet Dominus nubibus coronari cœlum. Adimplens autem sinus nubium grandine et imbre admodum vehementi, et addens ventos ad velocem emissionem eorum : neque accendi flammam permittit, vehementiorem ostendens hanc virtutem, quam apud Babyloniam. Illic enim e flamma tres pueros liberavit : istic autem ne quidem accendi flammæ concessum est. Fit turbela non levis : nuntiantur (60) tyranno quia martyre tradito igni cœlum indignatum est, et quia cœlestis rex suos qui in terra habentur defendit. Hæc cum audisset tyrannus, et cum valde injuriam defenderet suam factam per linguam, jubet judici jam non debere jurgari eum ad Deum, sed istum quem liberavit Deus dimitti debere. Et noster igitur Ananias

(52) *Proposuit se comedi.* Sponte se obtulit leonibus vorandum.

(53) *Holocausti facti.* Ὁλοκαυστοί id est penitus consumpti, et holocausta facti, si species illorum alacritatem.

(54) *Satisfactionem.* Ἀπολογίαν supra col. 1095. B.

(55) *Ipse.* Pro *idem.*

(56) *Incredibili.* Pro *incredulo.*

(57) *Regno vero rapto.* Quod *violenti rapiunt*, ut dicitur Matth. XI, 12.

(58) Ms. *Æstimans fortis constantiam.*

(59) Ms. *Imponebatur vivens immolatio in igne.*

(60) *Nuntiantur.* Forte *nuntiatur.*

velut ex igne dimittitur. Judex autem blandiens tyranno, iniquus voluntate et proposito, sine Deo degens, cupiens nihil deesse blandimentis suis, invenit nescio quid novum adversus sanctum, addens admirationem admirationibus. Quid enim facit? præcipit linguam qua fuerat locutus in hominem, eo quod non negaverat Deum, incidi. Et quidam medicus qui jam ruerat non proposito sed carnis infirmitate; quia enim ipse fuerat superatus exivit; exsultari libet de victoria superantis : provenit autem istum portare medicinalia operamenta. Et exivit ut consolaretur suam ruinam : inventus est in aliam tentationem incurrere. Præcepto enim judicis insistente ut lingua incideretur sancti, et quia inventus est ille parata habens ad istam necessitatem ferramenta, urgebatur incidere quam nolebat B linguam. Et incidit quidem : cum autem incidisset, ipsam linguam usus est ad tutelam sui : non enim projecit quam incidit, sed accipiens eam, ut medicamen ad sanitatem illius delicti quod admiserat ab negando, accipiens domi recondit, ut consuerunt (61) infirmiores, fideles tamen, honorare si quid a martyribus sumpserint. Dicit autem medicorum doctrina, contestatur etiam et natura, quia linguæ incisio, interfectio est ejus a quo inciditur : oportebat autem et secundo a morte liberari martyrem Christi : ergo cum producunt nobis Judæi tres pueros, in uno tria proferimus. Et jam quidem habemus duo mirabilia : flammam ne quidem concessam flammam fieri; post incisionem linguæ, vitam, C quam natura quidem non confitetur, gratia autem addidit. Ubi ergo tertia admiratio est de eodem martyre Christi? Adducebatur Romanus ad carcerem : addebat autem et hoc blandus ad tyrannum judex, qui istam corporalem linguam non habebat. Lectum est autem nobis, quia in apostolos Spiritus linguas ut ignem divisit et donavit. Sed illum non vidimus, sed audivimus et credimus. Quod autem dicturus sum, multi vultus (62) sunt testes. Dicitur quia beatus iste Romanus, dum adhuc carneam habebat linguam, similia Moysi loquebatur, hoc est balbutiens, et non composite loquens. Dum adhuc haberet totam linguam, et non posset composite loqui, erat balbus. Qui autem carcerem ingrediebatur custos carceris interrogavit eum, quod ei esset D nomen : et certe litteræ (63) jam his qui valde compositi recte loquuntur, impedit ad loquendum. Nunc autem Romanus et incisa lingua; quam cum haberet (64), et recte loqui non poterat; Spiritus linguæ loquitur, et valde rectissime, et dicit, Romanus dicor. Iterum nuntiatur hoc judici et tyranno præ-

A senti. Iterum qui inciderat medicus, constituitur in timore. Etiam, inquit, iste adhuc Christianus est : ut fratri parcens contempsit præceptum. Forte autem ille, cupiens post incisionem linguæ non superesse martyrem, et majori mensura incidit ad interfectionem potius quam ad præcisionem. Tamen comprehensus medicus ducebatur ad judicem, et negotium habebat, cur loqueretur, is cui incisa fuerat lingua. Non enim semel locutus tacuit, sed conferebat cum aliis de cruce et victoria Christi, et hoc multis mensibus in carcere constitutus. Habemus ergo et tertiam admirationem, et unus Ecclesiæ martyr jam æquatur tribus ex Synagoga. Cum autem negotium pateretur medicus, ut condiscatis quantum boni sit, et brevis quidam ictus religiositatis. Quia enim tutelæ causa acceperat linguam, quia in ratione salutis thesaurum reconderat sibi, exhinc jam accepit fructum fidei. Judici enim indignanti et comminanti, et jam eum interficere volenti respondit medicus : Habeo linguam quam incidi. Producatur alius, cui non assistit Deus, et secundum mensuram incisæ linguæ, incidatur lingua; et si vixerit, meum commentum est, et non Dei defensio. Producitur quidam damnatorum, et diligentissime mensura accepta, incisa etiam lingua est, quæ habebat incidi Tantum ut impleta incisio est, et finis ejus completus est vitæ. Et ille quidem est mortuus. Dei autem ex comparatione tenebrarum apparebat clarissimum lumen. Si quis autem infirmus et incredulus est, signa autem infidelibus, ut dicit Scriptura [67], habemus hæc proferre quæ audivimus. Et certe non tantum egena est Ecclesia; sed et de alio audivi ego, quia vir quidam ad bestias missus est, a bestiis autem non consumptus, ut Daniel, Ecclesiæ referebat mirabilia Dei. Sed non sit mihi colligere talia. Ista enim supportatoria infirmantium habentur, istæ satisfactiones sunt non credentium. Sed neque ista sperno, nec abnuo. Glorificetur autem et in istis mirificator Deus. Diligo autem cum video incidi capita martyrum, et totum corpus ardere, et virgines nudas non irreligiosis oculis, amicis autem et fraternis. Nihil enim horum terribile vident fratres, quia nec patiuntur. Istæ sunt gloriæ, istæ nostræ dilectiones. Et quidem qui inciditur capite, habebit caput in judicio; quia qui ardet totus, holocaustum Deo viventi offertur. Et virgo nudata, non nuda; habet enim indumentum incorruptelæ suæ. Nemo dicat martyribus : Misericordia a vobis (65) ab his, fratres; ne forte imitatores Christi vocem etiam ejus mittentes respondeant dicentibus : *Vade retro me, Satana* [68].

[67] I Cor. XIV, 22. [68] Marc. VIII, 33.

(61) *Ut consuerunt. Ut solent infirmiores* clam et domi reconditas martyrum reliquias honorare; cum fortiores palam id facerent : erat autem ille *medicus carnis infirmitate lapsus*, sicut paulo ante dictum.

(62) *Vultus.* Πρόσωπα, *aspectus.*

(63) *Litteræ.* Forte *littera*, ut sensus sit : littera R quæ ægre pronuntiatur etiam ab iis qui os recte compositum habent ad loquendum, nunc, etc.

(64) *Quam cum haberet.* Quam litteram facile pronuntiare non poterat, etiam cum linguam haberet.

(65) *Misericordia a vobis.* Forte *Misericordia vobis ab his*, ut sensus sit : Nemo martyribus dicat : fratres, vestri misereantur hi tyranni, parcant in vos sævire; ne martyres exemplo Christi respondeant : *vade retro*, etc.

Incedantur et ardeant ut nudentur (66) virgines in passione, et vincat per omnia Christus. Quid enim et promunt Judæi ut gloriam aut accusationem? Si enim nos fratrum nostrorum interficientium (67) usi sumus prædicta gloria, interfectis prioribus non cessamus interfici : nunc adoremus idola quæ excusamus (68). Israel autem et dum interficeretur ne adoraret, non cessavit adorando. Et ausi sunt loqui ad crucem. Cum enim vituli caput sibi ut adorarent fecerunt, Moyses interfecit plurimos, ne cæteri facerent talia, et qui derelicti sunt adorarent. Unde ergo simile erit Judæis ut et dum interficiuntur, alii adorent simulacra; et Ecclesia (69) quæ interficitur ut adoret, et non adorat? Sed quæ communio est lumini ad tenebras? *Quæ enim debui facere vineæ meæ, et non feci* [69]? dicit Deus. Donare debuit, et blandire, et beneficia tribuere : fecit omnia. Donavit enim manna : Israel autem modo manducans, vitulum qui nec herbam manducabat nec vitam habebat, adorabant. E petra bibebant aquam, et ex petra faciebant idola sibi. Per lignum figurati amara aqua translata ad dulcedinem est : illi autem e ligno exsculpentes sibi simulacra, adversum eum qui fecerat dulce adorabant. Veterascentes autem concrescebant eis tunicæ : illi autem accipientes quæ donabat Deus, consecrabant idolis. Tantum enim erant ad beneficia contumaces : ideoque adduxit adversum eos plagas, quia dum daret beneficia, eos suadere non potuit : voluit ergo eos puniens perurgere. Quam enim plagam eis non misit? Quid enim ait ipse ad eos? *Sine causa percussi filios vestros : disciplinam non accepistis* [70]. Cum enim beneficia sua eis exprobaret, dicebat : *Quid adhuc debui facere vineæ meæ, et non feci* [71]? Cum autem incredulitatem ad plagas addebat : *Sine causa percussi filios vestros : disciplinam non accepistis*. Et iterum : *Quid adhuc percutiamini addentes peccata* [72]? Hoc est, ego evacuavi plagas : vos autem non cessatis peccantes. Sed forte simplices plagas putatis : et gladio interfecti sunt, qui caput sibi vituli fecerunt, ut adorarent : et nihilominus indisciplinatus mansit Israel : et terra mirifice ostendat aperiens os suum : vivos quosdam absorbuit : et qui relicti sunt, adorabant non viventes. Flamma eos consumpsit ne adorarent idola, et comedit multos : et qui relicti sunt, adorarunt simulacra dæmoniorum. Et illi quidem consumebantur, ut non adorarent, at nihilominus adorabant (70). Nos autem consumimur ut adoremus, et non adoramus. Non quippe nostra virtute, sed crucis potentia. Serpentes eos mordebant, et immisso veneno occidebant, et per omnes plagas, per terram, per ignem, per gladium, per serpentes, per feras, per inimicos, per legem puniti, interfecti, concisi, consumpti sunt, et manu sacerdotum occisi : et non recesserunt ab idolis. Et tamen hæc omnia fiebant tunc, et spiritus erat in ipsis, et Moyses propheta, et Aaron sacerdos, et Jesus Nave exercitum ducens, et expugnans inimicos, et Moyses orationibus vincens, et manna desursum, et petra dabat aquam, et tabernaculum aderat, et virga florebat, et mirabilia fiebant. Et colentes idola non abegerunt Deum, ut recederet a promissionibus suis quas fecerat ad Abraham. Cur ergo, vos interrogabo, cur cum et apud Ægyptum idola colebatis, cum et in ipso mari positi non credebatis, cum et manna accipientes murmurabatis, cum et ante legem et contra legem vituli caput vobis fecistis, cum Beelphegor vosmetipsos consecrastis, cum flammam ignis contempsistis, cum serpentibus interficiebamini, non estis suasi : cum terra admirabiliter os suum aperiens absorbuit vos viventes, neque vos cessastis ab idolis, neque Deus recessit, ut non vobis faceret bene ; et habebatis prophetas vobiscum. Comparavimus igitur illa his quæ non sunt (71), et interrogavimus eos cur tunc cum tanta fierent a vobis, passus (72) est vobis (73) Deus, et nunc cum Sabbatum custoditis ut pollicemini, et legem legitis, et libros prophetarum, quos præsentes quidem interfecistis, libros autem eorum purpureis palliis honoratis : quæ causa est ut tunc quidem tanta vobis facientibus mala, tanta fiebant in vobis Dei bona, et spiritus vobis aderat, et prophetæ vobiscum erant? Nunc autem, cum et legem legitis, et dicitis, et custoditis, et feriamini, et Sabbatum observatis, et ab escis vos abstinetis ; sine causa laboratis, et vigilatis, per noctem psalmos dicentes, et per civitates et nationes synagogas constituistis, et arcam et candelabra et mensas, et omnia vultis facere nunc magis quam in terra vestra? Cur tunc cum tanta mala faciebatis tantos habebatis prophetas, et Moysen quem voluistis lapidare, et Aaron cui vim irrogastis : nunc autem cum videmini custodire legem, et omnia facere ut prædictum est, nullus vobiscum propheta est? Putas quia Romani, compellimini enim dicere, quia citra voluntatem Dei destruxerunt vestram civitatem? Spiritum sanctum quis abstulit a vobis? Ubi nunc apud vos propheta est? Dicit Deus in Ezechiel propheta : *Populus iste peccavit in me, et misi eos ad captivitatem* [73]. Sed non ista metuentes, inquit, ad gentes audiebant : *Iste est populus Dei et terra Dei* [74]. Et educam, inquit, propter nomen meum, et reducam eos, et dicito eis :

[69] Isa. v, 4. [70] Jerem. II, 30. [71] Isa. v, 4. [72] Isa. I, 5. [73] Ezech. XXXVI, 19. [74] ibid. 20.

(66) *Incedantur*. Forte *incidantur* (aut *incendantur, et ardeant, et nudentur*, etc.

(67) *Interficientium*. Pro *interfectorum*.

(68) *Excusamus*. Vox interpreti nostro familiaris, pro eo quod est *repudiare, rejicere*. Sic supra, lib. II. De fide adv. Sabell. sub fin. : *Contenti simus veritate, excusemus lites*; et lib. I. De resurr. circa med. : *Si talis esset resurrectio, excusaremus utique resurgere* ; et infra : *Factus es perfectus, formatus es, excusa illud*, etc.

(69) *Ecclesia*. Forte *Ecclesiæ*.

(70) Ms. *Et nihilominus adorabant*.

(71) *Non*. Forte *nunc*.

(72) Ms. *Passus est a nobis Deus*. Fortasse *passus est a vobis*.

(73) *Vobis*. Forte *vos*.

Non propter vos facio, domus Israel, sed propter nomen meum [73]. Ille Deus qui dixit tunc, Non propter vos facio, sed propter nomen meum, nunc audiens vos dicentes, quia religiose fecimus crucifigendo Christum, et sint illi digni propter prius opprobrium gentium dicat ut dixit : et nunc, si tamen permittit vestrum peccatum, in unum non propter domum Israel facio, sed propter nomen meum : et certe propter nomen suum nunc vos non reducit. Sicut enim tunc propter nomen suum revocavit : ita nunc propter nomen suum vos non revocat. Si enim propter nomen suum facit quod non facit, debet et non permittere fieri ea quæ prædixit Salvator, cum ostenderent ei lapides templi, quia *non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur* [74] : et cum defleret Hierusalem, et prædiceret quia circumdabunt eam inimici, et destruent eam ; et cum diceret filiabus Israel : *Filiæ Israel, nolite plorare me, sed plangite vos et filios vestros : venient enim*, inquit, *dies cum patiemini ea quæ passæ sunt* [77]. His semel et bis et tertio a Salvatore prædictis, si mendax est, et si contra legem faciens, si defendentes legem occiderunt quem occiderunt; deberet Deus ut argueret prædicationes mendaces, pati illos etiam nunc peccantes, ut et antea passus est. Si autem Salvator quidem prædixit, Pater autem audiens confirmavit, et opera testantur, prædicatione dupliciter convictus est Israel. Quia igitur apparet correptio quæ per crucem facta in mundo effulsit, interrogavimus eos, quem vultis esse Jesum ? hominem peccatorem et contra legem facientem ? Ergo producite vestros justos, et fiat comparatio. Absit ut a nobis servis, ad Dominum ! Quia autem ad Judæos loquimur, oportet nos infantiari. Comparemus in (74) signa, et opponamus lucernas plures soli uno, et dicamus Judæis : Quem vultis Jesum esse ? ut Abraham ? Ostendite ergo quem suasit Abraham, vel unum licet, ab idololatria ad religiositatem : aut non hoc primum et in vestra lege mandatum est. Sed Isaac comparabitur rei (75) ipse, et de Isaac erit sermo. Quem suasit Isaac ? Sed Jacob, cujus et socer in idololatria permansit ? Sed Moysi, qui non potuit per multa signa et prodigia filios Abrahæ ad culturam Abrahæ transferre ? qui non potuit suadere socero suo ? Nonne mare scindebatur, et iterum copulabatur, et manna ad vicem imbris deducebatur, et petræ ex imis emittebant aquas, et omnis natura transferebatur per signa, et populus manebat in idololatria ? Quid valuit lucerna Moyses ? Ideo bene dicit Dominus : *Nolite judicare ad faciem, sed justum judicium judicate* [78] : non nominibus, sed negotiis : quid correxit Moyses, et præhonoretur (76) a vobis Jesus ? Si autem unum populum per signa non suasit, Jesus autem per crucem, per scandalum, et non per signa aut prodigia, mundum transtulit ad Dei culturam : Moyses lucerna ne quidem uni domui sufficit ; Jesus autem sol justitiæ, si non fulget mundus et illuminatur, non sit sol. Ex negotiis enim et nuncupationes sunt accipiendæ. Si illuminatur mundus, sol justitiæ est : ubi enim præcurrit opus, adjuncta sit et nuncupatio. Moyses lucerna quare dictus est, qui neque fratribus suis et cognatis lucere valuit ? Siquidem ad fines (77) ejus igni consumpti sunt sub illo peccantes, et Aaron per os ipsius Moysi objurgatus est, et propter ipsum Moysen objurgatus a Deo est Aaron. Qui norunt Scripturas sciunt quæ dicuntur. Moysen producunt quod jurgatus a Deo est, et finem justum habuit vitæ. Sed nos compellimur dicere adversum sanctos quos cupimus honorare. Sed non dicimus adversus Moysen, sed ea loquimur quæ vult : ipse dicit Moyses. Nam et si compellimur dicere, dicimus ideo ut commendemus ea quæ ipse Moyses de Christo locutus est. Ergo falso Judæi Moysen adversus Moysen legunt. Legentes enim dicunt, quia nihil veri loquitur. Nos autem Moysen pro Moyse legimus. Et quid contendimus ad Judæos vere adicere (78) quæ apud Judæos habentur, quæque nobis concedunt ? At idem Judæi concedant nobis quia Moyses vera locutus est, et nullus e prophetis mentitus est, neque Deus horum. Dicimus enim quia omnes promissiones Dei, quæ per legem factæ sunt et per prophetas, impletæ sunt in adventu Domini Christi, et adhuc usque implentur. Hoc est honorare libros prophetarum, non purpureis pallis a foris, sed illum qui intus prædicatur agnoscere. Non est mentitus Moyses pro nobis ; opus enim ipsum ei testimonium præstat. Non est mentitus Moyses adversus Israel ; captivitas enim eorum et humiliatio testatur. Non sunt mentiti prophetæ vocationem gentium prædicentes ; vocati enim sunt ut videtis. Non sunt mentiti prophetæ, exitum et abjectionem Israel prophetantes. Si autem sermones prædicti sunt, et negotia testantur, quid adhuc impudens Israel ? aliquando quidem ad dicta, nunc autem et ad ipsa negotia. Scriptum est, et promissum in lege est, quia si fuerint qui dispersi sunt e populo ad fines usque mundi, et pœnitentes custodierint legem : *inde eos reducam, dicit Dominus* [79]. Ista Dei promissio est. Interrogavimus ergo Judæos, utrum servatis legem aut non ? Si non servatis, quid et loquimini ? Si autem servatis, quid quia non revocamini ? Non enim mentitur Deus. Si autem prævaricantes legem habebatis civitatem ; nunc ut dicitis servantes legem dispersi estis in civitatibus : manifesta ergo est vestra

[73] Ezech. XXXVI, 22. [76] Marc. XIII, 2. [77] Luc. XXIII, 28 ; XIX, 44. [78] Joan. VII, 24. [79] Deut. XXX, 3.

(74) *In*. Forte *jam*.

(75) *Comparabitur rei*. Fortasse *comparabitur ei*, id est Jesu Christo : nempe littera r, prioris vocis postrema, perperam repetita fuerit.

(76) *Et præhonoretur*, etc. Forte, *ut præhonoretur a vobis Jesus*.

(77) *Ad fines*. Fortasse unica voce *adfines*, propinqui.

(78) *Vere adicere*. Fortasse *vere ea*, vel *vere dicere* : vel *adicere* dictum est pro *adjicere*.

inexcusabilis audacia sanguinis justi. Et certe multorum prophetarum effudistis sanguinem, et habebatis vestram civitatem: et prioribus prophetis interfectis, secundi veniebant, et convincebant vos. Quomodo ergo multorum prophetarum sanguis non intercidit prophetiam; unius autem, ut dicitis, contra legem facientis sanguis, statuit (79) omnem prophetiam? Et quomodo omnes prophetæ cum legislatore et regibus justis, et omnibus mirabilibus quæ facta apud Ægyptum videntur, et in deserto, et in ipsa terra promissionis, et cum omnibus beneficiis et pœnis non statuerunt idololatriam ne quidem ab ipso Israel? Crucis autem sermo et orbem universum convertit, et Israel si nihil aliud, tamen ab idololatria prohibuit? Quid hoc efficientius mihi videtur, quia resurrectio viventis quæ hoc fecit, mors quam sustinuit. Si enim affixus est ob infirmitatem, ut dicit Paulus [80], sed vivit ut videmus. Et nos quidem illum quem non videmus non negamus: viventem autem ex his quæ efficit videmus. Quia autem ausi sunt, in qua sunt pœna ipsi edicant. Ergo vivens et apud eos invenitur qui passus est. Qui enim adversantur in dissolutione sunt: et gentiles jam non gentiles: et Judæi superantur. Quid deest qui vincit? Ecclesia quippe unde habens filios? Ita enim est admiratio, quia a Judæis accipiens patres apostolos, a gentibus autem filios a non credentibus; habet illic salutem filiorum, istic non credit Judæis (80). Sed ab abnegantibus Judæis habet testes apostolos, ut illorum conspersio apud nos non sit illorum. Cum enim ferrum acceptum fuerit a congeriebus lapidum, aut a terra ex qua et conflatum est, jam non est quod erat in monte: et apostoli a Judæis accepti, jam non sunt ex illis. Per ignem enim emundati, aliud quam lapides facti sunt. Illi enim interficiebantur ut non adorarent idola; et lapidabant Moysen quia non concedebat eis adorare: Stephanus autem statim ex ipsis lapidabatur, eo quod non negavit causa crucis Dominum Jesum. Putas isti ex Judæis sunt? Petrus qui inverso capite affixus est cruci, Paulus qui persecutionem est passus, et gloriatus est in periculis. Sed meminimus Petri et Pauli et Stephani. Petrus ante crucem infirmus et incertus, et ter abnegans Dominum; quando magis oportebat eum negare? cum adhuc viveret magister? aut tunc cum satis sibi fecit qui est mortuus? Si autem neque ante mortem negaret, esset contentiosum omnia dominantis Magistro (81). Si autem ante crucem negat, et ter non simpliciter, sed per vocem puellæ unius, et hoc Domino prædicente ei, et certe si non propter aliud, propter contemptionem prædictionis deberet Petrus non negare. Et certe cum Dominus dixit, negaturos esse omnes, Petrus dicebat: *Si omnes te negabunt, ego non te negabo; sed paratus sum pro te mori* [81], et ante te mori. Et cum dixisset quia et ipse ter abnegaturus esset, non recessit, contendens et dicens, *Non te negabo*. Qui autem dixit sæpe, quia non negabo, et horum habebat memoriam; quia puella quædam accedens interrogabat eum, nunc Galilæus est, nunc cum Jesu erat; cœpit et jurare, quod non poposcerat puella, et dicere, quia nescio hominem, nec ut hominem, o Petre! et hoc semel, et bis et ter. Et certe vivebat Magister, et incertum erat si moreretur Petro. Ipsius est enim vox quæ dixit: *Misericordia tibi, Domine, ab his* [82]. Quemadmodum iste negans ter et jurans, et hoc propter vocem puellæ unius ante mortem: post crucem, post paucos illos dies incipit clamare et ad populum dicere: *Viri fratres et patres, audite* [83]. Puellam non audis, et viros fratres et patres vocas ut suadeantur? In nocte negas in qua posses et latere, et tertia hora constanter proclamans loqueris ad populum universum? Sed puta quia Petrus contentiosus est, et omnia donans Magistro, ausus fuit Judæis et loqui, a quibus ipsa audacia exstitit. Quemadmodum Judæi non statim fustibus et lapidibus, aut quolibet alio genere obruere arguentem? Si enim Deum, qui signa fecit, ausi sunt affigere cruci, quemadmodum Petrum convincentem eos post istam audaciam non statim fustibus aut lapidibus obruerunt? Nunc ergo sunt in captivitate et humiliatione, cum floret Ecclesia; et adorant nobiscum et reges et judices. Audeat quis ingredi synagogam, visus licet (82) alicujus, et dicere, Jesus crucifixus Filius est Dei. Si exierit exinde? et hoc cum non sit ex Judæis, sed ex nobis: cum et leges vindicant, et reges adorant, et cum Ecclesia tenet (83). Si autem nunc non est sine periculo aliquem non Judæum ingredi in synagogam eorum qui in captivitate habentur, et hoc in vico ubi tres aut quatuor colliguntur Judæi, et dicere veritatem; quemadmodum Petrus ex Judæis Galilæus? Nec enim hoc est dicere quia ingenuitatem ejus honorarunt, et non sunt ausi: nec quia eruditionem, nec quia divitias. Jam autem nec piscator erat, sed egeno egentior. In tantum autem aderat ei ut non loqueretur, qui dum periclitaretur animæ, et interrogaretur si Galilæus esset, negans et dicens, non, in ipsa abnegatione convictus est. Quia enim naturalis est linguæ (84), partis uniuscujusque terræ meditantem assuefieri ad eloquendum, oriens ad aliam partem ...itur, Syrorum lingua in alio clamet, nationem quidem ipsam esse, mutatam autem in sono haberi. Fit enim et hoc apud Judæos: et cætera. Galilæi Hebraica quidem loquebantur,

[80] II Cor. XIII, 4. [81] Matth. XXVI, 33-35. [82] Matth. XVI, 22. [83] Act. VII, 2.

(79) *Statuit*. Id est, *stitit*.

(80) *Judæis*. Forte *Judæus*.

(81) *Omnia dominantis*. Forte *omnia donantis Magistro*. Sic paulo post: *Sed puta quia Petrus contentiosus est, et omnia donans Magistro*.

(82) *Visus licet*. Quamvis aliquam speciem digni tatis ore ac vultu præferens.

(83) *Tenet*. Κρατεῖ.

(84) Ms. *Naturale est linguæ*.

lingua autem impediti aut immutantes convincebantur quia non erant e civitate. Sicut et apud nos nunc efficitur, qui agros habitant, immutantur ab eis qui in civitatibus habitantes linguam habent. Forte autem et uniuscujusque civitati vicinæ diversam habent linguam propter consuetudinem assuetam. Hæc cum ita agerentur, ex consuetudine ita apparent. In libro Judicum scriptum est [84], quia provenit bellum inter se agere propter accusationem nescio quam ex istius partis (*sic*) homines. Communis enim erat circumcisio. Si ad alteram venissent partem, per linguam erat eorum discretio. Interrogabant enim victores eos quos vicerant unde essent : pro salute ex parte adversa haberi, proponebant sermonem quemdam, non poterant recte ita loqui (85), ut illi qui interrogabant : et qui negabant, ex lingua arguerentur. Hoc enim in evangeliis renovatur quod apud Judices scriptum est. Petrus enim negabat se scire hominem : lingua autem per ipsam abnegationem convincebat eum quia Galilæus erat. Iste Petrus qui periclitabatur, et cupiebat suam immutare linguam a Galilæa ad Judaicam, et parum quid corrigere, hæc cupiens et festinans et mortem timens, dicat quid putaverit. Quomodo omni mundo loquitur iste Judæus, imo ex Judæis (86), dicat, et gentiles convincat. Unde iste cui sine voce erat lingua, unde Petrus loquitur? Sed non est locutus, sed tacens suasit mundum. Majorem nobis das admirationem : is qui negabat sed locutus est, qua lingua? ipsis enim qui apud Hierosolymam erant, quomodo poterat loqui? tamen loquitur, et post quantos dies convictionis eum per linguam est convictus? iste erat dies quinquagesimæ completio, abnegationis autem Petri ante quinquaginta dies passio fuerat Domini. Putas in quinquaginta diebus piscator rusticanus ex vico studuit omnem linguam? In Actibus enim scriptum est apostolorum : et non credatur, si res ipsæ non consentiunt. Scriptum est enim quia dum impleretur dies quinquagesima, erant adunati in unum apostoli [85], quos sparserat quidem crux, collegerat autem resurrectio; et adunatis iisdem divisæ sunt linguæ tanquam ignis dividentes, et insederunt in unumquemque illorum, et cœperunt linguis loqui quas non didicerant. Hæc Scriptura dicit; qui vult interroget. Si non est factum, quomodo audierunt gentes? Sed audierunt gentes. Ergo quod scriptum est, factum est. Quis est qui donavit? qui mortuus est; et quidem antequam pateretur, non donavit linguam. Quod ergo non donavit antequam pateretur, quemadmodum donat mortuus, nisi quia resurrexit? Sed non donavit, nec vera dicit Scriptura. Quomodo ausi sunt apostoli exire ad gentes? qua spe elati, quid ante oculos habentes ausi sunt hoc? Unde autem eis hæc prudentia? quomodo putas adunati hæc impudenter ad alterutrum dicebant, Magister fefellit nos? Quia ergo fefellit nos, et nos fallamus mundum. Dicebant quia suscitavit nos (87), et ipse mortuus non resurrexit. Si hæc conscientia eorum ita sciret esse contraria, deberent dicere, et negare, et pœniteri, et confiteri errorem, et ante Judæos dicere quæ dicebant Judæi (88) : seductor erat, seduxit nos; putabamus, promittebat resurrectionem; arguit eum operimentum (89). Debuisset unusquisque recurrere ad retia paterna, providere sibi victum, abscondi, erubescere falsitatem Magistri, propriam seductionem occultare, multo magis jurgare (90) quia nec vidimus eum. Hæc deberent facere, si vera essent quæ Judæi volebant. Sed putas convenientes in unum impudenter dicebant ad semetipsos : Quid si seducti sumus? sed non concedamus. Magister mortuus est; dicamus quia resurrexit : ut quid lucrarentur? quid commodi acciperent? aurum? sed non permisit mandatum : argentum? et ipsa retia dereliquerunt. Sed ut honorarentur? qui inverso capite affigebantur. Quid erat quod posset eos hortari, ut mentirentur de eo qui non resurrexerat? Quis præbuerat eis audaciam? In quo confidentes essent inscientiæ suæ, rusticitati, ingenuitati, divitiis, multitudini, duodecim ad mundum? Sed prædicationem ejus qui affixus est cruci. Ipsum solum audere exire ad mundum, grande est. Puta ista ausi sunt : Judæi quomodo passi sunt non eos statim interimere? Nonne parati sunt ad interemptionem? Magistrum affixerunt, qui non arguit eos homicidas : istos qui convicerunt quia homicidæ sunt, non multo magis debuissent interimere? Cur sanguinem Magistri adhuc habentes in manibus, patiuntur piscatores? et certe cum interficerent Magistrum, nisi negasset Petrus fuisset mortuus. Qui ergo volebant eum antequam moreretur Magister occidere, quemadmodum eum non occidunt post Magistri interfectionem? quemadmodum? quæ est causa? sed noluerunt : et quis est qui convertit eorum mentem? Sed voluerunt : et quis est qui prohibuit eorum propositum? sed voluerunt et non potuerunt : et quis est qui superavit eorum malitiam? quemadmodum superati sunt? si non est facta admiratio, quomodo vincunt piscatores? Ecce alia admiratio, si nulla admiratione vincunt. Et certe volunt Judæi occidere, et concedit Dominus eis ut occidant. Martyrium itaque tulit Stephanus. Quomodo ergo Stephanus quidem ab istis occiditur? Utile enim erat ejus martyrium, ut firmaretur per mortem resurrectio : et cæteri non occiduntur? Sed noluit Israel,

[84] Judic. XII, 6. [85] Act. II, 1.

(84) Ms. *Naturale est linguæ.*
(85) Ms. *Quemdam, quem non poterant recte ita loqui.*
(86) *Ex Judæis.* Forte *et Judæis.*
(87) *Suscitavit nos.* Fortasse *dicebat quia suscitabit nos.*
(88) Ms. *Dicere ea quæ dicebant Judæi.*
(89) Ms. *Arguit eum experimentum.*
(90) *Jurgare.* Forte *jurare.*

Quomodo vult Stephanum? De hoc concedit Dominus : sufficit hoc ad victoriam. Quomodo concedit Stephanum, et non concedit et alios? Ut agnosceretur quia mortua est mors, et quia per mortem firmatur resurrectio; ut agnosceretur quia vivit qui vivificat. Volunt Judæi et non possunt. Moysen facientem signa voluit Israel lapidare, et prophetas occiderunt, et hoc ita prohibente lege. Piscatores, arguentes eos et prædicantes Crucifixum, non occiderunt : Lazarum, quia resurrexit a mortuis, voluerunt occidere, ut mortificarent admirationem; et eos qui prædicant resurrectionem affixi cruci ab ipsis, non occiderunt. Sed puta quia Judæi victi sunt. Cogitaverunt autem piscatores ad mundum exire. si homines ad terminos mundi sine litteris, ad eruditos imperiti, ignobiles ad ingenuos; cogitaverunt et tanto donaverunt (91) Magistro mortuo, cum quo et fuere : puta quia ipsi cogitaverunt, puta quia victus est : quomodo gentes susceperunt, et gentes discipulos audiebant? Non consuetudo erat vetus, non simulacra adornata, non templa excelsa, non sacraria quæ multo tenuerant tempore, non versus compositi, non superbia sapientium, non multitudo poetarum, non remissio feriarum, non traditio parentum, non mirabilia illa in ambitione, quæ per artes et machinas et compositiones vatum fieri consueverant? Quomodo ausi sunt piscatores ne quidem panes portantes ingredi domum alicujus? ad quam cognationem? ad quam similem linguam? ad quam civitatem et domum agnoscentum? Sed prædicatio erat honesta. Crucifixus prædicabatur, et qui prædicabant humiles, et quibus prædicabatur præventi erant. Nunc ascendat quis ad templum, dicat quod verum est quia non sunt dii lapides : si potuerit dinumerare eos qui adversum se jaciuntur. Si autem reges, exercitus et leges pro religione sunt, et multitudo fidelium, tantæ minæ adversum eos qui hæc non suscipiunt, nullus ausus est : et si fuerit ausus, non vivet. Si dixerit, isti dii non sunt dii, sed si nunc (92) ita repetentem, vide quæ erat virtus sine his (93) qui circuibant mundum : et dicunt quia ista non sunt quæ apparent, neque ista putantur, neque illa quæ sapientes dicunt aut poetæ confingunt et quæ loquuntur. Mentiuntur sacraria : non vera dicuntur vaticinationes. Præmissio (94) ipsa nocens et ars mentita est. Templa male constructa sunt, recedite a paternis et credite Crucifixo. Quis putas ita lapideum habet cor? Ego puto quia et si gentilium ipsorum quidem adessent priores, et Judæorum primarii Synagogæ, aut transferrent corda sua lapidea ad fidem, aut tacentes utique confunderentur. Scribantur istæ suasiones in uniuscujusque corde, non atramento : non enim atramento sunt digna : si quid autem cum vi loquitur, noli pati mentientes (95) : et si donamus aliquid sermoni, nolite seduci. Si autem sole clariora negotia sunt, nolite fieri cæci. Videte Dominum Jesum a mortuis resurgentem. Videte eum ad dexteram Patris cum gloria sedentem. Quibus oculis? apostolorum quippe illorum virtute, illorum scientia. Quomodo suscepti sunt? quomodo creditum est? quomodo destructa sunt veterna? quomodo introducta quæ in prædicatione erant tanquam inhonesta? Et certe multa erant impedimenta apud eos; consuetudo quæ putabatur vetus, imperium adversariorum, remissio feriarum, et ea quæ particulatim prædicta sunt : ab eo autem qui prædicabatur crux, et quod in eo erat incredibile et sine honore. Præconum autem abjectio, ignobilitas, nulla doctrina, egestas, numerus parvus. Ab ipsa autem prædicatione jejunium pro ebrietate, pudicitia pro libidine, donare sua quam rapere. Si igitur qui prædicabatur incredulitatem habebat propter impotentiam quæ putabatur crucis, et qui prædicabant omnia incredibilia; adde autem et persecutionem ipsorum cum vapularent, cum injurias sustinerent, cum recluderentur et interficerentur; si qui prædicabatur interfectus est, qui prædicant interficiuntur, et qui credunt persecutionem sustinent. Unde creditur? ab ipso. a suis prædicatoribus? ab his qui susceperunt? Sed ex consuetudine quæ contraria suggerebat? sed ab acerbitate prædicationis cui adversabatur requies quæ in Veteri erat Testamento permissa (96)? sed a promissionibus? Mortuus est, inquit, quidam, et resurrexit aliquando; et persecutio quidem aderat, promissiones autem dicebantur. Sed putas provenerunt ista, et suaserunt discipuli, et translatus est mundus, et Judæi cessarunt? Impossibilia facta sunt possibilia, et iterum silentio : et si fortuitu (97). Si autem prædixit ea Jesus ante crucem, perfecit autem post crucem, quid non videmus ad solem, ubi et prædixit? Ubi enim non prædixit? Si quis autem scrutatus fuerit ejus sermones, non est ejus sermo, in quo non est statim et prædicatio. Piscatores enim nominavit discipulos suos : in eo dum vocaret piscatores, piscationem annuntiavit Ipsum enim nomen, prædicationis est nuncupatio. Vocavit eos piscatores hominum ad salutem [88]. Piscati sunt autem. Si non sunt piscati,

[88] Matth. IV, 19.

(91) *Tanto donaverunt*. Forte, *Et tanta donaverunt magistro*; ut supra col. 1106 B, *Petrus omnia donans magistro*.

(92) *Sed si nunc*. Fortasse, *sed si nunc ita repetat?* id est quid si ista non semel, sed iterum apud paganos dixerit?

(93) *Quæ erat virtus sine his*. Forte *quæ erat virtus in his*, nempe in apostolis.

(94) *Præmissio*. Forte *promissio*.

(95) Ms. *Nolite pati mentientes*.

(96) *Permissa*. Forte *promissa*.

(97) *Et iterum silentio : et si fortuitu*. Sententia videtur esse : Et iterum dices, quid si hæc silentio, id est clam et obscure peracta sunt? quid si etiam fortuito et temere contigerunt? Respondet, neque clam esse peracta, quia ad solem, id est palam et aperte gesta sunt; neque fortuito, quia hæc Jesus multo ante prædixerat.

mentitus est et mortuus. Si autem et absentes nunc usque piscantur homines, nonne apparet quia adest qui misit piscatores ad piscandum? Et cum sint absentes, sales eos appellavit [97]. Si non statuerunt nostram putredinem, si non deterserunt nostras sordes, si non emundaverunt nostras spurcitias, si non immiserunt in nobis saporem, non sint quod dicti sunt. Si autem a spurcitiis nos et fœtore liberarunt, statuerunt autem nostras defluxiones, deterserunt nostras sordes, suavi autem odore pleni sumus per illos, et sumus esca divina : reprehende prædicationem, si concedet tibi exitus rerum. Piscatores sales eos dixit et exhibuit. Denique et in alia prædicatione lumen eos facit et dicit : *Vos estis lumen mundi* [98]. Piscatores privati, ignobiles, egeni, lumen mundi dicuntur. Domus enim si dixisset, non esset magnum, si via alicujus non esset. Adhuc majus. Civitatis enim unius si dixisset. Sed lumen eos esse non est incredibile nationis integræ : sed mundi, inquit, estis lumen. Si dixit magnum, et non fecit maximum, num mentitus est aliquid? Si autem dicit magna, operatur autem majora, quid faciemus de his quæ videntur? Dicit Petro : *Tu es Petrus, et super istam petram ædificabo Ecclesiam meam* [99]. Certe ædificaturum se promittebat Ecclesiam suam. Si non ædificavit, mortuus est. Si autem ædificavit qui non vivit, dicant quomodo ædificavit : sed ædificavit, nihil autem addidit? sed dicit : *et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [90]. Si non moti gladii sunt, et exercitus, et tyranni, et leges, et pœnæ, et mors, et varietas horum, et ignis, et mare, et fluvii, et omnia simul adversus istam prædicationem, et per omnia transiens prædicatio conflata est; et de terra, et castigata ostenditur quia inferi et mortes plurimæ non transferunt Domini prædicationem. Si non facta fuissent ista, forte relinqueretur dubitatio. Si autem per omnia tota ista prædicatio stat, vivit utique cujus prædicatio non evertitur. Sed ex modicis magnæ prædicationes sunt factæ. *Recumbebat*, inquit, *Dominus, et venit ad eum quædam mulier* [91]. Et quod portavit? unguentum effudit super caput ejus. Irascebantur autem discipuli, scientes quod unguento non indiget Magister. Irascebatur autem et Judas propter fructum; et quia et pauperibus donat incurrentia. Dominus autem ad irascentes : Nolite, inquit, quærere quid ego velim, sed quis et quæ est voluntas ejus qui immisit (98). Nolite esse molesti : fecit enim. Quod autem fecit ista, non ignorat. Prænuntiat ista meam mortem. Immittitur enim gentibus qui moriuntur unguentum. Et una quidem prædicatio quia morietur : sed ista non sit mirabilis. Addit enim : *Amen amen dico vobis, quia cum prædicatum fuerit nomen meum in omni mundo,*

A *prædicabitur et hoc quod fecit ista* [92]. Et parva illa occasio unguenti tantam magnitudinem introduxit prædicationis : et dictum est quia toto mundo prædicabitur nomen meum, et illius mulieris lusus in memoriam erit. Quæ auctoritas istius vocis? Quid enim dicit qui mortuus est post mortem his qui prædicarunt? *Exite ad universum mundum.* Dixit, aut non dixit? Si non dixit, quomodo exeuntes perfecerunt quæ jussit? quomodo suspecti sunt (99)? quomodo qui mortuus est, mortuus est? *Ite, docete*, inquit, *omnes gentes :* o regia vox, o tenentis mundum promissio! *Ite, docete omnes gentes.* Quantis dicis hæc, o Domine? Duodecim hominibus ad innumerabilem populum : *et baptizate eos* [93], inquit; et fecerunt quæ videmus. Iterum sane comparans B parabolas prædicit : *Simile est regnum cœlorum*, hoc est prædicatio ista, *fermento* [94]. Secundum quid fermentum? quia et fermento modico a muliere in multa conspersione abscondito, ipsum quidem non obscuratur a conspersione, sed cum sit parum totum fermentat, et fermentat sine strepitu. Ita, inquit, mea prædicatio brevis per duodecim, per istud fermentum, toto, inquit, insparsum non transmutabitur, sed omnem mundum transferet ad religiositatem. Hoc dictum est per parabolam. Prædicatio autem facta est, aut non? Si facta est, quid dubitas? si autem non est facta, argue. Aliam iterum parabolam similem huic introducit. Quid enim dicit? *Simile est regnum cœlorum grano sina-* C *pis, quod brevius quidem est ab omnibus seminibus : cum autem creverit, majus fit omnibus oleribus* [95]. Et prædicatio in duodecim erat apostolis, et Judaismus et gentilitas erat. Cum autem crevit, superavit utraque. Isti ante crucem sermones sunt, post crucem autem opera quæ videmus. Interim venerunt quidem gentiles, et dicunt Philippo : *Volumus Jesum videre* [96], et dicit Jesus : *Venit hora*, crucis timor, *ut glorificetur Filius hominis* [97]. Dicit, quia cum crucifixus fuero glorificabor. Hoc dixit, non fiat, et mortuus est. Si autem prædixit et per mortem perfecit, o potentia virtutis per ea quæ non sunt fortia! Sed nolite fatigare de resurrectione, in die assumptionis audire. Festivitas est primo animas, et ita ventres (1). Primo debes condiscere D cui feriaris; primo debes agnoscere quia vivit in quo habetur spes, ut securus manduces. Si mortuus est qui adhortatur, lugeri oportet. Si autem suasi fuerimus quia vivit et vivificat, et si manducaverimus et biberimus, et quæcunque alia fecerimus, in gloriam viventis faciemus. Suademus igitur et ut gaudentes epulemur. Putas enim quia adhuc necessarius sermo est. Adhuc enim suademur. Unum enim ex his quæ dicta sunt non sufficit et lapidem comminuere : tamen unum ex his

[87] Matth. v, 13. [88] ibid. 14. [89] Matth. xvi, 18. [90] ibid. [91] Matth. xxvi, 6, 7. [92] ibid. 13. [93] Matth. xxviii, 19. [94] Matth. xiii, 33. [95] ibid. 31. [96] Joan. xii, 21. [97] ibid. 23.

(98) *Qui immisit.* Forte *qui me misit.*
(99) *Suspecti sunt.* Pro *suscepti sunt.*

(1) *Et ita ventres.* Subaudi, *curare. Et ita*, forte ex Græco καὶ εἶτα, id est *et deinde.*

addam. Omnia enim ut dicam, nec sæculum sufficit. Mensurabo sane tractatum propter corpora, propter festivitatem, propter refectionem. Dicit iterum Dominus : *Granum tritici nisi cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet* [98]. Ut habet se natura locutus est. Si enim seminatum non fuerit, nudum granum manebit. Si autem cadens, inquit, fuerit mortuum, ut testatur a natura, multos fructus affert. Et ego, inquit, si non fuero mortuus, non colligo : si autem cadens in terram mortuus fuero, multos fructus affero secundum granum tritici. Et per modicum quidem granum parabola dicta est, permagna autem admiratione opus ostenditur. Si enim, inquit, mortuus non fuero, non colligo. Antequam enim moreretur, et mirabilia faceret, nec duodecim collegit; non permanserunt enim cum eo. Dicit enim : Quia si non ero mortuus, non colligam (2) : *Cum autem exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me* [99]. Hoc quod dixit, A quia moriturus sum, et exaltabor in crucem, aut in cœlos (nihil enim prohibet utraque ita intelligi), et traham omnes ad me : dixit modicum? miremur. Sed magnum quid dixit, et modicum fecit? minuamus admirationem. Si autem magnum dixit, magnum et fecit, et hoc per crucem, et post mortem; pellamus dubitationem et suscipiamus fidem. Et iterum ad Judæos dicit eadem : *Cum*, inquit, *exaltaveritis Filium hominis, tunc scietis quia ego sum : et a me ipso non veni, sed a Deo, cum opera testata fuerint his quæ dico* [1]. Hi sunt gustus prædicationum Domini : plena autem Evangelia sunt volentibus bene degere, pleni Actus apostolorum sunt, et Epistolæ Pauli, et civitates mirabilia (3), plenæ sunt urbes fide. Laus uni non nato Deo, qui misit B nobis unum Deum unigenitum suum Filium, per quem est ei gloria, honor, imperium, majestas in Spiritu sancto, et nunc, et semper et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE INCORPORALI ET INVISIBILI DEO.

Incorporalem esse Deum voce magna clamemus, et in corpore constituti, et a corporibus recedentes. Vivent enim animæ incorporaliter, et post mortem incorporalem (4), et necdum quæ a Deo creata sunt tantam habent dignitatem. Ipse autem qui pura et perspicua operatus est; incorporalia putas operietur mente insipientium corpore? Consignemus igitur nostros cogitatus a divinis Scripturis. Quia enim inde moventur quæstiones, inde veniant et solutiones. Anima immortalis est, et passiones corporis non veniunt ad eam. Per eum enim per quem omnia facta sunt, et animæ creatæ sunt. Ipse hoc pronuntiavit Dominus et dixit : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* [2]. Non dixit quia nolunt occidere, sed quia non possunt, inquit, occidere. Naturæ enim animæ potentiam posuit, et non propositum decipientium. Si igitur nostræ animæ, quæ in corporibus et circa corpora habentur, corporum passiones non admittunt, etiam dum adsunt in corporibus; quanto magis (5) his qui honoravit animas incorporali natura, ipse magis est incorporalis, et non ita incorporalis ut animæ? Cum enim de his moverimus sermonem, et inquisierimus quomodo incorporalis ab incorporalibus differt; tunc cum ipse Deus impertierit de his loquemur. Interim autem motus est sermo, quia Deus incorporalis est, C qui et animis tribuit et incorporalitatem. Paulus autem et in corpore constitutus, et in carne vivens, non volebat in carne esse. Dicit enim : Audent quidam putantes nos in carne vivere; et quia vivebat in carne, addit : In carne enim constituti, non ea quæ carnis sunt operamur [3]. Si igitur qui erat in carne alacritatem refundens in spiritu recedit a corpore, quanto magis immaculata et inaccessibilis et pura illa natura hoc erit et sermone, quod est et natura? Habemus sane et in Evangeliis scriptum, ipso Salvatore dicente : *Deum nemo vidit unquam* [4]. Nullus, inquit, unquam vidit : omnes personas comprehendit : omnia non simul, non separatim; unquam potuisse videre Deum pronuntiavit? omnia spatia comprehendit : ut ne quis D diceret, prophetis apparuit, aut legislatori, aut alio alicui. Quid ergo? mentiuntur Scripturæ quæ dicunt : Veni et vidi, et audivi? Vultibus non est visibilis Deus. Quemadmodum ergo agnoscibilis? Qui autem solus novit eum qui se genuit, dicit : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [5]. Si enim dixisset, Beati qui acuti sunt oculis, diceremus quia oculis mancipavit visum. Si autem sicut oculus purus videt quæ oculis sunt naturalia, ita et anima munda videt quæ sunt supra animam; qui corde videtur, oculis non videtur : quæ autem oculis videntur, subjacent motionibus men-

[98] Joan. xii, 24. [99] ibid. 31. [1] Joan. viii, 28. [2] Matth. x, 28. [3] II Cor. x, 3. [4] Joan. i, 18. [5] Matth. v, 8.

(2) Ms. *Dicit, quia si non ero mortuus, non colligam.*
(3) *Mirabilia.* Pro *mirabilibus.*
(4) Ms. *et post mortem propter incorporalem.*
(5) *His.* Pro *is.*

tis. Iterum enim Paulus dicit : *Quem nemo vidit hominum, nec videre potest* [6]. Quia enim potest fieri eum qui audit ea quæ non videt cogitare; quia non pervenit, aut prohibitus est, aut cœlum non permisit; amputans omnem suspicionem Apostolus, et invisibilitatem Deo custodiens quod conjunctum est incorporali, non solum dixit, *nemo vidit*, sed *nec videre*, inquit, *potest*. Et sicut animam, non quia nolebant, sed quia non poterant occidere propter naturam, ita et istic dictum est, neque videre possunt : quia non cœlum obumbrat ne videatur, sed natura non comprehenditur. Ut autem scias quia cœlum non operit eos ne videant qui videre non possunt; adverte quid ait ipse Deus : *Nonne cœlum et terram ego impleo* [7]? Intuere quia adest quidem, non videtur autem quia et adest. Ita iterum idem Apostolus de unigenito Filio ait : *Quia est imago invisibilis Dei* [8]. Si enim dixisset imaginem tantum, quæreremus secundum quid nunc accepit similitudinem. Si autem addat imaginem, secundum quid accepit similitudinem? manifeste dicens : Invisibilis est Pater, invisibilis et Filius Patris. Sicut enim in *Genesi* scriptum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [9], et in sequentibus ostendit secundum quid similitudinem. Ait enim : *Et dominetur supra terram omnibus piscibus maris, et volatilibus cœli, et animalibus terræ* [10]. Et accipitur secundum imaginem non aliud nisi qui a rege Deo omnibus constituto rex fiet et homo eorum quæ supra terram sunt. Et dominante Deo omnibus his quæ fecit in cœlo et in terra, dominabitur et homo omnibus his quos susceperit. Sicut enim illic similitudo secundum imaginem salvatur in dominationem; ita et istic quod dicitur, qui est imago invisibilis Dei, confitetur quia sicut Pater invisibilis est, ita et Filius Dei, qui est imago Patris invisibilis, habetur. Imago enim similitudinem exhibet. Et sicut de Patre dictum est, imo ab isto Patre : *Cœlum et terram ego impleo* [11], et cum adest omnibus non videtur : ita et de Filio dictum est : *In mundo erat, et mundus eum non cognovit* [12]. Et certe dicit Evangelium : *Erat lumen verum* [13]. Lumen autem videtur conducibile esse oculis. Naturale enim est lumini, ut per eum visibilia videantur. Sed si simpliciter lumen dixisset, oportebat nos de hoc lumine suspicari dictum, et de istis oculis. Sed quia non simpliciter dicit lumen : sed *erat*, inquit, *lumen verum* [14] : pellit istud lumen quod verum non est. *Erat lumen verum veniens in hunc mundum.* Quia enim dixit *veniens*, suspicio erat quia veniens nondum advenerat. Incidens autem sermonis infirmitatem confirmavit mentis intellectum. Quia enim dixit, Erat lumen verum veniens in hunc mundum : ut non putares, quia non aderat præsens antequam veniret, ut dicitur a quibusdam, addit corrigens sermonem : *In mundo erat*. Si igitur in mundo erat, quomodo venit in mundum? Cum autem audieris quia *Deus ambulat in paradiso* [15], ita audi et de Filio quia venit. Ergo et cum audieris a propheta : *Quis est qui venit ex Edom* [16]? sicut venit qui adest in mundo, ita venit qui venit ex Edom. Vestes autem ei rubras imposuit prophetia, cum Daniel dixerit alba esse ejus vestimenta. Mota autem nobis fuerat ista quæstio et de vestibus : et si non fuisset mota, rationis erat non eam transire. Condiscamus quid est quod dicitur vestes habere Deum, et has modo rubras, modo autem albas. Non enim jactatum dicam Deum in vestibus, et nunc quidem ita vestiri, nunc autem alia, tanquam obsoletatis prioribus, aut non obsoletatis. Quidam sed volunt Deum in vestibus jactatum esse et clarum videri, tanquam non sufficiat ei natura sua : ut nunc quidem aliis vestibus indutus, nobis sedeat secundum Danielem, nunc autem aliis indutus veniat secundum Isaiam. Sed hæ ipsæ quæstiones magis nobis interpretantur naturam. *Quis* enim, inquit, *est qui venit ex Edom*, interrogat propheta, *rubra vestimenta habens ex Bosor* [17]? Ista enim illius nationis metropolis erat. Respondit per hoc spiritus prophetæ qui interrogaverat : magis autem spiritus Deus utraque facit ; et interrogavit propheta, et respondet ut Deus : *Ego*, inquit, *qui loquor justitiam* [18]. Cur, inquit, rubræ sunt tuæ vestes? Dicit : *Torcular calcavi solus* [19]. Si quantum ad dictum spectat, quia sermones nobis proferunt inimici : incorporalis torcular, inquit, calcavi ; et sicut torcularia sparsa sunt vestimenta ejus, et rubredo quædam, non tamen fucatio, erat vestimentorum naturalis, neque illa quæ ex artificio fieri consuevit. Sed quid erant? aspersiones utique, ut a torculari fieri solet nonnunquam vino jactatum. Quid ergo in Edom habet Deus torcular? Si quis autem calcaverit torcular, justitiam loquitur. Si autem considerantes invenerimus quæ erat ista gens, et qua damnatione debitrix habebatur, et quam vindictam de eadem fecit Deus, et quo interficiuntur judicio : agnoscemus quia torcular non est torcular, sed vindicta per sanguinem. Esau autem ob ventris edacitatem distrahens propter ventrem naturæ primitias; quia enim hoc ipsum incontinentia erat, ex vitio habuit et nuncupationem. Et est Edom quod interpretatur avaritia. Ex isto igitur Esau facta est gens Idumæorum. Ista gens, quia et Esau erat frater Jacob, utique debuit æqualem fraternam quamdam affectionem habere ad populum. Qui cum non haberet, increpatur ei a Deo quia non servavit pactum fraternitatis ad populum. Quid ergo prævaricavit conscientia ad fratrem, et erexit judicem adversus se? Propheta autem prævidens futurum de eisdem judicium et vindictam, ut Israelitæ de Idumæis vindicarentur, antequam fieret vindicta videt judicium, et dicit : *Quis est qui venit ex Edom?* Et certe

[6] I Tim VI, 16. [7] Hier. XXIII, 24. [8] Coloss. I, 15. [9] Gen. I, 26. [10] ibid. [11] Jer. XXIII, 24. [12] Joan. I, 10. [13] ibid. 9. [14] ibid. [15] Gen. III, 8. [16] Isa. LXIII, 1. [17] ibid. [18] ibid. 3. [19] ibid.

quantum ad rem necdum hoc scierat. Si autem necdum facto judicio tanquam jam fecisset, et venire videtur cum dicitur apparere, necdum apparet, non quia apparet antequam veniat ex Edom; viso enim non videtur qui prævenit visionem, neque vestimenta habet, qualia apparuit habens: sed quia vult veluti aspergi sua vestimenta a sanguine eorum qui digni sunt morte. Non enim ad cœlum transmittitur interficientium sanguis, sed ex hoc maxime agnoscitur quia incorporalis est Deus, et vestimentis non indiget. Quia quæ apparet indutus, significatio est magis efficientiæ quam exhibitio naturæ. Cum judicat habet sedem, et qui judicat mundum, albas ejus esse vestes Scriptura dicit. Cum autem iterum vindicta completur, tanquam regrediens rubra ejus dicit quæ non erant rubra, et vestimenta quæ non erant vestimenta: ut ante audiret populus quia vindictam facit. Ego autem audiebam prophetam dicentem non de Deo solo, sed et de sacerdote, nescio quo, qui indutus erat vestimenta sicut induimur et nos. Quæ autem vidit propheta vestimenta, et quæ immutavit visionem, non sunt ista vestimenta quæ nos induimur. Si autem qui induitur ista vestimenta homo conspicitur indutus et mutans, et patiebatur quidem ille nihil eorum quæ vidit propheta, facta autem sunt, quæ videt propheta (6): si de homine ista, quanto magis de Deo? Dicitur in Zacharia propheta: *Ostendit mihi Deus Jesum summum sacerdotem* [20]: Jesum dicens sacerdotem, non illum ostendit Dominum Jesum qui est pontifex pontificum et sacerdos sacerdotum. *Et iste*, inquit, *vestitus erat vestimenta sordida, et stabat diabolus a dextris ejus cupiens eum nocere* [21]. Erant enim ejus sordida vestimenta. Sicut enim mures ad nidores concurrunt: ita diabolus et illius exercitus illo delectatur nidore. Et hoc quod erat lectum est: *Cum spiritus nequam exierit ab homine, circuit desertos locos, et quærit requiem* [22]. Sicut et canes coquinarum requirunt ubi sanguis, ubi stercus, ubi inlotæ interaneæ, et illic concurrunt. Et sicut qui foris currunt, adinveniunt quod turpe est verbum, qui actus fœdos; ita cum spiritus immundus exierit ab homine, circuit deserta et arida loca quærens requiem, quia non delectatur pacem, neque vult habitacula, sed deserta quærit, aut terram aut animam quærit. Nec ubi aurum malis artibus commachinatum est in simulacris quærit, nec ubi argentum male conflatum est ut adoraretur. Sicubi lignum ars aut idolum sculpsit, sicubi lapidem erexerunt manus ad colendum; tales quærit requies spiritus immundus. Sicubi sanguis, sicubi nidor, sicubi seducantur, sicubi theatra, sicubi nudi currentes, sicubi turpia loquentes, et turpiora admittentes, et sicut apium progenies acerrimi quidam capere volunt strepitibus quibusdam et sonis, et thymiamate volantes detinent: ita et immundi spiritus circa immunda vagantur, et quærunt non ubi purus est flos, sed ubi contaminatio, ubi fabulæ mendaces, ubi imago false figurata, ubi sacrificia malitiosa, ubi mulieres impudicæ, ubi viri incisi, ubi dei adulteri (7), ubi deæ fornicantes, ubi sanguis et pollutio, ubi tibiæ, ubi saltatio, ubi nuditas, ubi omnis turpitudo. In istiusmodi immundi spiritus requiescunt. Si autem viderit aliquem in habitu pudico et honesto, indutum esse Dominum Jesum, statim dicit; quæ dicit permitte: quid nobis et tibi? Non est aptum lumen his qui læsi sunt oculis; ad tenebras enim convertentur, tenebras insequentur, in tenebris requiescunt. Cum autem spiritus immundus quæsierit in desertis et aridis locis requiem et non invenerit, exierat enim ab homine: *Redeam*, inquit, *ad domum meam unde exivi* [23]. Domum suam vocat eum, qui voluerit domus esse ejus. Si autem redierit, inquit, spiritus immundus, et invenerit hominem illum paratum sibi: quia enim vidit spatium in malo, non vult jam solus habitare, sed vadit et assumit alios septem spiritus sibi nequiores, et octuplo quantum ad numerum quia pejores assumit. Non enim quantum numerus multiplicat, tantum solum et malitia addit. Ita cum cœperit quis moveri ad cursum malum, aut ad turpem loquelam suam paraverit linguam; invenit spiritus immundus operamentum jam incipiente mala ab homine, et suggerit pejora, et efficit ista quæ et videtis. Non enim est quod videtis tantum, sed unusquisque eorum septem et plures sunt. Nam et plures habent dæmones. Si quis autem recedentibus dæmonibus, sicut ebrietate recedente, voluerit interrogare, si tamen et agnoverit aliquem eorum qui nunc gloriantur in turpitudinibus suis, ipse sit qui faciebat hæc, aut fecit, aut locutus est; vere efficitur illud apostolicum dictum: *Quod fructum habebatis tunc, in quibus nunc confundimini* [24]? Sicut enim nunc videmus immundos spiritus accipientes occasionem, persequi ea quæ similia sunt sibi: ita et tunc quia sordida erant vestimenta sacerdotis ejus qui fuerat visus, stabat diabolus ad dexteram ejus cupiens eum nocere propter sordida vestimenta. Stabat autem et angelus Dei. *Et dicit*, inquit, *angelus Dei diabolo: Increpet tibi Dominus. Hoc*, inquit, *relictum est ab igne, et vis eum comburere* [25]? Et post hoc præcepit angelus auferri a sacerdote sordida vestimenta, et vestiri eum munda. Et sacerdos quidem qui videbatur non aderat; sed constituto eo alibi, videbatur a propheta, et sordida vestitus erat vestimenta, illo forte candida vestito. Et iterum immutatur ejus vestis qui videbatur a propheta, et ille non mutavit qui non erat in visione. Et provenit quantum ad visio-

[20] Zach. III, 1. [21] ibid. 8. [22] Matth. XII, 43. [23] ibid. 44. [24] Rom. VI, 21. [25] Zach. III, 2

(6) Ms. *Facta autem sunt ista quæ vides, propheta.*

(7) Ms. *Ubi dei adulterantes.*

nem, duplicem esse sacerdotem istum. Erat enim et homo ad semetipsum ille, et utique nec sordida habebat vestimenta, neque immutavit cum isto qui in visione erat visus. Agente autem eo et salvo, et agente in his locis in quibus erat propheta, vidit eum, non ipsum videt, et eum præsentem vestitum sordida vestimenta, quæ non habebat ille, nec enim erant vestimenta sed peccata. Vestimenta quidem utpote hominis erant candida : ubi autem vestimenta non erant, vestimenta peccata erant sordida. Quia enim peccata erant, sordida vestimenta dicit. Quia autem peccatis delectatur diabolus, adorat per visionem : ubi enim erat nidor, illic sordida animalia : ubi peccatum, illic adinventor ab initio peccati. Objurgat igitur angelus præsentem diabolum, et præcipit mutare vestimenta sacerdotis, et auferri ab eo sordida, vestiri autem eum munda, et interpretatur efficientiam, et dicit : *Ecce*, inquit, *abstuli a te peccata tua* [16]. Si istæ circa hominem vestes non erant vestes, sed modo quidem peccatorum insignia, modo autem puritatis : quare ea quæ circa hominem sunt descripta vestimenta non suscipimus, quia circa hominem fuerant quæ et vestitur; quæ autem circa Deum dicuntur vestimenta, contendimus esse vestimenta? Multis denudo vobis omnem partem istam Scripturæ. Nec Jesus sacerdos ille aderat illic, non enim aderat : sed nec diabolus aderat, neque angelus aderat, sed totum erat visio. Et sacerdos quidem propter peccatum apparet sordidis vestimentis indutus; qui non et aderat, nec erat vestitus sordida vestimenta. Et diabolus veluti videtur, quia istis talibus gaudet, et ad istos tales exsurgit. Et angelus veluti visus est, ut ostenderetur quia per angelos justis efficitur adjutorium, magis autem pro peccatoribus pœnitentibus gaudium. Nec enim illud putemus sicut et putamus, quia et in Job libro diabolus aderat ante conspectum Dei, et locutio erat Dei cum diabolo ex æqualitate [17]. Et dixit Dominus, et dixit diabolus, et interrogavit Dominus diabolum, *unde venisti?* Sed hæc ad auditionem vestram velut composita inducuntur. Totum autem illud est quomodo Job quidem erat vir irreprehensibilis, diabolus autem invidus. Ad istiusmodi et Deus defensor horum permisit diabolum ante conspectum suum. Sed hoc ita est. Vidit diabolus immaculatum : properavit imponere maculam. Quæcunque enim motiones erant diaboli adversum Job, hæc per sermones contexuntur in Scriptura; utpote si dicebat diabolus ad semetipsum : Si non timerem Deum, tangerem omnia quæ habet Job ; abstulit ab eo Deus timorem, et non prohibuit. Contexitur jam compositio libri. Dixit diabolus, et dixit Deus. Hoc est, voluit diabolus, et non prohibuit Deus. Cur autem non prohibuit? Quia non videbat Deus athletæ coronam. Ergo cum Scriptura aliquid propter nos loquitur, non nostram infirmitatem Deo forti applicemus. Si enim in corpore et in carne totus conventus dæmonum legio in Evangelio dictus est [18], et non sustinuit Filii Dei præsentiam ; nam et diabolus ipse in corpore, agente Filio Dei non fuit ausus accedere quandiu esuriret, et immitteret ei laqueum per ejusmodi : quemadmodum possumus pati et dicere quia diabolus Deo ex æqualitate locutus est? Cui et angelus Dei dicit : *Increpet tibi Deus* [19]. Et quid dico angelus Dei? Vermes : qui nec vermis accepimus virtutem in nomine crucis, ut imperemus dæmonibus et diabolo, eosque fugamus. Si igitur nos increpamus, Deus ad collocutionem venit. Et certe si acceperunt potestatem homines Domini calcare viperas et scorpiones et omnem virtutem adversarii [20]; si homines acceperunt potestatem calcare, Deus ex æqualitate loquitur ei qui calcatur? Venit diabolo fortior; vincens eum ligavit. Leo autem ligatus, nec ut canis potest. Forte autem dices, quia si veniens vicit, vincens ligavit, et ligans dedit calcari, non quidem sit talis : tunc autem cum esset, sub Job erat : adhuc ille poterat fiduciam habere : nondum enim erat ligatus hominibus. Putas sit lupus potens adversum oves, si autem potens et adversum leonem? ut ita quodammodo comparationibus utamur propter fortiorem. Non enim ampliorem accepit virtutem a corpore Dominus Jesus, ut superaret diabolum. Sed cur ipsa et colluctatio facta est? Quia enim produxit agnum lupo : lupus autem videns agnum qui videbatur ex consuetudine accurrere, et extra consuetudinem detentus est. Si enim maxime et inimicus vocatur, adversarius diabolus : quia enim et inimici crucis dicuntur homines (8) : non quia inimicus nominatur, jam æqualis est. Non enim æqualiter habens virtutem dicitur adversarius, sed ideo quia non placet Deo ejus malignitas. Non sicut tenebræ videntur lumini ex æquali virtute adversariæ, quia tanta detinent spatia tenebræ, quanta et lumen. Si autem et hoc tale, non ita adversatur diabolus Deo, non ex æqualitate, sed quia Deus maligno non delectatur : et ex eo quod vertitur, et non vult et odit, si tamen ita debet dici, adversa voluntas est, non tamen virtus. Si enim neque ab hominibus est melior diabolus neque fortior, quæ horum probatio? Quid vult diabolus? Perditionem hominum : si correxit homo, fortior illo est. Si autem quotidie spoliatur et denudatur, et evacuatur qui hominibus nocere contendit, et non potest, sed nomine Dei et nuncupatione sola, et ab hominibus vincitur : qui ergo non suffert nuncupationem Dei, quomodo virtutem posset sufferre Dei? Et certe nec ipsum Adam provocans vicit, sed suadens et decipiens et fallens.

[16] Zach. III, 4. [17] Job II, 1. [18] Marc. V, 9; Luc. VIII, 30. [19] Zachar. III, 2. [20] Luc. X, 19.

(8) Ms. *Quia et inimici crucis dicuntur homines.*

Hoc autem infirmitatis est opus. Quantum ad diabolum spectat, nulla sit, inquit, virgo : vincitur autem a tantis. Quantum enim ad diabolum pertinet, ne quidem unus salvatur. At nuptiæ honestæ sunt, et diabolus a tantis est obrutus. Quantum enim ad diabolum pertinet, nullus sursum aspiciat unquam : disrumpitur autem tantos videns. Quantum ad diabolum, ne quidem vestigium pudicitiæ vult esse in terra. Feriunt autem qui percutiunt cor errantis. Quantum ad diabolum, nec nomen justitiæ esse cupit. Qui autem dicunt peccavi, illius aures castigant. Non vult pœnitentiam esse, et efficitur pœnitentia. Movet persecutionem, et fiunt martyres. Quanta ejus capita incisa sunt? hoc est ipsius diaboli. Quæ enim inciduntur pro Christo capita, ipsius capita incidunt, quoties in flamma est missus ante gehennam in gehenna! Quicunque enim facti sunt holocaustum Christo, isti diabolum consumpserunt igni, et alii eum præfocaverunt in mari, alii autem dederunt ejus corpus meatibus fluviorum. Quanti eum torserunt? Etiam ii qui visi sunt superati. Si enim et vicit quorumdam corpora, sed non prudentiam et intellectum. Malignus athleta est, et inconsideratus certator. Cum enim videtur ferire alium, semetipsum percussit. Quod habes negotium ad Job, o diabole? Ut quid victus es? peccasti, tace; victus es, quiesce. Sed secundo, inquit, oportet me vinci : non quia hæc voluit, sed quia hæc passus est. Quid intremiscis? Quid times? Job non est angelus, sed homo mortalis, cui colluctabatur diabolus invisibiliter, victus autem est visibiliter. Et ne lateat te illius paviditas. Certabatur enim non apparens : et non sicut in stadiis et colluctationibus nudi ad nudos certantur, sed latens mittebat, et non apparens feriebat, et percutiens victus est. Job enim ignoravit quis esset qui luctaretur ad eum, sed et putavit et dixit, quia a Deo habet plagas. Alius erat qui pugnabat, et alius qui putabatur emendare. Hoc furtum magis quam lucta est. Adam seducit : ab Job occultatur. Job enim admiratio est ista, quia putans a Deo sibi venire plagas, non conscius autem sibi peccatum, convertitur ad diabolum sagittas quæ ipsius erant. Job enim putans Deum esse qui feriret, et suspicatus est esse a Deo plagas : et putans Deum esse qui feriret, gratias egit in plagis. Magnitudo autem malignitatis diaboli conversa est ad magnitudinem coronarum Job. Si enim sciret quia adversum (9) invidum et inimicum haberet, forte contentiosius egisset et alacrius, aut et contemptibilius. Nunc autem malus canis et malitiosus lupus semetipsum occultat, et pastorem producit, et Job admirationem adauxit. Per ea enim quæ putavit maxime se instigare, per hæc instigatus et victus, et supra omnem spem superatus ostendit victorem. Quis enim et sufferre potuisset sciens suam vitam immaculatam? Sciens conscien-

A tiam ad Dominum religiosam, ad conservos justitiam, videns quia oves quas orphanis occidebat, et tauros quorum carnes viduæ et orphani manducabant, et omnis possessio cujus erat dispensator ad eos qui habebant nihil, in uno momento tanquam a Deo ablata, nonne doluisset? Sed Job gratias egit, puta quia omnia subito abrepta sunt ejus, siquidem et filii. Si autem et filii, ut quid tali morte? Cur in ipsis mensis simul omnes decem oppressi sunt? Et hoc iterum putabatur Deus fecisse. Puta quia omnis facultas et possessio et filii. Quid autem quia et caro ipsius Job expugnatur? Et hæc omnia putata sunt esse a Deo, et per hæc universa Job gratias egit Deo. Non igitur te terreat diabolus : non sit domus vacua, neque illi parata, et non habet locum.

B Sit tibi comparatio Job ad victoriam : condisce per eum inimici infirmitatem. Sed dicis : non enim abducit et adducit loca, gentes, populos quantos et videmus? Adducit : sed et apportat eos qui volunt, fugit autem eos qui increpant. Cum enim dedit ei locum Judas, ingressus est in ejus corde, furatus est, prodiit (10). Petrus ei factus est petra : magis enim plagavit quam plagatus est. Sed dicis : non negavit Petrus? Quare? quando necdum erat crucis tropæum erectum. Nolite esse timidi, nolite indigni a proavis. Aurum quidem Dei est : dicamus, affers ignem, affers gladium, addentes, omnia possum propter eum qui misertus est mihi. Gladius Jesum non incidit, neque ignis eum consumit, sed incisus aliquando est per clavum. Quid est quod

C incisum est? Noli ignorare, quia nec in animam ingreditur clavus. Passiones enim corporales corporibus sunt conducibiles. Corpus a corpore patitur : incorporale non ardet, non inciditur. Talis natura non dividitur, non præfocatur. Si enim translatum fuerit corpus, non est ubi capiat. Sed nolo dicere quod sequitur, quia nec rationis est blasphemiam loqui in Ecclesia. Ea igitur quæ de diabolo non importune occurrerunt, ita quodammodo facta sunt manifesta. Nos autem confidamus in Christo, et confidentes increpemus ei, et increpantes memores simus ejus qui ait : *Exite ab eis et separamini, et immundum ne tetigeritis* [31]. Quid enim eis et difficiles sumus? quid eis et irascimur? quæ enim pœna

D alia eis debetur? Si quis eis irasceretur, utique diceret : Spoliare, denudare, deturpare, infrigidare. Statue eum nudum in frigore, facito eum currere ante currum. Laboret ambulans, deturpetur denudatus, dicat turpia. Quid quæris punire eum qui semetipsum damnat? sufficit eis quia non sunt nobiscum : sufficit nobis quia non sumus cum ipsis. Habeant quod habent, quia et volunt. Non (11) habemus quem habemus, quia et volumus. Sed fugiat et mens insanos, et sileat lingua; inde et convertatur ad purum et incorporalem Deum, ad sanctum, et istius chori Dominum. Non eum operiamus cor-

[31] Isa LII, 11.

(9) *Adversum.* Pro *adversarium.*

(10) *Prodiit.* Forte *prodidit.*

(11) *Non.* An *nos?*

pore, quia nec patitur : non eum vestiamus vestimento, quia nec indiget : non ei offeramus sacrificia, quia nec petit. Æstima quid dicis. Si dederis ei corpus, separasti ei locum ; composuisti simplicem naturam, placabilem fecisti implacabilem. In loco enim qui et a locis liber est constituisti. Si dixeris corpus, dabis oculos, dabis aures circa Deum, et linguam, et sensum, et ossa, et viscera, et nervos, et venas : et ignoras de quo loqueris. Fuge dementiam, ut comprehendas non quantus est natura, sed quantum tibi possibile est nosse. Si corpus est Deus : quis est qui supportat, qui subbajulat cœlum ? Antequam ergo cœlum fieret, ubi erat Deus ? Terra ei scabellum est : antequam crearetur terra, ubi erant pedes? Sed quando dictum est hoc : *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum* [32] ? Cum Israel magnum quid saperet de templo, adinveniens sibi templum. Corripiens enim humiles et admonens, quia Deus templo non circumdatur, tunc dicit : *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum*. Hoc ut parvis loquitur. Et quid addit interpretans ea quæ dixit : *Quam domum ædificabitis mihi, et quis locus requietionis meæ* [33] ? Ad hoc illud utile : ad naturam autem nequidem illud. Audi enim illius magnificæ vocis admirationem : *In mundo erat*, et, *venit ad mundum* [34]. Antequam enim putaretur adesse, aderat. Non est ubi non est : et quia ubique est, non circumdatur a loco. Si enim in loco erat, in alio loco non erat. Quia enim omnia implet loca, et omnibus separatus est, adest, non adest : non potes intelligere tu. Hoc enim est quod quæritur : nihil Samaritanum, nihil Judaicum, nihil tale ut dicas : *Patres nostri in monte hoc adoraverunt* [35]. Hoc enim Samaritanorum est : *Vos autem dicitis in Hierosolyma esse locum* [36]. Non mihi montes, non templa, non civitatem, non regionem, non locum, nec terram, nec mare, nec aerem ; cum cœlo nihil Judaicum. Bona lex est : hac parvis utile est. Factus es perfectus, formatus es, excusa illud, quod aliquando tibi videbatur civitas Dei, templum Dei, templum Domini. Dicit enim Jeremias : *Templum Domini, si servaveritis*, inquit, *mandata Domini* [37]. Decora vox primo testi. Salomon autem ædificavit sibi domum, ait : sed *Altissimus*, inquit, *non habitat in manufactis hominum* [38]. Altissimus et non in civitate : Altissimus et non in templo. Et dicit per alium prophetam : *Sanctus sum, et non ingrediar civitatem* [39]. Si autem in civitatem non ingreditur, in templo quomodo habitat ? ut dicatur cœlum sedes, ut non domus putetur et terra scabellum ? Qui autem novit eum qui se genuit, ipse scit et revelat quia nullus eum vidit. Et certe venit Pater, et habitat et inambulat. Et certe illa consequentia non consedit (12) ambulationem. Si enim totum cœlum sedes ejus, et tota

A terra ut scabellum tactum pedum mensuratum, quomodo potest transire scabellum pedum suorum? quomodo ambulavit? sed habitat Deus in animis, habitat et inambulat. Latior enim sinus est animæ, quam cœlum : sanctus in sanctis requiescit. *Induimini*, inquit, *Christum Jesum*, dicit Apostolus [40]. Quanti enim induuntur ? quanti et vocati sunt, et vocantur, et vocabuntur ? et unusquisque totum, et omnes totum, et neque dividitur eis, neque inciditur, neque scinditur, et omnibus adest, et ab omnibus separatus est, et omnes replet : quia non est corpus Deus, neque corpus circa ipsum, neque vestimenta. Siquidem et cum in corpore Filius, nec tunc cadit in corpus : sed magis incorporalis natura efficientias fecit corpus sufferre, corpus B enim supra fluctus non ambulat [41] : ambulavit ergo Jesus per corpus. Non ergo deitas deducta est a corpore, sed corpus elevatum est a deitate : spuit corpus, ejus enim natura est. Qui autem in corpore adesse dignatus est, simul cum sputo emisit virtutem non incidens a se, et lutum fiebat ex sputo : ex sputo autem et luto oculos qui naturæ deerant figuravit : ut ab initio intueris totum quidem corpus alleviatum, et vestimenta corporis efficientia : et ad vestimenta, ut videas quia divina virtus per omnes penetrat qui tetigerunt. Sicut enim ignis calefacit proxima sibi, et per calefacta his quæ adjunguntur calefactis calorem impertit : ita sanctificavit Dominus corpus quod accepit, et per corpus sputum, et per corpus vestimenta. Illa enim C mulier quæ summitatem fimbriæ tetigit vestimentorum, fontem insanabilem sanguinis habens, hauriit per fimbriam sanitatis medelam [42] : a deitate scilicet quæ aderat in corpore : sed vestimenta ejus præsentiam. Neque igitur ipse corpus necessarium habuit : sed quibus erat utile contingere et tunicam et corpus, et per spiritum videre incorporalem Deum, qui ministerio incorporalium dives erat. Ministerium autem audiens non necessitatem audire debes, sed beneficium eorum qui ministrant, non usum tamen ejus qui ministratur : multum enim nos (13) prosumus Deo, quia videmur pro Deo contendere. Nobis enim lucrum est, ut religiosi simus : nobis lucrum est si non perversas habuerimus de Deo mentes, ne et decidamus a Deo. Decidit autem D omnis a Deo, qui aliena sapit. De quo si didiceris ita ut est, habes eum : si autem alium pro alio putaveris, eum qui est non habebis. Quia non agnovisti quem putas, non habes eum : quia non est talis qualem putas. Non de quolibet certamen est. Irridemus eos et quia ista parva delinquunt qui ignorant artes : ubi ars est necessaria, eos qui non assequuntur ea quæ audiunt, frequenter dicentem (14) vides, dicimus, non audis, non intelligis. Igitur de his quæ hominum sunt, culpa est si non

[32] Isa. LXVI, 1. [33] ibid. [34] Joan. I, 10. [35] Joan. IV, 20. [36] ibid. [37] Jer. VII, 4. [38] Act. VII, 48 ; XVII, 24. [39] Ose. XI, 9. [40] Rom. XIII, 14. [41] Joan. VI, 19. [42] Matth. IX, 20-22.

(12) *Consedit*. Forte *concedit*.
(13) *Nos*. Forte *non*.
(14) *Dicentem*. Forte *dicentes*.

habuerimus de invisibili Deo. Cum autem quis aut despexerit, aut audire noluerit, aut intelligere minus potuerit, quid putas erit? Noli errare a Deo. Laus Dei, agnitio est Dei. Secundum quod est nobis possibile recedere a consuetudine. Non hominem quæris ut aperias ei oculos (15) et aures, et os et linguam, et manus, et pectus, et pedes, et ponas sub eo sedem, et subjicias scabellum, et supponas terram. Non est ex nobis Dominus, sed nos per ipsum sumus. Vis autem ediscere quia non est ex nobis? De Filio ejus cum dictum esset, *Emmanuel, nobiscum Deus*[43]; non simpliciter nobiscum est dictum, sed cum in corpore venit Dominus, tunc nobiscum: cum Virgo in utero concepit, tunc nobiscum Deus. Ante istam autem dispensationem, etiam dum esset præsens, non erat nobiscum. Si enim corpus feceris Deum, et corpus plenitudinem cœli et terræ, aut quod superat supra hæc; in ipso pones cœlum, et terræ lapides, et omnia quæ sunt. Si enim ut corpus coextensum est corporibus, primo quidem abstrahe omnia, ut locum habeat Deus. Si enim corpus est magnum: egestatem dico pauperum, non implet omnia: nullus alius habeat locum. Omnia enim prævenit Deus. Et sicut repletum vas fuerit, eo qui præcesserat replente, non est locus ut supermittatur aliquid aliud: ita si Deus corpus est, præcessit autem omnia, non habeat cœlum locum ut faciat, neque terra locum; præcessit enim Deus. Si autem est cœlum et terra, et mare, et aer, nullus locus est vacuus: neque ex natura eorum corporum quæ insunt, neque ex præsentia Dei; quia per corpora penetrans adest, non corpus ipse est. Siquidem nec si anima nostra esset corpus, poterat esse in corpore. Sicut enim suscipiens aquam non manet quantum erat, sed additamentum auget magnitudinem mensuræ: ita corpus corpori compositum. Et sicut ædificiis, et navibus, et choris, et populis, et civitatibus, et agris, et arboribus, aliud alio additum auget magnitudinem: si autem angustus fuerit locus, quæ præcesserunt, quæ autem subintroducuntur, non habebunt locum. Si igitur corpora adduntur corpori constituto Deo, angelisque Deus, putas non erat perfectus antequam adderetur cœlum? Si autem ipse erat perfectus et præveneral omnia, non habebant locum mare, terra et cœlum. Si autem quidem ista sunt, Deus autem ea fecit, et gubernat, et regit; invisibilis est rector invisibilibus aquis superstans. Si enim ipse non regeret, nunquam passa fuisset terra mare, et neque mare terram, adversa et jurgans natura et erigens se, et extollens, et minans, indens et contendens (16); invisibili autem manu sua statutis sibi terminis lis non transgreditur. Ergo per visibilia invisibilis conspicitur, sicut scriptum est: *Invisibilia autem ejus per creaturam mundi ex operibus intellecta conspiciuntur*[44]. Quid est, intellecta conspiciuntur? Deus, inquit, intellecta visibilis. Visibilis autem dicitur ita sicut scriptum est, Et vidi visionem Dei: intellecta, utpote suggerente oculis, quæ vidit esse inscripta in operibus ejus. Quæ enim inscripta sunt, nobis necessaria videntur. Cur autem illa audis quæ visibiliter dicta sunt, natura autem vere et principaliter non admittis? Vidi Dominum, audisti: invisibilia ejus non audisti? Audisti quia ille nescio qui vidit Dominum, Deum nemo vidit unquam non audisti? Audisti quia ille novit, neque vidit, neque videre poterit: non audisti, sed audivit eum Filius suus magis? quantum ipse enim novit Patrem suum qui ait: *Neque vocem ejus unquam audistis, neque faciem ejus vidistis*[45]. Si autem volueris ex tuis agnoscere Deum, et te et Deum ignorabis: sed sequere humilis, considera ubi sis. O quantum inter te et cœlum interest! amplius autem derelinquitur cœlum a Deo. Non spatiis dico: nihil enim desertum Deo est: in nullo autem retinetur Deus. Forte isti sermones aliam linguam necessariam habent, quia et de alia natura dicuntur. Cum igitur sermones moti fuerint in ecclesia, siquidem de humanis negotiis, unusquisque acutus et acer auditor, et ex quibus patitur, et ex quibus admittit respiciens ad dicentem, et comparans quæ dicantur his quæ agit, et quæ proferuntur his quæ patitur; statim prudens et scrupulosus auditor et agnovit et consensit. Cum autem transmutaverimus sermonem, et ab humanis recesserimus, et ad Deum mentem ostenderimus (17) nostram: istic multi quidem suscitantur, quidam gravantur a somno, alii delirare putant dicentem. Ut autem condiscas hoc vitium ita esse, audeat quis honestus ingressus theatrum dicere vera his qui mendose confingunt, et assumere constantiam decoram; si autem et in illo decorum est ingredi loco; et incipiat dicere: Insanitis, o homines: non videtis oculis: surdæ vobis sunt aures. Iste enim qui saltat, ludit vestram cultionem, deturpat ea quæ colitis, mentitur iste, et vos consentitis. Putas patientur, ut impleat accusationem et convictionem, et non ipsius theatri accipientes lapides mittet aut volvet unusquisque, ut ei fuerit virtus, tanquam ad deceptorem et interficientem qui beneficium tribuebat? Si autem et personam comœdi, aut illorum qui illi plurimum clamore consuerunt, inducens quis fuerit ingressus in habitu quidem lupi, incipiat autem dicere: Est Deus, et iste non in templis, non in simulacris, non in picturis, non in manibus artificum: si dixerit vera apud eos qui meditantur menda (18), putas concedent implere veritatis sermones, non ante sermones obruent eum lapidibus dicentem? Nam etsi talia non fiunt in ecclesiis, tamen cum supra sensibilitatem moverimus sermonem, multi nos

[43] Matth. I, 23. [44] Rom. I, 20. [45] Joan. V, 37.

(15) Ms. *Ut apponas ei oculos.*
(16) Ms. *Et minas indens et contendens.*
(17) *Ostenderimus.* Forte *extenderimus.*
(18) *Menda.* Forte *mendacia.*

derelinquunt : et corpore quidem erubescunt recedere, mente autem olim dereliquerunt : reputantes apud se, magis autem fraudantes et non admittentes. Est ergo aliquid quod non potest manus tenere : est aliquid quod non potest oculus videre : est aliquid quod non est sensibilitas. Non habes animam? vidisti ista (19)? putas ergo, quia animam non vidisti tuam, non est quod habes? et certe de anima dubius esse non debes si est, sed de corpore. Corpori enim ut sit, præsentia facit animæ : num debes dubitare? Si videt oculus tuus, si gustat lingua et loquitur, et si tangit manus; cur dubitas, et non magis edoceris? Ostendo tibi corpus mortui : oculus ei non deest, et non videt; linguam habet, et sermonem non habet; aures habet, et auditum non habet ; non gustus ei, non tactus. Intueris quia abscessit artifex invisibilis, et cessarunt visibilia operamenta? Nunc corpus : nunc

A carnes (20) vivent ; sed anima, et cogitatus, et sensus. Si autem et contenditis esse corpora et carnes Deo, non opponamus ei qui non suscipit, sed sit separatus ut est, sit purus, sit liber corporali affectu ab omni loco, ab omni regione, ab omni natura. Solus enim est in semetipso, solus apud semetipsum, solus reparatus ad se, et cum sit reparatus ad se, complet omnia, sed non corporaliter. Tuba opus est; vox maxima necessaria est : magis autem nec vox, nec tuba, sed mens pura, ut videatur qui non videtur, ut audiatur qui non auditur, ut intelligatur qui non interpretatur, et dicatur qui non dicitur, ut agnoscatur qui non comprehenditur, et sit isti tali Deo per eum qui talem nobis annuntiat et interpretatur Deum gloB ria, honor, imperium, majestas in Spiritu sancto et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE INCORPORALI,

LIBER PRIMUS.

—

Multitudo quæstionum in his quæ lecta sunt hæc continetur. Et forte cum jejunio poteritis audire et quæ sunt quæ quæruntur, et quæ eorum interpretatio habeatur. Quæritur enim in his quæ lecta sunt, si Deus in montem descendit Sina, et si circumdatur Deus in monte aut loco. Quæritur etiam quæ erat tuba, quæ ore proferebatur Dei. Quæritur, cur appropinquantes ad montes (21) in quo erat Deus, interficiebantur, et prohibebatur populus appropinquare. Quid sibi vult columna nubis ubi est Deus? quid etiam mons fumans? Addatur autem his, cur si quis vidisset Deum moriebatur, et non magis vivebat. Has omnes quæstiones ambit locus qui lectus est. Orantes igitur ipsum Deum, qui solus potest sua edicere, ita ad solutiones istiusmodi veniemus. Deum quidem circumdat nihil; circumdat autem Deus omnia, non corporaliter. Virtute enim incorporali adest omnibus, ubique præsens est, et ab omnibus separatus est. Non enim ut permisceatur adest, aut ut copuletur, aut ut jungatur; sed liber et separatus adest. Adest autem non divisus, aut scissus, aut segregatus. Neque pars quidem ejus adest, pars autem abest; neque hic quidem pars alia, alia autem pars alibi. Ista enim

C omnia corporum sunt vitia et passiones, et divisiones et partitiones. Illa autem natura libera est a corporibus, non solum ut non sit corpus, sed et ut non habeat corpus. Nec enim ut anima incorporalis quidem est, circa corpus autem quodammodo est, aut corpus circa ipsam, aut quomodo quis voluerit dicere : neque hoc accipiendum de Deo est, quia neque corpus est Deus, neque corpus circa ipsum, neque in corpore est ipse. Et quis corporibus innutritus forte suspicabitur, nihil esse eum, qui non tenetur, nec videtur, nec arctatur, nec tangitur. Sed conversus edoceatur naturam negotii, quia quæ videntur, et tactibus incurrunt, et cogitatibus amplectuntur, vere nunquam sunt. Si autem et transfertur et transmutatur, et scinditur, et dividiD tur, et putrescit, et nunquam ipsum (22) accipit statum. Quibus enim proprietas est, minoratio ista videtur : quid enim proprium est corporibus nisi (23) veterascant? Si enim esset corporum natura perfecta, non indigeret istam additamenti mensuram. Ita enim corpora infirma sunt, et illa maxime quæ videntur fortissima esse, quia adjuvare se non possunt. Si enim pulsus fuerit lapis, et semel acceperit initium ut cadat, et cœperit comminui, non potest

(19) *Ista*. Forte *istam*.
(20) *Nunc corpus, nunc carnes*. Forte, *non corpus, non carnes*.
(21) *Montes*. Pro *montem*.
(22) *Ipsum*. Αὐτόν, *eumdem*.
(23) *Nisi*. Forte, *nisi ut*.

revocare suam ruinam; et si scissus fuerit non A conjungitur, et divisus distat a semetipso. Ita et de montibus efficiuntur incisiones et ruinæ; et quanto majora sunt quæ scinduntur, tanto magnæ sunt et ruinæ. Et non in crassitudine virtus est. Si autem oportet et ipsorum corporum scrutari naturas, secundum propositam quæstionem consequenter videbimus, quia et ipsorum corporum subtilitas quæ putantur esse infirma, fortiora quodammodo apparent: ut puta quod dico, terra aquis est crassior, aquæ a terra minus crassæ habentur. Sed cum terra incurrerit aquam, dissolvitur: cum autem aqua apprehenderit terram, penetrat eam. Et quod patitur terra ab aqua, hoc patitur aqua ab aere. Quid enim improvectiones (24) istæ ostendunt? hoc unum maxime, quia ad incorporalitatem et ad B levius corpus, majorem imponunt virtutem subtilioribus. Aer enim per aquas penetrat; penetrat autem ita ut vim faciat aquas emitti per se ad superiores partes, quod ejus non est naturæ. Et si quis voluerit hoc nosse, quia non detinentur superna ab his quæ deorsum sunt, si quis repleverit aere utrem, eumque demerserit in aquam; et certe cum sit pellium natura crassior et gravior magis quam aer habetur, aer quærens suum officium et regionem, neque cum gravissimis utribus detinetur, sed scindens aquas sursum educitur cum gravibus per aera. Istam igitur passionem quam aquæ ab aere patiuntur, et aer ab igne sustinet, et testis (25) sermonis flammæ sunt et lucernæ. Ideo enim attenuatur flammæ summitas, quia incidit istum ambientem aerem. C Et videtur quidem ignis a videntibus, agnoscitur autem ab his qui possunt ejus naturam videre, quia ad suam festinat regionem, ad superiora scilicet. Iste igitur subtilissimus ignis cum sit unus e corporibus, proximus est incorporalibus. Intuere enim quantas habeat proprietates adversum cætera corpora. In certis enim corporibus condiscamus imperium esse subtilium ne crassus effectus cadat sicut et corpora crassa: sed mentem ad lætitiam: corporibus quidem sis liber, ad incorporea autem festines. Ignis igitur primo quidem dicam idem gloriæ est supra omnia corpora, et illuminat alia: se autem non facile ad alia tenebrat. Penetrat enim per omnes, et dissolvit omnia corpora. Quanquam D enim petra ita est dura, aut quæ potest confabulata (26) flammæ non ostendere fortiorem esse flammæ virtutem a sui natura: emollitur enim et ferrum per ignem, probatur et aurum, colatur argentum, conflatur plumbum, et omnia quæ putantur fortiora esse corpora, igni cedunt propter subtilem ignis naturam. Denique si projeceris lapidem in flammam, transit quidem, sed non per flammam. Fugit enim flamma eum. Si autem ignis confabulatus fuerit lapidi, per totum lapidem penetrat. Ita et si æramentum immissum fuerit in igne, aut ferrum, aut ipsum aurum, immutantur colores omnium, et ad ignis transferuntur colorem et magistrum (27): quodque eorum ignis, aut hoc qua dicitur et calore et fulgore et omnibus proprietatibus ignis. Quia autem ignis ad aurum non cadit, aurum autem calefacit; manifesta est eminentia. Et quia ignis non dissolvitur a petris, dissolvit autem petras; aperta est virtus. Et quia ignis non detinetur ab aere, scindit autem et sursum currit; apertum imperium est. Et quia urget sursum fieri, et positione est et virtute et colore fortior. Sed forte quidam jurgium aquarum adversum ignem videt, quia ab aquis exstinguitur ignis: quod quidem recessio magis ignis est quam corruptela. Sicut enim a tenebris non consumitur, sed cohabitare iisdem non patitur. Immutemus autem, et videamus cum aqua in vas fuerit immissa, et oblatum vas fuerit igni, quis a quo istic consumitur, quid autem veluti pœnas sustinet, et sonat et bullit. Ignis enim nunquam a frigida aqua factus est frigidus: aqua autem frequenter et semper, ut ita dicam, ab igne efficitur calida. Ergo et istic, quia aqua assumit calorem, ignis autem frigdorem non admittit: consumitur autem aqua amplius calefacta, ab igne, et fervens utpote et emissa et ebulliens, fugit partes vasorum ad quas propinquaverit ignis, et urgetur effugere e vasis et effundi. Non enim potest ignis sufferre cruciatus. Ergo in istis omnibus subtiliora corpora fortiora sunt cæteris: secunda autem ea esse virtute, quæ minus habentur in subtilitate, et secundum competentiam uniuscujusque usque ad quartum. Ut autem et ista addantur, flamma incisa non inciditur. Sed et si volueris assumens ferrum, aut aliud aliquid quod videtur incidere, et ad alteram perduxeris partem per flammam, manet tota, et incisionem non suscipit. Si autem non intellexistis quod dictum est, transeamus ad radios solis: istos si voluerit quis incidere gladio, in inferiori parte non invenientur: sursum enim remanent non incisi. Ita et flamma, ubi ejus fuerit radix, illic tota colligitur. Non est enim videre partem flammæ superius gladio incisam remanere, partem autem inferius, sed tota ad semetipsam conjungitur. Lignum autem et terram, et saxa incidentes dividimus a semetipsis, et disjungimus partem a parte: forte autem incidimus et aerem, sed ejecto eo quod incidit, statim ob subtilitatem sui semetipsum conjungit. Gladio enim, aut ligno, aut lapide, per quæ incisio efficitur (per multa enim admittit ratio fieri incisionem) sublato, aer propter subtilitatem sui

(24) *Improvectiones.* Forte in voce hac perperam additum *im*, ex vocabulo præcedenti geminatum.

(25) *Testis.* Forte, *testes.*

(26) *Aut quæ potest.* Forte per interrogationem, *Aut quæ potest confabulata* (ὁμιλήσασα *sociata*) *flammæ*, etc.? Sic post pauca, *si ignis confabulatus fuerit lapidi*, et infra *de incorpor.* lib. II sub fin. *si confabulatus terræ fuisset* (ignis).

(27) *Et magistrum.* Forte sic legendum, *et magistrum quodque eorum ignis* etc. καὶ δέσποζον (*dominans*) τὸ πῦρ

conjungit partes incisas. Si autem hoc propter invisibilitatem minus agnoscitur, in aquis agnoscitur quod dicitur. Cum incisa fuerit aqua, aut scissa per lignum, aut per aliud aliquod operimentum (28), post autem si abstuleris id quod incidit, urgetur aqua ad conjunctionem sui : est enim aqua a terra subtilior. Terra enim ita sibi ut aqua adjuvare non potest : ut ex hoc appareat, quia quæ dicuntur fortiora corpora, ista multo magis sunt infirmiora, et non in magnitudine est potentia. Quid enim tantum habet mons, quantum habet margarita ad pulchritudinem? magnitudo enim calcatur, in brevi autem pulchritudo requiritur. Sed transeamus a primis quæ dicuntur corporibus, terræ dico et ignis et aquæ et aeris, ad ea quæ ex his sunt composita et videntur omnia ex his habere, B calorem dico et humorem et crassitudinem et subtilitatem et alia; et videamus si est in his stabilitas, si est mansio. Et ne quis putet materiam introduci sermone, aut quomodo introducuntur elementa, quibus et inducuntur. Sed illud dico, quia in corporibus quæ moventur : motionem autem dico istam, quæ naturalis est eorum qui habent ut crescant, qui habent ut minuantur; eorum qui fructum afferunt, eorum qui moventur a locis ad loca, animalium utpote et arborum et hominum. Varificatum enim est corpus et compositum. Compositum enim est et Salvator (29) per incorporales virtutes. Neque enim arbores sibimet ipsæ statuunt tempus ut floreant, non magnitudinem foliorum, non tempus C frugum, non compositionem eorum quæ figurantur, non ea quæ intus sunt ad custodiendum, non quæ foras sunt ad tutelam. Non enim in arborum est potestate, de his quæ sunt in arboribus. Si enim et in nobis rationabilibus non est potestas mensurarum, non ætatum, non membrorum, neque quando debeat procreare, aut nasci, aut crescere, neque usque ad capillos : non solum ut quando floreant, et quando debeant, qui necdum venerunt ad florem; sed neque de eo ut transferat colorem, et a nigro veniat ad album, est in nostra potestate, qui cogitatum possidemus et sensum : si igitur et quæcunque in nobis sunt naturalia, non sunt nostræ potestatis, quanto magis in irrationabilibus animalibus, non sunt in ipsorum potestate quæ sua sunt? D Magis autem hoc in arboribus non est et plantis. Et tamen in his quæ sine anima sunt, hoc est in arboribus istis et plantis, mensuræ, magnitudines partibus, et ipsi omnia arbori et plantæ, et foliis ejus et fructibus, et compositionibus habentur. Quarumdam enim fructus sparsi sunt, alius in alio

A ramo positus (30). Quibusdam autem compositio est in butronibus (31) conjungi, et immutatio colorum in iisdem est, et ipsius (32) generis, et ipsius speciei : quorumdam quidem manducantur ea quæ a foris habentur, quorumdam autem ab intus sunt quæ comeduntur. Et multa est varietas annuntians per omnia sapientis sapientiam, et ipsius operis disciplinam. Tamen in istis corporibus quia officia quædam et ordines conspiciuntur, et mensuræ, et tempora, et agnitiones, ut emolliantur cum incipiunt fructum afferre; projiciunt enim etiamsi floruerit ad fructum, et educantur, et sensim accedunt, et ad tempus occurrunt; nunquam autem essent ista quæ sunt, nisi ea incorporalis quædam virtus figuraret : ita et in animalibus leges præceptæ sunt, ut ab equis equi, et ab unoquoque genere genus proprium, similia a similibus; et mensurata est concupiscentia animalibus. Non enim in omni tempore animalibus est communicatio, sed tempus statutum est et agnoscitur. Et masculi tunc moventur, et feminæ tunc patiuntur, et transiit tempus, et emortua est in irrationabilibus concupiscentia. Et ubi tanta varietas est, nonne confessibile (33) est ignorari ab irrationabilibus quæ fiunt? Tamen agnoscunt quomodo reguntur et adducuntur, et ubi oportet seminari, et ubi conveniat commendari : et ignorantes quod futurum est, nihilominus tamen legibus suadentur. In matricibus autem nec rationabiles mulieres norunt quid efficiatur. Tamen et irrationabilibus figurantur, et nullus emovet ut non moveantur extra mensuram, neque ut illud manducet, et ab illo se abstineat. Nonnunquam enim et minantur plurimum, et currunt quæ conceperunt, et custodit ea quæ custodit. Apud nos enim quia adjuvat ars naturæ, immutatum est a natura adjumentum. Ubi autem nihil coefficit ars naturæ, totum adjumentum custoditur. Multa enim sunt quæ videntur in aliis animalibus, quæ nos non habemus. Nobis enim neque tales cutes, neque tanti capilli sunt, quanti et illis. Ars enim vestiens ea, complet quod videtur deesse naturæ. Non operimenta sunt iisdem ; sufficiunt enim pili. Non opertoria ; amicta est enim pars quæ his indigebat. Sufficiunt quippe illis capilli et pro domibus et tectis, et tunicis et palliis et operimentis ; et unicuique animali pro sui natura et opertoria data sunt. His enim qui minus poterant sustinere fridgorem, spissiores pili et longiores indulti sunt, aliis lanæ : et unicuique separata est esca et immissa, et circa illam escam illa alacritas. Quæ enim excusat (34) cervus, hæc persequitur leo : et varia proposita est magni

(28) *Operimentum*. Lege *operamentum*, quæ vox interpreti nostro familiaris pro eo quod est *instrumentum*. Sic supra col. 1099 A : *Provenit autem istum portare medicimmlia operamenta;* et col. 1127 B: *Cessarunt visibilia operamenta* : idipsum passim reperias.

(29) *Salvator*. Forte, *salvatur*.

(30) *Positus*. Forte, *positus*.

(31) *Butronibus*. Deducta vox ea videtur a Græca βότρυς *racemus*. Certe sententia hujus loci videtur eadem esse quæ illius apud Plinium, lib. xv, cap. 28 : *Dependent alia pediculis, ut pira; alia racemis, ut uvæ, palmæ.*

(32) *Ipsius*. Αὐτοῦ, *ejusdem*.

(33) *Confessibile*. Confessum, compertum. Ut supra not. 47, *inimici confessiles*, aperti, professi.

(34) *Excusat*. Id est *respuit* sicut notavimus col. 1101, not. 68.

Dei mensa, plena quidem omnibus, conveniens autem unicuique naturæ. Et est admiratio. Numeri enim mensium matricibus et irrationabilibus positi sunt. Et quis non stupeat, quia in tempore isto concurrunt, cujus exitus fructum apportat, cum asperitas hiberni transierit? ut non tenera adhuc constituta quæ nata sunt in domo non confota, asperitatem autem hiemis incurrentia perirent, et deficeret genus, si ita frigdore gelidæ hiemis interficeretur. Sed leges statutæ, et fines sunt positi, quando seminare deberent, et quando fructum afferre. Et neque illis opus est obstetrice, neque arte istiusmodi, neque ut cadat et jaceat: sed statim ut enixa fuerit stat, statim ut natum fuerit pecus exsurgit, et agnoscit irrationabile animal quod ejecit e matrice, et quod non viderat ut sciens mater agnoscit, et progenies ad matrem convertitur quam nesciebat. Et cum adsint (35) ipsius generis alii, non erat irrationabilis ad modicum, et statim agnoscit matrem. Agnoscit autem et sui generis: non ignorat etiam et quæ sibi adversa sunt. Accipiamus enim gratia comparationis unum ex his, et videamus. Cervi capreolus statim ut natus fuerit currit ad matrem, et quærit non unde processerit, sed unde pascatur. Illa autem quæ antea non dederat mamillam, agnoscit ejus qui natus est alacritatem, et aptat nato mensuram volenti contingere ut pertingat, matri autem quæ præbet ut suscipiat et pascat. Cur autem non abiit ad aliam similem? Cur ipsius naturæ alia non suscepit? Cur non ad os patris perrexit? cur non offendit ad latus, sed mamillam quærit? quo edocente? quo suggerente? Unde autem et agnoscit quid habeat mamilla? unde novit quid operetur fons mamillarum? quis ei dixit, quia fontes mamillæ sunt? Nam et cum ceciderit in terra, statim stat, et neque cornua pertimescit cervorum talia et ita terribilia, neque perturbat eum immutatio gregis. Si autem apparuerit catulus canis, statim ab eo qui natus est agnoscitur, quia impugnator est ejus. Et si simulans homo imitatus fuerit vocem canis, statim et antequam videat, imitationem audiens, vocem fugit. Quis ergo in irrationabilibus sapiens? et certe nos qui videmur et sumus rationabiles, statim nati nihil horum habemus, quod est admiratione dignum: cur infans matrem ignorat, et patrem non agnoscit? Neque a se pergit (36) ad mamillam, neque aliquid istiusmodi facit. Quia enim est sensus in matre, et tutela in patre, et ars in obstetrice: ut appareat providentiæ dispensatio, ubi ista desunt, natura complet: ubi autem ista abundant, natura cedit. Non enim statim surgit infans: habet enim manus quæ portant: necessarios capillos non habuit: pili enim ovium necessaria complent. Quærito autem et ipsam positionem fontis escarum qualis apud nos, et qualis apud irrationabiles habeatur. Quia enim erectus noster est status, quia in inani os portamus, superius constituit et mamillas, quadripedibus autem in aliis infixit locis. Quid autem dicis quia unumquodque animal, statim ut natum fuerit, quantum est tantum est, magnitudine dico, sed quod nihil amplius assumit ad mentem. Habet enim sensibilitates suas, habet capillos; et quia nihil apud eos pretiosum est, ideo totum statim in eis effusum est: sicut et infructuosis arboribus statim concurrit et effunditur magnitudo. In fructiferis autem sensim proficit augmentum. Ita et rationabilibus non statim efficitur ut crescant, non statim status, non statim esca. Siquidem nec margaritæ in facie reperiuntur terræ: sed post tantas difficultates quod pretiosum est invenitur. Tamen quod properat sermo ad semetipsum dicimus quia neque irrationabilibus. Si enim nossent, forte quidam ausus fuisset, et diceret ipsorum esse opus. Quia autem ignorant quidem, efficitur vero; tamen quia fiunt corpora, et figurantur in matricibus, et crescunt post matrices; quærentes invenimus quia præsentia corporalis animæ ex matricibus exeunt, et post egressum pascuntur, et crescunt et moventur. Si autem quis dubitet, consideret corpus unde recessit anima, et sciet cujus præsentia sunt opera ista. Ergo et corporibus ut sint et crescant, et maneant et non dissolvantur, præsentia animæ præbet, impertiens quæ non habet corpus. Cum enim non pascatur pascit; cum non crescat, corpori præbet ut crescat: cum colorem non habeat, præbet colorem: cum non transeat a loco ad locum, ex loco ad locum transmutat. Et hoc ipsum quod videtur esse corpus, per animam est quod est. Recedente autem anima, statim convincitur corpus, statim dissolvitur, statim defluit, spargitur, obputrescit, emoritur, infrigdatur, immutat colorem. Non ejus oculus videt, et non movetur manus, non pes, auris non audit, lingua non gustat: et si immiseris escam vim faciens, non efficiunt operamenta quæ intus sunt: recedente enim artifice stant. Et capilli etiam non adducuntur, et moriuntur, et ungues jam non crescentes, et omnia otiosa sunt: sicut fabri aut alterius artificis, si recesserit artifex, operamenta jacent quidem, indigent autem habentem animam. Statim enim est videre fœda corpora morientium animalium putrida, neque ut contingantur apta: nec enim et ad escam sunt conducibilia: ita anima recedente non sint utilia ad ea quæ suæ naturæ sunt. Mirari enim est et illa, quorum anima languore aut dissolutione istiusmodi recedit. Si autem et recedere oportet dici animam irrationabilium, horum mortificatio immutata est a statu illorum quæ occiduntur. Quæ occiduntur enim alia sunt et calore, alia sapore, alia et odore, alia manducatione. Illa autem quæ moriuntur et non occiduntur, et in ipsa morte habent immutationem sui. In tantum enim demonstratur quantum potest præsentia animæ, quia et vox subito recedit, et tanquam vestigium quæ in iisdem est vitæ relinquit. Quid autem dicas

(35) *Ipsius*. Αὐτοῦ, *ejusdem*.

(36) *A se*. Αὐτόθεν.

de nostra anima? sed non est rationis ita nos injuriam facere pretiosæ animæ. Si enim voluerimus in isto brevi spatio horæ movere de ea sermonem, et transitorie ejus memoriam facere, inimici magis videbimur nostræ animæ quam amici. Sed sit sermoni quidem mensura, animæ autem rationabili A decens honor. Ei autem qui creavit corpora et animas, et rationabiles et irrationabiles, ab omnibus simul, et qui non loquuntur, per unum, per quem et omnia constituit, sit gloria, honor, imperium, majestas, cum Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen

EUSEBII PAMPHILI

DE INCORPORALI ANIMA,

LIBER SECUNDUS.

—

Reliquiæ, quæ de incorporali refectione hesterno nobis resederant die, hodie secundum consequentiam sermonis *iter perfruamur* (37). Solitum enim et his est, qui corpora pascunt sua, cum non suffecerint ad sumendum plurimis ad refectionem appositis: manducantque diem quantum possunt (38), recondunt autem sibi superflua in alterum refectionis diem. Forte autem non eadem imago convenit nobis. Non enim ea quæ resederant proposita nunc sunt, sed sint ea quidem quæ præcesserunt non esca, sed gustus: nunc autem, ut ita dicam, ipsa refectio. Motus enim nobis est sermo de monte Sina, in quo dicebatur fumus fuisse et ignis et procella et tubæ et voces a Deo [46]: quæ omnia magis quæstiones movebant. Videntur enim ista non consentire incorporali naturæ. Quia igitur domestica efficitur satisfactio, cum a communibus et apertis fuerit mota, ideo in commune de incorporalibus movimus quæstionem. Accipientes enim corporum naturas discrevimus, et ostendimus quia non ut putatur crassiora fortiora sunt, sed secundum competentiam uniuscujusque corporis, quantum unumquodque subtilius est, tantum et fortius. Istinc promoventes venimus ad naturam, a natura ad irrationabilium animam. In quo loco comprehendit nos vespera, et collocavimus mansionem. Quia ergo successit jam lumen, exsurgentes teneamus consequentiam eorum quæ rursum ambulantes transivimus. Secundum consequentiam igitur et ordinem initium sit sermoni, quæ hodie de nostræ animæ dignitate dicemus. Sicut enim a corporibus ad naturam, a natura autem ad irrationabilem animalium venimus animam, ita promoventes et transcendentes, ab irrationabilium anima ad rationabilem pervenimus, ut exerciti in corporibus primum, ita veniamus ad incorporalem animam: et ab anima ad incorporalia. Et ita non subito ad puritatem Dei accedentes, ex fulgoribus qui inde sunt obtenebremur. Decet enim taliter, ut anima prius semetipsam B agnoscat. Incongruum est enim, ut de aliis quidem curiosius requirat, semetipsam autem negligat, cui proprium corpus est. Quia enim posita est velut in mediis gradibus, aliis quidem præcellens, ab aliis autem deficiens, forte agnosceas semetipsam, despiciet quidem minora, protendetur autem ad ea quæ supra se sunt. Accipiamus igitur ipsius animæ dignitatem, et efficientes ejus, ex quibus cogitat et agitat, operatur et donat corpori, et ex quibus ei adversatur utilissime, et ex quibus de Deo cogitat et sapit. Accipiamus autem et testimonia ex his quæ videntur, et a Scripturis. Et primo, quia quidam putant animam nostram non solum cum corpore esse, sed aut corporalem, aut corpus: multis autem sanguis putatur et nostra anima esse; dicimus de C his primum; et quia ex Scriptura circumveniunt animam tanquam sanguis habeatur, ex ipsa Scriptura ejus separemus dignitatem. Irrationabilium enim animalium animæ uno præcepto cum corporibus figuratæ sunt. *Dixit*, inquit, *Deus, producat terra animalia quadripedia* [47], et quæ sequuntur. Uno sermone genera animalium universa et corpora et animas fecit, et non discrevit. Et iterum, *Producat aqua*. Etiam si hoc primum positum est ait: *Producat aqua natantia quæ in aquis sunt, et volatilia cœli quæ in aere* [48]. Propinquior enim genere aqua aeri est. Repletur enim aer aquis per nubes. Colata autem aqua transmittitur ad aerem et nubes adunat, et velut immutatio quædam est aquæ ad aerem D et iterum restitutio. Unde et quæ facta sunt ex aqua veluti ex crassiori natura, quædam quidem remanserunt in aquis, alia velut ad congenerem aerem transmissa sunt. Sed non de his nunc sermo est nobis. Sed quia aliorum quidem animalium animæ universæ uno præcepto cum corporibus factæ sunt: homo autem neque cum aliis animalibus, neque ante alia factus videtur: et cum aliis quidem non est factus propter pretiositatem; ante alia autem non est creatus propter tutelam Dei. Quia enim

[46] Exod. XIX, 16. [47] Gen. I, 24. [48] Ibid. 20.

(37) *Iter perfruamur.* Forte *iter* vox fuit compendio scripta in ms. pro *iterum*.

(38) Ms. *manducant quidem quantum possunt.*

incipiebant ei subjici omnia quæ facta a Deo sunt; ut non ipsius putarentur opera quæ facta videntur, novissimus figuratur homo, et non primus. Si enim et ita novissimo facto homine, ausi sunt quidam per fabulas introducere; quid non ausi fuissent si non ista præcessisset tutela? Aliter autem et decebat antequam crearetur rex super terram, præparari necessaria primum, ut ita adveniret qui ea perfrui deberet. Servatur autem et in irrationabilibus ordo, secundum Scripturam. Non enim prius facta sunt animalia, quam fierent ea quæ pascerent animalia. Quia enim factum quidem jam fuerat cœlum, fundata autem jam erat terra, et mare fuerat separatum ab arida, effusus autem erat et aer, coronata autem erant quæ facta sunt, unumquodque in ornamento suo: terra quidem florens arboribus et plantis: aer per avium iter avibus præbens: mare et flumina et fontes piscibus lætabantur, qui in se fuerant nati. Cœlum autem varicatum (39) suis floribus erat, et tunc factus est homo. Creatus autem est homo non uno præcepto, sed corpus quidem dicitur manibus figuratum. Exhinc autem jam argumenta sint de incertis. Scriptum est enim [49], quia accepit Deus e terra limum. Putas quia accepit, dixit, addemus ei et manus? Scriptum est quia et figuravit hominem. Et figuratio quidem corporis jacebat, anima autem non erat simul creata. Sed volens Deus per opera separatas segregare naturas separatim figuravit corpus, separatim animam fecit. Et factum est velut tabernaculum corpus: introducta est autem anima, et habitavit. Et ne putes quia præcessit corpus in creatione, jam et in honore præcellit. Sed memento quæ superius audisti, quia et irrationabilia animalia ante hominem facta sunt: et non quia prævenerunt in operatione, jam et prima sunt in honore. Ipsorum autem irrationabilium ea quæ ad escam necessaria sunt, priora creata sunt: et non quia quæ utilia sunt animalibus, et jam (40) honorabiliora sunt iisdem. Ergo non a temporibus accipiamus, pretiosiora ea esse quæ priora sunt: siquidem et terra ante istum qui videtur cœlum est facta. Si quis enim legit Scripturam, aut legentem audivit, inveniet quia scriptum est: *In principio fecit Deus cœlum et terram* [50]. Cœlum enim cum terra factum dicit, non istum qui videtur, sed alium superiorem. Secundo enim die efficitur iste qui videtur, et nominatur firmamentum. Tantum enim honorabilior et iste a terra est, quantum et spatio distat superpositus. Et non quia toto die præcessit terra istum qui videtur cœlum, jam et honore prima putabitur. Ita figuretur prius corpus, et post fiat anima, et nobis servetur dignitas. Factus igitur homo est, ita enim nominat Deus dum dicit. *Et figuravit Deus hominem, limum a terra accipiens* [51]. Necdum erat totus homo: sed si forte imago hominis, imago autem necdum vivens, et jacebat quod factum est ut operamentum: requirebat autem artificem, non intellectu aut effectu, sed necessitate poscebat. Scriptum enim est, quia post hoc: *Inspiravit in eum Dominus spiramentum vitæ; et factus est homo in animam viventem* [52]. Et iterum, *In spiritum vivificantem* [53]. Ergo ab initio separatim quidem corpus, separatim autem anima facta est. Et corpus quidem sine anima non vivit: cum autem ingressa fuerit anima, tunc efficitur homo in animam viventem. Et quis comparabit opportune corpus quidem nubi, animam autem immissis a sole splendoribus? immutat enim nubis colorem, immutat ejus effigiem, sed non vivificat. Quære ergo quomodo accepit Deus limum terræ, et quomodo inspiravit Deus. Accipit enim sine manibus, et inspirat sine ore. Cur ergo accepit? ut appareret quia non ab alia creatura est homo, sed a conspersione fermentum. Cur autem et inspiravit? Pro eo ut dicat, quia immisit. Si enim corporaliter acceperimus quod inspiravit Deus, ut a Deo pars efficimur Dei inspiratione ista, et dividimus indivisum. Et quemadmodum possibile erat peccare eos, qui a Deo ut pars ejus erant separati? Ita ergo ex creatura quidem ipsa statim separatum est nostrum corpus ab anima nostra. Anima autem omnium animalium quæ ab hominibus manducantur, dictus est sanguis, non tamen hominis. Sed cum diceret homini Deus, ut prius effunderet sanguinem, et ita manducaret; de animalibus iste ejus erat sermo. Ab initio ergo creaturæ, ita melior est nostra anima a corpore, et separata est. Ut autem veniamus ad ejus dignitatem, scrutantes scrutemur quia corpora non germinant, sed arbores et plantæ acceperunt germen, et augmentum, et escam, quam non habebant saxa quæ vere sunt saxa. Germinare enim et crescere, et imbribus nutriri non habent, sed hæc acceperunt plantæ et arbores. Et ne quis producat contradictionem, si aliqui lapides crescunt in mari, sive nigri, sive rubri: illi enim plantis magis similes sunt quam lapidibus: incisi enim cum fuerint, tunc lapides efficiuntur: in quantum autem stant naturæ legibus, et radices emittunt, et pullulationem operantur, et incrementum accipiunt, et ramis annuntiant affinitatem. Ergo plantis et arboribus ista adduntur, quia habent ut germinent, ut procedant, ut crescant, ut pascantur. Animalibus autem id inest quod inest, hoc est ut nascantur, et crescant, et pascantur. Juncta autem iisdem est et proprietatis additamentum sensibilitas. Est autem hoc in lapidibus ut sint, sed non inest eis ut crescant, et additamenta sumant, quod est in animalibus omnibus. Esse autem inest saxis et terræ: germinare autem et crescere, et augeri, quod erat arborum, non est in eis. Additamentum autem eorum separatum est sensibilitas, utpote quæ in animalibus habetur. In

[49] Gen. II, 7. [50] Gen. I, 1. [51] Gen. II, 7. [52] ibid. [53] ibid.

(39) Forte, *Varificatum*, ut supra col. 1131 B.

(40) *Et jam*. An *etiam*?

nobis autem omnia quæ prædicta sunt habentur. Additum autem nobis est quod nostrum est proprium, et quod nobis provenit, ut deorsum quidem habeamus omnia quæ habent ea quæ sub nos sunt; extrinsecus autem nostrum quod est proprium, sit in nobis cogitatus et sensus. Iterum ea quæ post nos sunt, statim irrationabilia animalia cogitatu a nobis relinquuntur et sensu. Habent autem omnia, quæcunque habent, minora. Illis enim et quod suum est inest, sensibilitas scilicet. Iterum arbores et plantæ relinquuntur quidem a cogitatu nostro, relinquuntur autem et a sensibilitate animalium. Habent autem sua proprietatem adversum saxa et terram, germinationem scilicet et augmentum, et crescibilitatem et escam. Fex autem, et quæ putantur fortissima, petræ, inquam, et terræ, hoc ipsum sunt corpus; non producuntur, non crescunt: si enim et crescunt, ita crescunt ut nec sciatur quia crescunt. His ita a deorsum usque sursum, et a sursum usque deorsum separatis, agnoscamus quia nos quidem sumus in commune, sicut et terra et lapides: coextendimur autem et plantis et arboribus. Habemus enim ut et nascamur et crescamus et pascamur. Transcendimus autem et irrationabilia animalia cum sensibilitate. Transilimus etiam et ab his: habentes quod est præcipuum, rationabilis quippe vitæ cogitatum. Nihil autem præscribitur a communibus, ut puta, si quis voluerit hominem aliquem separare ab altero, non debet dicere: Ille qui duos oculos habet aut duas aures; neque illa quæ in commune sunt et aliis, sed illius hominis quod est præcipuum ad agnitionem. Esse enim non nobis solis est, et germinare non in nobis est tantum, et manducare non hominum solummodo, et crescere non nostrum est tantum, et sensibilitatibus uti non nostrum est solum; sed quando nos et ubi, in sermone, in cogitatu, in rationabili vita, hoc homo est, hæc imago, hoc est secundum imaginem, hoc est pretiosum, hoc imperiale, hoc est quod tenet per animam. Per hæc agnoscitur et pudicitiæ honestas. Et certe caro contrarias suggerit motiones: utpote irrationabilium ad communicationes: sed animæ cogitatus gubernans motiones concupiscentiarum, et asperitatem libidinum regens, ostendit quia anima a corpore separata est. Si enim corpus turbatur, movetur, fluctuatur a concupiscentiis, anima autem gubernat: corpus exsultat escis, anima autem cogitatu refrenat corpus: corpus expetit escam; evacuatur enim, et vult iterum adimpleri: anima autem sub spe religiositatis retinet desiderium: corpus sitit; anima mensurat quod ei est utile: corpus movet fluctus, anima autem tranquillitatem adducit. Corpus sola quæ sunt quærit, et non quæ sua sunt tantum, sed et supra ea quæ sua sunt. Si enim non adesset anima mensurans, posset aviditate escarum corpus corrumpi, et a potatione crepare su- A perflua; sed tantum anima corpore fortior est, quia et corpori mensuras ad salutem ponit. Et primo quidem ostendit quæ debeat sumere, et a quibus se abstinere, et ea quæ licita sunt manducare, quando, et quantum, et quibus horis, et quid debeat ante escam operari, et quemadmodum moveri desiderium escarum, et quemadmodum servare escam ingressam, et quomodo reficere operamenta: ut non ex abundanti motione confusio fiat ejus qui pascit. Et potuisset utique corpus corrumpi nisi adesset anima, permittens quantum deberet, et continens quantum oporteret, et mensurans et permiscens, et ætatibus semetipsam extendens, et iterum colligens non magnitudine dico, sed mensuris. Quoties enim irascitur corpus quia derelicta est esca quam B libenter sumebat, et iterum volebat, et non permisit animæ cogitatus? Quoties accensa est concupiscentia, et voluit esse sua aliena, et accensa est, et arsit flamma? sed sensus rorans exstinxit motionem, et marcidam flammam effecit, et ostendit homini ratione quia homo est, et non irrationabile pecus. Non sumus inter greges ad communicationes, sed nuptiæ apud nos, et in domibus, et successiones et cognationes habentur. Compatimur enim alter alteri, et congaudemus. Cogitatus enim conjungit, et separatæ nuptiæ apud nos sunt. Separavit enim hoc ratio sensus: et quod est admirabile, quæ non est visa ei qui non est visus, aut alibi nutrita ei qui alibi est educatus, subito tradita conjuncta est C ratione et sensu et cogitatu, et præhonoratus est qui accepit et patri dilecto, et matri amicæ, et omni cognationi. Non enim mihi nunc inducatur eorum qui adulterant nummum (41): quia nec a cæcis agnoscitur oculi virtus, neque a claudis ambulatio recta, neque ab adulteris nummi figuratio vera. Sed nuptiæ sint nuptiæ, quæ terminis rationis a cogitatu sunt honoratæ. Duo enim fiunt unum, quia ex uno facti sunt ab initio duo. Et quis poterit exhibere eorum qui salvantur figuram, pulchritudinem, speciositatem, quibus tristities consolatio est? partiuntur enim, et alterutrum onera portant, et alius pro alio sollicitus est, ut non tristetur nec doleat, ne, si non videat tristem, iterum tristetur. Aut enim figuratur tristitiam, aut pellit. Cum autem D incurrerit aliquod gaudium aut lætitiam, videbis ista duplicia. Sicut enim compatiuntur sibi in multis, ita et collætantur. Cogitatus itaque etiam fortissima nobis animalia subjecit. Comprehendit enim et velocia, et tarda domuit et subjecit. Descendens autem in mare, necessaria nobis ad usum eduxit; et ad aerem perveniens, inde ea quæ videmus et manducamus deposuit. Decerpsit etiam ab arboribus et plantis, et a terra et ab animalibus necessaria, et partitus est, et omnia nobis ob unam sensus rationem paravit. Nullum enim animal ita est forte, ut cogitatui sit fortior: siquidem nec penna huic velocior invenitur: sed quanta carni nostræ ob infir-

(41) Ms. *qui adulterant nummus.*

mitatem deesse videntur, hæc fortiora efficiuntur virtute sensus et cogitatus. Non potest nostra aspiratio plurimum contueri in mari. Quid ergo? num aufugit nos mare? Nonne ei (42) maris profundum cogitatus invenit, ut nunc quidem funes in mari deponeret, nunc retia expanderet, alio autem tempore alia machinamenta immitteret? siquidem et per cannas ad profundum pervenit, et per setas operatur. Jam autem et margaritas scrutans invenit, et spirationi nostræ deposuit solatium. Et primo quidem, quomodo intellexit ea quæ in profundo maris sunt posita? et dein quomodo cœpit (43), aut agnovit usum eorum, ut quædam quidem separaret ad escam, quædam autem reconderet ad medelam, alia eligeret ad ornatum? Invenit autem et iter in mari. Accipiens enim e terra arbores, vehicula in dorsibus operatus est maris. Generans enim artes aut suscipiens, ad ea usus est quæ accepit, et testatur creatura sapientis per omnia Dei. Accipiens enim aquam et ignem et terram et aerem et arbores et mare et fontes et montes et campos, nihil horum ita ut accepit otiosum esse permisit. Coacceperat enim virtutem cogitatus et sapientiæ. Et ideo considerans ea quæ inidem erant occulta, habuit sensum, ut ei adveniret et operaretur et uteretur. Accepit enim ignem, et invenit solatium tenebris et noctis obscuræ. Invenit quomodo ex lapidibus efficitur ferrum: invenit quomodo esset æramentum e terra. Invenit quomodo aurum purgatur, quomodo argentum colatur, quomodo plumbum conflatur et ferrum, et quomodo ex his vasa figurantur, et vasorum varietas, et quæ ad tutelam, quæ ad medelam, quæ ad operationem terræ, quæ ad navigationem, quæ ad terram, quæ ad lapidem, quæ ad ligna, quæ ad aquam sunt necessaria, et quæ materies magis quomodo conflatur, et quid debeat accipere, et quomodo oporteat coefficere spiritum flammæ ex igne: tanta sunt bona, lumen noctibus, medela ægrotantibus, operamentum artibus, et agricolis pugnantibus tuitionem, pacificis tutelam. Iterum autem secundum unumquodque operamentum et vas, quanta ignis operatur consideremus. Fecit aurum, et ex auro tanta; argentum, et ex argento tam multa; et æramentum, et ex ipso in primis necessaria; et unumquodque quod colatum aut conflatum est, primo quidem inventum est, dein discretum, et post confectum, et ita usum. Didicit enim cogitatus quibus pascitur ignis: et certe aliquoties offert ligna ad coctiones, aliquoties autem ut maneat, et per quem ligna consumuntur permanserit, per istum sensum nutrita arguuntur. In tantum enim dives est qui tribuit, et tantum ditatus est qui suscepit; quia, si voluerimus contendere, et tantum ex opificiis ignem exponere, et utilia quæ ex igne sunt manifestare, transiet nox conjuncta diei, et manebunt ignis solius non plena. Apparet autem dives qui creavit Deus, et qui dignus est habitus sensus tali divitia, ut hæc omnia scrutaretur. Vidit enim cogitatus in sabulo vitrum. Intuere ergo quantum distat cogitatus a corpore. Quid videt oculus? sabulum: quid videt sensus? vitrum. Intueris alium et alium: ille enim videt sabulum, iste autem videt vitrum, quod necdum est. Ergo non oculus corporalis intuetur, qui nec videt nisi adfuerit anima. Sed et cum videtur videre, aliter videt corpus et oculus: et certe anima videt per eum: aliter intuetur cogitatus a semetipso. Non vidit corpus æramentum, non vidit corpus ferrum, sed lapis erat et terra. Cogitatus autem videns quæ non videbantur, æstimans quid facturus esset ignis, si confabulatus terræ fuisset iste (44), non tamen omni; et illi lapidi, et non omni. Quærens enim æramentum terram accepit, et quærens ferrum lapidem sumpsit; et non erravit, sed agnovit in quantum deberet igni permittere. Si enim transierit mensuram a Deo acceptam, ignis qui purgat consumit. Ita in istiusmodi materiis immisit cogitatus suam admirationem, in vasis suam varietatem, in operationibus suam virtutem, in operamentis suam sapientiam. Procreans enim artium gentes et disciplinarum populos, et nationes et genera, et separans alia aliter, et in alio opere aliter operatus est unicuique operamenta separata, et suggessit materias; et illam quidem posuit auro, aliam separavit ad argentum, alteram ad æramentum, et aliæ ostendit ferrum, aliæ demonstravit sabulum, et ex sabulo fructum vitri. Aliæ dedit invenire naturam arborum et operationem et usum et tempora. Aliæ fructus eorum, aliæ culturam eorum, aliæ adinventionem eorum, aliæ medelam ex ipsis, et ipsi medicinæ nostra corpora: quid deberet amburere, quid oporteret coquere, cum quo deberet miscere; quid deberet separatim offerre, quid conveniret cum plurimis, quid crudum, quid incipientibus morbis et illi passioni, quid autem promoventi et jam posito in cessatione, quid etiam in insistendi initio, quid vero reddenti, et credenti, et recedenti. Non despexit nec animalium fructus, sed totondit nobis indumenta ex ovibus, totondit et e capris plurimos usus. Et non est dinumerare quanta ex animalibus et alimoniis nobis dederit ad operimenta, ad usum, ad medelam, ad opera: quanta ex arboribus, quanta e saxis, quanta ex aquis, quanta ex natantibus et volantibus, quanta ex auro et argento, et lignis, et lapidibus, et æramento, et ferro, et plumbo, et quæ amburuntur et non amburuntur, et attenuantur, et contexuntur. Et mihi quidem videtur cogitatus ita esse sicut vir quidam dives, sua cupiens dinumerare, et scrutari; non sufficit, sed ob multitudinem possessionum et substantiæ, neque rationibus aut sensibus vacare potens, sed superatus ab his quæ habet, manet incertus. Tale nescio quid et nunc passus est cogitatus. Similis enim est ei qui fluctus dinumerat. In eo enim dum

(42) *Ei*. Forte, *et*.
(43) *Cœpit*. Forte, *cepit*.

(44) *Iste*. Forte, *isti*. - - *Confabulatus*. Vid. supr. not. 26.

volumus proprietatem ejus in igni videre, exsurrexit ex mare alia unda, et alius meatus a flumine, et a fontibus, et ab illis irrigationes, et usus ex arboribus, a fructibus, a radicibus, a foliis, ab his quæ a foris et ab intus habentur, et in animalibus quæ a foris et ab intus sunt, et pelles ad alium usum, et ossa ad alteram necessitatem. Et ne quidem stercus inutile exstitit, pretiositate cogitatus appretiatum. Sed nonnunquam et e messibus, quia multum attulit terra, plurima relinquuntur, quia non potest possessor colligere quanta et seminavit, et terra multiplicans præbuit. Maneant igitur fluctus et undarum procellæ, et meatus fluviorum et fontes, et quæcunque derelicta sunt de fructibus, cogitatus et progenies et opera : et putantes nos hodie implere posse ea quæ resederant, plura habentes recedimus et hodie : ita ex bonis angustari (45) nos non pigeat, sed quanto potuerimus scrutabimur coronas, utpote serentes Altissimo, ex quibus in terra et mari est operatus. Quæcunque autem nos transcendunt, et superant, in eo ipso quod vincimur, victori ipsi ex operibus suis sint et istæ coronæ. Retinentes igitur quousque et pervenit sermo, recondamus sermonis reliquias; ut iterum ad ipsam mensam sedentes, iterum iisdem ipsis fruamur bonis. Unum autem est quod decet et nunc, ut reddatur ei cui semper redditur et semper debetur, in his quæ præcesserunt gratiarum actio, et in his quæ incipient gloria Deo sancto qui omnia nobis subjecit, per Spiritum cogitatu nos præhonoravit : cui est per unigenitum suum Filium cum Spiritu sancto, gloria, honor, imperium, majestas, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI
DE SPIRITALI COGITATU HOMINIS,
LIBER TERTIUS.

Ipse semetipsum cogitatus reficit, ipse semetipsum pascit, ipse semetipsum fortificat, ipse semetipsum considerat. Ipse enim ad semetipsum se colligit, et semetipsum intuetur, et arctatur in suis. Non enim sicut oculus alia quidem videt, semetipsum autem intueri non potest; quia nec suæ naturæ est ut se respiciat. Non ita et cogitatus. Neque enim sicut vultus in speculo, in alio quidem videtur, ad semetipsum autem converti non potest. Non ita et cogitatus habetur; sed semetipsum videt, et ipse ad semetipsum convertitur et se intuetur, et alia multa. Et non sicut vox levibus quibusdam (46) offendens resonat, ita et cogitatus ad semetipsum resonat ut echo. Vox enim offendens aliunde respondet. Cogitatus autem ipse semetipsum scrutatur, et ipse ad semetipsum tanquam penetrans recurrit, et revolvitur in semetipso. Diversum autem scit : nunc aut desurgunt libidines, et spirant concupiscentiæ, et pelluntur metus, et non salvatur quod sapit. Infirmatur enim et fortissimus cogitatus. Cum autem pudicitia fuerit ingressa aut excitata, statim concupiscentiæ et libidines, ut ancillæ quæ ante surrectionem dominæ turbaverant domum, mox ut visa fuerit domina, alia alibi absconditur, alia alibi fugit, et negant jam motiones, et colligunt luxurias, et revocant ventos, et quiescunt fluctus, et efficitur tranquillum. Hoc enim est pudicitia in anima. Quid tale præbet tranquillitas in mari ? quæ nonnunquam et obfuit festinantibus. Frequenter enim tranquillitas et opportunos ventos exspectantes fraudavit et nonnunquam et siti interemit graviori, utpote a tentationibus motæ. Sed non talis pudicitiæ habetur tranquillitas, sed quæ compescuit ventos, et confregit fluctus, et statim adduxit ad portum, et mox erexit ex pudicitia fructus. Cogitatum quippe, qui sapiat animæ dignitatem, sanctimonii honorem, puritatem honestatis, tunc videt oculus animæ, quia excussit ab eo pudicitia pulverem concupiscentiarum, procellarum libidinem. Si quis expertus est tempestates concupiscentiarum, expertus est et tranquillum pudicitiæ ; ex his quæ passus est, et ex his a quibus salvatus est, agnoscit quæ dicuntur. Cogitatus enim concupiscentiarum dormiunt, motiones, fluctus, immissiones, turbelæ (47). Neque dormientibus dormire permittit. Accenduntur enim et per ambitiones, et jacentes perturbant, et cum dormientibus non dormiunt, sed semper sunt inquietæ. Cum autem pudicitia fuerit subingressa, cum illa habitaverit ut domina, cum detinens fuerit, cum suis retinaculis tutaverit domum ; tunc sicut prædomiti equi, et ad præsepia quieti sunt, et in itineribus rectum agnoscunt iter, nutibus utpote digitorum adducti : ita cum semel tenax fuerit pudicitia, et domuerit concupiscentias, et mitigaverit libidines, manducamus honeste, et bibimus mensurate : mensurat enim quæ adest pudicitia. Denique et honeste

(45) *Angustari*. Forte, *angustiari*.
(46) Ms. *vox levibus quibusdam*.
(47) Ms. *concupiscentiarum motiones, fluctus, immissiones, turbelas. Neque*.

dormimus, et sobrii excitamur, et videmus pulchritudinem vultus, et pulchritudinem, et non ut offensionem. Aures quoque nostras non perforat melodia. Scit enim pudicitia et solvere ceram in auribus, neque noceat audientia (48). Nostra enim membra operamenta pudicitiæ fiunt. Oculus videt bonam faciem, et cum honestate eam intuetur. Non movetur ad concupiscentiam, sed videt in facie pulchritudinem, et cogitat qualis sit pulchritudo in anima; et quæ a foris sunt bona ad semetipsum adducens, et a bonis bona decerpit, et non in malis offendit. Sicut corpora incolumia ab omnibus utilitatem accipiunt, et a motu, et ab exercitio, et a cursu, et ab unctione, et a somno, et ab esca, et a potu: ita econtra, quæ ægrotant ab omnibus nocentur. Vini enim etiam odorem excusant et unguenti nidorem, et itineris motum, et escam, et fridgorem, et calorem. Omnia enim eis nocent qui male se habent. Omnia autem prosunt his qui incolumes habentur. Ita et libidinosum omnia movent ad noxam, et vultus, et pulchritudo, et compositio melodiæ, et vestium varietas, et honor quidam, et bona opera ad mala transferuntur ei. Qui autem sobrius est, ex adverso; quia et contraria illi sunt, a bonis enim bona decerpens, dives in bonis est. Ita ergo pretiosa est pudicitia, quia, dum adest, et justitiæ præparat locum, dat etiam spatium et virtuti: intellectum autem (49), ut interpretetur nomen, salvat. Ergo amplectitur et circumdat virtutem, et sicut mater quædam pietatis efficitur fratribus. Bona quidem est virtutis fortitudo, sed non semper eam necessariam habemus; forte autem audebo et dicere: Utinam non eam, sed opus. Si quis enim eam acceperit, tantum in bellis est utilis. Si autem et in pace necessaria est virtus, forte ut coefficiat pudicitiæ: forte enim cum jurgantur concupiscentiæ, et illarum fluctus eriguntur, opus est ut viriliter resistat pudicitia. Si igitur adveniens istic juverit, tunc erit pretiosa et in pace virtus. Non quippe semetipsam vindicans, sed pudicitiæ coadjuvans. Si autem et in bello virtus ponatur, medietatem generis despicit. Mulieres enim ad præliandum armamus (50); pudicitia autem et in viris pretiosa est, utilior autem et mulieribus. Cur autem non dicatur, quod verum est, quia et virtutis ipsius fructus et in bellis ob pudicitiam necessarius est? Ideo enim suscipimus prælia, ut non adversarii superantes, mulieres extra legem pudicitiæ corrumpant. Si enim ob hoc pugnamus, et pugnæ terrores suscipimus, virtus ob pudicitiam et in bellis certatur. Sicut enim naupegia ars gubernatrici ministrat, ita et virtus pudicitiæ præparat tranquillitatem. Divisa est igitur virtus ex parte maxima generi nostro: sed nec viris omnibus utilis invenitur. Prævenit enim eam et temporibus pudicitia. Qui enim adhuc adolescentes sunt, et necdum opera belli didicerunt, nec ad prælia vocantur, nonnunquam pudicitiæ sibi imposuere coronas: sed et ob infirmitatem plurimis quiete donatis pudicitia adhuc utilis invenitur. Nam etsi senio deponuntur libidines, sed adhuc usque motiones concupiscentiarum, intusque et fornicationes ægrotant et occidunt (51), quæ libidinem continere non possunt, et patres dehonestant, quæ monitiones pudicitiæ non libenter accipiunt. Si enim adesset pudicitia, neque furaretur quis, neque occideret aliquis, amaret autem et patris monita filius. Divina possessio ista, sed difficile invenitur. Qui autem jam habent illam, quæ post resurrectionem futura est conversatio? Dicit enim ipsius regni Dominus et apportator: *Quicunque resurrectionis mortuorum digni fuerint, non nubunt, neque nubentur, sed ut angeli erunt Dei* [54], quia nec mori jam possunt. O immortalitas pudicitiæ juncta! Qui in bellis vincunt non efficiuntur ut angeli, sed qui neque nubunt neque nubentur. Hoc judicium est ejus qui fecit naturam. Nam et alibi ad ornatum ipsius pudicitiæ locutus est Dominus: *Non omnes*, inquit, *sunt digni, sed quibus datum est* [55]. Quod enim homo ex natura non habuit, hoc sit desuper donum: sed mihi quidem pudicitia ista suam pulchritudinem ostendat, et sensim trahat, et relinquatur non cedens, neque repleta et capta: sed sicut avis quædam adornata, nonnunquam ludere desiderans sensim recedit, et in eo dum videtur, movet desiderium; sensim autem dum movetur, illicit ut eam quis insequatur; non capitur autem, quia ipsius est ut effugiat: protendit autem cursum, et cum quis maxime putaverit se comprehendisse, movet pennam et volat: ita et pudicitia suam varietatem in honestate proferens, sensim autem se movens et commovens, in tantum me traxit ut insequerer: cum autem jam putarem me posse manum extendere eamque comprehendere, movens pennas superius se cœlo conjungit, ad angelos scilicet, ubi ejus natura est ut maneat. Et ipsa quidem non comprehensa mansit, me autem reliquit stupentem et desiderantem comprehensionem, quam persequens non apprehendi. Etiam quidem colligamus sermonem; et quia pudicitia multa superans et sermonem ipsum qui de eadem est ininterpretabilis, recessit, universam humanam transcendens naturam: sermo autem inveniens quæ Deus hominibus donavit, et hoc mortalibus, per quæ immortalitatem eis procuravit, ad gratiarum actionem iterum se convertat, et de sancto et sanctificante, per quem sanctum hoc donum hominibus misit, per unigenitum scilicet suum Filium, sit ei gloria et honor, imperium, majestas cum Spiritu sancto et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

[54] Matth. XXII, 30. Marc. XII, 25. Luc. XX, 35. [55] Matth. XIX, 11.

(48) Ms. *auribus, ne noceat audientia.*

(49) *Intellectum autem* Auctor *Etymologici magni*, Σωφροσύνη παρὰ τὸ σώζειν τὸ φρονεῖν.

(50) *Ad præliandum.* Ms. *ad prælia armamus.* Forte legendum, *ad prælia non armamus.*

(51) Ms. *fornicationes erogunt et occidunt.*

EUSEBII PAMPHILI

DE EO QUOD DEUS PATER INCORPORALIS EST,

LIBER QUARTUS.

—

Ad ipsum Deum nostrum erigamus cogitatum, jam non concedentes cogitatui fugere et vitare: parcimus enim timenti: urgemus autem non quantus est Deus eum quærere, sed quantum ipsi cogitatui possibile est æstimare. Multas enim adinvenit sibi confugiones, et dilationes, et circuitiones, bonum utpote pertimescens timorem. Sed sicut equo nonnunquam territo, et nolente rectum iter petere, et freno vim facimus, et calcaneis pungentes corrigimus, et refrenare tentamus ab his quæ ei non concedimus: ita et nunc extollere ad Deum cogitatum debemus, quærentes illa quæ et Scriptura de Deo quæri permittit: quia neque in domo Deus, neque in simulacro; non in monte aut terra; non in aere (52), nec in ipso toto cœlo; neque reclusus est, neque retinetur, neque confixus est: sed omnia quidem incorporaliter complet, ab omnibus autem inenarrabiliter est separatus. Nos autem et late irridemus eos, qui putant esse Deum, aut deos, tanquam gregem quemdam reclusum in mandra: quippe valde et reprehendimus eos, qui volunt in simulacris virtutes divinas reclusas haberi, ex vi scilicet hominum malignorum. Irridemus enim eos cum habitus appositi fuerint in simulacris, quidam quidem feminarum, quidam autem masculorum, et quadrupedum, et serpentium. Tantum enim lucrum capimus ex iisdem, quia ex his quæ alii aliter et dicunt et agunt, et conflant et dissentiunt, confitentur quia eum qui quæritur ignorant. Neque enim corpus est Deus, neque corporis aliquid, aliquis ut puta color; neque in corpore, qualis putatur esse anima; neque circa corpus, sicut putatur sensus; sed liber est et a natura corporis et habitu. Corporis enim natura in compositione habetur. Quæ autem componuntur, omnia ea quæ ante jam facta sunt, compositionem accipiunt: ut puta quod dico, lapides erant creati, compositio lapidum fecit domum. Deus autem ipse auctor et initium est, et non ab his quæ erant facta, ipse compositus invenitur. Simplex enim et uniformis est Deus (53), et compositus (54), quippe vivens ipsa quæ est. Corpora enim quæ accipiunt vitam, ipsa et fraudantur vita. Qui autem nec initium accepit (Deus enim initium non accepit: quis enim et daret?) non vita in corpore est Deus, sed vita. In tantum enim repetit cogitatus quod sibi utile invenitur: quia petræ qui-

A dem et lapides hoc ipsum ut essent habent: arbores autem et plantæ ad id quod sunt assumpserunt ut et exsurgerent, et germinarent, et crescerent, et pascerentur: animalia autem irrationabilia ad ea quæ dicta sunt etiam hoc assumpserunt, ut sensibilitas esset in eis. Nos vero cum his omnibus accepimus cogitatum et sensum, et ad nos usque semper quod erat honoratius, additamento efficiebantur honoratiora. Nobis autem ad superiora jam non ex additamentis agnoscitur dignitas, sed si forte a detractionibus: detractionem autem dico non ex his quæ jam sunt et habentur, ablationem, sed ipsam naturam quæ non indiguit istis: ut puta non habet necesse angelorum crescere natura: quæ enim non augentur, et non minuuntur. Quid ergo B inferior est natura angelorum, quia arbores quidem et plantæ pascuntur, et crescunt, et additamenta accipiunt; angelorum autem natura neque germinat, neque pullulationem suscipit, neque ut pascatur aut addatur? Cui enim ablatio incrementi est et aliorum quæ diximus, non est damnum his qui possident sine istis id quod sunt, sed dignitatis eminentia: multa enim non insunt angelis, neque adsunt quæ in nobis habentur. Et non quia deest illis quæ non habent, sed quia nos indigemus his, ideo nobis adest ad solatium id quod ab iisdem deficimus. Non sunt nuptiæ apud angelos. Data enim est viro mulier ad adjutorium: angelorum autem unusquisque propria natura sufficit sibi. Non con- C ficiuntur angelis indumenta, ut contexant (55) quæ cohabitant. Non domus iisdem; sufficit enim cœlum: non lectis indiget sine sommo natura. Non mensa apud eos: forte autem nec pascuntur: aurum autem et argentum et æramentum et ferrum, et omnia quæ miramur creata et inventa, apud nos et usus habetur, illic autem nec nuncupatio nominatur, nec invenitur. Quid ergo? num ex tantis quæ putamus a nobis bonis superamus angelorum naturam? Nos enim divites auro sumus, angeli aurum non habent: non ideo pauperes inveniuntur, quia aurum apud illos non est; sed magis illi divites, qui nec auro indigent nostro nec argento. Quid opus est ferrum in cœlis? utrum ad culturam, aut ad navigationem, aut ad bellum, aut ad medicinam? Quid D opus est permistione illis, ubi non sunt commutationes? Sed nec servis opus est eis: sufficit enim

(52) Ms. *aut in terra, non in mari, non in aere.*

(53) Ms. *Simplex enim et informis est Deus.*

(54) *Compositus.* Forte, *incompositus.*

(55) *Contexant.* Forte, *contegant.*

unusquisque sibi. Et quæ putamus nobis esse magna, et bona, et necessaria quæque sunt nobis; illi naturæ omnia sunt otiosa : et quæcunque ex animalibus nobis sunt utilia, illis sunt non necessaria. Tauros enim ad culturam non habent opus, neque equos ad bellum : non indigent igne ad luminaria, neque ea quæ per ignem ad curam. Non aqua est eis necessaria, non ex mari, non ex terra : non illa quæ ex imbribus apportatur. Non somnum ad refectionem necessarium habent, non escas ad salutem. Forte autem quidem et mirantur audientes, qui mente ad angelorum choros non pervenerunt. Quibus enim beatitudo est si manducent et bibant, et nuptiis utantur, et possessiones habeant, et thesauros recondant, et judiciariis dignitatibus perfruantur; his etiam ea quæ supra ista sunt, minora putantur. Sed non contaminemus sanctum illum angelorum chorum; non sit ibi femina, ubi successio necessaria non est. Non quia creaturam accuso : unumquodque enim officium in sua natura jacet; bene translatum autem a suis locis, et regionibus et natura ad quam constituta est, revocat ad se legis divinæ virtutem. Quomodo enim decori in mari sunt piscium greges? quomodo decoræ sunt illorum in meatibus fluminum exsultationes? quomodo nitent in exitus fontium? Si autem volueris istos, ut dans beneficium, ex aquis ad puritatem aeris educere, ad perditionem piscium beneficium fiet tuum. Ergo piscis quidem sit ubi est; quidam enim in mari sunt positi; et sint ubi eis est datum : alii in fluminibus et in fontibus natant, quia non indigent tuis beneficiis ad interemptionem. Quid ergo? quia bona est aqua piscibus, deponamus illic exsultantes et homines. Secundum istum igitur sermonem, sint masculus et femina utiles apud nos et necessarii, hominum autem naturam contra naturam non deponamus. Si enim ascendere non potest natura piscium supra naturam, quomodo non magis timebimus, si angelorum naturam verbo ausi fuerimus deponere, quæ non descendit? Alias autem et nihil amplius fiet a nobis, nisi ut blasphememus. Nec enim etsi voluerimus vim facere illi naturæ, perurgebitur : sed illi quidem manent liberi ab isto habitu corporali. Neque enim masculus neque femina apud eos est, et non de terra. Et hoc, forte enim audisti mirabile illud Apostoli dictum, quia et apud quos natura statuit masculum esse et feminam, apud istos ipsos fides, et per fidem conjunctio invenitur. In Christo enim, inquit, non est masculus, neque femina [14]. Si igitur ubi ex natura est masculus et femina, in Christo efficitur neque masculus neque femina, sed imitatio angelorum : cur non magis suscipimus gratiam ut assumamur, aut ut naturam angelorum deponamus ad nostram? Sed nos erigamus nosmetipsos, et ad superiora cogitatum perducamus nostrum, ad angelorum scilicet pratum; et assistentes pratis, videamus non nunc flores exeuntes, neque coloribus varios, neque in odoribus diversos; sed videamus illic cœlo superius locum, per angelos autem splendentem. Multitudo enim illic non tanta quanta est stellarum. Si enim et multæ sunt stellæ, sed in magnitudinibus et corporibus constitutæ, locis indigent, et ex magnitudine cœli multitudo mensuratur earum. Tantæ enim sunt, quantas capit et cœlum. Angeli autem non indigent loco, sed liberi a locis viventes sunt, et in alterutrum agentes. Non in confusione quippe, nec exsultatione corporea, sed semper in lumine sunt : ipsi lumen tale, quales et sunt. Apud illos enim non nox ad refectionem habetur, non dies ad exsurrectionem. Semper enim habent lumen, et lumen non hoc quod apud nos est. Hoc enim sensibilitatibus mensuratum est, illud autem aliud aliquid. Nihil sane nos prohibet in iisdem ipsis comparationibus volutari, quia et piscibus lumen habetur non tantum quantum et apud nos. Commistum enim illud est lumen, quod apud pisces habetur aquis; et ideo non ita sicut apud nos permanet purum, sed lumen et illic est : perlucet enim et ibi per aquas, sed non est ita purum ut nobis. Et si quis aliquando vi mersit in aquas, et in aquis suos aperuit oculos, vidit quippe quod apud nos est lumen; videt, inquam, hoc clarum in aquis caliginosum. Utamur autem et alia comparatione. Præsens enim istius horæ constitutio testimonium sermoni impertiet. Hoc quod apud nos purum est lumen : quia enim nubes adveniens constitit super nos, aquis utpote plena; non permisit autem tale ad nos lumen venire, quale heri et pridem habebamus in oculis. Aeris enim tristitia pervisa ostendit quanta immutatio eidem ipsi lumini ab interjectis nubibus perficitur, ut apud nos. Si autem præcepto Dei evacuatis aquis fugatæ fuerint nubes, et natura ejus est, iterum nobis advenit lumen, non aliud quippe factum, sed liberatum a nubium permistione, istam quam videtis constitutionem præbentem. Ergo et in mari, et in aquis erat aliud lumen; non alterum quippe natura, sed sub introductione aliorum caliginosum. Ita et apud nos ex conventu nubium et aquarum hoc factum est, quod videtis per nubes. Secundum istum igitur sermonem, et per aerem penetrans lumen non est tale quale a sole emittitur. Si enim maxime eo quod perspicuus aer habetur, latet permistio : sed si quis voluerit cogitatu evolare, et velut in aquis nubium se mergere, et nubes transire, et aeris permistionem transcendere, pervidebit purissimum lumen. Sicut enim hoc quod apud nos est lumen, regionibus et spatiis et offensionibus semper minuitur : ita rediens, et ab aquis lumen abstergens, et a nubibus te separans, et a permistione aeris liberans, transcendens autem et istius luminis puritatem, relinquis et ipsum solum inferius (56). Transiens

[14] Gal. III, 28.

(56) Ms. *ipsum solem inferius.*

quippe et cœlum superius, occurres lumini : non illi qui a sole est, nec illi cui successio nox est, neque illi qui a parietibus prohibetur, nec illi cui offendunt umbræ, neque illi qui permisceatur aeri et aquis, sive per nubes sive per mare, sed lumini puro. Et ne putes me nunc angelos dicere lumen : est enim et super hoc clarum lumen clarius. In isto igitur lumine sempiterno, in isto qui non in successionibus habetur, qui non aliquando quidem est, aliquando autem non est : in isto qui cœlo superius est, et non a cœlo istic : cui sol non est genitor, non luna mater, non cœlum a stellis, non lucernarum splendores, sed lumen illud. Tu enim sine sole lumen videre non potes, nec ea quæ infra solem habentur, et ea quæ quæruntur ut teneantur manu. Non eorum qui quærunt quid gustent, aut odore B assumant ; non eorum qui auribus edocentur, et oculis vident, sicut in aquis. Illic enim alia conversatio est, et alia in terra, et in aere non eadem, et cœlum aliam habet constitutionem. Ita maneant ista istic, illa autem quæ inde sunt sint alia, non horum congeneres. Si enim clarior stella magis quam lucernæ lumen est, non te seducat, quia lucerna quidem illuminare videtur, et unaquæque totam domum : stellæ autem tantæ noctem non auferunt unam. Si quis enim voluerit scire lucernæ imbecillitatem ad stellarum lumina, abstrahe lucernam ab oculo : non quantum distat cœlum terra, quia non est hoc tibi possibile ; tamen quantum potes lucernam ab oculo separa, intueberis quia spatiis minuitur, et caliginatur, et infirmior arguitur lucerna- C rum lumen. Si autem esset aliqua adinventio, ut non solum unius lucernæ, sed omnium lucernarum flammam, et omnium quæ accenduntur; si esset machina quædam, ut omnem istam flammam quis posset colligere, et in cœlo constituere, ubi stella parvissima est posita, nec prorsus agnita fuisset flamma, ubi posita haberetur. Cur ergo omnes stellæ non pellunt noctem? quia multis spatiis a nobis distant, tamen non quamlibet permistionem luminis in nocte transmittunt. Si quis autem voluerit intueri, et comparare nubibus noctem, pervidebit quia nubes, licet non per omnia, tamen splendorem stellarum prohibent. Et cum hoc ita sit, inspiciet quid operantur stellæ, et quantum splendo- D rem mittunt in nocte : et tamen stellæ omnes cum universis lucernis habent quidem affinitatem, quia luminosa qualitercunque utraque sunt. Sed non solum a lucernis stellæ differunt, sed et stella stellæ differt in claritate [87]. Stellis autem simul omnibus adunatis, splendor lunæ præfulget ; et istam lunam omnibus stellis addentes, vincuntur eorum fulgores a radiis solis. Sicut enim stellæ quidem lucernas, luna autem stellas, et sol universa hæc luminaria, et ipsius noctis superat tenebras : ita et sol cum omnibus quæ prædicta sunt vincitur a lumine quod cœlo superius habetur. Et quomodo eadem Paulus

A contendens exhibere de inenarrabili Deo loquitur, lumen habitans inaccessibile [88]; inaccessibile nominans, id dicit quod suscipi non potest. Lumen igitur angelis illud est, cujus neque gustus neque comparatio apud nos invenitur. Regio autem ejus supra dorsum est cœli, possessio vero et divitiæ ipsis : non enim lecto et medicina et mensa, et ea quæ apud nos magna putantur, sempiterna illa indiget et sancta natura : illis enim somnus non est, non dolor, non labor. Quid ergo? Num otiosa eorum natura est? Habent opus dignum suæ substantiæ : Deum laudant non vocibus neque clamore. Quomodo ergo dicit Scriptura voces, et, si permiserit tempus, contingemus audientes, et ista interim autem natura agnoscatur. Si autem et aliter apparaverit Scriptura dicens, agnita natura agnoscetur et quibus Scriptura alloquitur. Denique et orator parvis aut non loquitur, aut sic loquitur ut parvi possunt audire ; et Scriptura divina hominibus ut humane loquatur, aut silentio honoretur. Non ex his igitur ex quibus condescendens Scriptura loquitur nobis, debemus verbo deducere et naturas, et vim facere nobismetipsis, et ut pisces exsilire e mari. Erunt enim nobis jactationes, non ad perditionem ut piscibus : sed quomodo ea dicam, ego quidem non possum. Decet autem opportune repetere non Domini vocem, qui piscatores a mari et stagnis et fluviis abstrahens, ait : [89] *Venite, faciam vos piscatores hominum.* Decet enim, inquit, homines piscamini. Et non tacuit, ne suspicio fieret perditionis, sed homines, inquit, piscamini ad salutem. Erigamus igitur nosmetipsos, exsiliamus e mari et a terra in qua stamus, et incidatur a nobis aer, et scindatur nobis et cœlum. Cogitatus enim non detinetur, et pennis desiderii cœlo superius accedamus, corpus istic ad congeneres relinquentes, et pedes in terra, quia ad cœlum non currunt, et manus istic ubi possunt et tangere, et aures hic audiant voces, et odoratio ubi habet necessitatem, et gustus apud eos qui pascuntur, et visio cum visibilibus maneat. Cogitatus autem veste se spolians, corporis istius pondus deponat, et suas pennas moveat, et quæcunque deducuntur abscidat, et quæ sunt gravia et detinere tentant, deponat; et sit in dorsibus cœli, et illic factus cum angelis et angelorum decies millibus, et archangelorum millibus in alia vita et constitutione et conversatione positus, obliviscatur omnia quæ dimisit, nec alienetur illic. Non alienabitur autem si hic putans se esse, voluerit sæpius eorum quæ hic sunt ignobilitatem videre, et motionem, et instabilitatem, et defluxionem, et defectionem, et diminutionem : quia obscurabitur et non stabit ; quia et quando videtur promovere, per multos casus venit ad incrementum. Cum hæc omnia contempserit, illa autem desideraverit ; et hinc jam ista quidem despiciet, illa autem considerabit, et evolans pervidebit. Factus

[87] I Cor. xv, 41. [88] I Tim. vi, 16. [89] Matth. iv, 19.

igitur cum his ad ea quæ desiderat, sciet quæ est dignitas cogitatus. Cum angelis homines cœlo superius terrenique machina quis erit dux, quis sursum adducet, sed non concedet natura. Descendit Deus Dei Filius inde, et descendens, quia incredibile erat homines illic ascendere, assumpsit hoc incredibile, hoc est nostrum corpus, e summo descendens non ad confusionem, sed ad salutem ejus qui assumebatur. Si igitur Deus non assumpsit, qui non credis si cœlum concedit his, quod adducit sursum is qui de cœlo descendit, sed nondum ea quæ futura sunt, sed interim ea quæ potest cogitatus, siquidem est et admiratio, quia in corpore constitutus, et circa corpus potest deponere : non ut non moriatur, sed ut eam quæ vere vita est vivat. Forte autem et quidam audientes nunc istos sermones, cum sermonibus accensi illud quidem quod erant deposuerunt, quod autem non erant effecti noscuntur : sicut ferrum quoddam in igne fucatum, negat quidem nigrum, negat album colorem, et totus efficitur ignis et calore et incendio ; ita forte quidam (57) sermonibus istis accensi, corpus quidem et corporis gravedinem, et vitia, et promotiones incidentes projecerunt, ipsi autem sermonibus istis evolantes desursum nos respiciunt ; si tamen illic effecti patiuntur respicere istic, et non toti illic constituti pœnitentur quia ita tarde et non ante hoc. Forte autem nec pœniteri illis jam vacat, qui ita lætis quæ illic sunt factis noscuntur, non eis est otium in memoriam redigere ea, a quibus liberati videntur. Istiusmodi enim homines illic non sunt homines. Sed sicut domum plenam thymiamate ingressi, et jam sensimus quod sumus, nihilominus tamen redolemus, ut thymiama facti : ita et qui illic jam facti sunt accensi, veluti a natura egressi : quod autem sapiunt, effecti sunt illic angeli. Quibus enim intellectus ex imitatione æquus angelis habetur aut similis, istis non prohibet natura conversationem. Qua enim de causa carnales nos vocat Paulus, non seducens nostras animas, magis autem subducens. Quis enim mortuus effectus fornicatur aut adulterat ? Dicit enim ipse Apostolus, manifestaus (58) opera carnis quæ sunt adulterium, fornicatio [60]. Carnis opera ista sunt : quis enim mortuus his involvitur ? Hæc ergo viventes animis cum corporibus cum declives fuerimus ad carnes, caro tantum vocamur ; cum autem promoverimus ad animam, animalis homo dicimur : cum autem transcenderimus naturam, spiritalis homo appellamur. Et non jam quia carnalis vocatus est, fraudatus est anima : neque quia animalis dictus est, jam non habet corpus ; siquidem et spiritali homini et corpus inest ut homini et anima ut animæ. Si autem et istic constituti, quidam quidem caro tantum sumus, quia declives fuimus ad terram ; alii anima tantum, quia inter utrumque stamus ; alii spiritales vocamur quia transcendimus naturam : spiritalis igitur qui dicitur, angelus appelletur ; non quia ita ejus natura est, sed magis non efficiamur caro. Nec valde confidamus animæ : oculus enim sine lumine tenebrosus est, et cogitatus sine efficientia superna vult videre, sicut oculus in nocte, et desiderat, et illicitur ; laborat autem, quia non valet : cum autem advenerit lumen, efficitur oculus. Ita et cogitatus sine operatione Spiritus sancti palpat, contingit, promovet, crescit, putat quia iste lapis forte Deus est, istud aurum forte Deus, et hoc lignum. Dicit enim apud se : Putas mare Deus est ? putas terra ? putas aer ? Unde et creaturæ transtulerunt nomina, ut non his quæ in consuetudine sunt appellantes, sed ea quæ colebant nominantes, convincerentur quia vim faciebant opificiis. Qui autem valde putaverunt se ascendere, sursum pervenientes usque ad stellas, occurrerunt lunæ et viderunt solem, forte autem et cœlum, et permanserunt illic, et passi sunt vitium sceleratum : sicut qui ad regem festinat, ad regia palatii accedens, magna et clara et regi digna conspiciat ; et cum debeat magis desiderium suum ad eum qui quæritur propalare, stupens valvas regias, et putans nihil amplius esse regem a suis, resideat ad ea quæ prima occurrerant, fraudatur regis visione et natura. Sed nos non retineat terra, non præfocet mare ; non offendamus in stellis, non obtenebremur a luna, neque nos caliginet sol ; non detineat cœlum : Dominus enim et opifex et creator omnium eorum quæ dicta sunt et non sunt dicta, est ille qui quæritur. Ad Deum igitur, o homo, ad Deum horum omnium quæ bona et clara sunt. Nihil miserius est quam ut quis in lumine offendat : sed cæcorum hoc vitium est. Non obtenebremur a sole : vides eum orientem et occidentem, et cedentem mensuris. Sed ipse præco est ab oriente usque ad occasum, prædicat eum qui se fecit et dicit, si tamen tu audis, magis autem si vides : Non sum ego Deus, sed ille cujus sum et ego opificium. Me vides, ille invisibilis est. Visibile ad invisibile contraria est natura : nam etsi sum clarus sicut sum, sed clarus qui videor : ille autem invisibilitate transcendit fulgoribus omnia. Non me honorans dehonestes. Non sum ingratus ad Conditorem : sufficiunt mihi beneficia quæ accepi : noli addere quod non suscipio. Creatura sum, et non Creator ; opificium et non opifex ; factus sum, et non is qui fecit ; istinc sum cœlo, et inde oculis videor : ille invisibilis est. Ego in loco confirmatus sum : ille liber ab omni est loco. Ego parietem cœli teneo in qua sum et positus : ille autem implet omnia. Ego ex loco ad locum accedo : ille et mihi separavit locum. Vide me, et noli connumerare quæ non connumerantur. Invisibilis et visibilis quomodo connumerantur ? Qui in loci (59), et qui sine loco quam habent communionem naturæ ? Ego orior et

[60] Gal. v, 9.

(57) *Quidem*. Forte, *quidam*.
(58) Ms. *Manifesta sunt opera*.

(59) *Loci*. Forte, *loco* vel *locis*.

occido, quia et possum utraque ad jussa complere: ille supereminet; non indiget ut oriatur, non immutat locum, semper in eo ipso quod est manet; semper ipse est qui est; ab illo et calor est, ab illo dantur et cursus mensuræ, ab illo mensuratum est cœlum. Nam etsi spatio longe sum, tamen calore confiteor naturam: ille invisibilis est. Meum intueris habitum, ille sine habitu est. Tanta mihi sunt et alia, ex quibus nihil ad illum pertinere videtur: non tactum incurrit, non loco ambitur, non loca circumdat, non habitus circa ipsum, non compositio ad gloriam. Ille natus annato est (60), per illum et ego et omnia facta sunt. Nolite me convertere ad blasphemiam, per me blasphemare nolite. Littera sum ad gloriam ejus qui me fecit: cœlum enim liber est magnus; ego autem cum affinibus meis sumus litteræ religiositatis. Legite lunæ virtutem: crescit et minuitur, et semper immutatur, et annuntiat immutabilem: et in illa iterum habitus invenitur, siquidem et illam videt oculus, et nunquam in eo ipso quod est manet. Nolite nec istam mecum pariter blasphemare. Quid nos calumniamini? modo quidem me dicentes fornicatum esse, modo autem lunam, quia adulterium admisit. Nolite deponere nos contra naturam, neque iterum extollere supra naturam. Dicitis quia ego mulieri confabulatus sum: quibus operamentis? quibus membris? quo habitu? quemadmodum meam flammam potuit sufferre? quemadmodum splendores? Si enim tanto spatio (61) meum radium sufferre non potest, in sinibus portare meam conjunctionem potuit? Nolite ita me turpiter calumniari, nolite ita insipienter extollere: non solum enim Deum ignoratis, sed et opificia ipsius Dei nescitis. Dimittite me quia fixus sum, cursum cœli conficio. Nolite me ad terram deponere verbis, neque deducere fabulis. Non prævarico legem: sursum sum positus; non immuto cursum constitutum mihi; non recedo ab officio; legem datam custodio; agnosco spatia cœli, quæ et jussa percurro. Terram calcare non est naturæ meæ: quando nox facta est importuna, quia ego descendi ad mulieris communicationem? cessate turpiter honorantes, fœde deducentes: nolite ora vestra in bonis versibus malis negotiis aperire. Quid me deducitis? quid me extollitis? Non descendo ad mulierem, non ascendo æqualis Deo. Quod autem erat mihi et otium relinquere cursum statutum mihi? quando interruptus est dies? aut quando non adveni currens ad ornatum, occupatus ad mulierem? Et luna fabulis deturpatur, sed arguit fabulis (62) sua natura. Forte autem nec illud tacebit sol. Si autem ejus non est natura ut loquatur, nos pro eo loquemur, si tamen pro sole et non pro Deo; non quia Deus indiget adjutorio nostro et defensione, sed homines constituti hominibus compatimur. Videntes enim volumus iter ostendere non videntibus;

(60) Ms. *Ille natus ex innato est.*
(61) Ms. *Si enim in tanto spatio.*
(62) *Fabulis.* Forte *fabulas.*

A generis enim miseremur nostri. Illis quippe qui vestibus quidem se nudant, cœno autem se operiunt, qui lapides portant, qui damnum duplex accipiunt, ut et aurum proferant, et a Deo decidant. Non cessat sol nec illud in medium proferre, quia putantes eum deificare, in his maxime in quibus indignatur. Adducunt enim ad omnem malignitatem hominum opera, et malitias soli et lunæ, et suas illi ascripsere luxurias. Non iste, inquit, homo adulter est, sed sol. Veniunt enim ad illum locum, et mala hominum soli ascribunt. Et hominibus quidem nihil relinquunt mali, non luxurias luxuriosis; non homicidia homicidis; non adulterium adulteris; non mendacia mendacibus; non furta furibus; sed obliti eorum quæ blasphemabant dicentes deos, et B omittentes homines qui delinquunt, eos quos vocabant deos nunc hominum latrones, homicidas, mendaces, malignos, adulteros, fures pro hominibus esse volunt. Sed apud nos homicida si forte unum occidit, et forte tristatus aut infamis factus, et tremens, et compulsus ob egestatem, aut iram aut inimicitias, sol occidit eum qui interficitur. Quare? quæ vicinia? quæ cohæreditas? quæ condivisio? quid passus? quid admittens? quid indigens! quid commodi sumus? Non sumus cannæ manibus stellarum motæ ad litteras. Tua, tua sunt, etiamsi calumnieris solem. Luna autem non operatur quæ calumniaris: non te liberat calumnia a peccato: acquiris tibi et blasphemiam: in eo enim dum dicis: C Non ego admitto, sed Dei opificia. Quod enim ego non ego, relinquit illud ei cujus opificiis et blasphemiam addit. Si enim non sunt opera nostra quæ admittimus, sed sol et luna et stellæ per nos operantur; ita neque illorum sunt opera: æqualiter enim Deus constituit. Vide quod dicis: Deum nominas quem piget nosse Deum, sed tibi facile est apud quem sunt dicere: Confundor et piger sum contaminare meam linguam, et maxime cœlesti visione descendens. Quid ergo, o sapiens? Cygnus deus est qui adversum virginem calet? Confundantur qui aliquoties quidem taurum adorant, aliquoties (63) autem tauro deum transfiguratum fingunt. Sed dicite nobis cur immutatus est ut virginem videret? Non enim habebat feminas deus secundum vos. D Nonne sororem cooperatricem habuit, ut aliorum connubia furaretur? Non isti sermones sunt nostri, sed vestræ fabulæ scriptæ in libris (64), in simulacris, in parietibus, in saltationibus theatrorum. Indignaris quia dico ea quæ tu legens miraris: irasceris quia loquor de his quæ videns tu adoras. Indignaris quia dico quæ tu in saltationibus videns et audiens delectaris. Dele ea ex poeticis libris, recede a theatris, et extermina ea a parietibus; confla ea, a simulacris recede, et congaudeo. Si autem permanes in cæcitate, noli indignari si convinceris; dicito si quid addidi. Si autem apud te sunt scriptæ auro

(63) Ms. *aliquoties autem in tauro.*
(64) Ms. *sed vestræ fabulæ in libris.*

et argento et lapidibus et parietibus et theatris; si ego in parva hora et hoc pigens loquor, propter miserationem autem commoneo: quia quæ vides, o homo, et oculis et sensu non intueris, ad hæc irasceris. Si dei sunt, adulteri non sunt; si adulteri, non sunt dii. Si autem volunt habere adulteros deos, nos quidem eis non maledicimus; sint autem ut hi qui adorantur ab illis. Primus illorum deus non est satiatus libidine, in cœlo, ut ipsi volunt sæpe cum sua conjuge agens: sicubi enim cum alia inventus est, statim a sua zelus accensus est: non enim credebat deo dea male de eo suspecta. Si enim et a mortalibus se non continebat, quomodo iste a cœlestibus ut volunt cessavit? Sed concedite linguæ: nunc enim aurum est in sinus virginum liquens, ut furetur ejus virginitatem: forte autem et bene liquescit libido dissoluta, si taurus deus illorum, qui non est dei progenies, fabulæ ex corde figmentum mendax natura taurus est; et quid putas vir et taurus portans virginem libidinis servus, concupiscentiæ minister, in collo virgo cum libidine domina? Quam enim figuram intermisit, quando quievit ne immutaretur cygnus, taurus, aquila, aurum? aut continens factus est nunc? Multis enim jam annis non est factus aquila, et certe non pauci filii et boni nati sunt in deserto. Putas senuit et concupiscentia cessavit, aut pœnitentiam libidinis habuit, et nunc se jam continet? Jam enim non rapit puerum. Confundor et dicere sub qua occasione non suffecerat soror conjux, cooperatrix, ex qua nati sunt plurimi, sed jam nunc non nascuntur. Consenuit autem conjugium, cur jam non pariunt? Sed non suffecit illa, abiit ad mortales: suffecit non secunda eodem more; multiforme enim est malum. Non suffecerant mortales: ad masculos convertit libidinem. O poeta, quos irridebimus? magis autem quos lamentabimus? eos qui scripserunt, aut eos qui nunc usque illum qui in dextera portat aquilam, adorantes et respicientes, aut colentes sunt? Sed putas quia iste solus exstitit talis? nonne et citharista ille honestus? primo quidem cur citharistas deos ponamus, quia ista decet harmonia decora? ista enim est illa in qua olympias: harmonia autem illa est vera, in qua cœlum est, et terra est posita, mare adjacet, et aer est compositus, et percutitur consensio. Non enim pellit mare terram propter harmoniam: non nox diei facit vim, non permittunt enim illius harmoniæ. Dicitis, cœlum consentit his quæ deorsum sunt. Tantum enim præbuit in eo sol positus, quantum esset utile parari; et tantum accendit, quantum erat conveniens; et pergit et redit, ut neque abundans incendium exureret omnia; neque iterum si transcenderet, frigore perirent universa. Sed et communes harmoniæ et partibus divisæ, sicut brevi silura majora cuidam, aliæ siluri canore consentiens. Istud mare magnum et spatiosum, cujus fluctus cœlum pulsant, terræ terminos non transcendunt. Sed ne-

A que terra jurgans naturæ alacritate jurgavit, sed lex communis Domini est posita fines æterni, et in tantis sæculis digitus additus non est, fluminibus tantis et fontibus in maris sinibus incurrentibus. Flante vento pascuntur flatibus naves, ad cœlum usque tolluntur. Et quis nonnunquam pertransiens timuit, ne ut minatur, ita effusum comprehendat astantem? Nonnunquam enim et declinavit mare, venit ubi ei statutum est, legislatorem et statutorem finis timens; et frangens fluctus ad littus, ostendit invisibilem per ea quæ videntur. Ista decet ei cithara, quæ in frontibus hominum harmonias describit, ubi debeant esse oculi, et quid circa ipsos; ubi dentes, et quanti; ubi aures, et quot et ad quid; ubi lingua, et ad quid; quis usus est oculorum; ubi ungues, et B ad quantum; ubi capilli, et ubi non capilli; quid intrinsecus, quid constringere, quid involvere, quid velare, quid jacere, et ad quid utile; quis suscipere escas et dividere; quantas mensuras debeat habere cibus, et quantum intus debeat permanere, et quando debeat purgare, et si transierit horam, ostendit noxam. Ista lyra decet Deo composita melodiis membrorum: habet enim nervos et cordas in quibus et os ad ossum est, et viscera ad viscera, et membra ad membra, per quæ deponuntur et aperiuntur manus: per quæ flectuntur, et iterum redeunt pedes; clauduntur oculi ad refectionem, et iterum revocantur ad opus. Et quis poterit dinumerare quantæ istiusmodi semper percutiuntur lyræ, non in uno tantum homine, nec in hominibus solis, sed et in C omni animali? omnibus enim mensuræ, ætates, magnitudines, dentium, cornuum, quibusdam et non sunt cornua. Aliis pili sunt, et cujusmodi capilli, ungues et cujusmodi ungues, pennæ et iterum non pennæ, et in aquis, et in aere, et in mari, et in fluviis, et in fontibus, et innumerabilia quæ exsurgunt, una tamen est harmonia. Cum enim suam accenderit lucernam, cum suum scilicet oraviis (65) fuerit solem, cum a finibus orientis simul ad occasum transmiserit lumen; omne movetur animal, unumquodque ad quod ei natura est. Et mensa quidem communis est plena, et aliud animal ad aliam properat escam, aliud alibi devitat; et quæ illis utilia non sunt, aliis convenientia habentur. Eiciunt (66) irrationabilia per istiusmodi harmoniam adducta, quis (67) debeat gustare, et quæ debeat vitare, D et cum quibus conversari. Ista decens Deo harmonia est, per quam sol statutus ad cursum est, et luna ad crescendum, et stellæ ad spatia. Istam percutit per dies et noctes, siquidem et dormientes auget, et efficientibus otiosus non est. Et Deus quidem istam sine digitis et labore percutit harmoniam: ille autem qui fictus et non deus est, accipit virginem. O injuriam! Virgo ob pudicitiam fugit: deus autem qui dicitur, ob amorem libidinis insequitur, et non comprehendit. Velociores enim pedes fuere virginis pudicitiæ per voluntatem, quam ille qui a libidine

(65) Ms. *Oranus*. Vox Græca οὐρανός, Latine scripta.

(66) *Eiciunt*. Forte, *et sciunt*.

(67) *Quis*. Forte *quæ*, vel *quid*.

dissolutus est. Qui ambulat sensim, qui passus sejungit, iste nunc festinans non comprehendit virginem : pedes enim a libidine dissoluti, nec molles virginis passus comprehendere potuerunt, sed parum quid et pervenit : talis eorum deus, et bene comprehendens est columba ab accipitre musico : sed terra, inquit, miserta, humanior tali eorum deo visa, transtulit eam ad laurum. Et forte maluit virgo lignum fieri, quam a tali eorum deo corrumpi. Ille autem qui præter spem a tali venatione deciderat, videns virginem in arborem conversam, neque conversione confusus est, neque translata natura transtulit et amorem : sed adhuc fervens amore, adhuc ardens concupiscentia, amplectitur arborem, et decerpit ex illa quæ jam non erat virgo, folia, et confessus victoriam victum suum coronat caput, titulum utpote in corona libidini suæ constituens. Sed forte quædam poeta facilis et inconsiderate loquens mentitus de diis est talia, et non est insecutus virginem citharista. Quid adhuc usque in simulacris ex ista arbore coronatur, ut putant quidem ob honorem? Si autem honor est fornicationem laudari

A fornicationem (68) insecutam quidem, non comprehensam autem, adhuc usque accusabilem, et fingunt in simulacris, et pingunt in parietibus. Sed quid mihi et istis est? Revertere, lingua, et audi psalmum, o anima : *Convertere, anima mea, ad quietem tuam* [61]. Quid mihi est eos qui foris sunt judicare? Sufficit eis quia in his volutantur. Cessent de opificiis non bene sentire; fruentes enim opificia, male de opificiis sentiunt, et ipsorum Creatorem injuriis petunt. Sint ut volunt, et certe nolo eos esse ut volunt. Noster autem sermo fugiat quantum potest illorum fetorem, quia apud ipsos sunt figmenta, fabulæ, simulacra, adulteria, fornicationes, sanguis, lapides, ligna, dæmones, nuditates, turpitudines, dicenda et non dicenda occulto. Fugiens B autem inde, agat gratias ei, qui se liberavit ab istiusmodi. Erit enim gratia duplex, quia et liberavit a falsis, et ad vera adduxit. Liberati igitur ab his, et digni judicati estis. Deo non nato Patri per unum unigenitum suum Filium cum Spiritu sancto sit gloria, honor, imperium, majestas, et nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

ITEM DE EO QUOD DEUS PATER INCORPORALIS EST,

LIBER QUINTUS

Quæcumque ex cogitatu debent colligi et requiri C vel exhiberi, quia incorporalis est Dei natura, et jam si non quantum res ipsa deposcit (69), tamen quantum ad nostram pervenit virtutem, magis autem quantum imbecillitati gratia donavit, ista per multos præteritos et adunavimus dies, et tractavimus in commune. Et si quis pervidit aut intellexit aut meminit, nullam jam habet dubitationem de illa natura qua incorporali decretum est : sed forte multa illa sollicitudo quæ per cogitatus processit, ad aliam quamdam suspicionem nonnullos adducet. Dicentes enim qui volunt pervertere recta, quia cogitatus quidem boni et veri, et decori et recti de Deo sunt et habentur; Scripturæ autem his bonis et rectis cogitatibus non consentiunt, sed magis per ea quæ dicta sunt accusant cogitatus quam commen- D dant. Erat autem propositum non quid dicimus non simpliciter de Deo : quia nec nobis est potestas sicut gentilibus ex corde de Deo loqui, sed qualem eum Scripturæ introducunt, et qualem se ipse interpretatur, talem oportet suscipi et adorari. Gentiles enim qui omnia ausi sunt, omnia transfigurant et fingunt, et non solum in templis et simulacris et imaginibus depingunt et figurant, sed et ipsum quem videntur incorporalem dicere Deum, ex corde fingentes producunt. Unde et is qui apud eos actor putatur, apud alios creditur : quia enim is qui est, agnitus non est ab iisdem, fama autem ad eos in novissimis pervenit temporibus ; tamen ex auditione Moysi, quia famam de uno Deo, et ipso Creatore audierant, qui in multis sæculis opificia intermisso Creatore adoraverunt; alius aliud nuncupatione suggessit de eo quem audierant; ita ut quidam scribentes præcepti sint ex nomine solo imaginem describere, non hominis, inquam, aut alterius cujuscunque status (70), sed simpliciter nuncupationem ex fama. Necesse enim erat istos qui Scripturam ignorabant, naturæ autem audierant nuncupationem de incognito, aliter autem et alterum aliter ex corde fingere, æstimatione quippe de eo quem ignorabant, et ideo per omnia erraverunt. Inde est ut non solum sibi dissentirent de Deo, sed et adversarentur. Quidam enim dicit quia providet, alius quod non providet, et alius quia usque ad lunam providet, alius

[61] Psal. CXIV, 7.

(68) Ms. *laudari fornicationem.*
(69) Ms. *Etiam si non quantum res ipsa deposcit.*
(70) Ms. *cujuscunque status.*

quia in omnibus providet. Et quidam dicit quia incorporalis est, alius quia corpus est. Ista commendatio (71) ignorantia est eorum, qui nesciunt quid loquuntur. Sed illi quidem audentes, aut aliter de Deo sentientes, omnes erraverunt. Nec enim ex corde humano Deus produci debuit, sed a Deo edoceri de Deo. Nobis autem necesse est ea surgere (72) et tractare, quæ ex Scripturis didicimus sanctis, quia incorporalis est Deus. Sed non sufficit pronuntiare, neque rationem cogitatus adire, sed ostendere quia et ipsi, et qui in iisdem cogitatus habentur, per omnia consentiunt his quæ Scripturæ Veteris et Novi Testamenti de Deo pronuntiant : forte autem et totum suspicabitur quidam, et corporaliter in Scripturis proferri Deum putabit; forte etiam et partibus compositum ex Scripturis putabit, colligens membra quæ dicta sunt. Oportet igitur primum suspicionem, qua dicunt in corpore esse Deum, aut corpus esse, diseri (73), ut apparentibus vinculis agnoscatur solutionis magnificentia. Totum itaque videtur corpus introducere Scriptura quæ dicit : *Quia ambulat in paradiso* [63] : aut quæ iterum dicit : *Quis est qui venit ex Edom* [64]? et quæ dicit Scriptura : *Vidi sedentem supra sedem majestatis suæ* [65] : et alia quæ ait : *Sedes sunt positæ, et Vetustus dierum sedit* [66]. Qui enim in paradiso ambulat, et qui venit ex Edom, et qui apparet ut apparuit Ezechiel, et qui sedit secundum Danielem, et qui sedit secundum Isaiam, corporalem quamdam ambitionem suggerit (74). Et hoc quidem veluti de omni parentibus autem (75) ut videamur et depingere : *Oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum* [67]. *Os Domini Sabaoth locutum est ista* [68], faciens (76) Deum (77) et membratim, et tota facies istic descripta est, et post hæc quæ insequuntur. Dicit enim Scriptura : *Dextera Domini fecit virtutem* [69] : et *Sede ad dexteram meam* [70], quam rem insequitur et a sinistra esse. Et iterum : *Cœlum sedes est mihi, terra autem scabellum pedum meorum* [71]. Per ista itaque omnia a capite usque ad pedes videtur membratim fieri compositio, quantum ad sermonem spectat. Addemus autem incertis his, *capilli capitis ejus* [72]. Ergo et capilli, et caput cujus et capilli, et adhuc amplius quantum ad exteriorem partem invenitur vestimentum, modo quidem rubrum, modo autem album. Si igitur et vestimentum circa ipsum, quæstio est et de indumento, utrum vivens quædam natura est et vestimentum, aut quomodo illic vestimentum habetur; et quæcunque convenerimus, ut de indumento dicamus oportet moveri. Et iterum : si *vox Domini fecit*, si *vox Domini in virtute* [73], et vox Domini frequenter in illo psalmo dicitur, et secundum unum-

A quemque prophetam invenimus dictum, *Dixit Dominus ad me*. In Evangelio etiam : *Desursum vox facta est* [74] ; oportet enim immisceri ea quæ ex Novo sunt Testamento, Veteri, ne iterum hæretici separent, et alium introducant Deum. Adjuncta autem sint ista ex Scriptura, unde et omnia mota sunt : *Factum est autem die tertio, cum mane factum fuisset, et factæ sunt voces et fulgura, et nubis nimbus, et super montem Sina vox tubæ canebat valde* [75]. Ergo et tuba sonabat magna, *et turbatus est omnis populus in castris, et produxit Moyses populum in obviam Deo de castris, tanquam jam præsente illic Deo, et constituit eos sub montem. Mons autem Sina fumabat totus, propter quod descendisset Deus super eum in igne* [76]. Si descendit et in montem descendit,

B et ascendebat fumus tanquam fumus fornacis et obstupuit totus populus valde, fiebant enim voces tubæ prodeuntes fortissime; valde Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei voce: et descendit Dominus in monte Sina super cacumen montis, et vocavit Dominus Moysen in cacumine montis, et ascendit Moyses, et dixit Deus ad Moysen. Hæc quidem de eo si descendit, et si videtur, et si vocibus loquitur Deus, et si tubæ aderant, et si in ignem descendit, quid sibi vult fumus? Sunt autem ex sequentibus aliæ quæstiones : sed bene est sensim accedere ad proposita. Et sicut hi qui ædificare desiderant, et lapides transferre cupiunt, si singulos transtulerint, multos poterunt adunare : si autem

C multos simul levaverint, nec quidem unum levare poterunt : ita et nos interim; prima enim dicta intercipere facile videtur audentibus; timidis autem difficile. Si enim voluerit quis dicere, locutus est, non est locutus : vox, non vox ; facies, non facies ; simpliciter videtur facile quid operari, audenter autem operatur. Sed oportet nunc ab ipsa Scriptura accipere solutiones , et ostendere quia istæ voces ita quidem dicuntur, non ita autem debent intelligi. In ipsis enim iisdemque sermonibus primo exhibet necessitatem, ob quam ita apparuit Deus. Dicit enim : *Ecce ego venio ad te in columna nubis, ut audiat populus loquentem me ad te, et credant tibi in sempiternum* [77]. Et iterum ad populum dicit : *Vos vidistis, quia de cœlo locutus*

D *sum vobis* [78]. Et certe ex monte Sina. Quomodo ergo potest fieri de cœlo et de monte Sina simul? *Vidistis*, inquit, *quia de cœlo locutus sum vobis. Nolite vobis facere similitudinem omnium quæ sunt in terra* [79]. Et certe si similitudo erat qui apparebat, deberent videntes magis adduci ad ipsius similitudinem. Si autem dicit : *De cœlo locutus sum vobis*, qui dicitur quia de monte Sina : manifestum est quia

[63] Gen. III, 8. [64] Isa. LXIII, 1. [65] Isa. VI, 1. [66] Dan. VII, 9. [67] Psal. XXXIII, 16. [68] Isa. I, 20. [69] Psal. CXVII, 16. [70] Psal. CIX, 1. [71] Isa. LXVI, 1. [72] Dan. VII, 9. [73] Psal. XXVIII, 4. [74] Luc. III, 22. [75] Exod. XIX, 16. [76] ibid. 17, 18. [77] Exod. XIX, 9. [78] Exod. XX, 22. [79] ibid. 4.

(71) *Commendatio*. Forte, *commentatio*.
(72) *Ea surgere*. Forte, *exsurgere*.
(73) *Diseri*. Forte, *disseri* vel *deseri*.
(74) Περιγραφὴν, *ambitum*.
(75) Forte sic legendum , *de omni : partibus autem*.
(76) Ms. est. *Ista facies Domini et memoratim*.
(77) *Deum*. Ms. *Domini*.

ambitionem (78) præsentiæ suæ ostendit in monte, ipse autem in sua manebat majestate. Cur autem et a monte Sina apparet qui de cœlo, *Ne timueritis*, inquit, *quia tentare vos venit Deus, ut sit timor ejus in vobis* [79]? Non ergo natura est quæ apparebat, sed dispensatio quæ adducebat. Quia enim audacissimus erat populus, quia semper declivis ad idololatriam habebatur; quia enim humilis erat, et desiderabat per manus contingere Deum, et per oculos videre: quia enim talis erat populus, misericors autem Deus et bonus facit eis timorem, qui nec post timorem timuerunt, et dicit: *Quia si quis appropinquaverit, morte morietur* [80]. Et certe oves erant illic ante hoc, et non sunt mortuæ. Moyses enim illic pavit, Moyses erat illic ut pastor, nec dum est propheta, et non est mortuus. Utique et alii ante Moysen; sed propter adventum, quis dicit, Dei dixit, quia si quis appropinquaverit morietur. Nonne magis deberet vivere qui appropinquat adventui Dei? Sed terrere vult populum audacem; unde et tubæ sonant canentium. Quid enim magnum est Deo operamenta creare ad istiusmodi necessitatem, aut sine tubis sonum talem emittere? Non ab re autem est quædam ex Daniele apponere, sed et opportunissimum. Quia enim diximus quia non erat impossibile Deo tubas creare, aut sine tubis sonum audiri: scriptum apud Danielem est, quia, *Manus ingressa sola scribebat in pariete* [81]. Ista manus Deus est, aut angeli incisio est? Sed quia deberet videri non tenens, forte autem nec atramentum bajulans, neque alio aliquo operamento abusa, aut ipsa usa, addatur et canna, et atramentum creatum. Aut si hoc quis voluerit accipere, scripsit manus, et dum scripsisset, recessit. Quid manus ista dicebat, cujus Dei sola manus, et ubi est totum? aut angeli, et ubi est totum? incisio erat passibilis. Ergo quo ista incisio est? Quid ergo est sententia visa? Ut enim sciret rex qui ausus est, ideo manus ad lucernam indigens, quæ nec oculis visa sunt. Et certe ut scribat quis, valde intentio necessaria est, et videntium oculorum, et acute videntium. Nunc autem scribit sine oculis, sine tenente, sive cum atramento, sive sine atramento, sive sine aliis operamentis, sive cum aliis, admiratio est; qui valde carnes sunt, qui corporales, qui volunt Deo corpus dare, respondeant nobis, illa manus corpus erat aut non corpus? Si corpus; sine humeris non moveatur, sine toto corpore non sit manus. Si autem apparet manus, et scribit manus, et recedit manus; agnoscatur quæ est natura visionis præsentis. Importunum autem non est adjungere, cur et manus. Si enim jam dictum est, quia oportebat sententiam scribi, sed forte ideo per manum, quia et pater hujus regis adversum quem ista sententia scripta est, ob populi delicta potuit et populum tenere et templum. Et populum quidem adduxit captivum. Condicens autem quia

A prophetiæ factæ sunt a Deo prænuntiantes captivitatem populi quæ per eum facta videtur, vasa sacerdotalia accipiens, et hoc superbus et erectus, et alta cogitans, ut propheta de eo diceret: *Tu dixisti in corde tuo, Ad cœlos ascendam, supra nubes ponam sedem meam, et sedebo supra montes altissimos ad aquilonem, et ero similis Altissimo* [82]: quia talia sapiebat, et talia loquebatur, et talia cogitabat, iste accipiens sacerdotalia vasa non est ausus uti iisdem, sed tanquam in ratione honoris posuit in templis, non consecrans idolis, sicut quæ insequuntur demonstrant, sed recusans vasis uti divinis. Isti succedens filius ejus in regno, non ei successit et secundum istum honorem, sed innovans potestatem regni sui, profert vasa sacerdotalia, et bibit in ipsis. Et quia

B ipse et sui male extenderunt manus suas ad vasa, quia enim manibus tetigerunt ea quæ eis non contingebant; manus pro manu exiens scripsit juxta lucernam, ut qui aderant homines viderent sententiam. Quæ ergo est manus illa? Non corpus, neque ex corpore incisio, sed efficientia ad visionem veniens, ut agnosceretur sententia invisibibis. Suffecerat autem et manus ostendere virtutem, et interpretari obscuritates, solvere dubitationes, sed non est egenus dives. Invenimus enim in Scripturis et forte multa, quæ ut quæstiones motæ sunt, possunt nobis ad solutionem prodesse. Novimus enim et de Daniele, quia vidit sedes positas, et Vetustum dierum insidentem, cujus albi erant capilli, et vestimenta candida [83]. Et certe et hoc accipiebatur

C propter contumaciam, aut propter negligentiam. Ad ostentationem quippe quia corpus est Deus; sententia autem virtutem sermonum exhibet, quia maxime exhinc incorporalis ostenditur Deus. Quis enim ignorat omnem qui oculis utitur, quia oculo contingit ea videre quæ adsunt? quæ autem in crastinum aut post parvam horam, aut post momentum fient, non videt oculus: Danielis autem visio, initium quidem habet a lea, post leam autem introducit ursum, tertium animal ut pardum, quartum tale cujus natura apud nos non invenitur. Interrogabo volentem contendere, lea regnum est? Si enim quod vidit Daniel erat visibile, leam autem vidit; non vidit regnum, sed leam. Ne igitur remo-

D veamus dictum, Scripturam videamus. Si enim ipse Daniel interpretans, aut interpretatam ab angelo visionem audit, quia primum regnum est Chaldæorum, intueris quia quod visum est, lea erat; quod autem interpretatur, regnum. Aut dicat qui voluerit, putas fera aliqua erat, et vivebat; et talis qualem vidit Daniel? Si autem insignia vidit regni, interpretationem autem agnovit, visiones corporeas facere non debemus. Ursus autem apparebat secundus post leam, et tria latera erant in ore ejus. Putas quia et latera viva erant, et unde ea accipit ursus? Putas aliquod animal expugnans

[79] Deut. VII, 3. [80] Exod. XIX, 12. [81] Dan. V, 5. [82] Isa. XIV, 13. [83] Dan. VII, 9.

(78) *Ambitionem*. Id est, *ambitum*.

quod in consuetudine est apud nos; aut significat, quia per tria latera tres regiones habebit illud secundum regnum. Tertius autem pardus quidem erat quantum ad visionem, quatuor autem capita habebat. Si quis autem vestrum vidit in natura quatuor capita pardum habentem, sit visibile et animal istud. Si autem naturam convertit, formantur autem regna per istiusmodi visiones, ad corpora non compellamus. Quarti autem animalis in totum nec figuratio est posita, eo quod immutatum et novum a cæteris videbatur, ut ne quidem similitudo in eo alicujus animalis inveniatur : hæc vidit Daniel. Et ante hæc : *Vidi*, inquit, *quatuor ventos cœli immittentes in mari magno* [84]. Putas et venti visibiles fuere? Quatuor autem simul immittuntur in mari. Et mare vidit, ubi agens præsens mare, aut non præsens conspexit. *Et quatuor*, inquit, *ascendebant feræ de mari* [85] : lea ex mari, et ursus ex mari, et pardus ex mari. Intueris quia ipsa Scriptura per ea quæ videtur ligare, per eadem et solvit. Mare in illis non erat locis, ubi erat Daniel. Puta quia erat lea, et ursus et pardus et novum illud animal : ex mari quomodo ascendunt? Venti autem quomodo videntur? Puta quia visa sunt ista. Ascendit lea ex mari, quomodo regnum in terra. Si autem regnum in terra est, non est jam lea : quod enim visum est aliud erat, quod autem interpretatum aliud. Sed puta quia transfert et leam ad regnum : interpretatur enim angelus ei qui viderat et reliquas feras unumquodque in sua constitutione. Si ista enim quæ apud nos sunt et visibilia habentur, transferamus ad invisibilia, et dicamus quia non aderant, sed visa sunt; et visio est, et non naturæ progenies. Transeamus ad Deum, ubi sedes sunt positæ; et jam non dicamus sedes aliud aliquid, sed ipsas sedes : et non jam dicamus quia visus est qui non est visibilis, sed visio est. Judicem introducere audeat qui vult, sic concedit ei Scriptura. Meminisse autem oportet quia suggessimus quod suggerit et natura, quia oculi futura non vident. Neque post quodlibet momentum lea primum regnum tunc sub Daniele erat, ursusque ejus successit regno : pardus tertium regnum. Non enim unoquoque animali regnum, sed unaquæque fera regnum est habens multos reges. Ergo usque ad quartum regnum multi reges. Post quartum autem regnum judicium adversum quatuor, et quatuor non adversum primum. Daniel autem et primo, et secundo, et tertio, et quarto regno judicium post novissimum quartum, in uno momento vidit. Nunquid possunt adunari ea quæ hodie facta sunt, cum his quæ crastino fient, et tertio et quarto die, ut videantur? Si igitur ea quæ in quatuor diebus fiunt, ad unum momentum convenire non possunt : quomodo ea quæ in quatuor regnis facta sunt, et fient in tantis sæculis et temporibus, in uno momento oculis videri potuerunt? Ergo quæ vidit Daniel futura erant; quia quæ incipit videre, non videt quæ videntur, sed videt quæ non videntur. Ideo autem et nuncupatio erat prophetarum ista, ut dicerentur qui vident : quia enim et apud nos quidam vident, quidam non vident, et ad cæcos comparatio est eorum qui vident, et diversitas et discretio est. Sumus autem quantum ad considerationem visionum non videntes. Vident autem prophetæ, quæ nos non videmus. Ex ipsa ergo efficientia acceperunt et nuncupationem qui vocabantur prophetæ secundum veterem vocem, cum maxime exceperunt his qui vident. Unde et multæ inscriptiones tales inveniuntur, dum dicit : *Visio quam vidit Isaias adversus Ægyptum : Visio adversum Babyloniam* [86]. Quia igitur videbant, ut videbant, videbant autem non ut homines. Quæ ergo oculis hominum non videntur, non sunt corporalia. Vidit Daniel : quid vidit? quia *sedes sunt positæ*. Quando? Si enim judicium vidit, tunc utique cum quarti regni interemptio futura est. Iterum tamen cum hæc videret, non fiebant ea quæ videbat. Cur autem et sedes videt, *Judicium sedit*, visio ad efficientiam facta est rei. Quia enim apud nos judices in sede sedentes subditos sibi judicant, dicit, *Sedes sunt positæ*. Et certe si talis esset Deus natura, non debuit dicere, positæ sunt sedes, sed, erant. Si autem positæ sunt quæ non erant antea collocatæ, et sedit qui ante non sedebat; ergo nec tunc positæ sunt, nec tunc sedit : sed ostendit per ea quæ cognita sunt nobis verba efficientiam Dei ad judicium. Denique et descripsit illic albos capillos, candidam vestem, ignem ante judicem, et fluvium igneum. Dicit enim quia *Vetustus dierum sedit*. Cur vetustus dierum? Et certe ne quidem dies opus sunt Deo : sed quia resurrectio fiebat in exitu ætatum regum, multum tempus necessarium habebatur. Quia enim per multos dies expediebatur istud, Vetustum dierum nominat judicem. Et quia mundum erat judicium et purissimum, et inflexibile; albi capilli mundi judicis, et candida ejus vestimenta et immaculata dicuntur : ideo et capilli albi, sive vetustatem annuntiantes et ipsi, sive judicii puritatem. Ego autem et contingere istiusmodi habitum pertimesco. Si autem non erat quod diceretur, quod posset omnibus videri recedere ab istiusmodi sensu tacerem. Sed timidos, inquit, facitis filios Israel [87]. Cur autem et fluvius illic igneus currit, dicit quia interfecta est bestia, et corpus ejus datum est igni ad exurendum. Qua enim sententia bestiam mittebat in ignem, prius præparavit operamentum per quod futurum erat judicium. De his igitur quæ in Daniele sunt posita, ex bestiis illis manent quæ visæ sunt feræ, non autem quæ annuntiabantur regna, et ex temporibus quæ habent spatia sæculorum, quæ conjuncta sunt per visionem ad unum momentum, et ex eo quod judicium non tunc est factum, quando et visum est; non solum ad suspi-

[84] Dan. VII, 2. [85] ibid. [86] Isa. XIX, 1; XIII, 1. [87] Levit. XV, 31.

candum Deum corpus esse non debuit non sinere, sed potius ad satisfactionem venire, quia incorporalis est Deus. Est autem rationis et his similia addere. Ipsa enim visio Danielis quæ per bestias facta est, soror est ejus quam vidit per imaginem Nabuchodonosor, et salvatur cum pœnitentia (79) comparantur, et e contra ponuntur ea quæ in imagine visa sunt, et ea quæ per visionem istam ferarum ostensa noscuntur. Quatuor enim erant et istic feræ diversa natura; quatuor autem et illic materiæ concurrunt ad compositionem unius imaginis, et nihil nos prohibet unum ad unum interrogare et videre. Lea regnans habetur in feris: aurum autem præcedens in istiusmodi materiis: fulget enim, et sicut ignis in nocte, ita aurum inter cætera quæ possidentur. Accipiamus igitur ab imagine quidem B caput aureum; a visione autem istam leam. Et forte ideo utraque femineo nomine, quia et regna. Inde accipiamus argenteum pectus, et brachia: post aurum, argentum, post leam, ursum: et tria, illic æramentum, istic pardum; subducitur enim secundum pœnitentiam (80) comparatio. Inde jam permistum ferrum cum testa; istic bestia cujus figuram propter varietatem non manifestavit. Et illic lapis comminuit imaginem; istic judex judicat bestias. Si quis igitur contentiosus voluerit hæc visibilia esse, dicat nobis utrum caput est aureum lea: utraque enim ad hoc ipsum concurrunt, et utraque sibi non similia, neque qui annuntiatur. Quid enim ad leam aurum? Quid autem utraque ad C regnum? et ita ea quæ insequuntur, quæ et ab imagine proferuntur, et quæ a bestiis discernuntur. Et illic lapis sine manibus, ut non hominis sit opus; istic judex. Et illic quia materiæ erant, comminuuntur; istic quia bestia erat, in ignem mittitur. Ita habemus et Pharaonis spicas, et boves septem, et pingues et macilentas. Et quantum ad naturam spectat, boves quidem spicas manducant, spicæ autem a bobus comeduntur. Quod autem significatur et ab his qui manducantur, et ab his qui manducant, ipsam eamdemque habent virtutem. Ad quod enim fuerat acceptum non dissentit, sed et necessaria visio est. Quia enim de annis, et nativitate, et fructibus erat, spicæ autem horum sunt genitrices; per spicas quidem anni annuntiantur. D Quia autem per opera boum nascuntur spicæ, boves quorum operatio fruges sunt, et spicæ boum nativitates; accepta quidem sunt varie, annuntiarunt autem effectu. Putas ergo fructus bovis est, aut spicæ annus? Sed alia quidem sunt quæ videntur, alia autem quæ annuntiantur. Joseph autem manipulos vidit: nonne deberent et istic anni esse? Sed ait: *Somniavit autem somnium Joseph, et retulit fratribus suis, et dixit eis: Audite somnium hoc quod somniavi. Putabam nos alligare manipulos in* A *medio campo, et surrexit meus manipulus, et rectus stetit, et conversi manipuli vestri adoraverunt meum manipulum* [88]. Et interpretatur pater, et suspicantur fratres, quia incipiet regnare super fratres suos. Et nunc quidem manipuli: iterum autem ipse solem et lunam videt et undecim stellas. Differt in gloria stella, manipulus non differt. Sed apparet quia stella manipulo ad quod accepta est, non est melior. Cum enim pater positus est in loco solis, mater autem in loco lunæ, fratres consequenter efficiebantur in loco stellarum: forte autem nec ista simpliciter debemus transire: sed quia occasio adorationis facta est fructuum abundantia, ideo non ab alia occasione vidit adorantes se fratres, quam a manipulis messium. Si quis autem voluerit et stellas, et lunam, et solem requirere, ad istum sermonem inveniet concurrere. Quis enim ignorat ex omnibus Moysi vocem, quia ex frugibus quos nutrit sol et luna, facta occasio est visionis? Ergo quia fructuum erat occasio, per ea quæ fruges enutriunt, facta est et visio duplex. Putas ergo quia aliquis ex his qui adsunt, invigilans et sobrius, cogitavit apud se ut sobrius, quia istæ visiones per *insomnia sunt* factæ, et forte suspicabitur vim facere nos et his visionibus quæ per insomnia factæ noscuntur, et ad solutionem eas accipere, quæ videntur per oculos visæ ab invigilantibus. Si enim ita esset, subripere deberem, et hoc ipsum suadere et ludere: forte autem et si tacuissem, quia per insomnia factus est mihi sermo, viderer his qui adhuc somniantur, et inauditum edicere quid et exhibere. Quia autem veritatis est locus, et non nos seducere oportet, neque suasioni captare, sciamus quia hæc quæ dicta sunt omnia per insomnia visa sunt: siquidem et Nabuchodonosor somnium vidit, et Daniel illud quod diximus per somnium vidit, et Pharao, et Joseph per insomnia habuerunt istas visiones. Nihil ergo mirum si et nobis per insomnia appareant quæ videntur. Alia enim de aliis frequenter videmus, aut tempestatem maris, aut nosmetipsos trahi a fluviis, aut prata, aut fructus; aut quia de tectis dejicimur, aut quia thesauros invenimus, aut quia amisimus aliquid, aut quia subingressus est quidam, aut quia alius exivit, aut quia locutus est nescio quis, aut quia dedit aliquis. Erant autem omnes istæ ambitiones, sicut dicit Isaias: *Sicut qui vidit semetipsum manducantem per somnum aut bibentem, evigilans autem adhuc esurit aut sitit* [89]. Cum maxime visi sumus exsolvisse et ista, et unusquisque audientium jam suam refecerat mentem, tanquam solutione inventa et sollicitudine soluta; subito quæ putatæ sunt visiones somniis revelatæ, iterum nobis constrinxerunt vincula quæstionum, et tempus apprehendit taciturnitatis. Forte non importunum tempus neque inutile est. Si enim et quidam præ-

[88] Gen. XXXVII, 5. [89] Isa. XXIX, 8.

(79) *Cum pœnitentia.* Interpres videtur μετάνοιαν *pœnitentiam* legisse pro διάνοιαν *cogitationem.*

(80) *Pœnitentiam.* Hic quoque διάνοιαν *cogitationem* potius quam μετάνοιαν *pœnitentiam* legendum fuisse videtur.

sentium est, qui horum scientiam per noctem accipere incipiet tractans et repercutiens insomnia, et ne quidem ipsi somno concedens, forte scrutans per noctem cum otio, et a lumine nocturno fulgores accipiens, quæret vinculorum horum solutiones : et si quidem invenerit lucratus est, et sursum et deorsum convertens, et quærens et volutans, persistit in incerto, sollicitior venit ad inventionem solutionis. Scio autem quia unusquisque qui hic assistit, exiens de his quidem erit sollicitus, curam ventris non faciens : forte autem quidam et indignantur, quia protendimus sermonem; plurimi enim obdormientes et in facie volunt ex aliorum laboribus et sudoribus sine labore parata suscipere; si autem et susceperint, qui autem adinveniant non laborant. Si autem et suscipientes servabunt qui non sudaverunt, nihil autem horum requirentes; A sive enim quis cogitat, sive quis intentus est, sive quis commodum accepit, sive quis convertit opprobrium, gaudeo. Si autem negligunt qui audiunt, et dissimulant qui docentur, quam rationem dabit qui constitutus est magister, et non quæstiosum dicit, sed quæ impertit gregi Domini? Imprecatur quidem ab eo omnes sollicitos esse, et scrutari, et quærere, et tenere, et discere, et fructificare. Si autem et quidam negligunt, quibus nec convenire sollicitudo est, nihil hoc ad me : et certe ad me; tangit enim me et contristat; tamen sive paucis efficitur sermo sive multis, sive negligentes sunt sive solliciti, non debeo propter negligentiam et ipse negligens inveniri. Forte autem quidam et contendent exprobrati : et si non propter amorem doctrinæ et B studium, saltem propter ruborem et opprobrium, etc.

EUSEBII PAMPHILI

DE EO QUOD AIT DOMINUS :

Non veni pacem mittere in terram.

LIBER SEXTUS.

Et sponsos qui nunc filii habentur, parentum desiderium trahit, et properant ad genitores annuntiare sponsæ honestatem et colloquia, quique et parentibus manifestus est mos ejus, et habitus, et affectus. Festinant autem iterum et ad sponsam, memores illius ab initio mandati, qui ait : *Relinquet homo patrem et matrem, et conjungetur mulieri, et erunt ambo in carne una* [80]. Lætantur autem et parentes videntes filios patres. Et scimus sponsum verum Ecclesiæ Dominum. Sed quia lumen illud verum luminaria facit, et magister ipse solus in Ecclesia posuit et magistros, et pastor ipse bonus pastores constituit, sponsus quidem ipse verus est, ut est sponsus. Quia autem mysterialis est, mysterialitas ista non maculatur sponsa, si et servos in honore suscipiat sponsi. Dicebat enim sponsus Dominus, ut audistis : *Qui vos suscipit, me suscipit* [81]. Apparet autem quantum sponsalitas ipsa emineat, ab ea quæ in mundo est periculosa; non enim istinc mulier adjuvat virum, sed sponsus sponsam : non sponsa servit viro, sed sponsus servit et dicit : Ego libenter pro animis vestris erogabor, et memetipsum tradam. Et horum quis est dignus? Si enim ille qui vere est sponsus Dominus et Deus Dei non nati unigenitus Filius, qui in figura Dei constitutus, propter charitatem sponsæ, formam servi accepit : si Dominus in figura servi propter dilectionem sponsæ; qui natura servi sunt, quid putas quam C figuram debent assumere? Sustinet sane sponsus quanta ad correctionem sunt necessaria et ornatum sponsæ, patitur et labores et vigilias et adinventiones : vigilat enim ut reficiatur sponsa, et laborat ut adornetur, et invenit ut pascatur. Natus enim illius efficitur sponsæ ornatus. Quid autem dico de Filio qui de cœlo descendit, ut captivam sibi acciperet sponsam, illam quæ ante erat sordida, quæ fuerat fornicata, quæ comas habebat impuras, quæ et ab intus et a foris non erat bona, in quam illuserunt dæmones, quæ fœdabatur in montibus, quæ nuda currebat, quæ lectiones dæmoniorum habebat, quæ turpia cantabat, turpia ludebat, turpia loquebatur : quæ ne quidem in itinere hominibus concedebat, quæ portabat lapides, et fornicabatur ad ligna, D quæ fumigata erat, quæ redolebat nidore fœtido, quæ quid non mali habebat? Cui enim et alio decebat talem sibi eligere sponsam, quam illi qui erat misericors sponsus? nihil enim habebat hortamenti ad dilectionem quæ assumpta est. Quia ergo nihil erat ab ista adhortamentum, ideo facta est gratia ejus qui accepit talem : pro odio enim quo erat digna, dilexit eam; pro pœna honoravit, pro mortali mortuus est, pro condemnata condemnatus est, pro injuriosa ipse passus injuriam et accipiens sputamina in sanctam faciem, et ante sputamina eam suscipitis (81). Ista enim sponsa, ancilla ex servis erat, a patre non bono, et matre quæ erraverat, contu-

[80] Gen. II, 24. [81] Matth. X, 40.

(81) *Suscipitis*. Forte, *suscipiens*.

max a contumacibus, in multo tempore capillos habens captivos et ungues, et in omnibus sordida. Et quod est maximæ admirationis, ille erat sanctus in sanctis habitans, sedens ad dexteram Patris, mundus a mundo procedens, lumen verum, sol justitiæ; ille qui ab angelis adorabatur, passus est ut ab hominibus illuderetur. Et ego quidem miror nos et sponsam, quia non stupuimus illius qui advenit gratiam, et illius qui misit donum, et non statim, non insania quadam, sed religiosa mente et fervido desiderio spoliati, corpus et animam, ut ita dicam, retribuimus Deo pro omnibus quæ nobis retribuit. Quid autem et ei possumus retribuere? Moriemur pro ipso, sed ipse primus pro nobis mortuus est. Et nos quidem si moriamur, naturaliter suscipimus mortem; ille autem contra naturam patiens fuit ad mortem. Et nos quidem si fuerimus mortui, lucrabimur nosmetipsos : ille autem mortuus est non ad utilitatem propriam, sed ut nos lucraretur. Et nos morimur ad spem vitæ : ille autem vita est vivens. Et nos in martyrio patimur, ut non cum mundo condemnemur, fugientes per mortem gehennam, et in hæreditate accipientes regna cœlorum. Nos ad mercedem; ille propter charitatem. Si quis autem consilio assentit meo, sit quidem merces ab ipso, non sit autem nobis cursus ad mercedem : non enim quia promittit ideo debet et diligi, sed quia talis habetur, et talis est Filius : non quippe diligatur ob ea quæ donat, sed propter naturam sui et ante donationes. Siquidem et hoc lumen sensibile, non quia pascit oculos amatur, sed quia clarissimum habetur. Nonnunquam enim et fontes videntes perspicuos et puros, et si non admittit tempus bibendi, tamen miramur pulchritudinem, etiam non adveniente usu. Et ad cœlum respicientes delectamur, non quia manducamus. Si igitur opera ejus ita sunt bona, et ante gustum et escam delectant cum videntur, et coaflectari faciunt; ipse qui vere supra omnem pulchritudinem habetur, et vere est bonus, non ex mercede habeat dilectionem, sed ex natura amorem. Ego sane nonnunquam in cogitatu isto adveni; venite et vos ad suspicionem bonam : sæpe enim a sanctis Evangeliis et vere divinis de Domino Jesu audiens, auditum ad visum converti : videbam enim admirationem novam Dei, Filium Deum in terra corpus habentem : et putans adesse spectaculum ex Scripturis pene et porrecta manu apprehendi fimbriam vestimenti ejus, ne forte et a peccatis liberarer. Non igitur fraudemus nosmetipsos a visione Dei unigeniti, qui pro nobis ad nos venit : nam etsi in corpore advenit, tamen non latuit Deus nube circumamictus. Si enim et apud nos animæ status datur ad visum per oculos, per faciem, per maxillas; qualem putas esse illam faciem, qualem illam divinam constitutionem, illum tranquillum oculum, illam honestam linguam et motum? Unum est quod confert ejus adventus, ut suscipiatur talis habitus in terra a mortalibus. Quia ergo non est idonea nostra natura verbis assumi ad tantum Dei Filium Deum, qui ut non solum verbis edoceret, sed et operibus informaret, venit visibilis, ut et dum videtur, ostenderet invisibilem. Et mihi quidem ipse sit testis sermonis. Cum enim lavaret Dominus pedes servorum, magister discipulorum, et excusante Petro dicebat formans eos et dicens : *Hæc ego ideo facio, ut et vos edoceamini invicem eadem facere* [92]. Sicut igitur in illo actu dictum est quod mandatum est, quia ideo facit ut ostenderet totum; ita audi quia venit formare ad deitatem homines. Miserabiles autem sunt qui non inspiciunt; beati vero oculi eorum qui vident. Videtur enim et nunc Dominus : si quis enim habet oculos videt : nunquam enim ille discedit, sicut ipse dicit : *Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi* [93]. Adest Dominus si habes oculos, et antequam audias vides. Si autem non vides a temetipso, movere cum eo qui ostendit, et videbis. Si autem et cum ostensum tibi fuerit non vides, lamentare cæcitatem tuam debebis. Sicut enim non potest oculus sine lumine videre, ita non potest nec mens sine Deo vivere : celerius quippe salvabitur piscis sine aqua, quam anima sine Christo. Quid ergo? Num non vivunt gentiles, et Judæi, et hæretici? *Permitte*, inquit, *mortuos sepelire suos mortuos* [94]. Venit Deus apportans hominibus, quod nullus hominum adduxit : non enim erat servorum magna donare, sed servorum erat Regis adventum annuntiare : donare autem ipsius erat Regis; ideo et præcursores dicebant : Veniet. Ipse autem qui loquebatur adveniens donavit : per Moysen enim data est lex, sed nihil factum est; gratia autem et veritas non data est, sed facta est, et correxit. Sicut enim mulier illa quæ fontem sanguinis contra naturam habebat, fatigata est medelas hominum sustinens; profuit autem ei nihil, sed tantummodo consumebatur et corpore et facultatibus : ita secundum formam istam humana natura accipiens medelam a prophetis et sacerdotibus et a lege ipsa, non est curata; sed is qui sine lege erat subingressus est, ut abundaret peccatum. Quia igitur non erat hominis corrigere hominum passiones et vitia, Deus accepit infirme hoc ipsum quod jam erat emortuum, et subingressa est vita, ut præsentia virtutis repercuteretur virus serpentis, Quis non movebit ad desiderium Christi? Siquidem Christi Pater. Illi enim decet talis et tanta largitio : *Nemo enim*, inquit, *potest venire ad me, nisi Pater meus attraxerit eum qui est in cœlis* [95]. Non quia vim facit Deus, sed quia domat homines mortales, pro quibus mortem immortalis gustavit. Nolite in vacuum gratiam ponere, non in somno Evangelium : sed evigilantes computate quid factum est, quid natum est, quid donatum. Deus Filium suum misit : qui non obedit ei, habet judicium. Misit, inquam, Filium suum Deus, justitiam ad iniquos, eum qui sine peccato ad peccatores, obe-

[92] Joan. XIII, 15. [93] Matth. XXVIII, 20. [94] Matth. VIII, 22. [95] Joan. VI, 44.

dientem ad contumaces, gloriosum ad ignobiles, eum qui ad dexteram Patris ad eos qui in terra jacebant, Filium ad servos, judicem condemnandum pro his qui erant condemnati. Quis non accendatur? Quis non stupeat? Quis non e flamma ista viscera accendat sua? Si non sumus lapidei, et ante sermones non movent, deflere nos convenit, quia putantes nos vivere, mortui sumus. Quibus Jesus non placet Deus, hos putas quid delectabit? Si autem pulchritudo in carne emortua, et lapides pretiosi, et margaritæ claritas, movet alacritatem hominis; cum Deus Filius fuerit visus, a quo et bona ista sunt facta, quomodo non vere veniet passio illa in homine, de qua dictum est: *Diliges Dominum Deum tuum ex omni anima tua, et ex omni virtute tua, et ex omni potentia tua, et mente et sensu tuo*[96]? Apparente enim Domino Jesu, non derelinquitur pars aliqua dilectionis ulli, quia non dividitur charitas ad Deum et ad homines, et ad emortua quæ in terra sunt : sed sicut antequam appareat sol, et lucernis fruimur, et stellas patimur, et luna delectamur; cum autem sol fuerit visus, quædam quidem non parent, quædam autem et occultantur, omnes autem convertunt facies suas ad solem; et cum multa sint bona, omnia enim bona valde : cum autem apparuerit is per quem ista bona, bona; nihil eorum quod bonum est jam videbitur bonum. Si quis vidit effigiem audit, si quis non videtur et ut videat, et consentiat his quæ dicuntur : amores enim claræ pulchritudini contendunt; quantum enim bonum est quod diligitur, tanta et mensura est charitatis. Si enim oculi fuerint in facie boni, tanta motio efficitur, quantum et oculi fuerint moti : ei (82) autem aliud aliquid in oculis, duplicatur amor : si tota facies fuerit bona, totius vultus charitas mensuratur : si autem et alia membra fuerint bona, addita pulchritudine, crescit et desiderium. Jesus autem totus est bonus, et vere bonus, boni enim Patris progenies est bona; cujus pulchritudinem clamat cœlum per suam speciositatem. Istum collaudat et solis splendor, istum prædicat luna et incipiens, et plena, et deficiens. Stellarum autem chori istum coronant, sed non opera in istum, aut ab operibus gloria ejus, sed ex sui natura. Mare istum fluctibus præfert, terra eum fructibus coronat et floribus, choros autem ei et animalia dum exsultant, faciunt. Cum autem audis quia glorificatur Filius ab omnibus, noli oblivisci Patris quem glorificat Filius. Sed de inenarrabili et non nata natura Patris in memoria venire timor est. Quia ergo ille timorabilis est propter bonitatem et supereminentem benignitatem, et quia nos non possumus ad illum nec mente respicere; imaginem ejus considerantes miramur indicibilem illam virtutem Patris : et ideo eum qui ad nos venit consideremus, et habebimus fructum. Dicit enim et ipse : *Si quis me videt, videt et Patrem*[97] : qui enim imaginem videt; per imaginem, principalem agnoscit. Filius igitur ad nos venit, non tamen nos ad ipsum; vel nunc autem nos ad ipsum simus : Deus vocat; et his qui non adveniunt, sufficit pœna quia non obediunt. Vocat Deus. Ad quæ? Ad ea quæ decent Deum. Et certe Abraham vocavit Deus, et præcepit unigenitum Filium suum offerre sibi. Et videtur perniciosum hoc esse, forte tibi, non tamen Abrahæ; Abraham enim lucrum duxit : videbantur enim jurgari viscera et religiositas. Sed adhuc apud nos jurgari possunt; Abraham autem ne quidem dubitatio fuit, nec cogitatus, nec dilatio : sed lætabatur Abraham, quia victurus erat filius ejus oblatus : amor est enim religiositas, in qua et charitas mensuratur, et affectus impletur : si enim charitas non fuerit otiosa, omnia erunt etiamsi coaffectatus fueris; propter timorem enim si obedieris, perfectus non eris; propter comminationem autem gehennæ, mali servi malum propositum habebis : propter autem regna cœlorum voluntas est mercenarii. Quæ autem decora est via? stupere bonum, mirari immensum, amare Deum. Si enim scis, non potes non diligere; si vidisti, non potes non coaffectari. Nihil enim ex omnibus quæ sunt, neque omnia simul, tantum illiciunt, quantum delectat unus omnium Dominus. Ita illicit et Pater si fuerit visus : tantum enim si apparuerit, nihil jam quis sustinebit. Videbitur autem ab his qui mundo sunt corde; si enim mundum fuerit cor, effulget inde lumen, et videbitur quod effulget, et statim martyres, confessores, sanctimonium, virginitas, natura mortua, membra crucifixa : desiderium enim fervet in animis, et conjungitur ad desideratum : cum enim adunaverit quis bonorum conventus, cœli magnitudinem, et ea quæ in ipso sunt est pulchritudo, solis prædictam claritatem, et aliorum omnium quæ illic sunt bona; nec non et ea quæ in terra germinant, florent, expanduntur, procedunt, nascuntur; et ea quæ in aere volant, et in aquis natant : cum hæc omnia adunaverit ut componens in unum, ne quidem gutta ut ad illam pulchritudinem erunt, ut desiderium stupore magis sit, et charitas, et admiratio, ut talis jam homo desideret novam quamdam constitutionem sui invisibilem fieri : affectus enim ad invisibilem invisibilis habetur, et solitudinem quærit. Qui autem ad istam constitutionem occurrerit, nescit quia et cœlum et terram non videt, nec novit in quo in terra est loco : maris autem ne quidem memor est, et flumina despicit : solem non videt, lunam non considerat, stellarum memor non est; despicit autem et angelorum choros : unus enim ille non permittit dividi visionem ad multa. Qui enim in tali constitutione habetur, nescit quia et carnem habet, et quod est maximum, nec animæ suæ memor est : totus enim evacuatus

[96] Deut. VI, 5. [97] Joan. XIV, 9.

(82) *Ei*. Forte, *si*.

in illum est quem desiderat, et universa ei sunt emortua, et illi vivit soli. Et hoc est illud insigne quod ait Apostolus : *Vivo ego, jam non ego, sed vivit in me Christus* [98]. Desiderio enim totus devoratus et a semetipso discedens, illius autem affectus; bona quidem morte est mortuus, bonam autem vitam commutavit ut dicat : *Vivo jam non ego.* Si quis unanimis et ipsius linguæ est Paulo, audiet Paulum dicentem : *Vivo, jam non ego.* Sed quæ tua est vita, o Paule? *Sed vivit,* inquit, *in me Christus.* In quo vivit Christus, Christum indutus est : istiusmodi homo qui Christo indutus est, non tunicam, sed sicut ferrum igne totus per totum incanduit, totus per totum illuminatus est, nullus ei jam relictus est non motus, non affectio. Sed nos qui Christi sensum habemus, non pigebit nos dicere, B quia talis homo Christus est factus. Quemadmodum autem, sicut dictum est, miscetur affectus desideranti, et oculus lumen suscipiens efficitur luminosus : et ferrum; sæpius enim repetuntur bona; ante ignem quidem ferrum erat, in igne autem ignis magis quam ferrum est factus. Audite desiderantium verba ne forte et vos moveamini ad desiderium. Dicit iste ebrius non vino, sed quem inebriavit Christus desiderio : *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Christi* [99] : in quibus illi confunduntur, alii gloriantur : qui enim ebrius est nescit irrideri, sed irridet irridentes, est enim totus in vino. Si ergo qui in vino est non irridetur; putas qui in Christo est scit quid est confusio? non enim C ita tangit vinum hominem, quantum tangit virtus : neque ita tangit ignis ea quæ in ipsum incurrerint, quantum illuminat Filius eos qui se fuerint induti. Quis putas habet Christum qui prædicatur, ut noscat ea quæ dicuntur? cum enim non fuerit conscientia intus quæ sermoni testetur, otiosa ejus qui loquitur verba habebuntur, et efficietur, qui loquitur, barbarus iis qui non audiunt. Cum autem præveniens anima recondiderit sibi, et finita fuerit desiderio; forte et irascitur ad dicentem, quia non tanta interpretatur quanta ipsam movent. Sed concredite quicunque ita proposuistis; ininterpretabilis enim est qui desideratur. Ego sane beatam dico illam, quæ digna judicata est Deum portare in utero. Ego et præsepium illud diligo, in quo D vitæ positum est medicamen. Et magos beatos dico ob immutationem artis. Beata et Rachael, et jam non ploret, quia ejus filii martyres exstiterunt Christi. Simeon autem ille et Anna ideo gratias agebant, quia digni judicati sunt videre quem desiderabant multi quidem, viderunt autem non omnes. Joannes autem ille qui in pectore recubuit Domini, inde hauriens nobis loquitur : *In principio erat Verbum* [1]. Petrus vero qui a Patre dignus judicatus revelationem accipere, et videre eum quem non videbat, et noscere eum qui occultabatur. Vere beata et Petra, in qua sumus et positi : beati et maris fluctus qui vestigia Domini osculati sunt; et pisces qui præcepto educti sunt. Beatus et ille piscis qui dedit pro Domino censum. Beata et terra et mare : utraque enim passus Domini susceperunt. Beatus et Zacchæus qui cucurrit ad ficum, et vocatus ad domum est. Et peccatrix illa mulier, quæ bona importunitate ingressa est recumbentibus : contaminata enim introivit, et mundata exivit. Ergo omnes beati ex adventu Christi, et mortui qui jam non mortui, et cæci jam non cæci, et claudi salientes, et muti laudantes, et ille qui sedebat ad pedes, qui ante a legione impulsus currebat. Beati qui in nuptiis biberunt vinum ex præcepto. Quid ergo omnes beati, aut quidam et miserabiles? Judas enim qui utinam natus non esset! putas quia apud semetipsum non dixit: Utinam non venisset, ut ego non condemnarer! Putas et Judæi si voluissent fuissent beati, et primi? Quid ergo? Quia noluerunt Judæi : *Num incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? absit* [2]. Qui enim venit ad faciendum bene, venit siquidem et lumen oritur, non ut occidamus aliquem : ille enim malus est, qui bono utitur male. Nam et ferrum datum est ad culturæ medelam : si quis autem ferro usus occiderit, non est culpandus qui donavit. Siquidem et ignis ad curas, ad luminaria, ad excoctiones datus est nobis : si quis autem eo ad incendendam proximi domum fuerit usus, ille malus est qui utitur male. Neque aqua mala quia præfocantur quidam : si enim ipsam quæ ad usum plurimum et ad refectionem data est, bonam quidem, male ad interficiendum utuntur, ipsi potius perniciosi sunt, quam opificium. Et lapis ad constructionem est datus, Cain autem eo ad interfectionem fratris est usus : tantum enim mali sunt qui sunt mali, quia bonum ad malum convertunt. Jesus pax est, et venit pacificare quæ in cœlo sunt et in terra. Si hæc vera sunt, sicut vera; quid faciemus his quæ lecta sunt hodie? Dicit enim ipse Salvator in Evangelio : *Nolite putare quia veni mittere pacem in terram* [3]. Nunquid nix calefacere potest, aut ignis dare frigorem? Nunquid pax potest non mittere pacem? Quomodo ergo ipse pax dicit : *Nolite putare quia veni pacem mittere in terram?* de qua sane dictum est, et de quo, quia *venit pacificare quæ in cœlo sunt et in terra* [4]. Siquidem et alibi dicit Evangelium : *Venit, non uti judicet mundum, sed ut mundus salvus fiat per ipsum* [5]. Qui credit salvatur : qui autem non credit judicatus est. Et iterum : *Non veni nisi ad oves perditas domus Israel* [6] : et certe magis perierunt. Quid ergo ista contraria sunt? Num ut dividantur, veritas non consentiet sibi? Si igitur veritas discesserit sibi (83), perdet et naturam; mendacii enim natura in dissensione est, veritatis autem natura consensio

[98] Gal. II, 20. [99] Gal. VI, 14. [1] Joan. I, 1. [2] Rom. III, 3. [3] Matth. X, 34. [4] Coloss. I, 20. [5] Joan. III, 17. [6] Matth. XV, 24.

(83) Ms., *dissenserit sibi.*

est. Quomodo ergo ista sibi consentient? Jesus pax est, et ipse dicit : *Nolite putare quia pacem veni mittere in terram*. Dictum autem de eo est : *Venit pacificare ea quæ in cœlis sunt et in terra*. Quomodo ergo non venit pacem in terram mittere, qui ideo venit, ut et ea quæ in cœlis et in terra sunt pacificaret, et ad oves perditas domus Israel venit, et inventæ sunt pereuntes? Non est missus judicare, et invenitur condemnare. Si quis desiderat ea quæ sunt Domini edoceri, projiciat omnia ex corde suo, et mundo oculo mentis intendat. Propositum quidem Dei qui misit Filium suum tale erat, ut salvarentur homines. Obedientia autem ejus qui missus est ea, ut pax esset in cœlis et in terra. Unde ergo non pax? Ab infirmitate quippe eorum, qui non potuerunt suscipere splendorem luminis veri. Ipse enim pacem prædicat, et ideo hortatur hoc Paulus apostolus, et dicit : *Ipse est enim pax nostra* [7]. Eorum scilicet qui credunt et suscipiunt, pax est. Quomodo ergo non pacem mittit in terram? Filia credidit, pater incredulus remansit. *Quæ communicatio est fideli ad infidelem* [8]? pacis enim prædicatio divisionem operatur. Filius fidelis, pater incredulus : ex necessitate lis est; et quæ prædicatur pax, operata est divisionem, et bonam divisionem; in pace autem salvati sumus. Ut non autem ego illius interpreter; nihil enim est quod non ejus debeamus audire : ipse dicit : *Ne putetis quia veni pacem mittere in terram*. Et adhuc vehementius addit : *Non veni pacem mittere, sed gladium* [9]. Quemadmodum non pacem, et quemadmodum gladium? *Veni enim incidere hominem adversus patrem suum* [10] : accipio enim filium ejus, et non delectatur pater. Adverte autem et ipsorum efficientiam sermonum; quia enim dixit gladium incidere, addit : *Nolite putare quia veni pacem mittere in terram*. Non suscipit terra. Non veni pacem mittere : iterum audi in terram : Ego enim, inquit, pacem prædico, sed terra non suscipit. Non ergo seminantis propositum : ipse enim sustinuit ut facerent uvam, fecerunt autem spinas. Neque is in causa est, qui benefecit vineæ : *Veni* enim, inquit, *incidere hominem adversus patrem suum, et nurum adversus socrum suam*. Isti sermones rebus ipsis firmantur. Quanti enim ex his qui hic nunc convenerunt, habent eorum quæ dicuntur experimentum? Est enim pater increpans filios ob credulitatem, et filii monentes patres ad fidem, et filiæ docentes matres. Si enim et ex ipsa natura omnes, sed non ex eodem proposito. Denique et ex conspersione una pollinis, quædam quidem quæ in fermento sunt dissolvuntur, quædam autem quæ fermentata sunt continentur : et carnes aliter tenentur quæ salem habent, aliter quæ sine sale corrumpuntur. Nam etsi ipsa natura sit carnis, non tamen ipsa permistio. Aliud vinum est sine aqua, et aliud cum aqua. Et figulorum ad permistiones diversitas habetur : et in rosis habetur diversitas, in colore scilicet et odore : et in fructibus est varietas, et magnitudinis, et coloris, et gustus, et tactus : et vinum ex vite est omne, sed gustus diversi : et oleæ fructus varificantur. Sed horum omnium varietas, et animalium, et eorum qui ex ipsa sunt specie : equus enim equo velocior, et non tantum, quantum homo homini : nullus enim equus currit retrorsum : homines autem quidam sunt religiosi, quidam sacrilegi, alii pudici, alii luxuriosi, alii diripiunt aliena, alii spargunt sua, alii stuprantur non suas mulieres, alii ne quidem suas contingunt. Non enim tanta diversitas est terræ, quanta varietas animarum : ille enim martyr exsistit, alius persequitur; et natura quidem ipsa est, voluntas autem adversa (84). Inde est ut ille quidem ad Ecclesiam currat manicans, alius ad lapides offendat exsurgens ad lumen. Inde est ut ille lætetur quod est pudicus, alius gaudeat quod in libidinibus volutatur. Inde est ut ille in foro vendat et distrahatur, alius ad Ecclesiam veniens semetipsum lucretur. Inde est ut ille aliena colat, alius sibi parcat. Inde est ut ille lapides ædificet, alius virtutes superponat. Inde est ut ille corpus detergat, alius animam perdat. Ista est non pax, sed dissensio; quia alius aliter sentit, et alius aliter sapit. Nec enim cum ortum hoc sensibile fuerit lumen, omnes similiter suscipiunt. Sed illi quidem qui sanos habent oculos, et occurrunt, et attendunt, et fruuntur : qui autem infirmantur oculis, corrigunt se, et vitant, et fugiunt. Nam et latronibus onerosum est lumen, et furibus non dilectum, et adulteris odiosum. Denique et ea quæ repunt fugiunt; ortum est enim lumen; et qui sunt ebrii non libenter accipiunt, quia urget eos lumen exsurgere. Sunt sane et quædam animalia versipelliones et belluæ, et quæcunque istius generis habentur, quæ in totum non sustinent luminis radios. Sunt autem et hominum multi versipelliones, et versipellionibus pejores, viperæ magis quam homines, amari, invidi, malitiosi, quos omnes fugat lumen cum fuerit ortum. Iterum autem sermo recurrit ad ipsum certamen, his quæ heri sunt dicta. Iterum enim propositus est Dominus Jesus, et proposita sunt alia multa. Pater litigans, mater contradicens, soror increpans, frater exprobrans, servi exsurgentes, ancillæ exaggerantes. Unusquisque enim suam voluntatem ante salutem filiorum præponens, trahit ad suum propositum ignorans proditionem. Certamina ergo pro Christo nobis sunt : Christus tantum lucrum est : ille enim venit ad Ecclesiam, alius distrahit et emit oblitus Christi : ille audit Christum per Evangelia loquentem, alius et adest pedibus, et mente foras vagatur. Ille patri donat perditionem suam, alius matri consentit ut non Deo quod convenit restituat. Ad multos igitur convenit jurgari, ut multæ efficiantur coronæ. Ad diabolum quippe et milites ejus : multi

[7] Ephes. II, 14. [8] I Cor. VI, 15. [9] Matth. X, 35. [10] ibid. 53.

(84) *Adversa*. An *diversa*?

autem sunt et isti. Urgetur sane et pater, et mater, et fratres, et cognati, et amici, et servi, et ancillæ; ex multis enim tristitia est, ideo ut et tanta habeatur lætitia, et addantur nuptiæ, et promissiones opum mortales, sed nec mortuæ : quæ enim nunquam vixerunt, ne quidem mortua vocentur, sed alia pejori nuncupatione. *Sed in his omnibus*, inquit Apostolus, *supervincimus propter eum qui nos superdilexit* [11]. Et si quis Apostoli imitator est ; qui enim imitatur eum, imitatur Christum ; transit ab imitatione ad principalem. Jurgentur omnia ut coronemur; in omnibus sit jurgium ad pulchritudinem, ad possessiones, ad divitias, ad cognatos, ad patrem, ad matrem, ad fratres, ad servos ; et vicini impugnatores exsistant : sufficit enim charitas unius ut superet omnia. Ego autem et miserabiles puto, qui non sunt experti istiusmodi turbelas propter Dominum Jesum. Illis autem congratulor qui habent in mente et conscientia sua dicere. Ecce Dominum tui propter (85) inimicus est mihi pater meus, expugnatrix mater, frater insistit, servi contristant, ancillæ jurgantur, et nullus horum mihi ut inimicus est propter tuam dilectionem. Siquidem et in bellis milites quantas plagas ob amorem regis accipiunt? nonnunquam enim et gaudentes ostendunt et sanguinum fluxus, et plagarum cicatrices, per quæ experimenta fulgent amores qui ad regem sunt habiti. Et certe quærat unusquisque, et pigeat unumquemque, ut alius acceptus sit. Ille quidem ita proposuit, alius aliter alacer fuit. Ut dinumerem singula, quid enim et habeo dinumerare propter eum ? Quis enim me exosum habuit propter Christum? Quis me castigavit propter eum? Quis me pater abdicavit? Quæ mater adversa me est ? Quis frater adversum me exsurrexit? O miserabilitas eorum qui non habent ista ! Alius autem dives et spissus in opibus, lætus est mente, quia a civitatibus et nationibus decantatur, quia theatrum est factus et angelis et hominibus. Dignus enim est qui desideratur, et quia increpatur et oditur, quia inimici hominis domestici ejus, et quia abscisus est ab eo pater, et non consentit mater, quia noctibus expugnatur, et per dies coronatur, mihi et meis visceribus et ossis bella quæ pro Christo sunt. Et unde mibi hoc supra dignitatem est meam, ut vel injuriam pro Christo sustineam ? Cruci autem figi et inverso capite, Petri magis est quam aliorum hominum. Ebrietate opus est et fervore, ebrietate non a vino, sed ea quæ ob amorem est Christi. Qui enim amant, nihil vident nisi eum quem diligunt. Nesciunt quia est alius in terrà : ubi enim thesaurus fuerit mentis, illic et anima habetur ; alia autem mortua sunt ei. Si increpas, nonne eum qui audit? Si castigas, nonne eum qui sentit? Qui Christi enim sunt, crucifixi habentur. Quid sine causa laboras? mortuus si torqueatur non sentit, etiam si increpaveris non audit : mortuus enim est. Timet autem ne quis malam vitam vivat : mortui enim sumus. Nam et qui mortuis sepultis mensas apponunt et escas, delirant. Si igitur mensas apponere mortuis deliramentum est, et comminari mortuis irrisio est : et certe adveniant et minæ, acuantur gladii, et exercitus, et leges, et civitatibus appareat Jesu Christi Domini virtus, et amor et flamma. Audite igitur qui Domini Jesu participes mysteriorum estis : audite Christum, cultores ejus. Quid dicit lumen verum? quid loquitur via? quid clamat janua ? quid vociferatur vita? *Qui diligit*, inquit, *patrem aut matrem super me, non est me dignus* [12]. Et non sufficit hoc. Iterum enim dicit: *Et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus* [13]. Ista est vocatio eorum qui militare desiderant Christo. Si quis igitur paratus est crucifigi, veniat : si quis alacer est ad mortem, si quis potest ad gladium, si quis ad flammam, si quis ad ignem, si quis ad exercitus, si quis ad concupiscentias, si quis ad libidines, si quis ad iram, si quis ad indignationem, si quis ad opes et divitias, et possessiones, et ædificia, et mercaturas, et ad principatus et potestates, ad visibiles et invisibiles inimicos, ad spiritus nequam, ad carnem, ad cogitatum animæ, ad nocturnas ambitiones, ad motus meridianos, ad juventutis fervorem, ad impetum, ad famem et sitim, ad homines, ad languores, ad sanitates, ad divitias. Per hæc enim omnia vincitur desiderium : magis autem desiderium neque vincitur, neque deflectitur, sed per ista omnia vincit, et iterum abundans in prædicatione est. Non enim tacet Verbum, Verbum Deus ; non tamen vox Verbum, quia nec Joannes qui vocatus est vox, vox erat, sed Joannes. Quid autem dicit qui venit salvare ? *Qui invenit animam suam, perdet eam* [14]. Forte obscurum tibi videtur quod dictum est : quia enim non habes sacramentum, neque omnes omnia intelligimus, neque omnes ab omnibus movemur, ideo putas obscura : *Qui invenit animam suam, perdet eam* [15], hoc est, qui vult invenire perdet. Quomodo? Quæ inventio est, et quæ amissio ? De ipsa eademque anima qui martyrium patitur, tollit hominibus, Deo autem invenit. *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam* [15]. Interpretatione non indiget sermo ; qui desiderat jam audivit. Ego autem compatior nostræ naturæ, qui ita sumus egeni, ut non possimus invicem nostro debito dare aliquid. Quid autem et possumus retribuere Christo Domino ? Animam quam creavit, corpus quod figuravit, pudicitiam per quam beneficium tribuit, martyrium per quod sanctificat, justitiam per quam honorat. Quæ videmur ei reddere, magis accipimus. Adveniat igitur flamma ad medullas, penetret ignis ad viscera, et accendatur anima ad martyrium, ad confessionem, ad pudicitiam, ad justitiam, ad misericordiam, ad jejunia ; ut et diabolus superetur, et dæmones de-

[11] Rom. VIII, 37. [12] Matth. X, 37. [13] ibid. 38. [14] ibid. 39. [15] ibid.

(85) *Ecce Dominum tui propter*, etc. Videtur verti debuisse *Ecce, Domine, propter te*, etc., quod est Græce Ἕνεκα σοῦ.

struantur, et homo pro Christo salvetur; et semper gratias agat Deo Patri per unigenitum ejus Filium, per quem est ei gloria, honor, imperium, manifestas, cum Spiritu sancto, et nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE MANDATO DOMINI, QUOD AIT:

Quod dico vobis in aure, supra tecta prædicate,

LIBER SEPTIMUS.

Verba hæc quæ lecta sunt, Domini martyres produxerunt ad passionem; per hos enim sermones flammam in eorum præcordiis accenderunt. Per istam doctrinam erexit eos, ut contemnerent præsentia, exspectarent autem futura. Per istam eruditionem armavit eos ad mortem. Utitur autem et hoc ordine servans officium: præcedit autem passionem martyrum constantia: qui enim non prædicat, nec tenebitur; qui non cum fiducia fuerit locutus, nec tristabit, sed præcedit constantia passionem. Cum enim anima de adventu Dei sat habuerit, aderit enim Deus in anima, quæ dum capiet omnia, non potest desiderium tacere suum, sed sentit quod habet, quodque non habet, qui sese fraudaverunt a bono. Ille autem qui amator Dei est constitutus, et humanitatem servat, statim propter Deum quidem lætatur, propter humanitatem autem non tacet: homines autem beneficium non ferentes, ignorant quis inhabitat in loquente, non ferunt sane nec constantiam. Sed sicut Judæi Stephano primo inter homines martyre Christi loquente obstruxerunt aures suas, ne ingrederetur Deus; ita et nonnulli hominum: quia enim constantia antecedit passionem, unde deberet istinc et incipit Dominus, qui producit martyres ad passionem. Dicit enim: *Quod dico vobis in tenebris, in lumine dicite, et quod in aure audistis, in tectis prædicate* [16]. Assumite, inquit, constantiam, exeant verba vestra usque ad terminos terræ: ne taceatis id de quo ipsi certi estis effecti: nolite abscondere talentum; mittite pecunias in mensis: exigam enim mea ad salutem illorum qui fuerint operati. Sed dicet quis: si bonum est in lumine dicere, cur ipse in tenebris est locutus? et si bonum est supra tecta prædicare, cur ipse in aure locutus est? Si enim ipse de semetipso dicere frau... is utique (86) quæ jam dixere Judæi, *Tu de temetipso testificaris, et testimonium tuum non est verum* [17]. Ne igitur ipse videretur honorem sibi vendicare et non veritatis causa loqui, et ne prævenirent statutam a Patre passionem Judæi qui omnia sunt ausi; B ipse quidem opportune tacet, discipulis autem loqui ea et clamare præcepit; non timens quippe; hoc enim ignorantium hominum est dignitatem Domini Jesu, sed dispensans, ut ipse quidem taceat in tempore, loquatur autem in tempore. Neque enim per omnia tacuit Dominus; ne putarentur aliena aliqua a se discere discipuli; neque semper locutus est, ne putaretur quod de se ipse testatur. Quid enim erat necesse et Joanne præcursore? *Ego*, inquit, *non ab homine accipio testimonium meum, sed habeo testimonium majus a Joanne* [18]. Non enim quæro, inquit, quemadmodum ego suadear, sed quomodo vos non sitis religiosi; siquidem non lucerna debet testari de sole, sed sol firmare lucernam. Et ne C quis miretur, putas obscuriores effici lucernas ex adventu solis? Non enim quod putamus hoc et provenit, sed hoc quod non intuemur superat: lumen enim minus a majori lumine, non minus dulcibus immissum minuit dulcedinem eorum: neque cum stellæ non parent, tanquam obscuratæ a lumine non videntur; sed in pelago luminis positæ, discretionem non præbent. Non indigebat igitur sol justitiæ lucerna ad testimonium; dicit enim Joannes: *Ego a te debeo baptizari*; sed indigebat quidem ille qui lucerna erat ardens: lucerna immissum habet lumen; non tamen ab intus efficientiam sicut sol [19]. Vos, inquit, modice voluistis gloriari in lumine lucernæ, vobis lucerna est utilis: illi autem ita erant cæci, ut ne quidem lucernæ viderent viam, neque in D lumine ambularent recte [20]: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine*; hoc est, absconsa quæ dicuntur clamate: *Et quod in aure audistis, prædicate in tectis*; assumite constantiæ fiduciam. Assumamus et nos constantiam. Sed quid est quod insequitur? Timemus ad insequentem suspicionem. Sed ait Dominus, *Nolite timere* [21]. Non igitur timeamus cum interficimur: ipse enim Dominus dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* [22]. Divisit timorem; et hominibus quidem dedit potestatem adversum corpus,

[16] Matth. x, 27. [17] Joan. viii, 13. [18] Joan. v, 34, 36. [19] Matth. iii, 14. [20] Joan. v, 35. [21] Matth. x, 27. [22] ibid. 28.

(86) Ms. *fraus esset utique*.

habent enim: Deo autem conjunxit virtutem, timore timorem ejiciens, et majori metu quod erat minus repercussit. Si enim, inquit, timere oportet, non hominem; major enim est Deus: sed pœnam mortis adversum corpus times: *Timete magis*, inquit, *eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* [13]: hominibus enim potestas adversum corpus, et hoc semel, est data: Deo autem potestas est et adversum corpus quod figuravit, et adversum animam quam creavit, et perdere non simpliciter, sed in gehenna. Major enim timor est gehennæ, quam mortis. Cur major? quia duplex est perditio, animæ et corporis: simplex autem et corporalis, quæ in morte habetur. Primo enim et si dividatur periculum, et homines quidem corpus, Deus autem et animam; neque ita æqualis est timor, sed quantum anima honorabilior est, tantum et major timor est a timore. Quia enim et corpus, adversum quod homines habent potestatem, comprehensum est; et hoc in manibus Dei est, et anima quam homines etiamsi vellent occidere non possent, et utraque hæc non ad mortem, sed ad gehennam dicuntur abire. Multiplicatus igitur timor est, et multitudine et magnitudine, ideo ergo timor timorem vincit. Sed dices: Quemadmodum possibile est perire animam in gehenna? Si enim perit, corrumpitur ejus immortalitas. Quemadmodum autem et corpus? Si enim vermes illic et stridor dentium habetur; non solum anima immortalis non perit, sed nec corpus; induitur enim immortalitatem et corpus. Si hæc quidem quærunt, intenti esse debent ad sermonis virtutem, quia quod nunc ait perdere, pro eo ut dicat punire, acceptum est; si enim periret, non esset in gehenna. Gehenna enim viventium pœna est, non tamen interemptio perditorum. Quia enim perditionem timebant qui mortem hominum pertimescebant, ideo ipso timoris sermone utitur Dominus, et dicit: *Timete autem eum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna* [14]. Neque enim convertitur anima ad mortalitatem; sine pœnitentia enim sunt Dei dona. Neque iterum resurrectionis promissione infringitur, sed sicut per Adam omnes morimur, ita et per Dominum nostrum Christum omnes resurgimus. Communem enim istam mortem Adam introduxit ob peccatum: erexit autem is qui assumpsit Adam ad resurrectionem. Ille enim qui de terra est, introduxit mortem; qui autem desursum venit, introduxit resurrectionem. Et resurrectio quidem communis est omnibus; hæreditas autem eorum qui ex viaticis aliquid proferunt suis. Præcesserat igitur adventus, sed repercussit eum timor; solutus est timor a timore. Necessaria autem erat et adhortatio. Quæ adhortatio? Dicit Dominus: *Nonne duo passeres;* duo et non multi: et passeres, et non majores aves; *uno assario distrahuntur* [15]? neque uno assario unus passer, ut quod minus est, ex pretio ostenderet. Quæ enim pretiosa sunt, in distractione unum et unum venditur, et ampliore pretio: quæcunque autem frivola aut (87) olera habentur, multa simul assario venundantur. Volens ergo frivolos passeres ostendere, Assario, inquit, uno duo passeres distrahuntur. Accepit quod erat minimum, ut hortaretur eos qui in honore habebantur: *Et unus ex ipsis*, ait, *non cadit in terram sine Patre vestro qui est in cœlis* [16]. Si igitur passeres qui parvo pretio distrahuntur, umbræ, ut ita dicam, et nec dum carnes non capiuntur neque accipiuntur, non dixit sine Deo, sed sine Patre vestro, inquit, ut propositio paternæ dilectionis protenderet defensionem, et radicaret adhortationem. Ita et in alio loco adhortans frugalitatem, et cupiens superfluas sublevare sollicitudines, ait: *Si fenum agri quod hodie est, et crastino in clibanum mittitur, Deus ita vestit, quanto magis vos, modicæ fidei* [17]? A minimis admonet eos, qui meliori sunt dignitate: ita et nunc quia nullius pretii sunt passeres, quantum ad comparationem hominum; parvo autem pretio, ut nullius pretii distrahuntur; cupiens nos admonere dignitatis nostræ, producit constantes fieri debere. *Nonne duo*, inquit, *passeres assario distrahuntur, et unum ex ipsis*, non duo simul, sed unum ex ipsis, *non cadit in terram?* Propter volatum ait, pro eo ut diceret, non capietur sine Patre vestro. Si igitur quorum non est Pater, nec minimum proditur sine ipso; multo magis vobis quorum est Pater, præbebit defensionem. *Vestri autem*, inquit, *et capilli capitis numerati sunt* [18]. Timor de anima erat, aut de corpore? Sed de anima, inquit, nolite timere: non poterunt enim, ait, ne quidem qui voluerint, occidere animam. Sed de corpore timetis? Nec de capillis capitis vestri timere debetis; numerati sunt. Si igitur neque de anima, neque de corpore timere oportet; quantum ad nos spectat, ablatus est timor: *Vestri enim*, inquit, *et capilli capitis numerati sunt*. Num nostri tantum capilli? Sabulum enim maris latet scientiam Dei? aut enim semina feni, aut pennæ passerum ignorantur? Quantum enim ad sermonem spectat, videtur dicere, quia vestros etiam capillos novit Deus. Alia autem quæ putantur contemptibilia esse non contemnit, sed habet scientiam omnium. Nam et illud quod dicitur in Scripturis, *Omnia ei nota sunt:* non frivole quippe, neque cum labore, aut cum dolore, sed inenarrabiliter omnia prævenit scientia. Quid ergo est quod accepit dicens: *Vestri autem et capilli capitis numerati sunt?* quia provisor est vestri usque ad capillos. Si igitur animam jam armavit immortalitate, carnem autem ex eo quod provideat et defendat usque ad capillos; quid relinquitur ad timorem? quid ad timorem relinquitur, ut hominibus casus, utpote opum, divitiarum, amicorum, parentum, propinquo-

[13] Matth. x, 28. [14] ibid. [15] ibid. 29. [16] ibid. [17] Matth. vi, 30. [18] Matth. x, 30.

(87) *Aut.* Forte, *ut.*

rum, patriæ ipse affectus? Inde est ut dicat: *Qui diligit patrem aut matrem supra me, non est me dignus* [29]. Tria enim ista sunt quæ circa nos, et in nobis et nostra sunt: quod enim sumus, anima sumus. Si quis autem et semetipsum agnoscit intentius, et veluti in secundo loco, nos corpus sumus; tria ergo sunt quæ in nobis sunt: quæ autem circa nos, possessiones, amici, parentes et patria. Sed de anima nullus timor est, quia immortalis est. De corpore ablatus est timor, quia et capilli nnmerati sunt. De his autem quæ extra sunt, dicit Dominus: *Si quis reliquerit propter me et regna cœlorum, patrem, aut matrem, aut fratres, aut filios, aut uxorem, aut cognatos, aut domum, habebit et in hoc mundo centuplum; in futuro autem vitam æternam* [30]. Ergo nulla occasio derelicta est timori. De anima enim timere non debes timorem insensatum, ne puteris mortalem dicere immortalem. Sed de corpore times: possunt enim occidere: defendit usque ad capillos qui creavit. Sed amicitiam quæris, et patrem, et matrem: esto memor ejus qui ait: *Qui diligit patrem aut matrem supra me, non est me dignus* [31]. Sed divitias, et quæ his sunt similia desideras. Quicunque reliquerit patrem aut matrem, aut domum, aut quæcunque sunt supra terram propter me et regna cœlorum, centuplum habebit: sicut hi qui seminant in bonam terram, in isto quidem sæculo centuplum, in futuro autem vitam æternam. Nolite ergo timere. Si enim unus passer non cadit in terram sine patre vestro qui est in cœlis, multorum autem passerum vos meliores estis; non habet locum timor. Quia igitur interemit timorem, reperit (88) constantiæ fiduciam cum confessione, et dicit: *Omnis quicunque me confessus fuerit ante homines*, isti enim sunt qui persequuntur, *confitebor et ego eum ante Patrem meum qui est in cœlis* [32]. Et primo quidem intercipit timorem, secundo autem immittit spem: Quicunque me confessus fuerit ante homines, confitebor et ego eum: puta quia hominibus conveniens est Deum confiteri, Deum homines quomodo convenit confiteri? De hominibus ut non dicat ad eos: *Recedite a me, nescio vos* [33]; sed ut magis dicat ad eos: *Venite, benedicti Patris mei* [34]. Intueris abnegationem Filii de hominibus, et confessionem Dei de hominibus? Num possibile est ei dicere, nescio Patrem? Scit quippe et homines, et hos peccatores ignorat: additamentum enim hoc solutionem quæstionis præbet; quia enim peccatores ignoti sunt, non quia ignorantur, sed quia non ab eo confitentur: eos enim qui malæ sunt vitæ nescit sciens eos qui sint. Si enim computarentur inter vivos mali, non venisset diluvium sub Noe: et alios quidem connumeravit quos salvat, quos autem nescit, perdit ut purget terram. Non ergo debuit eis parcere, qui

A ante sibi parcere noluerunt. Quid enim defuit illic ad patientiam Dei? Nonne præconem pœnitentiæ constituit eis Noe per annos centum, quantum autem ad suam promissionem per cxx? Nonne arca fiebat, ipso opere ad pœnitentiam hortans homines? aut modicum erat vas, quod posset etiam sub tecto fabricari? Nonne tantæ quidem altitudinis, tantæ autem longitudinis et latitudinis secundum mensuram? Fabricabatur autem arca ut tuba maxima, jam diluvium prædicans futurum, et ante diluvium pœnitentiam clamans. Si igitur cxx annis revocati a malitiis non sunt suasi, ipsi vim fecerunt ut supra eos diluvium adveniret, qui suaderi noluerint. Sed Sodomam evertit Deus, quia prius Sodomitæ naturam suam corruperant. Et certe ne quidem istic despexit Deus, sed passus est Loth ob

B contentionem pastorum ab Abraham separari. Forte autem et continentiæ sales misit ad Sodomam Loth [35], ut ejus justitia continerentur, ut a sale, et non corrumperentur. Illi autem et sales calcaverunt, et dixerunt ad eum qui insalabat, Habitare venisti, non tamen et judicium judicare. Et hæc dicentes justum adversum se judicium excitarunt, qui non fuere contenti adversus homines indigna, sed et insanierunt adversus ipsos sanctos angelos, qui venerant vindicare injuriam hominum ab eisdem admissam. Sed neque Noe despexit Deus in diluvio; numerati enim erant ejus capilli: neque Loth apud Sodomam. Alii autem Deum non

C tamen homines offenderunt, qui immutaverunt humanam naturam. Non est ergo increpandum Deo, quia nec si tauri occiduntur ad usum, neque quia oves et columbæ; varificatum enim est omne hoc, et abundantia est multa, et alia aliis necessaria sunt, et alia aliter creata sunt. Sicut igitur pro tauris qui occiduntur ad usum non increpatur Deus; et certe tauri non peccant, neque est irreligiositas in tauris; non solum non est increpandum de peremptione irreligiosorum, sed et mirandum. Debet enim laudari Deus, quia terram aquis abluit a spurcitiis habitantium: debet probari, quia per ignem conflavit nostram naturam, ut evocaretur nostra legitima. Ita nescit Deus quos non vult nosse, ita ignoravit eos qui sub Noe; ita nescivit

D eos qui sub Loth, et eos qui negaverunt eum ante homines, de quibus et dicit: *Quicunque me negaverit coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui est in cœlis* [36]. Negant autem Christum non solum hi qui in persecutione negant, siquidem nec qui confitentur in persecutionibus, ipsi soli sunt qui confitentur: sed descendamus ad negotia, et fugiamus irreligiositatem. Qui sunt ergo qui negant Filium, et ubi, et in quibus, advertamus. Cum quis ingreditur civitatem gentilium, et religione exposcente fronti imponere signaculum crucis confusus

[29] Matth. x, 37. [30] Matth. xix, 29. [31] Matth. xv, 37. [32] Matth. x, 32. [33] Matth. xxv, 12. [34] Ibid. 34. [35] Gen. xix, 9. [36] Matth. x, 33.

(88) *Reperit.* Forte, *repetit.*

fuerit; qui ingreditur suam glorificationem et virtutem crucis in fronte non ostenderit, iste etiam sine tormento negabit et sacrificabit. Quis autem et alius negabit Christum? Cum aliquis vocatus fuerit ad cœnam gentilium, et perrexerit: necdum enim hoc est prohibitum; vinum autem viderit a cœnante in terram effundi et libari, et accenso blasphemio ab his qui ea quæ sunt Domini ingrate manducant, cœperint blasphemare in Deum: ille autem ut Herodes propter discumbentes fuerit confusus et tacuerit, non ponens ante oculos suos Christum, negat profecto quem non respondens confitetur. Et ideo dicit Dominus: *Quicunque negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum ante Patrem meum qui est in cœlis*. Negat enim eum omnis quicunque audierit blasphemantes et tacuerit: negat omnis quicunque audierit crucem, et deposuerit oculum suum erubescens: qui dicunt, ad quos dicunt a parentibus accepi, tanquam propellentes a se bonum, et ut in malam hæreditatem incidentes; qui occurrunt quibusdam venientibus ad Ecclesiam, et trepidant pedibus, quia et mente; qui occultant jejunium tanquam ad opprobrium; qui confunduntur exire ad martyres, quia audierunt quosdam dicentes sibi, debuerant adjuvare martyres Christi: qui nolunt irrideri ab hominibus, sustinentes utpote illud quod ait propheta: *Qui habitat in cœlis irridebit eos* [37]. Semper persecutio est, semper invisibile bellum habetur, semper coronæ, semper abnegatio. Vultis videre certamina religiositatis? Nonnunquam efferbuit quis ira adversum subditum sibi; rememoratus autem Domini, deposuit acerbitatem: pejus enim est fervori incensæ iræ resistere, quam flammæ ignis quæ a foris habetur. Quia igitur martyr est qui propter Deum ad exteriorem flammam resistit: martyr et valde martyr, qui exstinguit interius incendium invidiæ propter Dominum Jesum; nonnunquam enim videtur aliquid bonum aut malum, et exsurgit invidia, et nemo videt; latent enim quæ intus sunt. Quia autem testatur Deus adversum invidiam ad illum respiciens, sicut Joses (88*) non vidente Domino (89) qui erat in terra, ad invisibilem respexit, et mercedem propositi sumpsit. Iterum qui refrenat invidiam martyr exsistit, et qui alacritate judicaverit male de fratre loqui, et meatum usque ad linguam protulerit, os autem suum propter Dei timorem non aperuerit, iste invisibiliter confitetur Deum. Et cui licitum est fraudare et non fraudat; et cui licitum est furari conjugium alienum, et parcit in omnibus his quæ oculus sensibilis non videt, invisibilis autem intuetur, martyria et confessiones habentur. Negant autem re ipsa et opere illi, quos cum tenuerit concupiscentia, et post hæc venerit Scripturæ memoria, quia est Deus qui videt et judicat, et quia est

A æqui judicii; concupiscentia autem cœnosa turpi meatu jurgetur, et incipiat suggerere et dicere, Quando erit judicium? quando futurum est? num hoc pertinet ad Deum? Iste reliquit cœlum, et ea quæ circa me sunt videt? Suggerit enim talia concupiscentia: qui igitur consentiunt his, negant Deum. Quid autem hi qui perjurant? Non enim tantum peccant in hominem quem spernunt, quantum in Deum quem contemnunt: qui enim juramentum contemnit, Deum negat. Unde et parcens nobis Salvator, de aliis quidem mandat, quantum et deberet mandare. Ad juramentum veniens ob facilem linguæ lapsum, non dixit, Vere jurate, sed in totum ait, *Jurare nolite*; ne forte lingua assuefacta vere jurare, ob facilem lapsum sui oberrans periclitaretur, et
B irreligiositatem incurreret. Certamina igitur quotidiana sunt ista, quæ per dies ac noctes sunt nobis: pulchritudo enim proposita est mulieris, et effulgens effigies Jesu. Et ille quidem deorsum inspexit et perit; alius autem sursum respexit, et assumptus: ubi enim cor, illic et oculus habetur. Propositum est sane et aurum et Jesus, et non est quidem propositio æqualis. Quid autem, quia nec æquali utimur, sed decliviores efficimur *ad minora*, et adeo fraudamur ob ea quæ non vivunt. In unoquoque igitur istiusmodi actu certamina sunt posita, et certamina domestica, quia ab intus mulier videtur, et pulchritudo ex concupiscentia exardescit, et nos provocat, et ambitio delectat, et sermo hortatur, et lis et colluctatio ex rixa effici-
C tur, et non adversus sanguinem quippe et carnem, sed adversum invisibiles inimicos invisibiliter et in his omnibus certamina sunt et agones. Cum jejunium et esca proponitur, cum sitis et jejunium, cum pudicitia et libido, cum Ecclesia et theatra, cum dies Domini et dies dæmoniorum, cum affectus ad homines et charitas ad Deum. Et in his omnibus quidam quidem negant, quidam autem confitentur; et unusquisque sibi procurat bonum aut malum, judicium aut requiem, gehennam aut regna cœlorum. Quid autem hi qui sortiuntur, qui ad vates idolorum pergunt? Isti occulte sacrificant idolis, et negant Deum. Quid hi qui credunt quia a stellis eis mala proveniunt, et fatum esse fatentur? Quid hi qui auspicantur, qui dies et voces et passus vitantes
D custodiunt? Aut non plenæ sunt his omnes maxime mulieres observantes talia? Quis locutus est? quis per nares spiritum protulit? quis motus est? quæ avis volavit, et unde, aut quomodo, aut qualiter? quis ululavit? Canes debemus recludere tales, ne procedant e domibus. Fieri enim non potest, ut non aliquid tale occurrat. Vosmetipsos probate, et videbitis quoties ad istiusmodi certastis auspicia, quoties mota est concupiscentia, sed et memoria Dei: et erat certamen, et contentio, et cursus. Et sicut in palæstris alius aliquando superior efficitur alio, et

[37] Psal. II, 4.

(88*) *Joses*. Forte, *Moses*.

(89) Ms. *sicut Joseph non vidente Domino*.

aliquando inferior jacet, et in ipsa colluctatione frequenter conversio est facta; ita et sensus sæpius cum concupiscentia luctatus est in lectulis, in foro, in domo, in theatris, in lupanaribus. Et hæc facit quæ et oculis videmus visibiliter: tenuit concupiscentia, et pepulit sensum, et occidit cogitatus, et superposuit se concupiscentia. Iterum autem vim faciens sensus correctus est, et superbior factus est, superavit desiderium libidinosum: horum omnium experimentum apud vos est. Scitis enim quoties ad concupiscentiam, quoties ad libidinem illecti estis, quoties ad avaritiam, quoties ad fraudem, quoties ad iram, quoties ad indignationem: declivis enim caro ad ista est vitia, et ipsius carnis meatus. Vincit autem hæc cogitatus colluctans per spiritum. Ita nonnunquam videmus pauperem: et misericordia quidem flectit, avaritia autem revocat; et volumus agnoscentes cum gener est misereri (90); id autem quod alienum est non sinit. Ita certamen est maximum in istiusmodi actibus; de Deo enim et de mammona certamen habetur, quia et Dominus ipse dicit: *Nemo potest duobus dominis servire* [38]; et opponit mammonam animæ in Deo viventi; non quia commutatione aliqua, sed quia efficitur id quod fieri non deberet. Ergo martyres efficiamur Dei, et non parum putemus quod ait: *Confitebor et ego eum coram Patre meo qui est in cœlis* [39]. Ista enim quæ hic sunt, nobiscum non pergent; si autem vadunt, convincatur sermo; verum isthic manent; quæ autem ex ipsis sunt peccata, nobiscum et ante nos pergunt. Quid ad damna properamus? Venimus in hanc vitam; utamur lumine. Quid autem præbet lumen his qui habent oculos? Discretionem utique negotiorum. Si quid igitur honestum est, cum festinatione petatur; non enim ut decipiamus vos, præsidemus; non ut pauperes vos faciamus, monemus, sed divites potius in regno cœlorum. Non ut dejiciamus corpus vestrum jejuniis, sed ut induamus vos immortalitate; non ut occidamus in martyrio, sed ut non eatis in gehennam corpore et anima. Non sumus igitur inimici vestri; non enim ut fraudemus vos patribus et amicis hæc loquimur, sed ut non excidatis a Deo Patre, lucremini autem vosmetipsos: hoc enim solum est lucrum, alia autem omnia dispendium obumbratum. Ubi est hesternus dies, ut sis sollicitus de hodierno? ubi sunt quæ heri in ventrem missa sunt, ut iterum præpares multa? Figura est præsens sæculum, et non veritas: umbræ volantes sunt. Quid velocius sole in quo mensuratur vita? Evigilate, justi, et nolite peccare. Peccatum autem efficitur ob ignorantiam Dei. Si enim agnitus fuerit Deus qui omnia intuetur, repercutitur omne peccatum. Deo enim præsente et vidente quis velit furari? Qui autem furatur, prius irreligiositatem admittit, et ita nocet. Si enim cogitasset Cain quia videt Deus, nunquam occidisset Abel, quem et abnegavit fratrem. Si vidissent Eva et Adam Deum, non vidissent arborem. Nunquid possumus in duas facies simul visum intendere nostrum? Sed non suscipit oculus. Non possumus ergo in Deum et in mulierem simul videre: sicut enim nemo potest duobus dominis servire, ita nemo potest duos vultus simul inspicere. Tantum proponatur ante oculos Deus, et omnia in tranquillitate sunt; sed nec labore est opus, sufficit enim qui adest. Qui respicit ad Deum, primum quidem habet adjutorium a præsente; posthæc autem et possibilem sibi imitationem et timorem bóni; et in tutela est, et non accedit peccatum in isto. Unum ex his opus est, ut credatur quia est Deus, et adest et videt et scrutatur et nihil est quod eum possit latere; et omnia facilia erunt. Si autem subduxeris fundamentum, nihil stabit ex his quæ superposita sunt. Si quis ergo irreligioso proposito subduxerit Deum, jam ut sine lumine agens ubique offendit. Sed nos, fratres, ad Deum viventem, ad eum qui est, qui fecit omnia, qui salvat universa, convertamur; alia enim *omnia vanitas vanitatum sunt* [40]: sapiens enim erat, qui hæc proclamaverat: *Et omnia vanitas*, et unum est verum. Non igitur sine causa erogemus nostram vitam: erit enim tempus cum quæremus dies hos, in quibus Deo debuimus vivere. Ipse autem qui bonus est Deus, omnium vestrum erigat animas ad agnitionem suam; cui est per unigenitum suum Filium, gloria, honor, imperium, majestas cum Spiritu sancto, et nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE OPERIBUS BONIS ET MALIS,

LIBER OCTAVUS.

Multorum hominum vita in terra est posita; edacitatibus enim et libidinibus et concupiscentiis gravati, neque respicere sursum ad Deum possunt quia nolunt, neque opera ejus videre, neque ex operibus

[38] Matth. VI, 24. [39] Matth. X, 32. [40] Eccle. I, 4.

(90) Ms., *cognoscentes congenerem misereri.*

opificem agnoscere : ubi enim declivis fuerit anima, illuc, ut ita dicam, et efficitur quod desiderat. Sicut enim ea quæ ab igne calefiunt, efficiuntur, ut ita dicam, ignis; et quæ odoratis juncta fuerint, efficiuntur, odorata; et quæ contrariis, contraria : ita et anima ubi declivis exstiterit, ad hoc deducitur et natura. Tingitur enim alacritatibus, et similis motionibus efficitur suis, et dignitatem utpote naturæ non salvans, in malis efficitur mala. Si autem ad ea quæ supra se sunt respexerit, sursum effecta, constituitur ad ea quæ et desideravit : multorum enim conversatio non hominum, sed pecorum est. Nihil enim aliud cogitant, nisi ut manducent, aut bibant, aut rapiant, aut fraudentur; in his enim et vivunt, si tamen et vitam istam oportet jam dici : non sufficientes enim malis his quæ a foris sunt, jam et carnem suam contaminare student; sic gaudent enim in malis, ut inimici sibi; et cum deberent lugere, quia non bene vivunt, lætantur in malis et tristantur in bonis : duplicem utpote cæcitatem habentes, et quod malorum non intelligunt malitiam, et quod bonorum non assumunt fruitionem; concurrunt enim adversum se, et sibi contraria operantur. Plurimi enim nonnunquam procedunt læti, quia ventrem repleruut suum, et mente exierunt sua (91) : et beatum diem dicunt in quo non vixerunt. Vita enim hominum ista est ut ratione utantur, quia et rationabiles habentur. Cum autem obrutus fuerit sensus, transiit sine causa dies, et non debet computari in vita, in quo sensus non respexit ad superna. Utinam autem neque ad vitam, neque ad malam videret (92). Aliud est enim otiosum esse a malo et bono, et esse tanquam dormientem aut mortuum; et aliud bono quidem mori, malo autem vivere. Et neque natura hominis suadet eos, neque Scriptura : et errant; neque præsentia, neque futura suadent. Quædam enim reprehensionem præbent, quædam autem propter spem sursum adducunt. Videmus enim et morientes; videmus et sepultos et non sepultos, et eos qui deflent, et dolent, et lamentantur : vere ita sumus ut non videntes eos. Ita enim putamus vitam esse eam, quæ non est vita : nam et manducantes lædimur, et iterum desideramus. Qui libidinibus corpus maculant et animæ nocent, non recedunt a noxa; sed et accedunt, ut aucupes malorum, multum vigilantes per noctem male : aut enim ambitionibus inquietantur, aut a concupiscentiis illiciuntur, aut a cogitationibus malis excitantur. Si autem et oportet cogitatus vocari, et meditata per noctem festinant procedere, ut ea quæ per noctem cogitarunt admittant tanquam ignorantes : quia qui facit malum, amplius habet malum, quam is qui a se patitur malum. Sicut enim ignis alia quidem comburit, in semetipso autem ardorem incendii primus habet, ita et malitia primum possidentes nocet. Denique et

A diabolus non cum nocet tunc solum et malus est, sed quia proposuit nocere, habet malitiam et antequam efficiat. Et maligno sufficit malitia sua. Siquidem et ægrotans, etiamsi non castigetur, tamen habet malum languorem : ita et qui languet anima, etiamsi non missus fuerit in gehennam, tamen procurat sibi malum. Quis autem et exhortatur? Tantum est enim malum malum, cujus tentamenta gehennam parant. Et cum hæc ita sint, nos tamen ut inimici proprii, ita videmur vivere. Ille enim lætatur, quia mentitus latuit; alius gaudet, quia provenit ei decipere. Et avaritia lucrum putata est cum sit damnum; et libido voluptas, cum sit luctus his qui sapiunt bene. Et conversa sunt nobis omnia, quia circumscriptus a nobis est cogitatus. Et certe

B cogit et contendit sensus, ut non ejiciatur a possessione sua. Nam etsi unusquisque nostrum obruitur a passionibus vitiorum, tamen ad alia sensus dignitatem suam vindicans apparet : ut puta, non video mea mala, sed aliena mala irascens *consentio interiori homini*, legi utpote Dei. Et quia anima natura magis juncta est bonis, quia odit malos et laudat bonos, duplex testimonium habet ad utrumque et malorum et bonorum. Duplex ideo *quia odit*, etiamsi ipsa non commodum suum amat; et ex hoc ostendit quia non delectatur natura ejus ad malum. Si igitur anima, ut ostensum est, ad bonum proclivior est, cur non in suis manet? propter placibilitatem quippe sui : sibi enim placere, tenebræ sunt

C animæ; sed quæ apud homines putantur placida, contrariam habent virtutem; odium enim et non placibilitas est. Si enim vere amemus, non contraria quæ nunc nobis donamus donaremus. Non ebrietatem quippe, sed jejunium : non theatra, sed ecclesiam : non lapides, sed Deum : non lites, sed pacem : non homicidium, sed tutelam salutis : non fornicationem, sed pudicitiam. Si enim nosmetipsos amaremus, vere donaremus nobis bona. Quia enim odimus, donamus et procuramus nobis mala. Sed sicut matres, ita et mens habetur. Quæcunque enim matres parcent suis filiis, non mittentes eos ad studia; ad utilitatem quippe dum videntur donare, nocent : ita et nos per cæcitatem mentis putantes aliquid nobis donare, decipimus nos et nocemus.

D Et certe incurrunt nobis et adveniunt nonnunquam et vestigia bonorum, et gustamus aliquoties et nos delectationem ex pudicitia. Si autem et voluerimus perseverare in gustu, et comparare, quantum vehementior est suavitas ex pudicitia, quam ea quæ a libidine venit. Suavitas enim ex pudicitia sine pœnitentia est, immaculata est, immutabilis, munda, pura, sancta, et nomine et opere et actibus. Ex libidine autem suave, turpe, absconditum, sine fiducia, contaminatum, turbidum et corpore et anima, cum timore, cum turbela, cum sanguine, cum tremore suave est Quemadmodum ergo suave? Si quis autem suaviter de

(91) Ms. *mente exstiterunt sua.*

(92) Ms. *ad malam vitam.* Forte legendum est, *utinam autem neque ad vitam, neque ad malum viveret.*

lectari cupit, vere secundum Apostoli vocem habet viam. Suave est enim si liberetur quis a confusione, a turbela, a suspicione. Isti enim oculus non lætus est, sed sapientia gaudens, et visus et purus et mundus. Ubi autem conscientia fuerit, circumspicit oculus ne quis vidit : sitit cor, propter (93) ea quæ suspicatur, et in plurimis tutela (94) est, et non est iste suavitatis gustus. Quid enim suave est in ira ? et certe contendimus et iræ adversum nos donare. Quid suave est in invidia (95) ? Tabescunt enim et ossa, et mens, et medulla invidentium. Sed si apparerent passiones cum fierent, non essent passiones. Sicut enim dolens oculus non videt, et in quantum dolet, tantum et a visione impeditur : ita et anima quæ passiones incurrit, non intuetur ignominiam suam : siquidem nec ebrius sentit cum irridetur. Evigilate igitur et resipiscite ; confundimini quia ab aliis ediscitis. Quicunque enim post passionem percusserunt cor pœnitentes, liberati sunt. Si autem non percusserunt, necdum liberati ab ebrietate sunt. Sed illicimur visu ad pulchritudinem vultuum. Quid cœlo est melius, quid ? Melius est credere Deo dicenti : *Respicite in altum Deum oculis vestris, et videte quis condidit omnia ista* [41]. Quid ita pulchrum in oculo est mulieris, quantum sol habet in fulgoribus suis ? Quid ita floret in fronte mortali, quantum in omni cœlo splendet quod videtur ? quia et aliis varietas vestigium illicit ut stellæ. Sed forte si essent in medio, ut ad comparationem dico, alimoniæ diversæ ; et si possibile esset et artium pulchritudines poni, adunarentur autem et omnia animalia, et proponeretur lectio (96) : statim porci ad stercus currerent, mures ad alia istiusmodi convenientia sibi et amica : asini autem, et alia quæ ita sunt tarda animalia, illa quidem fenum peterent, alia ad ea quæ consuerunt se jungerent. Homo autem dignitatem hominis salvans ad artes curreret, et ad spectacula artium properaret. Si quis autem esset homo vere et hominis salvans sensum ; despiciens et deridens relinqueret utique sollicitudinem propositam ; respiceret autem sursum ad cœlum, et videret quæ in cœlo et superius cœlo habentur, non oculis sed mente, et non pateretur deorsum in cœno volutari. Sed quid faciemus ? Deus superius cœlo est et ubique. Mortalia autem circa latus illiciunt, et neque dicentes, neque audientes excitamur a somno ; sed sicut cera aut plumbum infusum auribus nostris obturat sermonis ingressum, et clamamus sine causa : trahunt enim quæ attrahunt non cum vi, siquidem nec pisces a laqueis cum vi trahuntur quandiu et capiuntur : neque diabolus vim facit hominibus, sed hortatur. Non enim scriptum est, quia accepit diabolus ma-

A num mulieris, et decerpsit de arbore fructum, et vi in ejus ore imposuit : sed scriptum est, quia mulier suasa protendit manum ad arborem, et os aperiens suum, immisit fructum. Utinam autem fuisset vis ! vis enim non procurat mortem, sed dat ut ignoscatur. Sed quemadmodum scriptum est videamus, ut edoceri possimus quantum potest diabolus. Amicitiam finxit, ostendit pulchritudinem, suasit, promisit, ideo quia vim facere non valebat. Et nunc multi suadent sibi, quia trahuntur a quibusdam. Illi enim qui foris sunt, forte autem aliqui et ex his qui intus sunt, putant se a stellis attrahi, malum malo curantes ; et cum deberent suam malitiam confiteri, aliud majus malum præcedenti malo supraponunt. Creaturam quippe propriis ma-

B lis contaminantes, aliud autem cum superati a concupiscentiis fuerint, remiserint autem fenum cogitatus sui, putant infirmitate frequenter se vinci, et non suo proposito negligenti. Si quis autem vult naturam agnoscere, non his quæ præscribit agnoscat ; quia nec debet accusari regalis nummus ab adultero. Illam fortitudinem naturæ et cogitatum videat, cum concupiscentia hortatur, cum libido rogat, et nox occasionem præbet : quomodo cogitatus e contra obstruit : quia et in passionibus martyrum, manus quidem radunt, oculi autem minantur, et dentes dum strident terrent, et tyranni, et gladii, et ignis, et mille species mortis apponuntur, et cogitatus non flectitur. Sed alius victus est : sed

C non a victis debent agmina militaria judicari. Ille enim qui victus est, ordinis aciem dimisit ; ab his autem qui superant, debent agnosci agmines militares. Quia neque a cæcis oculus judicatur, neque a surdis auris, neque ab ægrotantibus natura, nec ab infructuosis arboribus culpa naturæ debet ascribi : quia nec mortui homines homines sunt, nec in vivis irreligiosi et impii, neque assumpta delectatio libidinosis reputatur. Hæc enim est noxa. Et utinam expediret aliquid sermo, ut et iterum fieret. Quia enim nonnunquam putantur sermones contrarios ob spectationem (97) fructus afferre, sicut Deus Israel culpans dicit : *Sustinui ut faceret uvam, fecit autem spinas* [42] ; exhortatio quædam efficitur ad docendum, eo quod non fructificant

D verba. Siquidem et illic dicit Deus : *Omnia quæcunque debui facere feci vineæ meæ* [43]. Quia enim contrarios exspectationi attulit fructus, ait, Subducam imbrem ab ea : utquid enim pluvias ei vineæ in qua non exsurgunt fructus ? Et alia, inquit, omnia quæcunque feci ad fructificationem ejus, quædam quidem auferam, quædam autem evertam, ut non custoditæ spinæ et imbre rigatæ florescant : aut ex negotiis aut ex Scripturis condiscamus religiositatem. A negotiis quidem videamus mortalia ut mor-

[41] Isa. XL, 26. [42] Isa. V, 4. [43] ibid.

(93) Ms., *salit cor propter.*
(94) *Tutela.* Forte, *turbela.*
(95) Ms., *quid suave est in invidis ?*

(96) *Lectio.* Forte *electio.*
(97) Græce fuisse videtur, παρὰ προσδοκίαν, *præter exspectationem.*

talia, transeuntia ut transeuntia : non vides honesta aut inhonesta, vel a negotiis et a litteris (98) vide. Deus propter misericordiam sui scribit homines inobedientes esse non debere. Putas fatigantur quidam esse pudici ? Non mirum autem si libidinosi non satiati jam cessant. Si enim his qui bene currunt labor est, his qui male currunt cur satietas non habetur ? Fatigatur quis faciens bene ; male autem faciens non satiatur ? Equus in cursu efficitur sudans ; et malus currens putas non fatigatur in sudore ? Non enim tantum exprimit cursus equum, quantum eos qui malitia utuntur. Cessate a malitiis vestris, et iterum odientes malum jungimini bono. Non prodest malitia malo ; malum enim est, etiamsi sentiamus aut non sentiamus. Magis autem sentientibus simplex est, non sentientibus autem B duplex. *Respicite in altum oculis vestris, et videte quis constituit omnia ista* [44]. O bonæ adhortationis A visio ! ubi sunt oculi ? o bonæ adhortationis sensus ! ubi sensus ? ubi cogitatus ? Quid reprehendisti illa ? quid agnovisti in istis ? ubi annotinus cursus, ut et perseveres in præsenti anno *in* cœno te volvens ? ubi sunt quæ manducasti ante istum diem, ut festines (99) et hodie ? quem fructum a libidine accepisti, ut iterum ad ipsam injuriam curras ? Si autem nos hortari vestra obedientia vultis, ostendere (1) ipso opere fructus sermonis. Nunc autem et vos adhortamini : sed tempus non permittit. Deus autem liberet vos ab omni malitia, et repleat vos suis bonis, ut afferatis fructum in centesimo et sexagesimo et tricesimo numero, per Christum ejus, per quem est Deo Patri gloria, honor, imperium, majestas, cum Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE OPERIBUS BONIS

Ex Epistola Pauli ad Corinthios secunda,

LIBER NONUS.

Resurrectionem Domini et regressum ejus ad C cœlos ipsis oculis videntes apostoli, dubitationem quam ante passionem habebant deposuerunt, et omnem incredulitatem a se pepulerunt. Ipso enim visu sibi satis facientes quia resurrexit et assumptus ad cœlos est Dominus, alii pro aliis effecti noscuntur. Petrus enim pro juramentis et abnegationibus, præco mundi effectus est. Visio enim eum firmissimam petram effecit, ita ut in eum et Ecclesia ædificaretur, et ipse martyr exsisteret Christi. Thomas quoque, qui et post resurrectionem, antequam experimentum acciperet, dubius erat, quia misit digitos suos in foraminibus clavorum, et sibimet ipsi satis fecit, Dominum eum et Deum confessus est. Erat enim incredibile Deum advenisse in corpore, et hominem videri cœlestem : erat non D credendum, quia ex virgine erat nativitas ejus secundum carnem. Isti enim conscientiæ satisfactionem sola habebat quæ pepererat virgo. Necdum autem natura testabatur, neque mater habebat aliquid tale semetipsa, neque de his quæ deorsum, sed omnia erant incredibilia. Gratia enim erat inenarrabilis, et indulgentia incredibilis. Alia enim erant quæ videbantur : qui enim videbatur, vere et hominem ostendebat. Nihil enim differebat ab alio homine quantum ad visum : quia continebat virtutem quantum ad eum qui videbatur. Et xxx totis annis non fecerat signum, ut primo suaderet nobis quia carnem assumpsit, et concederet carni proficere in ætate, et non de se suspicari *quod et* suspicavere quidam hæretici : et ista dispensatione facta præbebat et hoc incredulitatem. Nihil enim amplius putabatur esse, quam is qui videbatur. Nam et ad baptismum Joannis veniebat : baptismum autem non erat simplex : pœnitentiæ enim erat baptismum, quodque adhuc magis hominem ostendebat, quam eum qui occultabatur in homine. Erant igitur ista impedimenta fidei, quæ videbantur, quæ fiebant, esca, somnus, provectio ætatis, in terra deambulatio. Si autem vellet et Mater dicere, Quia virgo manens eum enixa sum ; unius mulieris contra naturam testimonium minus valeret, et maxime apud Judæos. His igitur tantis impedimentis constitutis ad fidem, arduum erat suscipi prædicationem ; et maxime quia qui videbatur non erat qui et dicebatur : prædicationem præbebat nihil suscipi debere quæ videbantur : credere autem quia in principio erat Verbum, et Verbum erat vivens, et Deus erat Verbum ; hæc ad illa quæ inspiciebantur, nullam videbantur habere consensionem. Quemadmodum ergo id quod incredibile est efficitur credibile, ipse dicit Dominus : *Si*

[44] Isa. XL, 26.

(98) Γραφῶν, *Scripturis.*
(99) Id est, *epuleris.* Vox barbara.

(1) Melius, *ostendite.*

opera non facio quæ nullus alius facit, nolite credere mihi [45]. Sicut enim quod videbatur dabat fidem quia homo erat, ita dum operaretur, præbebat agnitionem quia Deus. Dormiebat, describebatur homo; suscitans autem mortuos, ostendebat Deum. Non enim somnus quidem suggerebat hominis naturam, resurrectio autem mortuorum non ostendebat Deum vivum ex vivente Deo: neque manducans quidem exhibebat hominem, ex paucis enim (2) panibus pascens millia hominum non exhibebat Deum: neque navi quidem navigare ostendebat hominem; in summis autem fluctibus ambulare, non ostendebat Deum maris. Sed sicut humanæ naturæ formabatur ut diceretur homo, ita divinitatis ejus opera abscondebant et hominem. Sed admirabilia quidem quæ ante passionem suam faciebat, ostendebat quia divinæ virtutis esset adventus: de resurrectione autem ejus signa quæ præcesserant, non omnibus exhibebant virtutem et fidem resurrectionis ejus, sed opus erat aliis signis quæ ea firmarent: quia non solum præsens antequam pateretur operatus est mirabilia: sed quia et mortuos suscitavit, et ipse resurgens mirificatur. Ubi ergo ista sunt mirabilia quæ post resurrectionem erant facienda? neque enim semetipsum mundo ostendit, neque Judæis. Si igitur non ostendit semetipsum, quomodo potest quis dicere quia faciens mirabilia credibilem fecit resurrectionem suam? Judæis enim semetipsum non demonstravit, ne duplex ab eis irreligiositas tentaretur. Sed non poterant nolente Deo, et non concedente Unigenito, secundo eum affigere cruci: siquidem nec primam audaciam perfecissent, nisi Pater concessisset, et Filius permisisset. Sed interim alacritas mala duplex habuisset malitiæ fructum: sive enim affigerent iterum, sive non affigerent, vellent autem; interim ipsi duplicem haberent iniquitatem. Erat autem et quod fiebat secundo superfluum: semel enim reconditum erat ut dispensatio con[summa]retur: si quidem nec possibile erat post resurrectionem corpus quod jam immortalitatem fuerat adeptum, iterum incurrere mortem. Sed sicut anim[a]m nullus potest occidere quia est immortalis, ita et corpus, cum indutum fuerit immortalitate, istam habet post resurrectionem promissionem. Quod enim immortale indulgentia factum est, non potest jam interemptionem ab hominibus pati. Judæis igitur post resurretionem non se ostendere Dominum, parcentis est Judæis: qui enim Hierosolym[a]m deflevit, procurrere duplicia mala; non facere autem signa, aut modicum quid discipulis ostendere, ut puta piscium subito multitudinem captam, aut aliud aliquid tale; non erat ostentationis tempus, neque semetipsum ostendentis. Neque enim cum faceret ante passionem mirabilia Dominus, ostentans se faciebat,

A qui etiam mandabat curatis ne dicerent alicui quæ passi fuissent bene (3). Conservabat enim dignitatem resurrectionis, et regressionis suæ ad Patrem, et adventus Spiritus sancti. Quid enim magis suadebat discipulos ejus, si ipse faceret signa, aut si ex ipsis præberet virtutem facere majora quam ipse faciebat? Ipsum enim facere signa, ut puta ejicere dæmonia a corporibus possessis, suspectum a Judæis est quia in Beelzebub hoc facit. Cupiens autem arguere quia Dei opera principi dæmoniorum ascribunt Judæi, et maxime ea quæ adversum ipsum principem dæmoniorum et ejus exercitum fiebant, adduxit in medium de discipulis suis, et dixit: *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt* [46]? Hoc est, isti mei discipuli qui ex vobis B sunt, in quo ejiciunt? Quia igitur ea quæ ab ipso fiebant, propter malitiam suscipientium aliis habebant suspiciones: discipulis suis omnia conservabat, ut præcones resurrectionis mortuos suscitantes, cæcos facientes videre, claudis donantes ambulare, et leprosos emundantes, sermonum dignitatem per mirabilia ostenderent. Quid enim ita poterat Lazarus post quatuor dies resurgens a mortuis præbere ad fidem his qui viderant, quam ut et ipsi discipuli cum alios suscitarent per semetipsos mortuos præbebant? Et quid tale ad fidem valuit, ut Dominus non edoctus litteras legeret, quantum Petrus non edoctus linguam ullam, forte ne quidem et patriam, bene omni loqueretur lingua, et om- C nem audiret? Unde et Lazaro resurgente, et aliis aliquantis mortuis suscitatis etiam cæcis videntibus, sed et illo qui ita fuerat natus recipiente visum, imo accipiente, emundatis etiam plurimis leprosis, et sanatis millibus hominum, negabat Petrus, et jurabat ne quidem ut hominem se scire. Quia autem venit Spiritus sanctus missus a Filio, et coeffecit intus sanctificans virtus, alius pro alio factus Petrus, et jam Spiritu baptizatus, non solum non negat ad vocem puellæ, sed et omni populo resistit: et qui antea se abscondebat, nunc cum fiducia ad terminos usque terræ prædicat, et docet universos. Ita adventus Spiritus sancti, qui ingressus est in discipulos, et effecit, resurrectionem Domini et assumptionem visam prædicavit, et ejus D virtutem annuntiavit. Cum enim coeffecit Spiritus, transmutatus est Petrus: totus clamat, jam non negans, sed prædicans Salvatorem. Stephanus autem et ipse silet ad lapides, et Dominum annuntiat, quem ad dexteram Patris stantem conspexerat: et alius aliud eloquebatur, et sine solatio erant negotia Judæorum. Sicut enim in diluvio interim quidem Noe non credebatur dum faceret arcam: cum autem subito totum cœlum emitteret fluvios, terra autem eructaret aquas, et inde arctaretur incredulitas et de cœlo et de terra ab aquis

[45] Joan. x, 37; xv, 24. [46] Luc. xi, 19.

(2) *Enim.* Forte, *autem.*
(3) Phrasis Græca, ἅτινα εὖ ἂν ἔπαθον, quæ beneficia accepissent.

ut præfocaretur : ita et per apostolos Judæi angustiabantur non credentes, et admirabilia indignantes : videntes enim isti ne (4) quidem mortuos suscitatos ab Apostolo exsurgentes, per alium claudos ambulantes, per alterum alia signa completa, et per alium linguas audientes plurimas; arctati meatibus istiusmodi signorum, quæ de sursum apostolis fuerant donata, eadem quæ in terra videntes mirabilia, qui ausi fuerant magistrum affigere cruci, incerti erant quid facerent discipulis ejus. Qua igitur de causa, sub præsentia quidem Domini, et apostoli dubitantes fuerint aliquoties oblatos sibi non potuisse curare; post resurrectionem autem et majora quam Dominus fecit signa facere (5) discipuli? sub ejus enim præsentia ideo nihil facere potuerunt, quia oportebat ampliora signa ad satisfactionem resurrectionis servari. Si enim anticipantes sub præsentia Domini fecissent; quæ post resurrectionem ejus fecisse videntur, habebant et ista destruere Judæi, quantum ad ipsos et aliis ea valere suspicionibus. Nunc autem non possunt. Sub præsentia enim Domini unum dæmonem ejicere non poterant apostoli : post resurrectionen autem ejus, non solum illi, sed et hi qui ab illis istius virtutis semen acceperunt, ejiciunt. Si enim et dubia erant quæ ante passionem prædicabantur, protensionem (6) habuit incredulitas majorem post passionem. Incredibilissimi enim Judæi, ponentes sibi scandalum in ipsa passione Domini, dicebant : *Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce* [47]. Si enim non descenderit, sed mortuus fuerit, inquiunt, mortua erit et virtus. Quia ergo passio protendit (7) eorum incredulitatem, majora autem signa efficiuntur per discipulos ad confirmationem adventus ejus; magis autem ad confirmationem incredibilis resurrectionis, accipientes satisfactionem ex adventu Spiritus sancti, et apostoli fuerant vocati, statim operibus ipsis ostendebant quantum posset præsentia Spiritus sancti. Primo quidem quia dum essent multi, unum erant spiritu et anima : quia unus et idem erat Spiritus, qui has efficientias dividebat. Sicut enim lapides et lateres multi conjuncti et compositi in ædificatus (8) unum et membra plura præcepto ædificantis in unam compaginem adunantur : ita et apostoli uno baptizati Spiritu separationem multitudinis deposuerunt. Conjunctione autem spiritus arctati, unum erant omnes et spiritu et anima et consensione et concordia. Et non solum in his quæ ab intus sunt unum, sed etiam et ab his quæ a foris sunt, prædicabatur eorum anima et concordia. Quicunque enim, inquit, agros habebant aut alias opes, jam non sua putabant quæ aliquando erant sua; sed in commune proferentes, et ipsis operibus spem confirmantes, distrahebant agros, venundabant opes, distrahebant omnia quæ possidebant. Non enim insomnia erant regni spes : sed suspecta fuisset prædicatio, si regna quidem prædicarent cœlestia, de his autem essent solliciti quæ in hac vita habentur : sed statim operibus formantes (9) suasionem, undique ad unam concordiam confluebant. Apostoli quidem per mirabilia firmabant prædicationem : credentes autem, ex eo quod distrahebant sua, ex eo quod omnia dabant præsentia, ex eo quod omnia ad regna cœlorum transferebant; ante adventum ipsius regni testabantur. His itaque gestis repetamus sensum, et videamus qui erat tunc apud Hierosolymam status, quæ turbela, quis fervor insanientium Judæorum : siquidem et filii a patribus recedentes sibilant ad fidem, et filiæ e sinibus matrum ad fidem currebant Christi, et turbela erat apud infideles ubique. Ille enim irascebatur filio, quia sapientior patri suo apparuit : illa autem abjiciebat filium, quia matris incredulitas non consentiebat fidei; et frater minabatur fratri; jam autem et dominus servo. Ignis enim ille quem misit Dominus Jesus, aliquos quidem *tetigit*, aliquos autem despexit, et implevit turbela civitatem, vicos, regiones et domos. Erat autem turbela quibusdam quidem ad bonum, quibusdam autem ad duplex malum. Illi enim qui figurabantur, *et persecutionem* sustinebant, et cum lætitia omnia ob spem regni cœlestis patiebantur; mala quæ putabantur, in bonis sibi thesauris recondebant. Quicunque enim videbantur legem vindicare Moysei, legis sermones ignorantes contraria legi operabantur. Per ea enim quæ gloriabantur, per ipsa et arguebantur. Erat igitur Judæis ipsa veritas nox. Interfecerunt enim et objurgarunt, et descendenti de cruce dixerunt ei, *non* descendit. Descendit autem ad inferos, et majora est operatus. Si enim descendisset *de cruce*, poterant dicere quia moriturus est in eo (10), cum non esset mortuus. Malitiose enim et Judaicæ machinationis erat suspicari, ut etiam hæc fingerent et audirent. Nunc autem quia neque diabolo proponenti possibilia obediunt, neque ejus filiis qui voluntate ejus filii habebantur, præbuit quod locuti sunt. Cum enim posset descendere, non descendit, ne intercideret dispensationis curam, neque præberet Judæis ut iisdem obedisse videretur. Quid enim erat difficilius e cruce descendere Deum, aut ab inferis ascendere viventem? Ergo non propter impossibilitatem excusatio exstitit, sed propter dispensationem permissio morti fuit, ut majora ostenderet quam illi precati sunt. Ego autem libenter mente recurro ad illud, cum adhuc recens erat passio Christi, recens etiam et Judæorum audacia. Petrus enim loquebatur non ea quæ ante passionem dicebat, et apostoli testabantur, et Judæi dolebant, et jam non habebant cui erogarent pecunias, ut resurrectio occultaretur : milites enim custodientes

[47] Matth. xxvii, 40.

(4) *Ne*. Forte *nunc*.
(5) *Facere*. Forte, *fecere*.
(6) Ἐπίτασιν.
(7) Ἐπιτεῖναι.
(8) Ms., *ædificiis*.
(9) Ms., *firmantes*.
(10) *Eo*. Forte *ea*.

acceperant ista, sicut et proditor Judas. Sciebant A enim Judæi adversum se duplas dare pecunias. Dederunt et ad negandam resurrectionis fidem : sciunt quippe et dare male, et accipere non bene. Siquidem et Joseph distrahentes acceperunt non bene, et Dominum causa proditionis emerunt, et abnegatione resurrectionis adversum se compararunt. In mala enim mercatoria meditati, perditionem sibi procurarunt perpetuam. Sed ad Judam quidem furem vim habebant pecuniæ; ad eum autem qui dicebat, Pecunia et aurum non est mihi, nullam habebat malitia virtutem, sed angustabantur sacerdotes et populus, et turbela erat bonorum. Neque enim quem comprehenderunt jam habebant, neque quem detinuerunt : undique enim spiritus scaturiens fonticabat. Et Petrus quidem istinc aliunde alius, et B alter ex illa parte, et qui necdum crediderat initiabat clamare. Et illius quidem filius, alterius filia, alterius conjux; et illius domus ipse paterfamilias et servus et famula (11); undique Spiritus fructus scaturiebat suus. Non tantum enim permittebat Judæis visionem, quantum perditionem agnoscere. Hæc cum ita fierent apud Judæam; oportet enim ostendere nos unde ad hos sumus conversi sermones; jam non erat possibile his qui crediderant Christo, apud Judæam pasci : siquidem si esset quis filius, ejiciebatur e domo quia factus fuerat fidelis : si frater, non habebat portionem hæreditatis, quia jam habebat partem regni cœlestis : et filiæ abdicabantur, et servi emendabantur, sustinentes pœnas quia fideles. Hæc cum ita C agerentur, et jam non sufficerent fideles apud Judæam pascere multitudinem credentium Christo; apostoli prædicantes gentium complacuerunt et hoc donare fidelibus qui in gentibus habebantur, ut colligerent quasdam pecunias et opes, et mitterent ad Judæam credentibus Christo : ut eos quos abdicaverant parentes ob fidem, eos pascerent gentes necessaria destinantes. Et colligebant pecunias qui ex gentibus ob alimonias scilicet sanctorum qui apud Hierosolymam morabantur. Et ista nunc pars est quæ hodie lecta in Epistola Pauli, videtur : non valde cara (12), sicut facta sunt quæ ante prædicata sunt. Evangelizans igitur Apostolus Corinthios per aliorum sollicitudinem, eosque ad similem imitationem adhortans, ut alacriter im- D pertirent fidelibus qui apud Judæam erant, quique abdicati a suis necessariis indigebant, nec ullas promissiones Judaicas aut hæreditates habebant : ideo scribens ad eos Paulus ita dicit : *Notam autem vobis facio, fratres, gratiam Dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, quia in multo experimento tribulationis abundantia gaudii eorum, et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum* [18]. Scribens Corinthiis probat Macedonas. Quæ autem probatio? quia tribulati non cesserunt charitati. Qui enim non tribulatur, si subministraverit, similis est illi qui dum manducat, ea quæ superaverit donat. Qui autem adhuc esurit et compatitur e pane suo, ille est fratris amator : siquidem et sub Domino Jesu, cum quidam mitterent multa in templo ex his quæ habebant, vidua duo mittens minuta omnes superavit in donis. Et certe quid erant illa duo minuta quæ vidua misit? Quantum ad rem quidem satis parva : quantum ad alacritatem autem valde magna. Non enim ad id inspicere debemus quod datum est, sed si quid eidem derelictum est. Et ita admirabilis ille qui superat. Non quippe quærendum est si modicum est quod a vidua datur, sed si aliquid ei relictum est. Si enim facta fuerit comparatio de eis quæ relicta sunt, invenies divites quidem nihil dedisse; plura enim sunt quæ relicta sunt eis; viduam autem totam substantiæ facultatem dedisse. Ergo nihil magis est, si quis habens donat : sed si quis non habet, urget charitatem ut faciat. Ita et illa vidua, quæ suscepit Eliam infamem (13), a pugilio pollinis primitias offerens prophetæ, et ipsa pasta est et plus cæteris habuit. Ita et Macedones, qui in multo experimento tribulationis : quia enim multa erat apud illos tribulatio inediarum; incurrunt enim nonnunquam tales hominibus tribulationes; altissima tribulatio summam charitatem ostendit : quia *in multo experimento*, inquit, *tribulationis abundantia gaudii eorum* [19]. Quantum enim ad opes spectat, tribulatio erat eis : quantum autem ad charitatem, gaudium. Dare enim ex his quæ ipse non habet, et cum gaudio dare, hæc est summa credulitas de cœlestibus regnis. Cupiens ergo ostendere Apostolus quanta eis erat angustia, et quantum gaudebant dantes ex eo quod non habebant; in multo dicit experimento tribulationis abundantia gaudii eorum, et altissima paupertas eorum. Altissima paupertas radicitus eos nihil habere significat. *Abundavit*, inquit, *in divitiis simplicitatis eorum*. Multa probatio tribulationis : sed abundans, inquit, gaudium eorum, et altissima paupertas eorum : et abundantia, inquit, divitiarum simplicitatis eorum. Ab adversis accepit comparationem, ostendens quia multa quidem tribulatio erat apud eos inediarum, non tanta autem quantum et gaudium. Et altissima quidem paupertas, sed divitiæ simplicitatis, *quia secundum virtutem testimonium perhibeo, et super vires* [20]. Hoc enim est, et tribulatione voluntarii fuerunt : non vim passi, sed cum multa exhortatione obsecrantes. Non solum enim a nobis non sunt obsecrati, sed et ipsi obsecrarunt. Sed *cum multa*, inquit, *exhortatione obsecrantes rogantes nos* [21]. Quia enim cum multa obsecratione dictum, dubium videbatur, utrum Macedones rogassent apostolos suscipe-

[18] II Cor. VIII, 1, 2. [19] ibid. 2. [20] ibid. [21] ibid. 4.

(11) Ms., *familia*.
(12) *Cara*. Forte, *clara*.
(13) *Infamem*. Forte, *in fame*.

re ab ipsis quæ offerebant, aut apostoli Macedonas, ut sese panderent ad dandum, ideo dicit: *Cum multa exhortatione obsecrantes nos, offerentes gaudium et communionem ministerii quod fit in sanctos.* Non enim rogari quis debet ad misericordiam, sed rogare potius ut communicet aliis : *et non sicut speravimus* [52]; superarunt enim et nostram exspectationem. Quid ergo ? Senserunt apostoli inopiam Macedonum, et pigebat eos dicere aliquid ; apostolis autem tacentibus non tacebant qui obsecrabantur, *sed semetipsos*, inquit, *dederunt primo Domino, dein et nobis per voluntatem Dei* : hoc est, donum Dei venit ad eos, hortans eos ad opera bona, *ut exhortemur Titum, ut quemadmodum cœpit, ita et perficiat in vos gratiam istam* [53]. Quid sibi vult *ut exhortemur Titum ?* Quia enim, inquit, vidimus Macedonum divitias simplicitatis; ut non vinceremini in bonis, rogavimus Titum venire ad vos, et pares vos efficere ad Macedonas, et exhortari ne relinquamini a divitiis gratiæ hujus : *Et sicut in omni abundatis fide, et sermone, et scientia, et omni sollicitudine, et insuper vestra in nos charitate, ut et in hac gratia abundetis* [54]. In aliis, inquit, omnibus circumvenitis : ut non autem circumvenientes in aliis, derelinquamini in quibusdam, et exuamini, rogavi Titum, ut in omnibus primatum teneatis : *Non quasi imperans dico, sed propter aliorum sollicitudinem* [55], hoc est Macedonum alienum : si secundum imperium fiunt, videbuntur ex necessitate fieri, et non habent fructum : sed propter aliorum sollicitudinem, *et vestræ charitatis ingenium probamus :* hoc est, admonemus vos Macedonum claritatem (14), ut audientes ad similem veniatis zelum. Quia ergo de pecuniis propositio erat, et de operibus bonis; cupiens eos docere Apostolus quia nihil digni atque (15) recepturi estis, et quia in his Dominus prior cœpit, et debitum reddimus et non gratiam præseminamus, dicit : *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter nos inops factus est, cum dives esset* [56]. Quia enim de pecuniis dandis erat ei sermo, pigebat autem divites (16) aperiri; opposuit Dominum, qui vere dives, inops pro nobis factus est, ut ad imitationem Dei suscitaret homines. *Scitis enim*, inquit, *gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter nos inops factus est cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Si hæc Deus propter homines, nec æqualia; si tamen est aliquid æquale. Quis enim nostrum potest a Deo (17) homo fieri ? Ita enim fieret æquale, si tamen et crux sequeretur tali natura. Et teneri enim, et sputum accipere, et illudi, et condemnari, et mori, debitum quidem tantum poterat esse : hæc autem dimittens, et suam gloriam abscondens, assumpsit nostram ignobilitatem, nobiscum ambulans, nobiscum

A manducans, nobiscum dormiens. Ex nobis sputatus, a nobis est tentus, a nobis condemnatus, quantum ad naturam humanam. Proficiat autem sermo ad cætera. Injuriam passus est, cæsus est, sputum accepit, illusus est, affixus est cruci, fel et acetum bibit. Quid invenietur in commutatione tantæ gratiæ ? Istam igitur gratiam nos admonens Apostolus, hortatur ad opera bona. *Scitis enim*, inquit, *gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter vos*, et non propter se, *inops factus est cum esset dives, ut vos illius inopia divites essetis* [57]. Si hæc fecit magister, ista condiscant discipuli, *et consilium*, inquit, *in isto do* [58] : hoc est, ad imitationem Christi provoco. *Hoc enim vobis est utile.* Illud enim non Christo erat utile, *quique non solum facere, sed et velle*

B *cœpistis ab anno priore.* Facere non est majus aut velle (18) ? Ille autem majus esse dicens velle quam facere, ita cum eis loquitur per epistolam. Quid est ergo quod dicitur ad eos, quos hortatur ad opera bona ? Quia enim faciebant quidem, non habebant autem e sua electione ut ultro facerent; hortatur eos ut ultro proponerent, hoc est ut non admonerentur, sed ut ultro complerent. *Qui non solum facere*, inquit, *sed et velle cœpistis ab anno priore* [59] : *Nunc vero et facto perficite : ut quemadmodum promptus animus est voluntatis, ita et perficiati ex eo quod habetis* [60]. Præcedit promptus animus perfectionem. Qui enim nolebat dare sua, necessitatem non habebat compulsionis : siquidem non exactio sed admonitio erat, ut quemadmodum prom-

C ptus animus est voluntatis, ita et perficiatis ex eo quod habetis. Quod enim si promptus est quidem, non habeat autem, et defuit ut perficeret; non derelicta est ejus voluntas. Quæritur enim non quis quid habeat, sed quis quid velit. Quid autem si non habet quis, descripserit autem sibi et dixerit, quia, si possiderem tantum, totum darem pauperibus ? quantum ad alacritatem quidem spectat, et possidet et dedit. Omnis enim fructus in alacritate est positus. Nonnunquam enim qui dant, mercedem non habent, tanquam dederint : qui autem proposuerunt, super dantes. Quid enim si dat aliquis et murmurat ? quid si præbet, pigrior autem est ? Quid autem si non habet quis, vult tamen ? ut

D quemadmodum promptus est, inquit, animus voluntatis, ita et perficiatis ex eo quod habetis. *Si enim alacritas proposita est ; ut ex eo quod habet det, accepta est* [61] : tantum promptus animus sit, et cætera sequuntur non ex eo quod non habet. Nemo enim, inquit, quærit quod non habes, sed ex eo quod habes. Non enim hoc est, inquit, quod quæritur a nobis, ut vos quidem evacuemini, alii autem ditentur. *Non enim ut aliis refrigerium, vobis autem tribulatio sit : sed secundum æqualitatem*, inquit, *in*

[52] II Cor. VIII, 5. [53] ibid. 6. [54] ibid. 7. [55] ibid. 8. [56] ibid. 9. [57] ibid. [58] ibid. 10. [59] ibid. [60] ibid. 11. [61] ibid. 12.

(14) *Claritatem*. Forte *charitatem*.
(15) *Atque*. Forte *ad ea quæ*.
(16) Ἀνοίγεσθαι, id est, *loculos aperire*.
(17) Id est, ex Deo, ἀπὸ Θεοῦ.
(18) *Aut velle*. Forte *quam velle*, ἢ θέλειν.

præsenti tempore [62]. Non, inquit, hoc dico, Date omnia quæ habetis, et vos efficimini pauperes, et alios ditate. Sed quid aio? Qui habet duas tunicas, habeat unam, det autem non habenti unam, et fit æqualitas. *Sed ex æqualitate*, inquit, *in præsenti tempore*. In præsenti, inquit, vita vestra abundat ad illorum inopiam. Qui habet, inquit, duas tunicas, unam superfluam, is qui nec unam habet non fraudet; ut una tua superflua non sit tibi inutilis, sed fiat alio utilis *Sed ex æqualitate in præsenti tempore vestra abundantia suppleat illorum inopiam* [63]: hoc est, abundat his qui ex gentibus sunt: mittatur his qui sunt apud Judæam, qui propter Christum persecutionem sustinent: *ut et illorum abundantia*, spiritus utpote gratia, sit ad vestræ inopiam fidei, ut fiat æqualitas: vos ex his quæ habetis pecuniis, illi ex quibus habent donis. Et illorum inopia replebitur vestra abundantia; vestra autem inopia abundantia sit illorum, ut fiat æqualitas; pecuniarum quidem a vobis in illos, donationum autem ab illis in vos, *sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non defuit illi* [64]. Scriptum est, quia populus, dum transisset mare, esset in deserto, et neque seminaret neque meteret; Deus reddens vicem patri eorum Abraham, pro mensa scilicet illa quæ susceptos angelos pavit, pro pane quod angelis apposuit, panem angelorum præbuit filiis Abrahæ, pro eo quod ipse angelis panem hominum in susceptione apposuerat. Isto igitur fructu mannæ advenienti de cœlo exibat populus colligens parata pro cursu Abrahæ et sudore. Colligentes autem ut Judæi non sufficiebant in mensura quæ fuerant præcepta colligere, sed quidam amplius, alii minus colligebant manna; venientes autem ut mensurarent, ad æqualitatem adducebantur inviti. Qui enim plura collegerat in mensura, amplius non habebat; qui autem minus, nihil minuebatur cum mensurarent. Ista igitur comparatione opportune usus est Apostolus dicens, *sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non defuit illi*. Qui enim multum collegit manna, non abundavit; mensurando enim ad æqualitatem venit: et qui modicum collegit, non defuit illi; dum mensuraretur enim, replebatur ei quod deerat. Ita et nunc fiat æqualitas ex manna isto fidei: et quibus abundant opes, mittant his qui indigent: quibus autem abundat gratia, communicent his qui non habent gratiam. *Gratias autem Deo qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi* [65]: *quoniam exhortationem quidem suscepit; sed cum sollicitior esset de vobis, ultro profectus est ad vos* [66]. Omnia ultro, Macedones ultro, Titus ultro. Efficimini, inquit, et vos ultro. Post hæc autem dicit et quem cum eodem miserit, et laudans eos testimoniis commendans quos miserat, addit: *In hac gratia ministratur per nos in gloriam Dei, et sollicitudinem nostram* [67]. In qua re sic nos arctavimus, ne quis nos vituperet in hac amplitudine quæ ministratur per nos. Quia enim colligere pecunias a fratribus acceptas videbatur malis suspicionem dare, dicit ideo quia sollicitiores eligentes misimus: quia circumspecti fuimus ne quis reprehenderet id quod fiebat; ne quis Judas inventus furaretur, et vituperaret ministerium nostrum. *Providemus enim quæ bona sunt, non tantum coram Deo* qui novit conscientiam, *sed et coram hominibus* [68]: ut ne quis, inquit, occasionem acciperet vituperandi. *Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse* [69]. Statim enim qui dedisset pecunias poterat esse suspectus quia qui accipit lucratur, et non perfert ad rem ad quam dedit, et pigrior efficiebatur ad dandum: ideo commendat eos qui missi sunt, ut non destrueretur donantium alacritas. *Misimus autem*, ait, *cum illis fratrem nostrum quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc autem sollicitiorem confidentia multa in vos, sive pro Tito qui est socius meus et in vobis adjutor* ad præsens ministerium, *sive fratres nostri apostoli Ecclesiarum gloriæ Christi*. Ergo non vos pigeat ad ostentationem, quæ sit charitas vestra et nostra gloria pro vobis. Prævenientes enim, inquit, gloriati sumus in illos ostendentes in faciem Ecclesiarum: et homines quidem commendavit. De ipso autem negotio exhortans eos dicit: *Nam de ministerio quod fit in sanctos* ipsos qui erant apud Hierosolymam, *ex abundanti est mihi scribere vobis* [70]. Cur ex abundanti? *Scio enim promptum animum vestrum*. Quem non solum scio, sed *et de quo glorior de vobis apud Macedonas, quia Achaia præparata est ab anno priore*. Et non dico quia secundum æmulationem Macedonum debetis vos adhortari; sed *æmulatio vestra provocat plurimos*. Ergo nolite fieri secundi sed primi, habentes secundarios. Si igitur non est necesse scribere, quid mittis? *Misi autem fratres, ne in eo quod gloriamur de vobis, evacuetur in hac parte; ut, quemadmodum dixeram, parati sitis* [71]. Dubietas enim: *Ne, si venerint*, inquit, *mecum Macedones, et invenerint vos imparatos, confundamur nos;* quomodo nos qui fuerit gloriatus, aut dicatur ita *ut non dicamus vos in substantia ista* glorificationis dico. *Necessarium ergo existimavi rogare fratres ut pergant ad vos, et præparent ante promissam benedictionem non quasi avaritiam* [72]. Qui enim dat, accipit magis; et qui videtur donare, benedicitur. Præparatam autem esse, inquit, ita ut benedictionem non quasi avaritiam. Ne quis putet, ait, avaritiam esse quod accipitur ad necessitatem sanctorum. *Hoc autem dico quoniam qui parce seminat, parce et metet: qui seminat benedictionem, benedictionem et metet. Unusquisque sicut proposuit corde faciat* [73]. Non enim virtus opus est, sed animus promptus. Quemadmodum ergo debet quis

[62] II Cor. VIII, 13, 14. [63] ibid. 22. [64] ibid. 15. [65] ibid. 16. [66] ibid. 17. [67] ibid. 19. [68] ibid. 21. [69] ibid. 14. [70] II Cor. IX, 1, 2. [71] ibid. 3. [72] ibid. 5. [73] ibid. 6.

promptus esse, *non ex tristitia aut ex necessitate*, ne fiat fructus non fructus. Intueris enim quia et plantæ, cum advenerit tempus fructuum, læte exsurgunt, et primo coronantur floribus et annuntiant suam lætitiam. *Non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus*[74]. Et post hæc oratione confirmat adhortationem. *Potens est autem Deus in omni gratia abundare in vos, ut ubique semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Sparsit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in æternum*[75]. Contestatus autem ex Veteri Testamento opera bona, et ostendens maximam vineam habere, iterum ad benedictionem convertitur, et dicit: *Qui autem administrat semen seminanti*. Putas quia non erat alia nuncupatio Dei? sed cupiens admonere quia ex his quæ dat, ex ipsis et accipit. *Qui subministrat*, inquit, *semen seminanti, et panem ad manducandum tribuet, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ*[76]: hoc est, impertiet: unde et augebit, dixit, promptum animum vestrum, ut in omnibus locupletemini in omnem simplicitatem quæ per nos perficit gratiarum actionem Deo. Vult significare quæ virtus est operis boni. Et ne putetis, inquit, quia hoc ipsum est solum ut reficiat esurientes dum pascit, sed qui facit ad gloriam Dei facit: *quia administratio officii hujus non solum supplevit quæ desunt sanctis;* facit

A enim et hoc; *sed et abundavit per multam gratiarum actionem Deo*[77]. Qui enim suscipiunt, agnoscunt magnitudinem gratiæ. Quantæ enim pecuniæ fuerunt, tanta et agnoscetur multitudo credentium: agnoscitur his qui in Judæa sunt: tanta transmittitur gratia ei qui vocavit; quia administratio officii hujus non solum supplevit ea quæ desunt cunctis; facit enim et hoc; sed etiam abundavit per multam gratiarum actionem Deo: non simpliciter per gratiam, sed per multam gratiam abundavit Deo. Quemadmodum per probationem, inquit, ministrationis hujus magnificantes Deum obsequio confessionis vestræ. Videntes enim fructum agnoscunt quantum credideritis: per probationem ministerii hujus, magnificantes Deum obsequio confessionis

B vestræ in Evangelium Christi, et simplicitatem communicationis in illos, et ipsorum obsecratione pro vobis. Ergo tanti sunt fructus: suas quidem pecunias mittentes replentes sanctis quod deest, agnoscetur in vobis credentium multitudo, et magnitudo gratiæ transmittitur digna Deo. Quia ergo tanti sunt fructus ab operibus bonis, totum agnoscentes ad totum vos et porrigite. Non solum enim hoc erit, sed et gratia pro gratia. *Accipientes* enim illi, inquit, quæ ad victum sunt necessaria; et ipsorum oratio erit pro vobis ad Deum. Convertentur enim ad deprecandum pro vobis Deum.

[74] II Cor. IX, 7. [75] ibid. 8. [76] ibid. 10. [77] ibid. 12.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI.

COMMENTARIORUM IN PSALMOS SUPPLEMENTUM.

OPUSCULA.

FINIS TOMI VICESIMI QUARTI.

Imprimerie MIGNE, au Petit-Montrouge.